109 *Aſſenſus (vendito feudo ſub haſta) poſt mortẽ debitoris inutiliter interponitur*

110 Anna in alleg. 69. *confutatur.*

111 Andreas *defenditur ab impugnationibus* Annæ in alleg. 69. *& ſecundũ* Andream *pluries deciſum nu.* 120.

113 *Conditiones in vltimis voluntatibus nõ retrotrahuntur ſicut in contractibus.*

114 *Aſſenſus præſtatio à Principis voluntate dependet, licet interdum aſſentire teneatur.*

115 *Conditio poteſtatiua nec in contractibus retrotrahitur.*

117 Lex cum hic §. ait oratio ff. de donat. *explicatur.*

118 Iſern. dictum in §. huius autem generis num. 12. *declaratur.*

119 *Doctor pro opinione, quam firmat, non facit numerum, ſi non diſputat.*

121 *Teſtamẽtum in præiudicium alterius nec per Principem conualidari poteſt.*

123 *Conſtitutum poſt mortem nihil operatur.*

124 *Paria ſunt aliqua in prohibito tempore fieri, vel conferri.*
125 *Princeps nec ius ſpe agnatis quæſitum tollere poteſt.*

Pro Duce Grauinæ D. Antonio Vrſino legitimo ſucceſſore D. Iuliæ Vrſinæ Amitæ in Principatu Biſiniani.

ARGVMENTVM.

Princeps ſupremus an poſſit capere ex teſtamento inualido,& ibi aliqua de poteſtate abſoluta. De nullitate teſtamenti ex prohibitione ſupremi Principis,& legis. Vtrum Dominus directus in feudo habeatur ad inſtar extranei ſucceſſoris,& quomodo poſſit ipſi fieri refutatio, vel hæres inſtitui exiſtẽtibus agnatis in feudo hæreditario. Alienatione feudi prohibita, an cenſeatur prohibita refutatio, & de refutatione plura, ipſaque conceſſa per viam contractus, non permittitur in vltima voluntate,etiam in feudo hęreditario, & generaliter longè diſtare alienationem feudi per contractum, & teſtamentum. Aſſenſus poſt mortem alienantis,& ius quæſitum agnato vocato ex lege inueſtituræ nulliter poſt mortem impetratur, & de prohibita retrotractione in feudis in tertij pręiudicium,& alijs,&c.

CONTROVERSIA I.

DEfenſionem aggredior eius cauſæ, quæ omnibus ferè Tribunalibus controuerſa nõ ſolum à doctiſſimis viris ſumma ingenij laude diſceptata ſemper eſt, atq; in varias quæſtiones diſtracta, ſed, quod longè pluris mihi ſemper fuit ex eo valde periculoſa cenſeri poſſit, quod cum Fiſci diſpendio,ac detrimẽto coniuncta videatur, quod cum accidit,timeri facilè poteſt, nè quæ vix ab aduerſarijs obijci poſſunt, illicò indubitata cẽſeãtur ex quo factum aliquando eſt, vt ſpem omnem abiecerim ea multis probandi, quæ in medium allaturus ſum. Quoniam verò huius temporis æquitati,ac fęlicitati diffidere nefas eſſe omnino arbitratus ſum; cum ſub tanto Principe ſentire quæ velimus,& quæ iure quiſque ſentiat,effari ſine metu liceat,nihil eſſe exiſtimaui,cur à defenſione iuſtiſſimæ cauſę diſcederem. Acceſſit eodem veluti illicium, atq; incitamentum non exiguum eius laudis aſſequendę cupiditas,ſi potentiſſimum,æque ac iuſtiſſimum Regem,ęquitatis,ac moderationis gloriam omni compẽdio, ac lucro, quod è priuatorum hæreditatibus accedere illi poteſt potiorem ſemper habuiſſe hoc veluti præiudicio demonſtrarem. Sapientiſſimè enim ille pronunciauit cęteris mortalibus,in eo ſtare conſilia, quod ſibi conducere putant, Principum diuerſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. Hoc igitur demum fuit,quod mecum animo præcepiſſem meo ad iuſtiſſimę cauſæ coram iuſtiſſimo Principe patrocinium impulſo,& ſi victorię minimè ſecurum, bonæ certè ſpei pleniſſimum. Itaq; vt rem aggrediar,ita ſtatuo.

Non poſſe Fiſcum, neque Regem noſtrum poteſtate ordinaria adire hæreditatem feudalem, quam ei relictam ferunt in teſtamento D. Iuliæ Vrſinæ neptis ſuccedentis vltimo Biſiniani Principi ex familia Sanſeuerina, neq; pariter ratas habere ceſſiones iurium, ſiuè potius litium oblatas à D. Tiberio Carrafa eodemq; viro D. Iuliæ, & prætenſo hærede in allodialibus inſtituto, & à Comite Saponariæ ex ſubſcriptis iuris articulis clariſſimè demõſtrabitur breui quodam facti themate præmiſſo.

Non nullas ſcilicet fuiſſe lites motas

tas ſuper patrimonio Principis ad inſtantiam diuerſorum coniunctorum, prętendentium maiorem partem, quin potius ipſum integrū Statum, & bona ex diuerſis cauſis, & titulis ad eos ſpectare.

Primus enim omnium Dux Grauinæ Ferdinãdus Vrſinus ab anno 1578. petijt declarari poſt mortem Principis Biſiniani ſine filijs maſculis ad ipſum ſpectare Statū Lucaniæ promiſſum in capitulis matrimonialibus in augumētum dotis D. Fęlici Sanſeuerinæ filiæ ſecundogenitæ D. Principis nuptæ Duci D. Antonio Vrſino eius patri.

Et in ſupplicatione in ſpecie inſtetit inhiberi alienationem, & exhibiris capitulis cum aſſenſu obtinuit decretum Sacri Conſilij, vt lite pendente nihil innouetur quoad alienationem.

Secundus fuit Comes Saponariæ Io. Iacobus, qui anno 1579. petijt poſthabito Duce Grauinæ integrum Statū ad ſe pertinere vigore conuentionum, & fideicommiſſi Procerum ex gente Sanſeuerina ab illis originem ducere contendens.

Tertiò, licet longo poſt tempore, in medium, prodijt Marchio Vallis, qui anno 604. vt excluderet refutationes factas Suæ Maieſtati à nouiſſimo Principe, petijt integrum Statū Calabrię, bonaque burgenſatica vti pro niſſa in augumentum dotis Donnæ Elionoræ Sanſeuerinæ filiæ primogenitæ Principis Petri Antonij nuptui traditæ eidem Marchioni.

Et cum deinde mortuo Principe fuiſſet decreto ſupremorum Tribunalium ſpretis à Rege ipſius refutationibus conceſſus terminus ſuper omnibus hinc inde prætenſis, & interim immiſſa D. Iulia Vrſina nepris in poſſeſſionem omnium bonorum, Dux modernus Grauinæ, qui vt nepos D. Iulię eique gradu eodem coniunctus, quo ipſa fuerat Principi, certò ſperare poterat amitæ graui morbo affectæ ſucceſſionem; dubitans tamē ne odio, quo maximè eum inſequebatur aliquid moliretur, vt vel à ſucceſſione ipſum amoueret, vel ſaltim duriorem aduerſariū objiceret, petijt à ſupremo Principe, coram quo iunctis Tribunalibus cauſa agebatur, eidem omnino omnē alienationis ſpeciem, propoſitis ſuis apertis iuribus interdici, cui fuit ita expreſsè iniunctum id ei ſignificāte Regente Valcarcel ex mandato Regio, & rurſus decreto perſtricta poſſeſſio ad certam annuam perceptionē pro eius alimentis integro Statu ſub ſequeſtro remanente.

Ex hoc igitur facto inſurgit iuris diſpoſitio, teſtamētum nullum, ceſſioneſque haud acceptas habendas. Reſiſtit enim primò Principis, & Iudicis inhibitio, ſecundò legis authoritas, eaque ex pluribus articulis.

Vnde merito dicimus non poſſe
Regem ex tali nullo, & inualido teſta-
1 mento hæreditatem adire, vt dixi, po-
teſtate ordinaria, nam altera ſcilicet
abſoluta Rex noſter religioſiſſimus nō
vtitur, ſicut de Rege Siciliæ, & alijs Re
gibus sãctis teſtatur poſt *Gugliel. Per-*
num Cannet. in extrau ſi aliquem c. in-
eip. (& quia offert) num. 111. quia illa
non dicitur plenitudo poreſtatis, ſed
tempeſtatis, vt ex *Card. & Socin. fir-*
mat Salam. in rep. l. Princeps ff. de le-
gib. & Surd. conſ. 419. *nu.* 49. *lib.* 3. ſicut
2 neque Romani vnquam illa vſi fuerūt,
Bald. in §. *libellarie de pace Conſtantiæ,*
3 *Alciat. reſp.* 201. & 208. qua Princeps
in dubio non præſumitur vti *Innoc. in*
cap. innotuit de elect. Dec. in l. quãquam
C. de teſtam. ſed eius intentio præſu-
mitur qualis eſt legis, & rationis, *gloſ.*
in cap. paratus. 23. *q.* 1. & iuſtitiæ ple-
nus Princeps dicitur §. *omnes in auth.*
de iudic. Bald. Ripa, et alij in l. ex facto
4 *ff. de vulg. et pupill.* Et proinde ipſius
actus ita regulari debent, vt non me-
reantur à ſapientibus reprehendi *l. Sal*
uius Ariſto ff. de leg. præſt. Roland. conſ.
34. *num.* 100. *lib.* 4. & vt congruant iu-
ſtitiæ, & prudentiæ *Menoch. conſ.* 55.
num. 22. *lib.* 1. & fulgeant liberalitate,
& munificentia *l. pen. C. de donat. inter*

vir. et vxor. quæ propria dicitur eſſe
animi dos in Principe, vt teſtantur ci-
tati *per Tiraquell. de nobilit. cap. vltimo*
à num. 41. et alij à Burſato conſ. 420.
num. 29. lib. 4. & plura in propoſito *à*
D. de Ponte conſ. 55. in princ. et conſ.
5 *70. num. 60. Surdo conſ. 203. num. 33.*
lib. 2. Quinimò nullo modo conſide-
rari poteſtatem abſolutam in iuſto
Principe ex infinitis cõtendũt *Couar.*
lib. 3. var. reſolut. cap 6. et Arius Pinel-
lus in repet. rubr. C. de reſcind. vend.
p. 1. c. 2. n. 24. Fortun. Garz. Vaſq. Theſ.
Molin. Caleſ. & alij apud Font. de pact.
nup. clauſ. 4. gl. 14. nu. 40. tom. 1.

Primò igitur principaliter dicitur
teſtamentum, ſiuè teſtamenta (ſi teſta-
menta dici poſſunt, quæ aſſeruntur cõ-
dita per D. Iuliam) ex quibus prætên-
ſa iura Regij Fiſci, & D. Tiberij ortum
ducere fingunt, eſſe nulla, & inualida,
præcedẽte expreſſa prohibitione alie-
nationis ſupremi Principis, & Iudicũ
6 cauſę partibus inſtantibus, cauſaque
cognita de conſilio Procerum, quę ob
id maiorem firmitatẽ habere dicitur,
l. humanum vbi Bald. C. de legib. ex quo
de certa ſcientia facta fuit, & non in
forma communi *Dec. in rub. de confir.*
vtili, vel inutili in fine, & plura *Moro-*
7 *tius reſponſo 45. num. 14.* quam aliena-
tionem interdici poſſe à quolibet ordi-
nario Iudice non ambigitur, & ex ea
impediri dominij translationem,
Bar. num. 16. Iaſ. in 1. lect. num. 97.
et in 2. num. 130. Ripa nu. 95. Aquenſ.
nu. 30. et 31. in l. filiusfamilias §. Diui
Seuerus ff. de leg. 1. vbi inter alias iuſtas
cauſas interdicendi alienationem ad-
nectunt litis pendentiam ex *text. in l.*
diuus ff. de petit. hæred. ſicuti enim cum
timetur de rei mobilis alienatione ad-
mittitur ſequeſtratio, ita de alienatione
rei immobilis Iudex ne alienetur prę-
cipere poteſt *Bar. in l. de pollicitationi-*
bus ff. de pollicit. cum in num. concord.
per Ann. ſen. ſingul. 412. & Ann. filium
lib. ſing. pract. obſeru. cap. 9. vbi in fine
ita teſtatur iudicatum.
8 Et quamuis ſatis eſſet, vt etiã prohi-
bita ſola alienatione ſimpliciter nihilo
addito cenſeretur quoque prohibita
hæredis inſtitutio, cum prohibitio eſt
facta fauore familiæ, vel certarum per-
ſonarum, *Bar. num. 7. Iaſ. nu. 44. et alij*
in l ſi ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig.
Iac. de Are. Alex. Curt. iun. Ruyn. Crot.
et alij relati per Surd. dec. 124. n. 3. Ann.
in rep. Conſtit. Cõſtit. nu. 124. quo ca-
ſu ſolus hæres legitimus ſucceſſurus ab
inteſtato poſſet inſtitui, & non alius
ſecundum gloſ. in l. peto §. fratre ff. de
leg. 2. quam eſſe communem teſtatur
add. ad Bar. in d. §. ea lege, quod vltimũ
procedit etiam cum eſt expreſsè pro-
hibita hęredis inſtitutio *Surd. dec. 254.*
n. 9. cui ꝓpriè locus eſt in pręsẽti caſu.
quando fauore certarum perſonarum,
9 & præcipuè Ducis legitimi ſucceſſo-
ris fuit facta prohibitio, quæ præſertim
in feudis dicitur fieri fauore familiæ
agnatorum in honorem ſucceſſorum
vt inquit *Bald. in cap. 1. §. hoc quoque*
num. 3. verſ. in contrarium de ſucceſſ.
feud. tamen ad tollendum omne du-
bium ne dum fuit inhibitum ne poſſit
alienare, ſed etiam diſponere, quod
10 verbum ſuapte natura refertur ad actũ
vltimæ voluntatis *vt ex § 1. in auth. vt*
liceat matri, et auiæ, Napod. in gloſ. con-
ſuetud. & ſi teſtator in verbo diſpone-
re, et Afflict. deciſ. 370. num. 12. quod
maximè procedit, cum interponitur ad
differentiam verbi *alienare*, vt in ſimi-
11 li bene aduertit *Andr. in cap. 1. §. do-*
nare in addit. nu. 9. verſ. hæc iura quali-
ter olim, cum aliàs generaliter ver-
bum *diſponere* ſimpliciter prolatum
poſſit referri ad omnem actum etiam
inter viuos *cap. 2. et c. cum illis de præb.*
in 6. cum alijs *ab Alex. in rubr. ff. ſol.*
matr. n. 16. & Surd. d. dec. 272. n. 13. Pi-
nell. ſuper rub. C. de reſc. vend. p. 1. c. 2.
n. 30. Ozaſch. dec. 49. n. 9. & 10.

Et potiſſimè in hoc vbi eadẽ erat ra-
tio in diſpoſitione, & alienatione per
modũ vltimæ voluntatis, quæ inter vi-
uos, ne legitimi ſucceſſores, & iũs præ-
tendentes priuarentur ſucceſſione,
vel conſtitueretur eis ſaltim durior

aduer-

aduerſarius, imò multò plus erat me-
tuendum de vltima voluntate ſtante
ſexus auaritia, mala valetudine D. Iu-
liç, odio erga Ducem, & blanditijs ma-
ritalibus, prout euentus declarauit,
qua identitate rationis ſtante, & ſub-
12 iecta materia ex ſolo verbo *alienare*,
comprehenſa fuiſſet prohibitio teſtan-
di, vt ex eodem *Surd. d. deciſ.* 272. *nu.*
13. quantò fortiùs vbi expreſsè eſt
prohibita diſpoſitio, & ſic in vltima
voluntate, quam prohiberi poſſe per
Principem ex cauſa, eamque iuſtam
cauſam eſſe fauore primogeniti, vel
ſucceſſoris probatur *in cap. grandi, vbi*
DD. de ſupplenda neglig. Prælatorum,
& circumſcripta diſputatione, an teſta-
13 mētum ſit de iure gentium, vel ciuili,
de qua latè *Guttier. Menchiaca*, & alij
relati *per Hieronymum Ceual. in*
tract. comm. contra com. cap. 512. ex di-
14 cta prohibitione ſaltim tolluntur effe-
ctus ciuiles, vt notant omnes *in l. ſi te-*
ſtamentum C. de teſtam. & in ſpecie
Anna alleg. 25. *num.* 6. *&* 8.

Nec obſtat prohibita à Principe
alienatione non cenſeri prohibi-
tam diſpoſitionem in eundem Prin-
cipem collatam, eiuſque rei cauſa ſit,
quod in generali ſermone nō compre-
hēdatur perſona loquentis argumento
l. inquiſitio C. de ſolution.

Obijcitur enim primò prohibitionē
fuiſſe factam ab Excellentiſſimo Pro-
rege tanquam iudice, ſiuè potius ab
ipſiſmet iudicibus ſupremorum Tri-
bunalium in forma iudicij inſtantibus
partibus, & cauſa cognita licet præſen-
te, & authoritatem ipſo Principe præ-
ſtāte, qui adeò hoc modo differt à Fi-
15 ſco, vt tunc temporis iudicauerit quē-
admodū etiam in hac cauſa iudicat in-
ter partes, & Fiſcum, vt bene probat
tex. in l. ad Fiſcum 5. *iuncto ſum. Bart.*
C. vbi cauſa fiſc. & ſic dum prohibitio
non fuit facta à Fiſco, nec à Principe
vt Fiſco, non obſtat regula *legis inqui-*
ſitio.

Quæ etiam ſecundò non procedit
vbi eadem ratio prohibitionis militat
16 in perſona loquētis, vt videtur innue-
re *Gloſ. in d. l. inquiſitio*, cum autem in
præſenti caſu maior ratio concurrat in
Fiſco, quā in alijs, vt colligitur *ex gloſ.*
in rub. C. ne Fiſcus, vel Reſpub. cum dif-
ficiliùs ſit è manibus Fiſci repetere
bona, quàm ab alijs, vt exitus cauſæ o-
ſtendere cçpit, ceſſat idcirco *reg. l. in-*
quiſitio, etiam ſi Fiſcus prohibuiſſet.
17 Vnde ſtante prædicta prohibitione
hominis, cui quoq; accedit legis pro-
hibitio pluribus ex cauſis inferius ex-
preſſis, ſequitur, vt potentiùs, & effica-
ciùs ſimul iunctæ operentur, quia ne
dum impedietur trāſlatio dominij, ſed
cenſebitur alienatio prohibita etiam
in caſu aliàs permiſſo, & ſpecialiter nō
prohibito *Roland. conſ.* 481. *num.* 6. *&*
20. *lib.* 2. *Natta cōſ.* 481. *n.* 17. *Magon.*
deciſ. Flor. 50. *num.* 4. *& deciſ.* 149. *nu.*
20. *Morotius conſ.* 45. *nu.* 22. latiſſimè
poſt *D. Capyc. in cap. Imper. fol.* 34. *col.*
2. *verſ. prima concluſio.*

Secundò principaliter accedit ex-
preſſa legis prohibitio, illaque multi-
plex. Primò ratione perſonæ Princi-
pis, inquē ſit diſpoſitio duplici cauſa,
quia extraneus, & quia litis cauſa inſti
tutus, eademque ratione in patrociniū
aduocatur à cedentibus. Secundò ra-
tione perſonæ contra quam ſeù quæ
remanet excluſa, & fraudata. Tertiò, &
vltimo ratione perſonæ propterquam,
ſeù qua mediante hæc fiunt, machina-
tione ſcilicet, & circumuentione viri.
18 Ad primum igitur articulum, & ſic
quòad inſtitutionem feudalium in Re-
gem, certum eſt tàm de iure communi
feudorum, quàm ex tenore inueſtiturç
pro ſe, & hæredibus ex corpore neceſ-
ſarium eſſe, vt hæres in feudo ſit deſcē-
dens à primo acquirente, alioquin fie-
ri non poſſe, vt ſucceſſor is ſit, qui non
eſt hæres ſanguinis etiam in feudo hæ-
reditario, nec teſtamentum valet in
feudis, *cap.* 1. *de gradibus ſucced. in feu-*
do, cap. 1. *de eo qui ſibi, & hæred. ſuis, c.*
1. *de natura ſucceſſ. feud. cap.* 1. *de ſuc-*
ceſſ. feudi, cuius *text.* diſpoſitio habet
locum etiam in feudo hæreditario, vt
bene

bene probant *Afflict. deciſ.*385. *nu.*5.
Anna in repet.rub.de vaſall.decrep.ęta.
*num.*183. *Cannet. in extr. ſi aliquem*
*verſ.eſt præterea nu.*6. *cum multis con-*
cord.per D.Præſidem de Curte in 1.*par.*
*diuerſ.feud.cap.*14. *num.*16.18. *vſque*
ad 21. & hoc præſertim *de iure Conſt.*
19 *Regni, vt de ſucceſſionibus, vbi gloſ.in*
ver. ex vtroque parente docuit perſo-
nam vocatam per illam conſtitutionẽ
poſſe feudum obtinere etiam ſi teſta-
tor alium inſtituiſſet hæredẽ, ex qua-
dam neceſſaria reſtitutione *Afflict. de-*
*ciſ.*385.*num.*5.quod pluribus exornat
*Dom.Conſ.de Georgio alleg.*19.*nu.*13.
ad 19. *poſt Cannet. in extrau. Volentes*
*in c.at nõ erit n.*41.& poſſe hæredẽ re-
uocare huiuſmodi inſtitutionem *idem*
*Cannet. ibi nu.*77. niſi fuerit facta cum
aſſenſu *Cannet.in* §.*annotandum n.*30.

Et ſic inſtitutio feudorum facta in
alium, quàm à l. vocatum in præiudi-
cium Ducis nepotis in tertio gradu
expreſsè facta cõtra tenorem inueſti-
turæ, conſuetudines, leges feudales, &
municipales Regni nullam poteſt om-
nino obtinere firmitatẽ adeo vt *DD.*
20 voluerint, ꝙ licet regulariter etiam in
feudis habeat locum remedium *l. fin.*
C.de edict.Diui Adr. quãdo ſcilicet te-
ſtator ſe conformat diſpoſitioni iuris
inſtituendo à l. vocatum, non ex eo
quod teſtamentum operetur aliquid
in feudis, ſed quia feuda veniunt in
petitionem hæreditatis quòad poſſeſ-
ſionem, vt poſt *Frecciam in* 8.*differen.*
inter feud.ex pacto, & hæred. refert in
ſpecie *D.de Georg.alleg.*12. *num.* 28.
tamen cum aliter diſponit, concludunt
communiter teſtamentum continere
vitium viſibile, & conſequenter omni-
no ceſſare remedium *l. vltima C. de*
edict. diui. ex eo ſolùm, quod conſtet
in promptu bona eſſe feudalia, vt poſt
Andr.in cap.inter filiam tradit Afflict.
*deciſ.*119. declarando ipſius dicta, vt
facit *Dec.conſ.*388.*in fin. & probat Al-*
uar.Præpoſ.Iaſ.Zucchar.Campeg.Nat-
ta, Rolan. Cacher.Put.Caualc.& ex no-
ſtris, *Frecc.Camer. & alij cõgeſti à Me-*
*noch.de adipiſcen.poſſeſſ.remed.*4.*num.*
381.*fol.*56.& latius *D.de Georg. d. al-*
*legat.*12.*num.*42. vbi refert plures de-
ciſiones, & teſtatur nunquam fuiſſe
deciſum contrarium.

21 Quod autem dominus directus nõ
ſit hæres ex corpore, ſiue sãguinis, ſed
extraneus, patet de ſe, & ꝓbat *Andr.in*
Conſt. Cõſtit. diu.mem. vbi docet quod
extranei ſunt omnes illi, qui non ſunt
proximè ſucceſſuri de iure, videlicet,
ſi viuitur iure Francorum, omnis præ-
22 ter primogenitum dicitur extraneus,
ſi verò iure communi omnis etiam fi-
lius, vel agnatus, qui inſtituitur vltra
ſuam portionem dicitur extraneus idẽ
*Andr. in cap.omnes filij col.*2.*ſi de feud.*
defunct.militis, refert, & ſequitur *Anna*
*in d.repet.d.Conſt.num.*123. *concor. ci-*
*tat Surdus conſ.*305.*num.*17.*lib.*3. *&*
idem Anna in repet.rub. de vaſal. decr.
*ætat.num.*172.283. *&* 293. vbi quod
in feudi ſucceſſione ſanguis conſidera-
tur; vnde quantò fortius dominus di-
23 rectus, ſeu Fiſcus, qui in omni materia
in iure reputatur extraneus hæres, vt
per *Gloſ.Bart. & omnes in l.*1. *C. de*
bon. libert. in l.eum qui ff. de interdict.
& releg.& in terminis, quod bona pro-
hibita alienari in extraneum non tran-
24 ſeant in fiſcum vllo caſu, ſiue ſint em-
phiteutica, ſiue feudalia, tradunt latè
ex l.Imperator ff.de fideicom.liber.Alc.
*conſ.*23.*lib.*1.*Berous conſ.*78.*num.*12.
*lib.*1. & alij infiniti congeſti *per Surd.*
*deciſ.*254.*num.*22.qui loquitur in ſpe-
cie de fiſco eodẽque domino directo,
& latiſſimè agit *Peregr.in tract.de iure*
*fiſci lib.*5.*cap.*1.*num.*68.*&* 98. *& in*
*feudis num.*106.*Lanar.conſ.* 9.*num.* 1.
25 ſicut & generaliter cũ agit Princeps
de acquirẽdo tanquã Princeps, æqua-
lis eſt ratio Principis, & fiſci *l.fiſcus* 6.
ff.de iure fiſci, l.fin.C.de quadrien. præ-
ſcript. quinimò idem ſunt, cum fiſcus
nihil aliud ſit niſi burſa Principis *l.ſed*
Celſus ff.de contrah.empt.Bart.in rub.C.
*de iur. fiſc.lib.*10. *cũ alijs per Lucã in l.*
quæcunq; la ſeconda C.de omni agro de-
*ſer. lib.*11.

Ne-

Neque aduerſatur,ſi fortè obijceretur iterum has regulas limitari cum feuda refutantur, ſeu retrocedūtur domino directo, tàm per contractum, quàm per vltimam voluntatem, quia
26 ſicut feudum hæreditarium poteſt refutari inter viuos domino directo,nedum in præiudicium agnatorum, ſed etiam filiorum, vt notatur *in cap. 1. §. rurſus ſi fidelis, quibus modis feudum amit. & in cap. 1. de vaſal. decrep. ætat.* cum alijs, quæ citant ad hoc *Frec. in 12. differ. feud. hæred. & ex pacto, & Surdus conſ.* 382.*nu.*91.*lib.*3.ſic etiam poterit retrocedi, ac refutari in vltima voluntate, idque ſine aſſenſu,quia cō-
27 tractus initi cum ipſo Principe,eo non egent,*Camer. in cap. Imper. ſol.* 12. *litera P. de prohib. feud. alien. per Feder.* cū validum ſit argumentum à contractu ad vltimas voluntates vulgatis iuribus.

28 Dicimus enim, quidquid ſit in refutatione,& ſic in contractu inter viuos, in quo nō eſt abſoluta illa opinio, quinimo contrariam opinionem,vt indiſtinctè nequeant feuda refutari domino in præiudiciū agnatorū,tenent *Gloſ. Beluiſ. Bal. Laud. & Aluar. in §. & ſi libellū vbi Affl. n.*65.dicens eſſe cōmunem, *Ardiz. Curt. Iacob.*& alij quos cōgerit *Schrader. de feud. par.*8.*cap.*7.

29 Sit tamen vera opinio contraria, quę plus arridet,ex alijs clariſſimè demonſtrabitur non rectè poſſe inferri in hoc caſu à contractu refutationis ad inſtitutionem hæredis obſtante maxima diuerſitatis ratione,idque fundabo de iure Romano,tàm ff. quàm C. de iure feudorum,& de iure Conſtit. Regni. De iure Romano incipiendo à generalibus vera eſt concluſio,Fiſcum in dubio ſemper vti iure priuati, niſi in
30 caſibus, in quibus expreſſa habet priuilegia *l. idem ff. de compenſ. l. cum vitioſe ff. de pignor. Pereg. de iure fiſci lib. 6. cap. 1.*& in negotijs, & cauſis Principis ita ſeruari debet ordo iuris,ſicut in cauſis priuatorum, vt latè à *Boſſio de Principe num.*75.

Sed in proprijs terminis:in teſtamento ſcilicet, in quo Princeps hæres inſtituitur,vel ei fit legatum, habemus
31 iura expreſſa, vt licet Princeps donādo, vel aliter in alterius beneficiū diſponendo ſcilicet actiuè,cēſeatur omnem defectum ſupplere,iuriumque tollere obſtaculum eius diſpoſitioni repugnantium:vnde ex ſolo titulo transfert dominium, vbi conſtat de ipſius mente, *Iacob. in verb. Princeps verſ. ſed quæro, Anna allegat.*53.*num.*32. contrarium tameneſt, cum ſubditus, vel alius in Principem diſponit, quia tunc ſunt omnino leges ſeruandæ, ac ſi in quemlibet alium priuatū fieret diſpoſitio, & in ſpetie in legato facto Principi,& hæredis inſtitutione loquuntur *l. ex imperfecto* 23. *ff. de leg.* 3. *ex imperfecto*, inquit, *teſtamento legata, vel fideicommiſſa Imperatorem vendicare verecundum eſt, decet enim tantæ Maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur* idem, *in l. ex imperfecto* 3. *C. de teſtam.* vbi idem diſponitur in hæredis inſtitutione,eademque affer-
32 tur ratio, *licet enim lex Imperij ſollemnibus iuris Imper. ſoluerit, nihil tamen tàm proprium Imperij eſt, quàm legibus viuere*, idem *in l. ſi quis Imperatorem 6. C. qui teſtam. facere poſſunt*, vbi qui Imperatorem inſtituit non ideò minus habet mutandi iudicij facultatem, *& in l. cum hæredes* 7. *eod. tit.* vbi generaliter quoad omnia dicitur, *cum hæredes inſtituūtur Imperator, ſeu Auguſta ius commune cum cæteris habent, quod & in codicillis, & fideicommiſſarijs epiſtolis iure ſcriptis obſeruandum eſt*,ex quo tex. in his verbis *iure ſcriptis* euidenter probatur hoc generaliter procedere nedū circa ſollemnitates, ſed etiam circa ſubſtantialia,in quibus maior viget ratio, ex quo licet relictū Principi non efficiatur caducum, *vt in l. quod Principi* 58. *ff. de leg.* 2. illud nō eſt ſpeciale in Principe, ſed in omni legato facto ſub nomine dignitatis, quæ nunquam moritur, *vt ibi ſummat Bar. &* ſequuntur *DD.*& comprobatur ex latiſſimè congeſtis per *Ozaſch. dec.*

Pedem.

Pedem.139.nu.11. Morot. reſponſ.45. num.9. verſ.& quod ſucceſſor, quem ſenſum ad *d.l. quod Principi* in ſpecie probauit *D. Turam.in l. Princeps in ultimis verbis ff. de legibus*, vbi latè agit, quomodo dicatur Princeps legibus alligari quòad vim directiuam, licet non quòad coactiuam, ſic conciliãs iura contraria *ex Ariſtot. D. Thoma & alijs*.

Et hanc diſtinctionem inter diſpoſitionẽ, quæ fit à Principe, & in Principem probat *Iaſ.* de com.ſent.diſtinguendo quatuor caſus *in d.l.3.C.de teſtam.*citans *Bald.in l.Sancimus 35.nu.5.C.de donat.* qui refert *Bar.*cõſuluiſſe ſuper teſtamẽto facto à quodam Domino de Vrſinis, & ſequitur *Peregr. de iure fiſci lib.4.tit.1. in principio, & tit.7.num.3. & lib.6. tit.1. per totum maximè nu.20.23. & 30.*

33 Quin etiam Imperator hæres inſtitutus nedum ius commune cum cęteris habet, ſed quod eſt mirabile in aliquibus, & præcipuè reſpicĩetibus ſubſtantialia eſt ſatis deterioris conditionis, quàm priuatus.

Et primò quamuis de iure primum teſtamẽtum, licet in ſcriptis conditũ ꝑ ſecundũ tollatur, etiam ſine ſcriptis, quando ſecundum habet ſollemnitates à iure requiſitas, tamen ex ſecundo reſtamento ſine ſcriptis, in quo ſit inſtitutus Princeps, non tollitur primum teſtamentum *l.nolumus 20. C. de teſtamen.*iuxta intellectum *Cyni, Bald. Salic.*quẽ ibi dicit com.*Iaſ.* & rationẽ colligunt ex eo tex.quia de facili præſumitur, teſtes ad aucupandam gratiã Principis, aut Magiſtratuum falſum adſtruere, licet hoc ipſi nolint.

34 Secundò adeò lex abhorret, vt quis excluſis nedũ filijs, ſed etiam quibuſlibet propinquis, qui ad inteſtati ſucceſſionem venire poſſunt, quos cõſtat vocari ex iuris expreſſa diſpoſitione, adeò vt dicantur habere titulum expreſſum à lege, & à defuncto tacitum *Bald.in l.ſi emancipati num.11.C. de collat.Surd.deciſ.272.n.2.4.& 9.*Principem inſtituat, quòd licet regulariter permittatur cuilibet de bonis ſuis teſtari in ſcriptis, vel ſine, vocando etiam extraneos excluſis omnino agnatis, quinimò & filijs relicta ſolùm eis legitima, tamẽ ſecus in eo, qui, etſi nõ habeat filios, in teſtamento nuncupatiuo ad excluſionem agnatorum Principẽ inſtituere non poteſt, ſed debet illud facere in ſcriptis, vt concludunt *Cyn. Iacob.de Are. Alber. Fulg.et Paul.*quos refert, & eorum opin.defendit *Iaſ. in d.l. nolumus 20.verſ.quid autem eſſet, licet contra Bald.& Salic.*

35 In quo, licet antiquorum plura exempla aduocare poſſem, & pręcipuè illud Suetonij in Auguſto, dum ait: *Auguſtus quamuis minimè appeteret hæreditates, vt qui nunquam ex ignoti teſtamento capere quicquam ſuſtinuerit, amicorum tamen ſuprema iudicia moroſiſſimè penſitauit &c. legata, vel partes hæreditatum, & à quibuſcumque parentibus relicta ſibi, aut ſtatim liberis eorũ concedere, aut ſi in pupillari ætate eſſent, die virilis togæ, vel nuptiarum cũ incremento reſtituere conſueuerat*, & aliud, quod refert *Ioſeph.lib.17. antiquit.cap.13.*tamen omnibus melius ad rem noſtram eſt, quod legitur in *Tacito Annal. lib.2. magnificam in publicũ largitionem auxit Cęſar haud minus grata liberalitate, quod Emilię Muſa locupletis inteſtatæ petita in Fiſcum Emilio Lepido, cuius è domo videbatur, et Patulei diuitis Equitis Romani hæreditatẽ (quamquã ipſe hęres in parte legeretur) tradidit M. Seruilio, quem prioribus, neque ſuſpectis tabulis ſcriptum compererat, nobilitatem vtriuſque pecunia iuuandam præfatus, neque hæreditatem cuiuſquam adijt, niſi cum amicitia meruiſſet, ignotos, et alijs infenſos, eoque Principem nuncupantes procul arcebat*, ex quo ſatis apertè comprobatur nedũ in gratiam filiorum, ſed & eorum qui ſub colore aliquo ſe coniunctos morientium quoquo modo contẽdebant, antiquos Imper. aliorum hæreditates ſpreuiſſe, & maximè eorum, qui

per

per amicitiam non erant noti,& potiſſimè illorum,qui in agnatorum odium ipſis legabant.

36 De iure feudorum omiſſis diuerſis refutationum ſpeciebus, quas ſigillatim recenſet *Anna in repitit. rub.de vaſal.decrept.ætat. verſ. refutauit nu.* 128. loquens de refutatione feudi hæreditarij, quam facit vaſallus habens filios,vel agnatos,non dubito illam de iure permitti in vita tamen per cõtractum ſincerè,bona fide,& ſine fraude, non autem per teſtamentum, ſiue per quamlibet vltimam voluntatem, niſi directo domino expreſsè aſſentiente, acceptanteque teſtamẽtum ante mortem feudatarij hoc modo in ipſum dominum diſponentis. Non enim loquor de feudatario nõ habente filios, vel agnatos, noui enim illum caſum non habere dubitationẽ, quandoquidem cum non agatur tũc de tertij prę iudicio, in vita omninò refutare domino, fortiori ratione indiſtinctè erit permiſſum, cum fraus conſiderari nequeat,in morte autem parum vtilis eſſet diſputatio,cum feudum in omnem caſum ſit ad Dominum peruenturum reſoluto contractu.

Hoc autem diſcrimẽ inter refutationem, & teſtamentum probabitur iuxta veros terminos *Andreæ*, & ferè omniũ *Feudiſtarum* opin. viuis quoque rationibus,ex quibus quæ in contrarium fortè afferri poſsẽt,facili negotio reſoluta apparebunt.

Et in primis coniungendo theoricã *Andr.in cap.*1.S. *& ſi libellum à nu.*6. *ad* 8. *de alien.feudi pater.in cap.*1.S.*donare in add.à num.*6. *verſ.non videtur autem pluries in diſcurſu,vſque ad nu.* 11. *qualiter olim feud.alien.pot.& in cap.Imperalem num.*15.16. *& in add. ſequen.de probib.feudi alien. per Federicum.*

37 *In d.S. & ſi libellum, cum dubitauerit Andr.num.*5.*verſ.numquid hoc cap. vtrum per Conſtitut. Regni* indiſtinctè prohibentem alienationem fuerit correcta diſpoſitio *d.S.& ſi libellum*,& ſic etiam prohibita refutatio in proximè ſucceſſurum, poſtquam firmauit non includi refutationem,quærit *nu.*6.in quod nomen contractus cadat refutatio,nam infeudatio eſt contractus nominatus, ſicut alij inuenti de iure ciuili, & hinc vt probaret *Andr.* refutationem non cadere in ſpeciale nomen contractus,idque pertranſeũdo,nam cępit verba facere de refutatione,quæ fit directo domino, eam non habere ſpeciale nomen affirmauit,cum plura ſint negotia, quàm vocabula,& illam non poſſe fieri nuda voluntate refutãtis, cuius rei reddit rationem, quia nõ receditur à cõtractu perfecto, & infeudatione completa, ſed actus priori infeudationi ſimilis,retro agens infeudationem,neceſse eſt, vt intercedat renunciando feudum,quod erat acquiſitum,poſſeſſionem feudi reſtituendo, & hæc reſignatio *inquit Andr.* cadit in nomen reſtitutionis, quæ dicitur refutatio, & cum reſtitutione poſſeſſionis feudi, vt legit *Liparulus* ipſo iure,vel ſecundum alios quantum ad effectum reſoluit primum contractum infeudationis,*vt C.quãdo lice.ab emptio.diſced. l.*1.*in fin.& l.*2.*in Gloſ.* Nec aliud nomen habet refutatio,ſeù reſtitutio,quę alienatio eſt,quia ſic retranſit in feudũ dantem illud dominium vtile,ſeù ius, quod erat in feudatario, & hoc eſt, quod dicitur ꝑ huiuſmodi actus quaſdam nouas obligationes conſtitui *ff.de pac.l.ab emptione in fi.*Ex quibus infert *Iſern.* qui ergo non poteſt alienare ſine conſenſu alicuius,non poterit refutare, quia refutatio alienatio eſt, niſi quando poſſet alienare, vt inter agnatos, & deinde quærit, nunquid ergo exiſtente filio refutabit feudum domino,dic idem, quod in alienatione, &c.

Et,vt oſtenderet ſe hactenus loquutum fuiſſe de feudo hæreditario,ſubdit inferius, ſi verò eſſet ex pacto, & prouidentia,&c. *vſque ad num.*8. *vbi redijt* ad refutationẽ, quę fit agnato ibi, *ſed hoc de refutatione, quæ fit domino, &c.*

38 Ex

38 Ex qua theorica quatuor eliciuntur concluſiones enixè firmatæ per *Andr.* Prima, refutationem,quæ fit Domino, non habere elegans nomen cõtractus, ſicut habet feudum.

39 Secundà,refutationem,quæ fit contractu feudi perfecto per traditionem, non poſſe fieri nuda voluntate refutãtis, etiam accedente conſenſu domini directi,vt probant iura,quæ citat *And.* quæ mox põderabimus, niſi actus omnino priori infeudationi ſimilis, mutuus ſcilicet conſenſus cum reſtitutione poſſeſſionis intercedat.

40 Tertia,eum,qui non poteſt alienare ſine conſenſu alicuius,non poſſe etiam refutare,quia refutatio alienatio eſt,& ideò permitti vaſallum refutare poſſe feudum domino, cum ſibi etiam concedatur alienare, ſcilicet cum conſenſu domini,ex quo,&c.

41 Quarta elicitur cõcluſio, nihil ſpeciale eſſe à iure inductum circa refutationem, ſed in ea ſpectari ius cõmune,vt permittatur refutatio domino, quoniam feudi hæreditarij alienatio permittitur cum eius aſſenſu.

Et quoniam de prima concluſione nihil ad rem noſtram, cum ſiue refutatio cadat in ſpeciale nomen cõtractus, ſiue non; attamen non ideò minus dicitur conuentio dependens à voluntate duorum, cum tàm nominati,quàm innomati contractus,cum cauſa ſubeſt, firmitatem habeant, &actionem pariant *l.* 1.§ *fin. & l.iuriſgentium ff.de pac.*

42 Secunda concluſio probatur euidẽter *in d.l.*1. *in fin. citata per Andr. C. quando liceat ab emp.diſced.*ibi *Etenim poſt traditionem interpoſitam nuda voluntas non reſoluit emptionem, ſi non actus quoque priori ſimilis retro agens venditionem, interceſſerit,* vbi *Gloſ.pen. in ver. non actus,* dicit hunc actum, & ſi non eſt ſecunda venditio pro eodem pretio, vt dicebant quidã, eſſe tamen ſecundam reſoluentem primam,& actum primo ſimilem,quia hic retradet rem, ille verò pretium, ideſt traditio rei,& rettaditio pretij,quo facto ipſo iure reſoluitur, licet quidam quoàd effectum tantum,*vt ex Gloſ. retulit Andr.& idem in l.*2. vbi cum dixerit *Imperator* perfectam emptionem re integra tantum pacto, & conſenſu poſſe diſſolui, ſecus verò re non integra,quod erit etiã vbi ſolæ arrhæ datę ſint in partem pretij, quia tunc vt res tradatur agitur, ſubdit *Gloſ.* 2. declarans verba *pacto, & conſenſu*, ideſt *pactionali conſenſu mutuo interpoſito, vt neuter alium conueniat,& gloſ.3.in fin.*interpretando *text.*ibi *ſecundum fidem pacti,*ſubdit, *item fidem pacti dicit ideo:quia ex quo cõueniuntde diſſoluendo contractu,& de arrhis reddendis cõueniſſe videntur*, &ſic clarè patet, diſtractum ipſum contractum dici poſſe,cum ex mutuo conſenſu, & conuentione dependeat,licet ab ea non perficiatur,ex quo nõ ſolũ nõ proficit ad agẽdum,vt diſſoluatur, ſed nec etiã exceptionem parit, ſi actus prædictus facti retro agẽs ad inuicem non intercedat,vt in caſu relato *per Gloſ. fin. d. l.*2. quem dicit eſſe mirabilem, vt interdum nudum pactum, & conuentio neque exceptionem pariat.

Idemque apertiſſimè habetur in *l. ab emptione* 59. *ff. de pac.* vbi in diſtractu præter conuentionem mutuam contrahentium,quæ pluries à I. C. repetitur in ipſo *text.* exigitur ad diſtractus validitatem actus ipſe facti,nam aliàs dicitur ipſa conuentio,quæ pertinet ad reſoluendum id,quod actũ eſt, nõ ſufficere ad diſtractum, & redditur ratio, qua vtitur *Iſern.* quia eo modo non tàm hoc agitur,vt a priſtino negotio diſcedamus, quàm vt nouę obli-

43 gationes conſtituantur, vbi *Gloſ.magna fin.ampliat,* vt nec p pcariũ poſſit ipſo iure ab emptione recedi, ſed q verus actus, & naturalis ſit neceſſarius in triplici virtute, ſecundum *Bald.* ibi *num.*7.*in fine,*ſcilicet dominij tranſlationis,poſſeſſionis traditæ,& liberationis quæſitæ;dicẽs hanc eſſe veritatem, & ſequitur ibi *Paulus in ſumm. & nu.*

4 dicens,

4. dicens, quod, vbi res nõ eſt integra,
conuentio reſolutiua nihil operatur,
niſi fiat reintegratio ſponte ab vtraq;
parte per actum retroſimilem, vt per
eum latius ſuper *Gloſ. fin. num. 17. verſ.*
44 *hic eſt effectus*, & ſequũtur omnes *DD.*
tàm in præd. ll. quàm alij innumeri cõ-
geſti à Tiraq. de retract. conuent. §. 6.
gloſ. 2. num. 8. 9. vſque ad 21. qui in ef-
fectu concludit, contractum, cum reſol-
uitur ex pacto reſolutiuo inito ex in-
teruallo non adiecto ab initio tempo-
re contractus, dici duplicem vendi-
tionẽ, & duos eſſe cõtractus, ac proin-
de duplex laudemium, vel gabellam
deberi, citans inter alia iura *cap. 1.*
quid iuris, ſi poſt alien. vbi Iſern. an-
nuit præd. in verſ. alij diſtinguunt hoc
45 *cap.* & latiùs idem *Tiraquell.* poſtea
viſus *ad ll. connub. gloſ. 5. à num. 5. ad*
31. vbi infinitis iuribus, & authoritati-
bus probat diſtractum eſſe cõtractum,
& eandem ſolennitatem vndique
requiri in renunciationibus, & diſtra-
ctibus, quæ in contractibus etiam in
exorbitantibus.

Quin potius ſola retraditio, & ſic a-
ctus retroſimilis quamuis ſit actus fa-
cti, ex quo regulariter ſolet magis oſtẽ
46 di voluntas, quàm ex verbis *argumẽ-*
to l. Paulus ff. rem rat. habe. non ta-
47 men reſoluit contractum feudi per-
fectũ, ſ3. infeudationẽ primã, imò eſ-
ſet nouas obligationes cõtrahere *iux-*
ta §. illud d. l. ab emptione; ſed requiri-
tur renunciatio iuris, quod habet ex
infeudatione, cum reſtitutione poſſeſ-
ſionis retro, quibus coniũctim adhibi-
tis potius quantum ad effectum, quàm
ipſo iure reſoluitur, & eneruatur pri-
ma infeudatio, & ſic cũ eadẽ ſolẽnita-
te *argumento l. nihil tàm naturale ff. de*
reg. iur. quam in id citat *gloſ. fin. in d.*
l. ab emptione, cum alijs per Tiraquel. d.
gloſ. 5. ad ll. connub. n. 18. quo fit, vt re-
futatio feudi reqrat vtrũq; ſ3. renũcia-
tionẽ feudi, ſeù nouã cõuentionẽ inter
partes de reſoluẽdo contractum, & re-
traditionem facti, vt clariſſimè docet
idẽ *Iſer. in c. 1. n. 7. de controu. inueſt.*

48 Et ob id refutatio diffinitur, vt ſit reſi-
gnatio feudi in manibus dñi, ut ꝓbatur
in c. 1. de vaſal. decrep. æta. vbi gloſ. vn.
refutationẽ ipsã vocat pactionẽ, & ita il
lã diffiniuit *Bal. in c. 1. verſ. pro vlterio-*
ri, de alien. feudi, quẽ ſequũtur *Loffr. &*
Ann. pater, qui eũ citat *in d. rub. de vaſ.*
decrep. ætat. verſ. refutauit n. 129. facit
tex. in l. nuda ratio, cũ gloſ. 1. ff. de donat.
cum alijs per *Maſcar. concl. 627. n. 33.*
49 Nec aliter põt fieri refutatio, niſi cõ-
ſẽtiente, & acceptãte dño, cũ ſit actus
duorũ, & ſumat uires à cõſẽſu dñi ac-
ceptãtis, quo renuẽte nulla eſt refuta-
tio in feudo dato ad certũ ſeruitiũ sm̃
opin. *gloſ. & Marini*, quẽ ſeqtur *And.*
& cũ eo ferè omnes in c. 1. in add. n. 24
de Capitaneo, qui Curiã vẽd. cũ cõcord.
per Lipar. ibi lit. B. ver. ſed qñ datur, &
in c. 1. verſ. poſt refutationẽ de vaſal. qui
cõtra Cõſt. Lothar. ibi *itẽ in Regno Sici-*
liæ, ſi eſt quaternatũ, nõ refutabit ſine cõ-
50 *ſenſu Regis*, & hoc p̃ſertim in Regno,
ubi cuilibet feudo sũt annexa ſeruitia
militaria, ut per *Capyc. in c. Imp. §. cal-*
lidis col. 6. ver. ſecunda cõcl. & proinde
non fit refutatio ſine uoluntate ipſius
51 domini, ut latè per *Annam in d. repet.*
rub. de vaſal. decrep. ætat. num. 147. &
latiùs nu. 325. & ſing. 196. aſſenſus e-
nim, ſiue conſenſus eſt ille, à quo in
feudis actus ſumit uires, ut tradit *Anna*
in d. rub. num. 219.
52 Et generale eſt, ut in contractibus,
qui conſenſu perficiũtur, non ſufficiat
ſimpliciter conſenſus; ſed debet eodẽ
tempore adhiberi, & eſſe ſimultaneus
l. 1. ff. de pac. l. cõſenſu ff. de act. & oblig.
quod procedit tàm in contractibus
nominatis, quàm etiam innominatis,
& correſpectiuis; qui per medij tem-
poris interuallum uitiantur *l. 1. §. qui*
præſens, vbi Iaſon. Crot. Galia. Pariſ.
& alij congeſti per Aquil. num. 17.
cum ſequent. ff. de verb. obligat. Surd.
conſ. 157. num. 12. & conſ. 298. num.
39. lib. 2. & in diſtractibus quoque
in ſpecie probat idem *Surd. conſ. 136.*
nu. 17. lib. 1. declarando, ut per *Rom.*
conſ. 295.

53 Et ex his, quæ tradit *And. in dd. locis,* apparet, *Bald.* minus rectè ſenſiſſe, dum *in cap. 1. §. hoc quoque nu. 11. de ſucceſſ. feud.* ſcriptum reliquit, vaſallum refutantem feudum à ſe abdicando in dominum, nihil transferre, ſed ex ipſa proprietate dominum ius metiri *argumento l. ſi hæres ff. ad Trebell.* & cum
54 eo *Annam ſen. in d. rub. de vaſal. decrep. ætat. nu. 136. & 137.* licet parum fideliter referat dictum *Bald.* addens plura verba, quæ *Bal.* nō dixit, de quo aliàs fiſcus in priori cauſa refutationis vltimi Principis fecit magnum feſtum, ſatis enim ſuperque ex prædictis apparet fundatum contrarium.

55 Eo maximè cum certum ſit, vtile dominium vaſalli præferri directo velut potentius, & maioris æſtimationis, *Iſern. in c. 1. nu. 2. de controu. inter vaſal. & alium, vbi Lipar. in verſ. directo citat concord.*

56 Ex quibus ſatis apertè comprobatę remanent reliquę duæ concluſiones excerptæ ex theorica *Iſern. in d. §. & ſi libellum,* cū enim in diſtractu, & reſolutione contractus feudalis in primis requiratur omnino mutuus conſenſus feudatarij, & domini directi de priori contractu reſoluendo, ex hoc per neceſſe infertur, vt feudatarius, qui non poteſt alienare ſine conſenſu domini, nequeat & refutare, ſcilicet ſine eiuſdem domini conſenſu, ea ratione: quia refutatio alienatio
57 eſt, & ſic nihil ſpeciale eſt in refutatione, quod infra latiùs probatur; ſed ſicut etiam exiſtente agnato, vel filio, qui proximus eſt agnatus *l. filius ff. de ſuis, & legit.* poteſt vaſal-
58 lus feudum hæreditarium diſtrahere in quemlibet extraneum cum aſſenſu domini, modò ſine dolo, & fraude, vt notat *Affiict. in cap. 1. col. 4. verſiculo quæro modò de alien. feud. pater. cum concor. per Surd. conſil. 382. nu. 91. lib. 3.* haud mirum ſi domino quoque volenti, & conſentienti refutare queat ſimiliter ſincerè, & bona fide, ſiquidem cum permittatur alienatio cum aſſenſu tempore habili, vt infra, ergo & refutatio, cui dominus illam acceptando aſſentitur.

Et hinc oritur, contractus initos cū domino directo non egere aſſenſu, & vt vulgò dicitur, faciētem actum cum domino eſſe tutum etiam ſine aſſenſu, ſcilicet alio aſſenſu præter illum, qui
59 neceſſariò infertur ex conſenſu præſtito in eodem contractu, vt in feudo domino directo pignorato loquitur *text. in cap. primo extra de feud.* & ſimiliter iuxta limites text. prædicti, quem omnes in id citant, de contractibus ſimiliter loquuntur *Ardiz. Bald. Curt. & Iacob. citati per Camer. cap. Imperial. cart. 12. litera P.* qui omnes dicunt contrahendo ſatis conſentire videri dominum, imò
60 fortiùs, quàm in aſſenſu, qui non eſt contractus, vt tenet *Anna in*
61 *Conſt. Cōſtit. diuæ memoriæ num. 65.* Permiſſo igitur pignore, vel alio contractu, & ſic ſpecie, non videtur permiſſum genus, & contra prohibito pignore, non cenſetur prohibitum, vt per alium modū alienet, nā à quo remouetur genus, remouetur ſpecies, non è contra, vt in terminis de pignore ad alienationem in genere arguit *Iſern. in capit. primo numer. 2. per quos fiat inueſtit.* obque id *Camer. dicta carta 12.* infert ad contractus, qui fiunt cum Prorege ſuper bonis feudalibus, & vltra requirit, vt is ſit dominus, qui, ſi fieret actus cum extraneo, poſſit conſentire, & ſic totum regulatur à mutuo conſenſu.

62 Qui cum in contractibus tantum intercedat, ſecus verò in teſtamento, quod dependet à nuda voluntate ſolius teſtantis, ignorante domino, in quo proinde non requiritur partis præſentia, neque conſenſus ex regula tradita per *Bart. in l. certum §. ſi quis abſente ff. de confeſſ. cum concor. per Maſcar. de proba. c. 47. n. 3.* ubi aſſenſus nō p̄cedit, uel ſaltim nec ſubſeq̄tur ante mortē ipſius diſponentis,

ſientis, cum ceſſet cauſa, quæ validat
refutationem, & omnem cõtractũ, qui
fit cum Principe, remanet inconcuſſa
regula prohibitiua, quæ dum in iure
feudorum non reperitur limitata in
Principe; ſed contrarium expreſsè, vt
63 infra patebit, meritò *Iſern. in cap.* 1. §.
donare in addit. qualiter olim expreſsã
64 conſtituit differentiam inter contra-
ctum, & teſtamentum.

65 Loquens enim in terminis *Conſtit.
Regni, licentiam*, qua fuit conceſſa li-
centia Baronibus conſtituere dotariũ
ſuis vxoribus in feudis ſub certa di-
ſtinct. *dicit poſt num. 6. col. 8. in verſic.
non videtur autem*, quod poſſit in te-
ſtamento relinqui: quia dicit *conſti-*
66 *tuere*, quod eſt inter viuos, ſicut ver-
bum *concedere*, aliud eſt in verbo
relinquere, quod refertur ad vltimas vo
luntates, licet ratione adiuncti omnia
hæc verba immutent propriam natu-
ram, citans in id plura iura; ſed ſimpli-
citer dicendo *conſtituit*, intelligitur
inter viuos: quia dum dicimus *con-
ſtituere* intelligimus nudo pacto ſi-
ne ſtipulatione §. *de conſtituta
de action.* ergo neceſſariò refertur
ad actum inter viuos, vt bene ſup-
plet *ibid. Lipar.* concedit tamen *Iſern.*
poſſe conſtitui quoque dotarium in
67 teſtamento, ſi id fiat verbis aptis ad
contractum inter viuos *l. Seia in fine
ff. de don. cauſ. mort.* vbi probatur, con-
tractus poſſe fieri in teſtamento non
minus, quàm in alio actu iuxta notata
per *Gloſ. in l. hæredes palam. §. fin. ff. de
teſtam. in l. eum quis decedens §. codicil-
lis ff. de leg. 3.*

Et licet poſſit conſtitui ſeruitus, in-
quit *Andr.* iure legati in teſtamento, id
eſt: quia erat ſuum prædium, at feudum
68 non eſt ſuum, niſi dum viuit, poſt mor-
tem ſuam eſt filij, nõ beneficio patris;
ſed eius, qui dedit, & ideò nõ valet or-
dinatio teſtantis in eo; cum conferat
conſtitutionem dotarij in tempus,
quo alius erit dominus non benefi-
cio relinquentis dotarium, & ſic non
valet.

Et vt reſponderet tacitę obiectioni,
regulaliter poſſe fieri in vltima volun-
tate, quod põt fieri inter viuos, cum valeat
argumentũ de cõtractibus ad vltimas
69 voluntates, *vt latiſ. per Euerar. in ſua
Topica, dicit Andr.* ſi ratio hæc non re-
pugnaret, quod poteſt fieri inter viuos,
poſſet in vltima voluntate; ſed quia re-
pugnat alia ratio, aliud ius inducit,
ſufficit dare inſtantiam vulgatis iuri-
bus.

Et cum ad alia diuertiſſet, re-
deundo ad idem *n. 8. verſ. quod autem*,
aliter probat, diuerſum eſſe cõſtituere
inter viuos, quã relinquere: quia con-
ſtituens ſe ſoluturum non tenetur, niſi
appareat de debito, ſecus in legante.

Et vt plenius explicaret rationem
diuerſitatis, ſubdit, in teſtamento reli-
ctum dotarium etiam cum conſenſu
domini non valere, quia relicta in te-
ſtamento capiunt vires non ſtatim, ſed
poſt mortem defuncti ab aditione hæ-
reditatis inſpecta veritate; ſed ſtatim
eo mortuo defertur feudum filijs, vel
agnatis, non iure ſucceſſionis; ſed
ex vi contractus, vnde non ſumit vi-
70 res illo tempore, quo mortuo ſcilicet
feudatario per l. prouidentiam alij de-
latum eſt; ſicut enim, quando donatur
cum non poteſt, & excurrit in tempus,
quo poteſt, valet quod quis agit, ita
cum fit, quando poteſt, & excurrit in
tempus, quo nõ poteſt, non valet actus,
quia n. potuit ſcilicet cõſtituere inter vi-
uos, & ſtatim trãsferre, noluit, quod vo-
luit ſcilicet dare in tempus, quo alius
erat futurus dominus per legis, vel do-
natoris prouidentiam, non potuit, &
ſic locus erit *regulæ l. multum intereſt
C. ſi quis alteri, vel ſibi*; quod repetit
inferius *poſt num. 10. verſ. quando ergo
inter viuos.*

Et ne quis crederet, *Iſern.* loqui tan-
tum in feudo ex pacto, de quo verè
loquutus fuerat *ſupra num. 8. in ver-
ſic. item ſi in teſtamento*, vt benè
aduertit *Lipar. poſt nu. 10. verſ. niſi in
vltima voluntate poſt Loffred. conſ. 1.
nu. 16. & conſ. 9. n. 23* dubitat *in verſ.*

B 2 *ſi ergo*

ſi ergo; quid ſi eſſet feudum hæreditarium, & filius in eo eſſet hæres patris relinquentis dotarium,& arguit primò valere diſpoſitionem etiam in re ſua propria hæredis, & etiam ex regula *l. cum à matre C. de rei vend.* ſed decidit *Iſern.* contrarium *in ver. niſi dicas*, ſcilicet eſſe idem in feudo hæreditario, quod in feudo ex pacto: quia tunc valet diſpoſitio etiam in re hæredis, quando voluntas legitimè diſponit: qa de conſtituente dotariũ loquitur conſtitutio, quo caſu ſcilicet dat conſenſum, ſiue licentiam,non de legante,quod repetit etiam *poſt num. 9. verſ. hęc iura non faciunt.*

Et vt perfectè oſtenderet idem eſſe in feudo hæreditario, quod in feudo ex pacto,ad hoc vt licẽtia,ſiuè aſſenſus cõceſſus alienationi per contractũ non extenderetur ad diſpoſitionem in vltima voluntate, quamuis hæ feudorum ſpecies inter ſe valde differant, ſubijcit, *non eſt inualidum nunc ratione rei*, ideſt feudi huius, eo quia poſt mortem non eſt, ſeu non erit feudum ipſius diſponentis, quando incipiet habere vires legatum, qua ratione *ſupra num.* 8. dixerat non poſſe conſtitui dotarium in teſtamento in feudo ex pacto etiam cum conſenſu Regis, aliud enim eſt in feudo hæreditario: nam eſt eius hæreditatis,ſiuè hæredis, quod tantundem eſt, ſcilicet eſſe rem defuncti, vel hæredis ad hoc, vt valeat diſpoſitio, modò tamen voluntas fuerit legitimè ordinata,& ſic modò concurrant termini habiles, quando ſcilicet cum conſenſu domini alienatum eſt, *vt optimè interpretatur Loffred. in ſua paraphraſi ad d. §. donare* ibi, *ſub verſic. ſi ergo*, qui veram habuit mentem *Iſern.* aliàs enim, ſi non conſtituit dotarium in vita, quod ſibi erat permiſſum, ſed legauit, quod non erat conceſſum diſponere in morte, eueniet pariter in feudo hæreditario, vt ſupra dixerat in feudo ex pacto, ꝑ regulã *d. l. multũ intereſt*,non quidẽ ex eo ꝙ repugnat natura rei,quia feudũ hęreditariũ poteſt in vita,& in morte alienari cũ aſſenſu, ſed quia conſtituere, quod potuit,non fecit,legauit autem, quod non potuit ſine aſſenſu.

Et quod iſte ſit germanus ſẽſus verborum *Iſern.* patet ex ſequentibus ibi *maximè ſi fieret ſine conſenſu Regis hodie per præd. conſtit. nouam, quæ in conſtituente loquitur, non in legãte*, ex quibus ſatis apertè oſtendit non alia ratione firmaſſe non valere legatum dotarij in feudo hæreditario, niſi qa debet adhiberi aſsẽſus; nec negotiũ facit dictio illa *maximè*, quæ ſui natura exprimit caſũ minus dubitabilem, quia vt *Loffred. d. loco in fine* aduertit, illud aduerbium *maximè* refertur ad dictionem *hodie* vt colligitur quoque ex *Iſern. inferius nu.* 12. *in fine* ibi *hodie ſine conſenſu domini*,& alibi etiam vtitur *Iſer.* dicta dict. *maximè*,quæ vacat, *vt in cap. Imp. n.* 15. ibi *maximè quando non eſt hæres.*

71 Quem aſſenſũ ſubijcit *Iſer.* nõ poſſe à Rege interponi poſtquã alij eſt delatũ, vt ex ꝓmiſſis,& ſequẽtibus dicit apparere,in quo ſe remittit ad ea,quę dixit *in c. Imp. circa principiũ*,vbi claris. firmauit, aſſenſũ nõ poſſe cõcedi poſt mortẽ in pręiudiciũ filij,vel agnati, cui medio tẽpore eſt ius quæſitũ,etiam in feudo hęreditario,vt ꝑ eũ ibi *n.* 15. 16. *& in addit. vſq; ad n.* 17. quã remiſſionẽ *And.* ad loca,vbi loquitur de feudo hęreditario,in ſpecie ponderauit *Lipa. in c. Imp. nu.* 15. *in add. quid ſi Titius.*

Et vt euidẽter pateat,ipsũ *Iſer. in d. verſ. nec Rex poſſet*, loq. in feudo hereditario, & pariter ſensũ *Loffredi* ad ea verba, *quod tãtundẽ eſt feudũ eſſe deſuncti, vel hæredis*, qñ ſʒ. cũ cõſenſu domini alienatũ eſt,eſſe veriſſimum, ſubijcit aurea verba *in verſ. & hoc videtur verum* in effectu concludens, non poſſe legari dotariũ in feudo hęreditario ſine aſsẽſu, iiſdẽ rationibus, qbus ſupra dixerat,id nõ poſſe fieri in feudo ex pacto ſʒ. qa futura erat res alterius poſt mortẽ,& qa de iure nõ ſubnixa eſt hęc volun-

voluntas, quo caſu nec hęres tenetur implere, quod defunctus voluit, niſi ſciēs inualidam cępiſſet implere, quod nec haberet locum, vbi oporteret conſenſum Regis adeſſe, nam ſi ipſe, qui fecit actum, poſſet reuocare iure proprio per Conſtitutionē Regni, multò fortius hæres, ex quibus ſicuti apparet verus ſenſus *Laffred.* & comprobatur, eaſdem rationes militare in feudo hæreditario deficiente aſſenſu, quas con-
72 ſiderauit *Iſern.* in feudo ex pacto, ſic etiā reijcitur opinio eorum (ſi qui sūt) qui dicunt *Iſer.* loqui *in d. verſ. in feuda ex pacto*, quorum opinio prætorquā repugnat verbis *Andr.* maximè dum ſe remittit ad dicta per eum *in c. Imperialē vbi n.* 15. 16. expſsè firmauit non poſſe Regē dare aſſensū poſt mortem in feudo hæreditario, vb idē comprobauit *Lipar. in addit. incipiente, idem enim ſi eſſet hæres, ante finem poſt nu.* 15. eſſet præterea de indubitabili, *cum ſupra nu.* 8. *verſic. item ſi in teſtamento* firmauerit in feudo ex pacto non confirmari teſtamentum nullo modo etiam ex aſſenſu ante mortem, & habetur per *Iſern. in* §. *Titius, ſi de feudo fuerit controuerſia, Camer. in cap. Imperialem car.* 88. *col.* 4. *litera* R. & ita in feudo hæreditario dicta verba *Iſern. intelligit Anna in ſpeciali alleg.* 66. *num.* 4. *et Lipar. in cap. Imper. in add. facta per Iſern. ad num.* 16. *in verb. nouus conſenſus, litera N.* vbi loquens ſecundum terminos *Iſern.* expreſsè in feudo hæreditario citat dictū *ver. Iſer. in d.* §. *donare verſiculo, nec Rex poſſet cōſentire*.

73 Ex qua theorica reſultant ſubſcriptæ concluſiones, &c. Prima, vt conceſſa poteſtate à lege alienandi feudum per viam contractus non poſſit id fieri in vltima voluntate.

Secunda permiſſa dicta alienatione per contractum, non licere in vltima voluntate etiam in feudo hęreditario ſine aſſenſu.

Tertia diuerſam conſiderari rationem inter alienationem feudi per viam contractus, quàm in vltima voluntate pluribus modis ſupra ex *Iſern.* relatis, & proinde permiſſo contractu non cenſeri permiſſum teſtamentum.

74 Quarta concluſio aſſenſum ſuper teſtamento non poſſe concedi à Rege, mortuo teſtatore in feudo hæreditario, poſtquam feudum alij delatū eſt.

Quæ confirmantur ex his, quæ *Iſer.* docet eodem loco, qui vt omnino oſtenderet totum diſcrimen, quod in hac materia fit inter contractus, & vltimas voluntates, pendere ab ea ratione diuerſitatis, quod contractus dependeant à mutuo conſenſu duorum, pluriumuè in idem conſentientium, & perficiantur in vita eorumdem contrahentium, quod non eſt in teſtamentis, ſubijcit illa verba verè aurea ante *nu.* 8. ibi, *quod enim potuit conſtituere inter viuos, et ſtatim trasferre, noluit*, quæ verba oſtendunt perfectionē, & efficaciam contractus, quæ non eſt in vltima voluntate. Et poſtquā *n.* 11. dixit poſſe feudatariū in teſtamēto cōſtituere dotariū per verbū *conſtituo*, q̄ intelligitur *inter viuos iuxta ſupra dicta*, ſubijcit *nu.* 12. oportere tamen eſſe præſentem mulierem, cui acquiritur per ſe, vel alium legitimè loco ſui, vel ſi eſſet facta donatio per nuntium, neceſſaria eſſet ratihabitio donatarij ante mortē donantis rem feudalem cum conſenſu domini, vel dotarium conſtituentis poſt mortem, & poſtquam feudum eſt deuolutum ratificando nihil ageret, quod ſimiliter intelligi debet de feudo hæreditario, in quo certum eſt conſiderari pactum acquirentis, & prouidentiam dantis, quamuis cum qualitate hæreditaria *ſecundum Andr. in cap.* 1. *col.* 2. *de alien. feud. pater Camer. in* §. *præterea ducatus car.* 95. *lit. C. cum alijs à Dom. Conſ. de Georgio alleg.* 18. *num.* 28. nam in feudo ex pacto *iam ſupra num.* 8. determinauerat, nihil in hoc operari aſſenſum Regis, & ſic apparet, *Afflict. in d.* §. *donare nu.* 49. *in fin. verſ. ſed ego dubito* dū dicit *Iſern.* firmare non poſſe feudatariū relin-

relinquere dotarium in feudo hæreditario cum conſenſu domini malè percepiſſe mentem *Andr.* qui contrarium apertè dicit ſecundum *Loffred. & Camer. fol.*48.*litera E.*

Vnde cum concedatur à iure feudatario contrahere cum domino ſuper feudo hęreditario, quia *text.* expreſſus, quem de hoc habemus *in c.*1. *de feud.* loquitur de pignore, & refutatio quoq; permittatur eidem, quam conſtat perfici ex mutuo conſenſu, & conuentionem, ſiue contractum dici licet ad diſtrahendum, non bene infertur, vt idẽ liceat in vltima voluntate.

76 Et hoc eſt, quod propriè voluit *Frec. in terminis lib.*2. *quæſt.*38. vbi poſtquam *num.*9. *verſ. ſed ſi Rex* conſtituit regulam, vt conceſſa poteſtate alienandi, cenſeatur permiſſa etiam diſpoſitio in vltima voluntate *ex reg. l. ſi quis prioris* §. *certũ C. de ſecund. nup. cum infin. congeſtis per Conſ. de Anna*
77 *conſ.*53. & 86. cuius tamen contrariũ voluerunt graues *DD.* prout ſunt *Ang. & Alex.* quos refert, & ſequitur *Socin. Iun. conſ.*97.*num.*55.*lib.*2. qui benè probat debere intelligi tãtum de alienatione propriè, ideſt de ea, per quam quis à ſe viuente rem transfert in aliũ, & videtur pro hac opinione ſtare *Iſer. in cap.* 1. *quid iuris ſit, ſi vaſal. poſt alie. ante verſ. profectò, dum citat l.*1.*C. de fun. dota.*
78 Limitat tñ idẽ *Frec. n.*11. nõ pcedere, cũ Rex cõceſſit, vt poſſit cõtrahere ſuper feudo, vel de feudo; nàm ex tali licentia non poterit in teſtamento feudum relinquere, & reddit rationem ex *l. verba contraxerunt ff. de verb. ſignif.* quia aliud eſt *contrahere,* in quo conſideratur vltrò citroq; obligatio, aliud *teſtari,* & non nihil faciunt *ſuperius di-*
79 *cta per eum num.* 5. dum conſiderat conceſſa poteſtate donandi non poſſe quem donare cauſa mortis: quia prima firmior, & potentior, cũ per eã trãſeat dominium in donatarium irreuocabiliter, & *num.*7. *et* 9. addit, *dum erat vtrumque prohibitum, conceſſo vno*
non venit aliud præſertim in diſpenſa-
80 *tionibus, vbi etiã cui licet quod maius*
81 *eſt, non permittitur minus: quia cortex verborum ſpectatur, et in aſſenſu rigorẽ ſequimur non æquitatẽ, optimè Loffred. conſ.*9. *num.*22. *cum ſequent.*

Et plura alia ad rem pulchrè conſiderat *Camer. omninò legendus in repet. cap. Imper. fol.*48. *col.*1. *litera E.* vbi concludit conceſſa tàm ab homine,
82 quàm à lege alienatione per viam contractus inter viuos, non poſſe fieri teſtamentum tàm in feudo ex pacto, quàm feudo hæreditario ſine alio aſſenſu ex dictis per *And. in d.* §. *donare,* & alijs, quæ ſubijcit idẽ *Camer. col.*3. *lit. M. vſque ad finem,* qui in omnibus confirmat ſenſum ſupra traditum ver-
83 bis *Iſern.* Hinc fit, vt refutatio in proximè ſucceſſurum omni iure permiſſa inter viuos, non tamen poſſit fieri in vltima voluntate, vt ſtet tanquam vltima voluntas, *vt ex Iſern. Oldrado, Bal. et Rom. probat Camer. d. c. Imper. car.* 24. *litera S. car.*30. *litera P. et cart.* 32. *litera E.* adeò, vt ſi contingat fieri legatum feudi immediatè ſucceſſuro ſine aſſenſu, illud minimè tunc capiat occaſione legati, ſed ex prima conceſ-
84 ſione contra *Afflict. deciſ.* 119. ſicut etiam dicta refutatio non poteſt fieri ſine aſſenſu ſpeciali, etiam illi, qui ex priuilegio eſt proximè ſucceſſiuus nõ ex ſanguine, *vt probat Anna d. rub. de*
85 *vaſal. decrep. ætat. num.*292. *ex mente Andreæ.*
86 Qui tandem *in cap. Imper. num.*15. 16. *et in addit. vſque ad num.* 17. ſatis prædicta confirmat, dum format quæſtionem de alienãte feudum, & non tradente, ob mortem ſubſecutam, concluditque aſſenſum poſt mortem concedi non poſſe *ex reg. l. bonorum ff. rẽ ratam haberi,* etiam in feudo hæreditario *in verſ. idem enim ſi eſſet hæres, vbi Lipar. in add. magna ante finem citat Afflict. Capyc. et Camer.* & teſtatur de communi, & iterum *in ver. confirmatio litera I. et ſuper addit. Andreæ in ver. confirmaretur litera K. et in ver.*

poſt

poſt mortem lit. M. Et approbat magis expreſsè Iſern. etiam in feudo hæreditario illam rationem, qua vſus erat in §. donare, quia tempore aſſenſus res eſt alterius quamuis hæredis, quia dominium illud vtile ſtatim tranſlatum
87 eſt in quemlibet hæredem, Et in Add. ſubiungit aliam rationem, quia hæres non tenetur ſeruare contractum defũcti nullum, & ampliat, vt nõ poſſit præſtari aſſenſus poſt mortem ſuper contractu defuncti per hæredis patientiã comprobato; ſed nouum hæredis conſenſum fore neceſſarium: quia ſpes, quæ erat, vt conualeſceret per confirmationem, euanuit per mortem, dominio tranſlato in hæredem ante confir-
88 mationem ſequutam; qui amplius, vt reſolueret obiectum, hæredem eſſe eãdem perſonam cum defuncto, dicit nõ eſſe tantam identitatem hæredis, & defuncti, vt dicatur eadem omnino perſona, & eadem voluntas, ad quæ conferunt dicta à Dec. & Cagn. in l. hæredem 59. in principio ff. de reg. iur. & alia verba mirabilia in propoſito vſque ad nu. 17. & eius dicta explicat bene Camer. car. 89. col. 2.

Cuius doctrinam ſequuntur, & extollunt tàm Regnicolæ, quàm exteri, vt Afflict. ibi q. 28. num. 26. D. Capyc. car. 18. verſ. quærit ſucceſſiuè Andr. & quæſtione ſequenti verſ. quærit rurſus Andr. et car. 19. verſ. ſubſequenter, quoniam, & car. ſequent. verſ. Additiones, vbi hoc ampliat pluribus modis, Affli. in Cõſtit. Conſt. Diuæ memoriæ num. 5. iunctio nu. 6. verſ. ſed iuxta hoc quæritur, & in deciſ. 286. nu. 3. vbi Adden. & præſertim D. Piſanellus dicit ſe tenere cum illa deciſione, & deciſ. 335. poſt nu. 12. vbi Afflict. ſequitur in hoc doctr. Andreæ tàm in d. §. donare, quàm in c. Imperialem in principio, & ibi Vrſill. nu. 9. non nullos congerit ad id, quod aſſenſus, ſeù ratihabitio non poteſt fieri in præiudicium eorum, quibus medio tempore eſt ius quæſitũ, & idẽ Piſanell. tradit multa in prima add. in medio, & in fine, vbi ſequitur Iſern. in dictis locis, & dicit ſe bis idẽ cõſuluiſſe, idem Afflict. deciſ. 385. nu. 4. Lanar. conſ. 17. num. 10. & melius conſ. 73. nu. 16. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in limit. ad d. Conſtit. nu. 22. verſ. nonò nõ poſſet,
89 vbi dicit per mortem induci à lege reuocationem, quamuis eã non faciat defunctus, cum bona, & dominiũ feudorum ſint alterius, quod eſt notabile verbum in propoſito, vt nõ ſit neceſſaria reuocatio hæredis, quod etiam omnes præſupponunt, dum ſimul cũ Iſer. exigunt nouum, & expreſſum conſenſum hæredis, idemque tradit Anna pater allegat. 66. à num. 1. ad 4. & latius in Conſtit. Conſt. diuæ memoriæ nu. 114. 131. & 135. cum ſequen. vbi non ſolùm ſequitur, & bene explicat theoricam Andr. in d. §. donare, & in cap. Imper. in addit. in feudo hæreditario, de quo loquitur dicta conſtitutio, ſed amplius ſubtiliter ponderando verba
90 Iſern. in d. §. donare firmauit, teſtamẽtum ſine aſſenſu non ſtare in ſuſpenſo ob ſpem reconualidationis ob ſuperuenientem aſſenſum, ſed eſſe ab initio nullum contra leges feudales, & expreſſam Conſtitutionem Regni, quæ includit in ſpecie teſtamentum, ſecundum Afflict. ibi col. 1. et tradit idem Anna in d. Conſtit. num. 85. et 88. & bene comprobat dictum Bald. in d. §. donare nu. 2. dicentis teſtamentum in feudis eſſe præter legem, quod non ſubſiſtat maximè de iure Regni.

Et ex externis ſequuntur doct. Iſer. in d. cap. Imperialem, Bald. Aluar. Præpoſ. Alexand. Dec. Ruyn. Pariſ. Natta, Cephal. et alij congeſti ab Ozaſch. deciſ. Pedem. 119. num. 26. Hartman Piſtor. qq. iuris lib. 2. par. 1. cap. 4. num. 87. vbi addit Socin. iun. Gozad. Rolan. et Menoch.

91 Et in terminis generalibus ratificationis, debere eã fieri eo tpe, quo principalis diſpoſitio fieri poſſet, aliàs non permitti deficiente extremo à quo, quia in fictionibus, quæ ad principium trahi debent, oportet eandem cauſam, & eſſentiam perſeuerare, aliàs nunquã opera-

operatur ratihabitio re non integra-
in eo ſtatu, in quo erat ab initio actus
geſti, *citat Cagn. Tiraquell. & alios cō-
gerentes innumeros DD. Idem Ozaſch.
deciſ. 166. num. 10. & 11. cui addo Dec.*
92 *in alio loco ſcilicet in l. ſemper qui non
probibet num. 13. ff. de reg. iur. vbi in-
ſecunda limitatione ad l. bonorum* dicit
illam habere locum in ratificatione-,
quæ reſpicit fauorem ratificantis; vt
non poſſit fieri, ſecus verò ſi eſſet in-
odium, & præiudicium ipſius, *& num.
15. in 3. fall.* bene probat, nunquã poſ-
ſe fieri in præiudicium tertij.

93 Nec obſtat *præd. doctrina Bald. in-
d. §. donare num. 2.* dum quærit, quid ſi
dominus mortuo vaſallo approbat e-
ius teſtamentum nunquid confirme-
tur, & dicit videri, quod ſic: nam iſtud
teſtamentum eſt præter legem, & ſic
ſtat in eo ſtatu, in quo ſtant teſtamen-
ta de iure gentium *citans not. per Iac.
de Are. in l. non dubium C. de legibus,*
ſecus ſi eſſet contra legem: quia non-
poſſit confirmari, omitto enim *Bald.* id
non firmare: quia loquitur per verbum
videtur, & ſic non figit pedes.

Ratio, quam affert, nedum apertè e-
ius dictum confundit, verùm etiam-
eundem contra retorquetur.

94 Primò, dicimus teſtamentum præ-
dictum non eſſe præter legem; ſed cō-
tra expreſſam l. ſiuè conſuetudinē feu-
dalem, quæ vim *l. habet in cap. 1. de ſuc-
ceſſ. feud.* ibi *nulla defuncti diſpoſitione
valente, vel manente,* qui *text.* licet ſe-
cundum aliquos procedat tantum in-
feudo ex pacto, tamen verior, & magis
communis opin. eſt, vt procedat etiam
95 in feudo hæreditario, vt eſt ſupra di-
ctum, ſi igitur cum lex, vel Statutũ pro-
hibet fieri actum, vel contractum, licet
non procedat vlterius annullando, ta-
men actus eſt nullus: quia lex prohibi-
tiua ſimpliciter loquens ſemper intel-
ligitur habere clauſulam annullatiuam
actus, & notat *idem Bal. in d. l. non du-
bium in 4. notab. vbi Iaſ. teſtatur de-
com. num. 17.* quantò fortiùs, quando
96 lex vlterius procedit annullando actũ
cum expreſſa clauſula decreti irritan-
tis, quod ſi ſecus fiat ſit irritum, & ina-
ne, vt clarè dicitur *in d. cap.* 1. quo ca-
ſu conſenſus partium nihil operatur
cōtra huiuſmodi prohibitionem, *Gloſ.
in cap. ſtatutum verb. committatur de-
reſcrip. in 6. cum concor. per Iaſ. loc. cit.*

Et hoc maximè, vbi concurrit du-
plex prohibitio l. ſcilicet communis,
ſiuè cōſuetudinis generalis feudorum,
& ſtatuti, ſiuè Conſtitut. Regni noſtri,
quæ cum includat in ſpecie prohibi-
tionem in vltima voluntate, *ſecundum*
97 *Afflict. & alios ſup. citatos,* ſequitur, vt
cum ſtatutum nō debeat eſſe ſine vir-
tute aliquid operandi, fortiùs debet
cenſeri prohibitum teſtamentum in-
feudis de Iure Regni ſtante duplici
vinculo, & prohibitione, *& proinde-
Anna in d. Conſtit. num. 137. in fine-
verſ. nec obſtat* optimè dixit, quod
Bald. non fuit loquutus de Iure huius
Conſtit.

Secundò tametſi concederemus te-
ſtamentum ſuper feudo non eſſe om-
nino nullum, id non alia ratione con-
tingere poſſet, niſi quia eſſet in pen-
denti, donec ſcilicet ſuperueniret Re-
98 gis aſſenſus, ſicut dixit *Iſern.* de con-
tractu ſuper feudo, qui tenet medium
locum inter contractum omnino vali-
dum, & penitus nullum, *vt declarat Ca-
mer. car. 87. litera N. & car. 89. litera
S.* Vnde cum per mortem feudatarij
teſtantis ſpes illa recōualidationis fun-
ditus euaneſcat, *vt dicit Iſern. ad literã
in locis ante citatis, præſertim in d. cap.
Imperialem in add. vbi Camer. cap. 89.
col. 2. litera F. & car. 90. verſ. ſecunda
cōcluſio,* ſequitur, vt per mortem teſta-
mentum efficiatur penitus nullum, ſi
igitur eſt nullum omnino tempore-
quo ſuperuenit aſſenſus Regis nihil
poterit operari, & ſic ceſſat ratio,
ſuper qua *Bald.* fundat ſuũ dictũ præ-
ſertim, quia non poteſt retrotrahi in-
præiudicium tertij, *vt ſępè Camer. ex
Iſer. adnotauit,* & optimè probat *Sur-
dus conſ. 382. num. 93. lib. 3.*

99 Tertiò, dicimus, eſto ſit vera opi. *Bal.*
illius

Digitized by Google

illius dictum debet declarari, & limi-
tari,vt poſſit dominus conualidare te-
ſtamentum poſt mortem feudatarij in
præiudicium, & damnum ipſiuſmet,
non autem agnatorum,& ſic non pote-
rit dominus conualidare teſtamentum
poſt mortem feudatarij factum in ſui
beneficium ad præiudicium agnatorũ,
quibus interim per mortem eſt domi-
nium quæſitũ, quæ doctrina in indiui-
duo determinat caſum noſtrũ pro Du-
ce Grauinæ contra Fiſcum, & optimè
probat principale aſſumptũ, quod non
ſolùm non inducit aliquod ſpeciale in
domino;ſed ipſum deterioris eſſe con-
ditionis, quàm agnatus, ſicut, & aliàs
100 quoque deterioris eſt conditionis
dominus,quàm agnati,vbi agitur de
redimendo feudo,*vt per Iſern.in d. §.
donare in vltimo verſ. vbi Bald. nu.3.
& not. in §. ſed etiam res, per quos fiat
inueſtit.* Ita enim dixerunt *Cardinal.
Præpoſ.Marti. Laudenſ. in d.§.donare
Curt.tract.feud.4.par. verſ.retenta igi-
tur col.2. verſ. ſtat ergo firmata, Iacob.
in verſ. & cũ pacto de non alienando n.*
3.quos generaliter,& indiſtinctè nulla
habita reſtrictione potius in feudo ex
pacto, quàm hæreditario refert, & ſe-
quitur *D. Capyc. in cap. Imper.col.pen.
verſ.limita dictam concluſ.& Lipar.in
add.ad Iſern. in cap. Imper. num.15.
in add.incip.cap.inter dilectos.*

Et licet *Iacob.& Cur.* videãtur loqui
in feudo paterno, quod cẽſetur ex pa-
cto ſecundum *Iſern.in §. Titius,ſi de
feudo def.mil.& in cap.1.vbi Add.de
alien.feud.pater.* tamen *Camer.* optimè
relatis prædic.*DD.* ex clara doctrina
Iſer. firmat hoc procedere indiſtinctè,
& ſic etiam in feudo hæreditario *car.
90.litera T. verſ. inquantum verũ, &
verſ.vos tenete, & ſequuntur pluribus
relatis Pariſ.conſ.18. per totum lib.1.
Menoch.conſ.89. nu.29. lib.1. & conſ.
161.nu.53.lib.2.* Et verè hoc expreſsè
voluit *Iſer.* loquens de aſſenſu conce-
dendo ſuper teſtamento, in quo fuit
diſpoſitum de feudo hæreditario, vt
non poſſit concedi poſt mortem teſta-
toris *in d.§. donare poſt num.8. verſic.
nec Rex poſſet conſentire*, vt eſt ſupra
probatum, etiam ex expreſſa declara-
tione *Loffredi, Annæ, & Lipar.* præter
Camer. qui hoc idem cum *Iſern.* latè
firmat *car.87.col.1. litera D. & col.4.
litera S. T.* vbi reddit eam quoque ra-
101 tionem,quia nũquam retrotractio fit
in præiudicium tertij, cum fiat per viã
fictionis,in qua fictione nunquam lex
102 intendit nocere tertio iuxta theor.
*Bart.in l.ſi is,qui pro emptore num. 4.
ff.de vſucap.* vbi poſt *Repet.Aqui.n.57.
& 58.* & docet *Camer.* appellatione
tertij comprehendi hæredem, dum ſe
remittit ad dicenda in proximo arti-
103 culo,prout latè hoc probauit *car.88.*
vbi poſtquam firmauit non dari retro-
tractionem in feudo ex pacto *col.1. &
2. litera F.* hoc idem dixit in hæredi-
tario. *col.4. litera H. verſ.quid in hæ-
reditario*,reſpondens *ad l.cum à matre*,
vt non ſit tantæ potẽtię, quod obliget
hæredem ad ſeruandam obligationem
illã realem cauſatam ſuper re, quæ eſt
104 nulla,quod iterum latius explicat *d.
car.88.col.4. litera S. & car.89. col.2.
per totum*, vbi bene probat non eſſe
tantam coniũctionem inter hæredem,
& defunctum,vt perſona mutata non
dicatur res alterius quòad dominium,
& latius tradit *d. car.90. col.1.verſ.ſe-
cunda concluſio litera B.& col.3.verſic.
quarta concluſio, & col.4.* & voluit idẽ
And.in cap.Imper. num.14. dum in ea
quęſtione,an aſsẽſus poſſit pręcedere,
& ſubſequi, de qua latè diſputat *Cam.
car.87.in principio* per tres columnas,
licet firmet poſſe ſubſequi, reddẽs ra-
tionem,ſubijcit, quia agitur de præiu-
dicio conſentientis, ſecus ſi de præiu-
dicio alterius: quia Princeps agit, &
debet hoc agere ſine cuiuſque iniuria,
vnde cum hic agatur de notorio inte-
reſſe agnatorum maximè poſt acqui-
ſitum dominium, vt ſupra,aſſenſus non
poterit ſubſequi,nec retrotrahi, *vt Ca-
mer.* ſubijcit *d.car.87.col.4. verſ. limi-
ta tamen, Lanar.conſ.73.nu.16.* Quini-
105 mò feuda non ſolùm ſunt prohibita
aliena-

Digitized by Google

alienari ob intereſſe domini;ſed etiam
agnatorum, vt plura iura citans rectè
explicat *Camer.car.31.col:3.per totum*;
ſed quando feudum eis eſt apertum,
antequam Dominus diſpoſitioni con-
ſentiat,error grauiſſimus eſt dicere nõ
tractari de præiudicio agnatorum, qui
ſunt in inueſtitura vocati,vt his verbis
dixit *Surd.conſ.382.num.88.& 93. in*
fi.verſ.& error,maximè in Regno, vbi
per *pragm.5.ſub tit. de feudis vulgò di-*
ctã nouem capitum in 4. cap. inhibetur
Excellen.Proregibus aſſenſum pręſta-
re,vbi natura feudi mutatur,ſucceſſorẽ
extra terminos Conſtitutionum Regni
vocando, quam ad hoc ponderauit in
ſpecie *Dominus Regens de Curte in 1.*
par.diuerſ.feud.cap.14.num.99. in fin.
& iterum *in fin. cap. verſ. hæc non ad*
alium,& D.Bambac.in repet. cap.1. ſi
de feudo deſun. mili.q.4. num.60. Ex
quo & illud ſequitur,cùm aſſenſus non
106 poſſit ſubſequi actum, ſed debeat
præcedere, vel in ipſo actu adhiberi,
vt exigatur pro forma, & ſolenni-
tate, quæ ſi non intercedat in ip-
ſo actu,omnino corruit, vt latè *Ozaſcb.*
d.deciſ.166.& Surd. d.conſ.382. num.
104.ad fin. & faciunt omnia, quæ con-
tra *deciſ.Rotæ Romanæ*, vt alienatio fa-
cta per patrem iuris patronatus non
107 poſſit in præiudiciũ filij per aſſenſũ
ſuperioris poſt mortem cõfirmari,ſub-
tiliter de more conſiderauit *idem Ca-*
mer.d. car.89. col.3. cuius conſidera-
tiones extollit *Surdus d. conſ.382. nu.*
73. lib.3.

Et idem cum *Iſern.firmauit Paris*
de Puteo de reintegratione feud.cap. in-
cip.an ſi aliquis emit feudũ, & quatuor
cap.ſequent.fol.mihi 146.à ter.

Quem ad hoc citat *b. m. D. Ca-*
millus de Medicis meus ſocer in addit.
ad Iſern.in d.cap.Imper.qui in §.dona-
re hęc verba ſubijcit, quæ nõ nihil ſu-
pra dicta cõfirmãt,*aſſẽſus legis,vel ho-*
minis per viam contractus inter viuos
non extenditur ad teſtamentum tàm
in feudo ex pacto, quàm hæreditario,vt
hic diſcurrit Andr. & per Camer. in
cap.Imperialem car. 48.litera E.& H.
ex mente Andreæ hic vltima col. verſ.
item quid ſi in teſtamento reliquit, &
ſi diſpoſitio in teſtamento non valebit,
valet tamen confeſſio facta in teſtamen-
to,in quo confitetur inter viuos illud fe-
ciſſe. Hæc ille.

Et ſequitur *Gram.* dicens commu-
niter recipi *doctr. Andr. in locis prædi-*
ctis deciſione 103. *num.* 120. 184. *&*
209.

108 Quod ampliatur procedere in
feudo hæreditario non ſolùm in filio,
vel agnato,ſed etiam in hærede extra-
neo inſtituto cum aſſenſu valido,vt va-
leat etiam ipſe impugnare alienationẽ
feudi inualidè factam à defuncto, vt ex
verbis *Iſern.*colligit *Camer. d. car.90.*
col.4.litera S.verſ. & inquantum, quẽ
ſequitur *Lipar. ante num.16. in addit.*
incip.quemlibet in hæredem.

109 Quinimò nullum eſſe aſſenſum im
petratum poſt mortem debitoris etiã
in venditione facta ſub haſta ad inſtã-
tiam creditorum fuiſſe deciſum in S.
C.refert *D.Præſ.de Franch. deciſ.620.*
*num.2. & 3. iuncto fin.deciſ.*qui citat
etiam *D.Capyc.deciſ.115.*

Et hanc opin.iuxta theoricam *And.*
& *Camer.* in prædictis locis, & veros
terminos *DD.* Regni latis comprobãt
pluribus alijs relatis,*Rolan. conſ.71.n.*
16.lib.2.Surd. in d.conſ.382.lib.3. qui
rectè põderatus loquitur in indiuiduo
in terminis noſtris, ſcilicet ſtante Cõ-
ſuetudine Mantuana, qua permittitur
alienari feuda hæreditaria per contra-
ctum cum aſſenſu domini, ſicut hic li-
cet refutare,& ſic per contractum feu-
da domino ipſo conſentiente, ſcilicet
& recipiente, & præſertim eſt vidẽdus
Surdus à num.71.verſ. ad ea verò vſq;
ad num.100. & 101. verſ. ex præd.&
nu.103. vbi tandem in fine dicit hanc
eſſe commun.opin. quæ non reperitur
à *DD.* limitata, vbi extat pactum, &
facultas alienandi, vel etiam quando
extat conſuetudo.

Quæ commun. *Feudiſtarum* opinio
præter iura ſupra allegata probatur *in*

l.fin.

l. fin. ff. com. præd. quem *Camer. fol. 90. in fin.* dicit eſſe *tex.* formalem ad literam de omnibus ſupradictis,& ego addo *Bart. in citata lege*, qui habuiſſe videtur eundem ſpiritum cum *Iſer.* dum ex eo *tex.* qui diſponit actum dependentem à voluntate plutium, ex nouiſſimo conſenſu perinde confirmari, atque ſi eodem tempore omnes cōſenſiſſent, niſi qui primus conſenſit, vel defunctus ſit,vel alia mutatio inter ceſſerit in perſonam conſtituentis, vel acquirentis, adnotat *Bart. ex vlt. verbis*,nō poſſe eo modo actus defunctorum ſuſpendi, ſicut actus viuentium, nec ſi aliquid eſt receptum,vel factum in contractibus inter viuos, ex hoc ſequitur,vt idem ſit in vltimis voluntatibus,vt per eum *num. 3. & 4* & meliùs *num. 5. in vlt. oppoſ.* vbi concludit,vltimas volūtates nō poſſe eſſe in pendēti,poſtquā dies legati ceſſit,quod *And.* per alia verba dixit, ſpē reconualidationis per mortē euaneſcere, vbi amplius *num. 4. verſ. venio ad ſecundum*, reſoluit obiectū, nō videri poſſe mortem vnius ex conſentientibus impedire actum,cum ſuperſit hæres repręſentans defunctum, dicens, hæredem repræſentare defunctum ex fictione,ipsū autem videri hodie concedere, eſſe ſimiliter ex fictione,vt quod fit vno tp̄e trahatur ad aliud,in quo *ſup. n. 2.* dixerat reqri extrema habilia,vt eotēpore, quo fingitur,poſſit fieri;ſed duæ fictiones nō poſsūt cōcurrere circa idē &c.

Et *in ſolut. 3. oppoſ.* bene probat per mortem, & mutationem perſonæ deficere extrema: quia non ſunt omnes cōſentire debētes habiles ad trāsferēdum dominium,& tandem *num. 5. in fine et 6.* reſoluit argumentum de contractibus ad vltimas volūtates dupliciter. Et Primò, contractus poſſe ſtare in pendenti receptum eſſe iure ſingulari; ergo non debere extendi ad vltimas voluntates *argumento l. ius ſingulare ff. de legib.*

Secundò, argumentum non procedere, cum ſubeſt diuerſitatis ratio, quā fundat ex mutatione ſtatus contingēte per mortem, & ex diuerſitate inter defunctum, & hæredem,cuius hæredis perſonam repręſentat hæreditas adita, & latiùs,vt per eum, vt etiā facit *Iſer. tàm in d. §. donare, quàm in d. c. Imper.*

110 Ex quibus apparet quoq; ſecundò nō obſtare, q̄ *Anna* ſibi apertè cōtrarius à p̄dictis recedens, vt clienti ſatisfaceret,tradit *alleg. 69. à n. 58. ad 66.*

Siquidem poſſem vno verbo dicere, ipſummet *Annā* declarare eius opin. ſcilicet aſſenſum poſſe concedi poſt mortem ſuper teſtamento, non procedere, cum hæres teſtamentum defuncti reuocaret uigore Conſtitutionis Regni: quia tunc apertiſſimè fatetur, eſſe ueram opin. quam ipſe tribuit Regnicolis, ut impetrari non poſſit aſſenſus poſt mortem, aliàs reuocatione nō ſequuta dicit ipſe non eſſe recedendū ab opin. *Bald.* & aliorum exterorum, quam dicit com. ut per eum *num. 62. in fin. verſ. quia ſi hæres*, & ſic ſtante reuocatione toties facta à Duce Grauinæ, dum repetitis precibus Eccellētiſſimo Proregi porrectis, petijt inueſtituram Status, non obſtantibus quibuſuis diſpoſitionibus velut nullis, & inualidis,ceſſat omnis diſputatio.

111 Sed ut defendam *Andr.* quem ſicuti non minus exteri, quàm Regnicolæ uenerantur,& ad ſydera extollūt, ita quoque in hoc articulo non minus illi, quàm noſtrates ſunt ſequuti, ut ex ſupra citatis patet, quidquid comminiſcatur *Anna* audens dicere rationē *Iſern.* nihil ualere,& eſſe contra caſum legis,quinimò *Iſern.* hallucinatum.

In primis dico,plures ex *DD.* citatis per *Annam in d. alleg. 69. num. 60.* generaliter loqui, nihil diſtinguentes inter feudū ex pacto, & hæreditariū,ut inter alios facit *Præpoſ. in d. §. donare in fin. verſ. pone, vaſallus*, & ita generaliter loquitur *D. Capyc. in fin. cap. Imperial. verſ. limitatur dicta concluſio*, dum ipſe intelligit in præiudicium domini, nō legitimorum ſucceſſorum, qui ſic dici poſſunt tàm in feudo hæreditario,

reditario, quàm in feudo ex pacto, in quo licebit vti teſtimonio Epiſcopi Bouinenſis eiuſdem *Annæ* fratris, qui firmat hanc opin. contra fratrem *in ſuo reſp.ſing.impreſſo poſt addit.Conſ.Fab. de Anna in 3.fundam.nu.29.* vbi rectè explicat opin.*Præpoſ.addens D. Capyc. decif.* 115.

Secundò *Curtius,& Iacob.* & ſi qui ſunt alij, licet loquantur in feudo ex pacto, non tamen negant, quin idem ſit in hæreditario: ab alijs igitur hoc erit expetendum.

Tertiò non expedit confutare rationes *Annæ num. 61. & 62. contra Iſer.* quod hęres, & defunctus ſint vna, & eadem perſona, quod aſſenſus poſſit præcedere, & ſubſequi, vt valde fragiles, & reſolutas per *Iſern.* ſicuti nec oportet fundare aſſumptum, aſſenſum nõ operari poſt mortem, dominio trãſlato in aliam perſonam, ſcilicet hæredem: ſiquidem loquitur contra iura aperta *in d.l.fin.ff.com. præd. & in l. ſeruus ſi hæredi ff. de ſtatuliberis*, & rationes, quas ponderant ex *Iſern.Affli. in cap. Imper. quæſt.28. nu.28.& latè Surd.d.conſ.382.nu.92.93.98.101.et 103.quas Anna ſilentio præterijt.*

Quartò, dum facit differẽtiam, an hæres reuocet, vt tunc aſſenſus reddatur nullus, ſecus ſi taceat, conuincitur
112 ex eo quod cum actus iam ſit nullus extincta ſpe per mortem: ergo tractu temporis ſine nouo facto hæredis expreſſo non conualeſcit, vt optimè fundat *Andr.in d.cap.Imperialem in addi. verſ. in contrarium videtur, & verius*, vbi *Lipar.* citat alios, & addit *Iſer.* hæredem non cenſeri tacitè conſentire, cum de ſuo agatur præiudicio, idemq; ex *Bald.& Loffred.tradit Surd. vbi ſupra num.95.*
113 Quintò nõ obſtat *tex.in l.neceſſariò 8.verſ.quod ſi pendẽte ff.de per.& com. rei vend.* vbi probatur, conditionem in contractibus retrotrahi ad tempus actus geſti non obſtante morte vnius ex contrahentibus in pręiudicium hęredis, vt ipſe quoque teneatur.

Primò enim non meruit ille *tex.* in propoſito citari, cum loquatur in contractibus, in quibus conditio retrotrahitur, ſecus verò in legatis, & vltimis voluntatibus §.*ex conditionali inſtit. de verb. obligat.cum alijs per Bart. comm. probatum in l.ſi is, qui pro emptore nu. 47. & 49.* & iterum *nu.55. verſ. dices tu*, vbi ita reſpondet in indiuiduo *ad d. §.quod ſi pendente.*
114 Secundò conditio impetrandi aſſenſum, cum Princeps non ſoleat illum denegare; ſed facilis ſit ad concedendum, ita vt denegando, faceret iniuriam, & in pluribus caſibus præcisè teneatur, reputatur poteſtatiua, cum pendeat à ſola petentis poteſtate per ea, quæ ſcribit *Camer.car.27.col.2.* & latè diſcurrit *Surd. d.conſ.382. nu.74. cum ſequen.* qui loquitur non ſolùm in caſibus, vbi dominus cogitur aſſentire, in quibus, ſi requiſitus neget, habetur pro conſentiente; ſed etiam vbi ſolet
115 id facere *num.77.in fin.* Quod ſi eſt poteſtatiua, nullo modo retrotrahi poteſt etiam in cõtractibus *l. qui balneũ, & l.potior ff. qui pot.in pign.Bald. in d. l.ſi is, qui pro emptore num.46. in fin.*

Tertiò etiam ſi concederemus, cõditionem impetrandi aſſenſum eſſe caſualem, vel mixtam, non poſſent retrotrahi in præiudicium tertij, ſcilicet hæredis, cui medio tempore ſtatin per mortem fuit ius quæſitum, ita *Bart. in l.quoties in fine ff. de nouat.* dicens ita
116 limitari iura concedentia retrotractionem *Neguſ. de pignor. 2. memb.5. par.nu.41.Salyc.Burſa.* & alij loquentes nuncupatim in aſſenſu relati per *Surd.d.conſ.382.num.79.& 80.*

Quartò, dum *Anna* concedit facultatem hæredi reuocandi alienationem virtute Conſtit. Regni, quomodo poteſt applicare §. *quod ſi pendente*, vbi diſponitur, hæredes quoque teneri, & ſic ex diuerſis, quinimò contrarijs non rectè infertur.

Quintò ad *d. §. quod ſi pendente* reſponderi poteſt eodem modo, quo idem *Anna* reſpondet *ad d.l.ſi ego §.1.*

ff. de

ff. de iur. dot. dum nititur oſtendere illum tex. non probare illud, ad quod poſt *Barth. de Capua* induxerũt omnes noſtri Regnicolæ, ſpeciale eſſe in dote ipſius fauore, vt neceſſitas imponatur hæredi conſentire ei, quod defunctus fecit, ex quo per locum à ſpeciali (vt hoc obiter dicam) non nihil ſuperiora confirmantur, cum hæc ſit commun. opin. dicit enim *Anna* illum tex. hoc non probare: quia loquitur de re, quæ liberè poteſt tradi à concedente, & ſuper qua poteſt cõtrahi, nos autem ſuper feudo, quod etſi hodie tradatur ſine Regio aſſenſu, amittitur, vt per eum *alleg. 66. n. 6.* quæ fuit conſideratio *Iſern.* licet ad aliud, quem is non citat in *dicto* §. *donare poſt num. 6. ante finem*, ibi, *in teſtamento conſtituebat ſeruitutem iure legati: quia erat ſuum prædium, in quo conſtituebat vſumfructum, & poterat de re ſua facere quod volebat C. mand. l. in re mandata, at feudum non eſt ſuum, niſi dum viuit &c.*

Sextò non obſtat argumentum *Annæ num. 64.* dum dicit per mortem non reuocari voluntatem; ſed confirmari *l. cum hic ſtatus* 33. §. *ait oratio ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. cum tacitum ff. de probatio.*

Miror enim quomodo *Anna* finxit non vidiſſe reſolutionem *Andr.* ad hoc, ſicut & ad alia obiecta, is enim præuidit optimè contrarium, & ſoluit *in dicto cap. Imperialem in addit. in verſ. in l. minorem, & l. quæſitum*, dicens quod in contrarijs erat eadem perſona, quæ conſenſerat inualidè, puta quia erat defectus in ætate, ſuperueniente propterea tempore valido, & remanente in eadem voluntate confirmatur per prius inualidè geſtum, *vt in cap. literas de deſpõſ. impub.* at hic eſt pſona diuerſa, & in nouum dominum ſcilicet hæredem res illa tranſiuit re integra confirmatione non ſequuta, ideſt non habita congruo tempore, & alia pulchra verba ſubijcit, quæ vt clara, & latiùs explicata, p *Camer. car. 89. col. 2. litera I.* vlterius non proſequor.

117 Sed hoc tantum aduerto, ꝙ licet *Iſer.* non alleget in ſpecie *dictã l. cum hic ſtatus* optimè tamen reſoluit vim illius tex. præſertim dũ ſubijcit, quod in contrarijs confirmatio venit tempore valido: quia perficitur curſu tẽporis ſine nouo labore, vt *in d. § ait oratio*, ex eo ſolum, quod idem donator in eadẽ voluntate perſeuerauerit, nec eam per contrarium actũ poſitiuũ reuocauerit, & ſic recipit confirmationem ab ipſomet diſponẽte adhuc viuo, licet in vltimo vitæ ſpiritu, argumento *l. vlti. vbi gloſ. ff. quando dies legati cedit, cum* alijs per *Tiraquell. de iure conſtit. par. 3. limit. 2. num. 11. & 12.* & ſic remanet obligatus hæres, in quem tranſit diſpoſitio perfecta, at in habenda confirmatione interuenit labor hominis extrinſecus, & requiritur nouum factum alterius, quod non poteſt ſuperuenire poſt ius alteri quæſitum.

Comprobatur motiuum, aliud eſt enim, quod deſideretur in actu perfectio, & confirmatio voluntatis ſolius actum gerentis, vt quia deficiat ætas legitima in exemplo *Iſern. in dicto cap. literas*, vel obſtet lex prohibens donationem inter virum, & vxorem, ea ratione, ne mutuo amore ſe inuicem ſpolient, quæ ratio cum ceſſet in morte, ob id ceſſante prohibitione legis, de facili huiuſmodi donationes transfunduntur in vltimam voluntatem, vt probat idem met *text. in dicto* §. *ait ratio l. cum hic ſtatus* ibi *donationem valere, vt ſupremum eius ſpectemus iudicium, quemadmodum circa fideicommiſſa ſolemus, vel in legatis &c.* & ſubijcit, *vt ambulatoria ſit voluntas eius vſque ad extremum vitæ ſpiritum, melior tex. in l. in donationibus 12. C. ad l. ſalcid.* ibi, *quando fideicommiſſi partibus funguntur,* quæ voluntas morte perficitur, ſiquidem licet morte fi-

C niatur

Digitized by Google

niatur, & extinguatur, text. clarus *in l.4.ff. locati*, cum non ſit poſſibile mortuum velle *l. centeſimis* §. *primo, vbi DD. ff. de verb. obligat.* tamen mors ſola ſine pœnitentia non inducit reuocationem *l. mandatum C. mand.* quæ actum poſitiuum contrarium requirit *capit. ſi delegatus de officio delegat. in ſexto*, & optimè diſtinguit *Ruyn. conſil.* 115. *num.* 5. & 7. *libro primo*, quem ſequitur *Maſcard. concluſio.* 187. *nu.* 9. Et conſequenter deficiente reuocatione de facili perficitur voluntas ſolius actum gerentis in vltimo ſpiritu.

Cuius diuerſum eſt, quando præter conſenſum facientis actum de perſe inualidum, alterius quoque conſenſus requiritur, conſentiendo enim feudatarius ſolus nihil agit, ſicuti nec dominus ſolus, & licet conſenſus vnius trahatur ad tempus alterius, primus tamen conſenſus non eſt de per ſe validus, niſi iungatur cum alio, coniungi autem non poteſt re non integra per mortem, quæ tametſi voluntatem non reuocauit, ipſam tamen extinxit, & terminauit, & hoc eſt, quod voluerunt *Camer. car.* 90. *litera D.Surd. dicto conſil.* 382. *poſt numer.* 92. licet non ita plenè. Et dum *Anna* obijcit quædam poſſe reuocari à principali, quæ non poſſunt reuocari ab hærede, contrarium in terminis noſtris probat *Gloſ. in l. ſecunda verbo reuocare C.ſi in frau.pat.* quam exornat *Crau. conſ.*200.*n.*7.*Affl.dec.*233.

Et tandem non obeſt *conſ. Pariſij* 14. *vol.* 1. *citatũ per Ann.* nam quatenus citat *Pariſ.* pro interptatione verborũ *Iſer.* illa ſunt adeò clara in hoc, vt alia declaratione nõ egeãt, & quatenus eſſet opus, ſuppetũt nobis meliores teſtes *DD.* Regni peritiores nauç in hac materia feudali, qbus eſſe magis credẽdũ fatetur ex externis *Hart.Piſtor.lib.*1.*qq.iur.c.*4.*nu.*63.

Quatenus verò dicit, *Pariſ.* ſentire, cum ipſo in articulo principali, *Pariſ.* ſe fundat in Mantuana Conſuetudine, qua teſtatur adeò latè patere facultatem alienandi feuda, vt ſit ſublatum penitus ex toto intereſſe agnatorum, & proinde fundat ſe potiſſimè in Conſuetudine, & fatetur aliud eſſe de iure communi *num.* 4. & 8. & ob id dicit licuiſſe id facere domino in ſui ipſius præiudicium.

Et *in conſil.* 18. *eodem libro Pariſ.* concurrit cum noſtra, & communi ſententia intelligens *Iſern.* prout *Camer.* & alij docent, ex quibus alij videant, quiſnam *Iſern.* vel *Anna* fuerit hallucinatus, nec etiam eſt curandum de verbis *DD.* qui perfunctoriè de alio diſputantes præſupponunt poſſe inſtitui directum dominum in feudo, quomodo loquutus fuit *Iſern. in* §. *huius*
118 *autem generis num.* 12. *ante finem*, ibi, *vel dicat per ſucceſſionem*, ſemper enim habilitas terminorum in reliquis eſt ſupponenda, ſcilicet cum aſſenſu domini præſtito tempore congruò.
119 Quinimò opinio Doctoris, q nõ diſperat, quamuis firmet, non facit numerum pro ea opin. *D. Lanar. conſil.* 24.*num.*2. & *conſ.*59.*num.*25.
120 Et ſecundum hanc opinionem *Iſer.* vt ſupra defenſam pluries eſt in Regno iudicatum in vtroque capite in arduis cauſis per Regem Ferdinandum Primum, & Catholicum, vt refert *Loffred. in d.* §. *donare*, vbi cum *in verſiculo vidi aliquando dubitari*, diſputaſſet latè articulum, vtrum conceſſo feudo cum expreſſa poteſtate alienandi tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate cui vellet, regio tamen aſſenſu interueniente, cogeretur Rex præcisè aſſenſum præſtare, & an ille validè concedi poſſet poſt mortem ipſius vaſalli diſponentis, cum poſt longam diſputationem per quinque *col. in primo articulo* firmaſſet in fine, aſſenſum denegari non poſſe, cum ad id Rex ſuam fidem adſtrinxerit. Ad ſecundum refert deciſiones, quod cum accidiſſet

hic

hic caſus tempore Regis Ferdinandi Primi in Oppido Gambateſiæ: quia agebatur de ſolo præiudicio Regis directi domini, fuit conceſſus aſſenſus in fauorē Andreæ de Capua; ſed tēpore Regis Catholici cum bis ſimilis caſus accidiſſet in Comitatu Symbaris familiæ de Ayerbo, & Comitatu Auellini de Riccaſentijs, ex quo agebatur de præiudicio hæredum, qui ſucceſſerant in dictis Comitatibus, quibus erat ius quæſitum, denegauit iuſtiſſimus Rex aſſenſum poſt mortem teſtatorum de conſilio magni viri Regentis Malferiti Hiſpani Vicecancellarij Aragonum, dicentis in vtroque caſu ſanctiſſimè deciſum, & ſic dignoſcitur aſſenſum, etiam vbi ex pacto inito ab initio in erectione feudi neceſſariò eſt præſtandus, quinimò etiam vbi non ſolùm eſt conceſſa generaliter alienandi facultas, ſub qua comprehenditur teſtamentum; ſed etiam vbi ſpecialiter eſt conceſſum teſtari; non tamen poſſe concedi poſt mortem in prẹiudicium agnatorum; ſed bene in præiudicium ipſiuſmet Regis directi domini, quæ deciſiones reddunt caſum noſtrum indubitabilem.

Quibus nō obſtant tradita à *Gram. dec.66.*is .n. non recedit à præd. cōm. diſtin.dū eam limitat, vt poſſit Rex tollere dominiū alteri quæſitū in remunerationē ſeruitiorū, ꝙ nos concedimus refuſo ꝑtio, & nō aliter iuxta not.*in l. 2. C.quib. ex cauſ. ſeru. pro pre. liber. accip.cū concor. à Tiraq. in l. ſi vnquā verbo donatione nu.*40.*C. de reuocand. donat.Surd.conſ.*203.vbi *nu.*38.loquitur de artellārijs priuati *lib* 2. & in reliquis non eſt authoritati *Loffr.* detrahendum ex his, quæ *Gram.*contra ipſū de more obloquitur.

121 Et tandem ſi licet confugere ad ciuilia aurea, eſt in propoſito deciſio Senatus Pedemōtani relata per *Ant.Fab.* vt licet Princeps poſſit pręſcribere minus ſolennem formam teſtandi, ſeù aliud diſpenſare circa teſtamenta ab initio, non tamen poteſt facere, vt teſtamentum nulliter confectum conualeſcat poſt mortem teſtatoris in odiū agnati, cui interim etiam in bonis allodialibus fuit quæſitum ius ſuccedendi ab inteſtato, nec ſi maxima æquitas id ſuaderet, *diffin.* 22.*ſuper tit.C. de teſtamen.* Idemque ante *Fabrum* probauit optimè *Arius Piuel.in 6.par.rub. C.de reſcind. vend.cap.*2. *nu.*15. *verſ. infertur etiam,* reddens rationem: quia Princeps non poteſt frangere ius poſitiuum etiam cum pro ſe habet defuncti voluntatem.

122 Nec minus eſt *ſingul. conſ. Caſtr.* 438. *in primo dub. lib.* 2. quod refert, & comprobando ſequitur *Tiraquell. ad ll. connub. gloſ.* 6. *nu.*18. & vtroque citato extollit *Menoch. de præſ.lib.6.c.*34.*n.*16. *qui DD.* concludūt filio, vel vxore, qui ſine cōſenſu patris, vel viri reqſito à ſtatuto cōtraxerunt, decedentibus, antequam pater, vel maritus conſentiant, non poſſe poſt mortem ipſorum adhiberi conſenſum ad hoc, vt valeant contractus, & mouētur iiſdem rationibus, quibus *Camer.*& alij *Feudiſtæ* hoc decidunt in alienatione feudi, quas apud eos videre licet, ideò non repeto.

123 Et his adnecti poſſunt, quę dicuntur de conſtituto, cum quis conſtituerit, ſe poſſeſſurum poſt mortem ſuam, nullius eſſe momenti, cum in tempus conferatur, quo ipſe conſtituens non eſt futurus poſſeſſor *l. vniuerſas* §.*quod per colonum, l.cum hæredes ff.de acquir. poſſeſſ.* non enim inſpicitur initium actus, qui confertur in aliud tempus; ſed illud ipſum tempus, in quod confertur, ita vt paria ſint aliquid fieri in

124 tempore prohibito, vel id ipſum cōferri in tempus prohibitum *l. in tempus ff.de hæred. inſtitu.* vt latè ſcribit *Tiraquell. de iure conſtitut. poſſeſſ. part.* 3. *limitat.*2. Qua ratione *gloſ. in l. illa inſtitutio in verbo pendere ff. de hæredib. inſtituend.* ſcriptum reliquit, fuiſſe conceſſam hominibus teſtamenti factionem gra-

C 2 tioſè

tioſè, & diſpenſatum ex quadam æquitate contra iuris rigorem, quo attento nemo poſſet facere teſtamentum, ſequitur *Iaſon. in rubrica C. qui teſtament. facere poſſunt poſt Panormitan. in rubrica extr. de teſtament.*

Ex quibus ſatis ſuperque remanet fundatum tàm de iure ciuili, quàm de iure feudorum non poſſe inſtitui Principem, vel directum dominum niſi adhibita iuris ſolennitate, & aſſenſu tempore habili, & diſcrimen inter refutationem, & teſtamentum.

De iure Conſtitutionẽ Regni (vt è ſemita in viam redeamus) clarum *eſt per Conſtitutionem Conſtitutionem Diuæ memoriæ, vbi gloſ. in ſpecie in verbo ſuper feudis probiberi* omnem alienationem, & conſequenter teſtamentum in omnem perſonam extraneam, non immediatè ſucceſſuram vocatam per Conſtitut. Regni, *vt de ſucceſſionibus* ex regul. *l. peto* §. *fratre ff. de leg.* 2. quam *gloſ.* ſequuntur comm. omnes, vt notant in ſpecie *in d. Conſtit. Afflict. in primo*
125 *notab. nu.*4. *Anna num.*84. 88. 121. *verſ. ſuper prima, & num.* 127. & ſic nihil prohibet, quin & ipſe Princeps comprehendatur, quem conſtat non poſſe de poteſtate regulata tollere ius certum non ſolum re; ſed etiam in ſpe quæſitum agnatis, licet ex eiuſdem Principis contractu, & inueſtituris; ſed bene id poſſe in ſui ipſius præiudicium, vt bene probat *Vaſquez de ſucceſſ.* 1. *par. lib.* 1. §. 1. *num.*30. cum alijs per *Burſa. conſil.* 129. *num.*93. *lib.* 2. iuxta quorum traditiones ſunt declaranda tradita per *Gabriel. de iure quæſito non tollen. concluſ.* 1. vt bene colligitur ex doctiſſ. traditis per *Arium Pinel. in* 1. *par. rubricæ C. de reſcind. vend. cap.* 2. *præſertim num.* 20. 27. 29. *&* 30.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis materia in Principem cauſa mutandi iudicij latè tractatur.*

2 *Titulus* de alienat. mut. iud. & tit. de litigioſ. *in quibus differant,* & de tit. C. ne liceat potent. *& de horum potent. nomine plura num.* 11. 12. *de omnibus pleniſſimè num.* 13. *cum ſeq. & num.* 20.

3 *Fiſcus formidoloſus dicitur.*

4 *Fiſci priuilegiũ conſiderabile notatur.*

5 *Titulus* de alien. iud. mut. *in hæredis inſtitutione ſibi locum non vendicat; ſed in Principe fallit. num.* 6.

7 *Princeps qualis eſſe debeat.*

8 *Alienare in potentiorem litis cauſa delictum eſt.*

9 *Princeps de re litigioſa inſtitutus; litis cauſa inſtitutus præſumitur, licet non dicatur.*

10 *Princeps nedum non capit ex teſtamento de re litigioſa; ſed nec ex contractu.*

14 *Alienationis cauſa mut. iud. pœnę diuerſæ notantur.*

15 *Potentioris patrociniũ aduocans cauſa priuatur.*

16 *Tituli, de quibus iam iam eſt facta mentio, tàm in reo, quàm in actore loquuntur.*

17 *Pęnę omnes in his titulis poſitæ concurrere poſſunt.*

18 *Fiſcus à debitore rẽ litigioſã, vel actionem dubiam inſolutum recipere prohibetur.*

20 *Litigioſi vitium quas pęnas poſt ſe trahat.*

21 *Litigioſas actiones in quaſuis perſonas; licet coniunctas transferri non licet.*

22 *Litigioſi vitium non ligare Regem, quo modo intelligi debeat.*

23 *Rationes probibitionis de re litigioſa plures.*

24 *Rationes diuerſitatis intercedere inter legatum factũ à Regina Poloniæ Regi noſtro, & caſum præſentis inſtitutionis diuerſis ex cauſis latè oſtenditur.*

25 *Iſabella Alphonſi Secundi Regis filia nupſit Duci Mediolani: ex qua nata fuit Bona Sfortia Regina Poloniæ.*

26 *Dotis contractus in ſtipulationem deduci debet iuxta conſuetudinem loci domicilij viri; non autem iuxta conſuetudinem loci, vbi ſit contractus, ſiuè capitula, & vbi eſt ſoluenda dos.*

27 *Fęminæ ſecundum conſuetudinem feudorum, & vſum Mediolanenſium à feudorum ſucceſſione repelluntur.*

28 *Regina Poloniæ Bona Sfortia iuſta ratione legauit Regi noſtro Inuictiſſimo Ciuitates Bari, & Roſſani inſignes Vrbes Regni nu. 30.*

29 L. quod ſcitis C.de bonis, quæ lib. *non eſt correcta per Conſuetud. Neapol.*

31 *Alienatio inſignium Ciuitatum Regni, ſeparando illas à Corona, non omninò valida.*

32 *Vrbes Caſtris munitæ neceſſariò retinendæ pro Regni tutela.*

33 *Retentio faciliùs conceditur, quam petitio.*

34 *Petitione excluſa, non excluditur retentio.*

35 *Spoliatus Caſtro, vel Oppido nō ſic de facili reſtituitur, niſi diſcuſſa iuſtitia ob difficultatem recuperationis; etiam ſi caſtra non ſint multū munita, & etiam ſi is, cui facienda eſt reſtitutio, ſit debilior nu. 37.*

36 *Reſtitutio denegatur, cum ſcandalum aliquod oriri poteſt.*

38 *Appellatio admittitur etiam quòad effectum ſuſpenſiuum à decreto continente damnum irreparabile in poſſeſſorio.*

39 *Probibitio Teſtatoris alienandi nuda à cauſa, vel perſona, valida redditur, cum probibet alienari caſtrum, vel turrim.*

40 *Tacitūrnitas interdū inducit actus approbationem, & maximè accedente actu poſitiuo.*

41 *Rex Inuictiſſimus, & Sapientiſſimus Philippus II. retentis Ciuitatibus Bari, et Roſſani, ſibi iure reſtituendis, reliquam hæreditatem Reginæ Poloniæ acceptare renuit, cuius exēplum fortiori ratione imitaturum Regem noſtrum probabiliter ſperari poteſt nu. 43.*

42 L.4.C.de commerc.& mercat. *exornatur.*

44 *Exemplis non eſt iudicandum, niſi cum conſtat, caſus omninò eſſe pares, vel ius in totum deficit, et numero 45.*

ARGVMENTVM.

De alienatione, vel hæredis inſtitutione litis cauſa, vel mutandi iudicij facta. Princeps litis cauſa inſtitutus pręſumitur in re litigioſa, & reſpuere ſolet inſtitutionem, & commodum ſibi obueniens etiam ex donatione litis cauſa, & plura ad declarationem titulorum *C.de alien. iud. mutand. cauſ. facta, ne liceat potentior. de his, qui potentior. nomine, et de litigioſis.* Et quam iuſtè Inuictiſs. Rex Philippus Secundus ſapientiſsimè acceptauerit legatum ſibi factum à Sereniſſima Regina Polonię Ciuitatum Bari, & Roſſani, quarum redimendarum ius multis ex cauſis habebat: qui vtique caſus eſt longè diſſimilis à caſu præſenti: Ciuitates enim inſignes Caſtris præſertim munitas à Regno, & demanio Coronæ difficiliter ſeparare licet. Spoliatus Caſtro, ſeù Arce munita, vel loco, cuius eſſet difficilis recuperatio, nō antea reſtituitur, niſi cognita iuſtitia, & ad ſimilia infertur.

CONTROVERSIA II.

SEcunda ratio, ex qua corruit inſtitu-
tio,eſt ratione perſonæ,in quam cō-
fertur diſpoſitio: quia inſtitutio fuit fa-
cta in Principem litis cauſa,eodemque
iure excluduntur omnino aſſertæ ceſ-
ſiones.

Probatur primò ex tex.claro *in l.*
Imperatorem pen.ff.de hæred.inſtit. ibi
1 *Imperatorem litis cauſa hæredem inſti-*
tui inuidioſum eſt: nec enim calumniæ
facultatem ex principali Maieſtate capi
oportet,vbi *gloſ.*1.intelligit tex.nedum
procedere, quando lis erat iàm mota;
ſed etiam ſi fiat cauſa litis mouendæ,
ſcilicet contra alium, vel ſibi non mo-
2 uendæ,& ſic cauſa mutādi iudicij, quo
caſu propriè habet locum titulus *de*
alienatione iudicij mutādi cauſa facta,
q ideò intelligitur ꝑcedere ſolū in iu-
dicio futuro,nō autē in iudicio iā mo-
to *l.ex hoc edicto* 9.§.1.cuius verba sūt,
ait prętor,quæue alienatio iudicij mutādi
cauſa facta fuerit, ideſt,*ſi futuri iudicij*
cauſa, non eius, quod iam ſit ff. eod. tit.
quia, vt ſubdit ibi *Gloſ. in verbo quod*
iam, alioquin res eſſet litigioſa, & non
valeret alienatio l.2 fin.& toto tit.C.de
litigio. & ideò ne ille titulus ſit ſuper-
fluus, intelligitur de iudicio futuro;ſed
habet locū etiam in iudicio inchoato,
multò magis in caſibus, in quibus non
plenè prouidet titulus *de litigioſis*, vt
dicit eadem *Gloſ. in d. verbo quod iam*
in fine, quam ibi ſequūtur *omnes DD.*

Et idem pleniùs explicat *gloſ. Bern.*
in c.1.in ver. cōmutationē,ibi *itē nota*,
ꝙ tria extra de litigio.vbi Canon. & I.
C.in l.1.de alie.iud.mut. cuius verba,
id enim Proconſul agit, ne cuius dete-
rior fiat cauſa ex alieno facto, & cum
intelligeret iudiciorum exitum interdū
duriorem nobis conſtitui, oppoſito nobis
alio aduerſario,in eam quoque rem pro-
ſpexit,vt ſi quis alienando rem,aliū no-
bis aduerſariū ſuo loco ſubſtituerit, idq;
data opera in fraudem noſtram fecerit,
tanti nobis in factum actione tenea-
tur, quanti noſtra interſit, alium nos
aduerſarium non habuiſſe. Itaque
ſi alterius Prouintiæ hominem,aut potē-
tiorem nobis oppoſuerit aduerſarium,te-
nebitur.Et additur *in l.2. aut alium,qui*
vexaturus ſit aduerſarium,& in l.3.et
potētiori pares eſſe non poſſumus, ꝙ ma-
3 nifeſtè contingere ex alienatione facta
in fiſcum ex eo patet, quod vtrumque
concurrat in fiſco; fiſcus enim dici-
tur formidoloſus, vt probat *Alcia-*
tus conſ.12.nu.11. lib.8. quem ſequi-
tur *Peregr.de iure fiſci lib.7.in princip.*
num.1.in fine,& potentior: ſi enim di-
citur alienatio in potentiorem, quādo
fit in magiſtratum,vt probat *Gloſ. in d.*
l.3. verbo poſſumus,citatque tex. *in l.*
nam & magiſtratus,quæ eſt lex 4.ff. de
*arbitr.*ibi *nam magiſtratus ſuperiores,*
aut pari Imperio nullo modo poſſunt co-
gi, quātò fortiùs, quando fit in fiſcum,
qui inter alia innumerabilia priuilegia
4 illud habet maxima cōſideratione di-
gnum, vt Iudex cauſæ ſuæ,qui procu-
rator Cœſaris nuncupatur *toto tit. C.*
vbi cauſæ fiſc. ab eo eligitur, & iudicat
præſente Aduocato Fiſcali,in quo nō
mediocre fiſci priuilegiū verſatur cō-
tra regulam *ne quis in ſua cauſa*, prout
aduertunt *Alci.& Peregr.locis citatis.*
5 Et ſi Fiſcus replicaret,titulum *de alie.*
iudic.mutād.cauſa facta nō habere lo-
cū in hęredis inſtitutione *d.l.ex hoc edi*
cto 9.§.2.ꝑ hęc verba *alienare intelligi-*
tur,& q *alienā rē vendiderit; ſed hære-*
dem inſtituēdo,vel legando.ſi quis alie-
net, huic edicto locus non erit ff eod. tit.
vbi Gloſ.in ver. non erit dicit notabile
verbum, vt licet quis alienare dicatur,
dū hæredē inſtituit, *ex tex. in l. ſi quis*
prioris 8.§.certum C.de ſecund. nup.vbi
Gloſ.alleg. concod.in l. peto §. fratre ff.
de leg. 2. cum alijs citatis *à Menoch.*
de præſumpt. lib.4. cap. 189. num. 46.
ignoſcatur tamen ei in hæredis inſtitu-
tione, neque ſit locus edicto: quia ex
neceſſitate facit, *vt d.gloſ.ſubdit*, & re-
fert *Anna ſenior alleg.106.num.1. &*
in Conſtit. Conſtitutionem diuæ mem.
num.84.
6 Huic tamen obiectioni reſpondet
Gloſ.

Gloſ. aurea in vlt. verbis in d. l. Impera-
tor ff. de hæred. inſtit. vt ſpeciale ſit in
Principe, & ſic, etſi prohibita aliena-
tione in materia *tit. de alienat. iudicij*
muta. cauſa facta, non cenſeatur prohi-
bita hæredis inſtitutio, tamen ſpeciale
eſt in Principe, vt prohibita quoque
cenſeatur ipſius inſtitutio, quinimò &
ipſi legari, de quo expreſsè loquitur *d.*
§. alienare, redditque prædicta *Gloſ.* ra-
tionem: quia plus ſibi cauere debet, ad
quod inter alia citat tex. *in l. meminie-*
rint 6. in illis verbis, ne inde iniuriarũ
naſcatur occaſio, vnde iura naſcũtur C.
vnde vi, vbi gloſ. in verb. naſcuntur al-
legans concord. dicit, eum, à quo
iura naſcuntur, eſſe Principem *l. omniũ*
C. de teſta. & cap. 2. 16. q. 6. & inſuper
vltimo loco *Gloſ. fin. in d. l. Imperator*
citat l. nolumus 20. C. de teſtam. de qua
ſupra. Nec mirum: quia maior digni-
tas, & eminẽtior qualitas perſonæ mi-
norem licentiam præſtat: quia cui plus
creditur (*vt ait Diuus Ambroſius*) plus
ab eo exigitur, quod pluribus compro-
bat *Pinel. in rep. rub. C. de reſcind. vẽd.*
par. 1. cap. 2. num. 25. & 30. expendens
in id in ſpecie *gloſ. in d. l. pen. ff. de hæ-*
red. inſtit. & vt ait quidã grauis *Poeta*.

Non eadem vulguſq; decent, & culmina Regũ,

7 & plura diſcurrit *Cagnol.* de Princi-
pis liberalitate, & munificentia *in*
tract. de vita, & regimin. Principis
à num. 38. ad 41. & 101. & Cannet. in
extraua. Siciliæ ſi aliquem in cap. incip.
& quia offert ſe, vbi num. 18. inquit,
oportere Principem cunctis præemi-
nere liberalitate, qua debet eſſe affe-
ctus erga Ciues, & ſubditis ſic conſu-
lere, ac pater proprijs filijs iuxta illud
Claudiani ad Honorium.

Tu patrem, ciuemq; geras, tu conſule multis,

& à numero 57. ad 64. debere
legem ſicut verbo, ſic opere complere,
concilians *l. Princeps ff. de legib. cum*
l. digna vox C. eod. vt ſit Princeps ſolu-
tus legibus ex priuilegio, quo tamen
non vtitur; ſed confitetur ſe legibus al-
ligatum, cum aliàs non poſſet rectè
gubernare, nec boni Principis munus
explere, *& num. 72.* non quod poteſt;
ſed quod decet, teneri facere iuxta
illud eiuſdem *Claud.*

Non tibi quod liceat; ſed quod feciſſe decebit.
Occurrat, menteque domet reſpectus honeſti.

quia vt ait *Ariſtoteles, eſt Tyranno*
voluptas propoſita, Regi honeſtas,
& Saluſtius, in maxima fortuna mini-
ma debet eſſe licentia, & gloſ. in d. l. pen.
ſequuntur Odoffr. & Alber. qui ſummat
tex. quod Imperatoris Maieſtas deli-
ctorum non debet eſſe authoriras, &
8 ſic delictum eſſe exiſtimat *Alber.* du-
riorem obijcere aduerſarium, citans
concor. *l. 1. in fin. C. ſi aduerſ. vend.* vbi
Imperator, neq; perfidię, neq; periurij
pbere ſe velle alicui authorẽ pfitetur,
Bart. ſimpliciter tranſit cum *gloſ. Bald.*
qui addit, talem inſtiturionem nullius
eſſe momenti, & notat contra illos, qui
inſtituunt Eccleſiam Romanam, inde
ſperãtes, Eccleſiam moturam lites cõ-
ſortibus, ſubditque, *item nota, quod*
Principes debent ſibi magis cauere ab
omni re illicita, quàm alij, & plura ſunt
licita alijs, quàm ipſi Principi, & addit,
quæ verba deberent ſcribi literis aureis,
& ſequitur *Angel.* narrans triſtem euẽ-
tum cuiuſdam Romei de Pepulis, *Cu-*
man. qui adijcit illud *Senecæ in Octa-*
uio, prohibebor minùs facere, quod cun-
ctis licet, maiora populus ſemper exigit
à Principe, & omnium optimè *Io. de*
Imola dicens opin. *Gloſ.* eſſe commu-
niter approbatam, quidquid *Dynus* di-
xerit in vltima voluntate non præſumi
in dubio fieri fraudẽ, niſi expreſſis ver-
bis cauſa litis fieret inſtitutio, & dicit
gloſ. eſſe valde notabilem.

Quæ opinio *Gloſ.* & communis ful-
citur maximè verbis *Iuſtin. in §. vl-*
timo inſtit. quibus mod. teſtam. infir. ea-
dem oratione expreſſit, non admiſſurum
ſe hæreditatem eius, qui litis cauſa Prin-
cipem reliquerit hæredem, neque tabulas
non legitimè factas, in quibus ipſe ob eã
cauſam hæres inſtitutus erat, probaturũ,
neque ex nuda voce hæredis nomen ad-
miſſurũ, neque ex vlla ſcriptura, cui iu-
ris authoritas deſit, aliquid adepturum,
ſecun-

ſecundum hoc diui fratres ſępiſſimè reſcripſerunt, licet enim inquiunt,legibus ſoluti ſimus, attamen legibus viuimus:
9 non enim ibi requiritur, vt in inſtitutione, quæ fit in perſonam Imper. ſpecialiter exprimatur à teſtatore, quòd litis cauſa ſ3. mouendæ,vel nõ mouẽdæ ipsũ inſtituat, dum enim ibi dicit Imper.non eſſe probaturum tabulas non legitimè factas ob eam cauſam, vt *Gloſ.* declarat, ſcilicet *litis*,& addit, nã ſi legitimas non probat ſcilicet Princeps, multò minùs probabit non legitimas, apertè declarat tex. comprehẽdere caſum, etiam vbi Imperator non eſt inſtitutus ſpecialiter expreſſa cauſa litis, nam vbi id expreſsè caueretur, certum eſſet non cenſeri Principem legitimè inſtitutum ſub tam turpi conditione. Quinimò *Io.Fab.& Aret.dum in d.§.fin.* ſequentes *gloſ.* dicunt, hoc eſſe ſpeciale in Principe, qui deterioris conditionis eſt in hoc,quàm priuatus, vt in ipſo p̄ſumatur inſtitutio litis cauſa facta ob eius ſupremam poteſtatem,& ſequitur *Viglius*, referens verba *Capitolini*, quæ velut nota non tranſcribo; ſed illud tantùm aduerto, quod *Imperator Pertinax* alioquin nõ liberalis,non contentus hoc ſeruare, voluit etiam per viam legis oratione habita in Senatu hoc ſtatuere.

10 Nedum autem ex teſtamento Princeps litis cauſa inſtitutus capere non poteſt;ſed neque ex cõtractu,donatione ſcilicet,vel ceſſione,neque iura,neque etiam bona *l.2.cum allegas C.ne fiſcus,vel Reſp.procurationem alicui patrocinij cauſa in lite præſtet* his verbis, *cum allegas partem rerum, vel actionũ dimidiam Fiſco, quò magis eius iuribus protegaris,velle te donare,huiuſmodi litium donationem admitti temporum meorum diſciplina non patitur; vnde ius tuum,ſi quod tibi competit, citra inuidiam fiſci mei tueri ſolenniter cura*, *vbi gloſ.* interpretatur inuidiam, idest, *blaſmum*, idemque ſtatutum eſt *in l.1.*
11 *C.ne liceat potentioribus patrociniũ litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre*, ibi *diuinè admodum conſtituit Diuus Claudius Cõſultiſſimus Princeps parens noſter, vt iactura cauſæ afficerentur ij, qui ſibi potentiorum patrocinium aduocaſſent,vt hoc propoſito metu iudiciariæ lites potiùs ſuo Marte decurrerent,quàm potentiorum domorum opibus niterentur*, & paulò poſt iubet
12 huiuſmodi delictum ſeuera ſententia vindicari, quibus accedunt *l. vn. C.de ijs,qui potentiorũ nomine titulos prædijs affigũt, vel eorum nomina in lite prætẽdunt*, cuius tituli ſecunda pars ſatis ad caſum noſtrum aptatur, vt etiã textus *met in verſ.quiſquis igitur lite pulſatus, (cum ipſe & rei ſit poſſeſſor, & iuris,& titulum illatæ ſolenniter pulſationis exceperit) contradictorijs libellis, aut titulis alterius nomen crediderit ingerendũ, eius poſſeſſionis,aut cauſæ,quam ſub hac fraude,aut retinere,aut euitare tentauerit,amiſſione mulctetur,nec repetendæ actionis habeat facultatem*.

Ex quibus nedum legibus, ſed etiã titulis habentibus orationem perfectam, quos ad deciſionem cauſarum afferri poſſe conſtat, clariſſimè ſequitur,D. Tiberium Carrafa, & alios, qui ex oblatis ceſſionibus iurium in Fiſcũ nihil aliud intendunt, niſi fiſci patrocinium aduocare ad excluſionem Ducis Grauinæ, eſſe ſaltim procul arcendos aut pœnis à iure ſtatutis ſubijciendos.

Non enim lex fuit contenta ſingulari remedio, nec vnica pœna aduerſus huiuſmodi tam exoſas fraudes, & machinationes; ſed plura voluit adhibere remedia, pluresq; pœnas ſtatuere,vt hinc intelligi poſſet, quanto odio inſequatur huiuſmodi litium translatores:Titulus enim *de alienatione iudicij mutandi cauſa facta* loquitur propriè de alienatione in potentiorem nõ ratione officij; ſed diuitiarum, vel nobilitatis,aut ratione loci, vt dicit *gloſ.*
13 *in l.1.in verbo potẽtiorũ C.ne liceat potẽt.Cyn.in l.2.in 1.oppoſ.C.eod.tit.*& afficitur pluribus pęnis notatis ibidem à *Cyn.& DD.in d.l.1.& 2.Affli. in rub. Conſt.Reg.de alienat.rer.in iud.deduc.*

Titulus

Titulus verò *ne liceat potentioribus,*
loquitur propriè de alienatione in po-
tentiorem ratione officij, & ſic de eo,
14 qui minacem poteſt feruorem oſten-
dere intuitu officij, vt not. *Gloſ. in d.
verbo potentiorum in d.l.1. C. ne liceat
potentior.* vbi citat ad id plura iura, &
vt ibi explicat *Cyn.num.2. verſ.item
differt ille titulus de alien.iudic.* non ha-
bet locum, niſi dolo malo fiat aliena-
tio, hic verò *ne liceat potentio.* qualiter-
cumque fiat etiam ſine dolo, & in illo
non ſemper amittitur actio; ſed diſtin-
guitur inter actorem, & reum, & inter
iudicia, vt *in d.l.pen.& fin. illo titulo*; in
hoc verò non valet ceſſio, & punitur
cedens amiſſione actionis, & crediti *l.*
2.. ibi *ſi cuiuſcunque modi actiones ad
potentiorum fuerint delatæ perſonas, de-
biti creditores iactura mulctetur: aperta
.n. credentiũ videtur eſſe voracitas, qui
alios actionum ſuarum redimunt exa-
ctores C.d. tit. ne liceat potent.* quæ pœ-
na applicatur parti; non Fiſco, vt docet
*Gloſ. in d.l.1.C. de ijs, qui potentio. in
verſ. mulctetur,* quam ibi ſignat inter
alios *Salyc* quinimò potentiores reci-
pientes huiuſmodi ceſſiones graui
pœna corporali etiam ſunt puniendi
ſcilicet arbitrio iudicis, licet non de-
ſint *DD. antiqui*, inter quos *Bulg.* qui
dixit, vltimo ſupplicio afficiẽdos, quẽ
refert *gloſ. in verbo ſeuera in d.l.1.C. ne
liceat potentio. & clariùs Cyn. in vlti-
mis verbis.*

15 Cuius legis pœna nedum locum
habet, ſi actio cedatur, ſed etiam ſi po-
tentior ſolùm in patrocinium aduoce-
tur: vnde infert *Bar. in d.l.1.nu.1.* vt ſi
actor iret ad Priores, & faceret, quod
ipſi intercederent pro eo coram alijs
Officialibus, ius ſuum perderet, & a-
miſſione cauſæ puniri deberet, quin
etiam ſi aduocaret patrocinium fami-
liaris potentis, vt puta Notarij Prioris,
idem eſſet *Bart. in d.l.1. nu.8. vbi eum
ſequuntur Angel. & Salyc. & Alex. n.4.
vbi eius opin. defendit à Fulgoſ. & Caſt.*

Idque procedere tàm in actore,
quàm reo, cum lex loquatur de litigã-
tibus, & ſic generaliter, *Bart. ibidem
num.5.* quem cæteri ſequuntur, vt no-
tat *Iaſon. ibi. num.1. ampliat. item pri-
ma.*

Et licet in aliquo differat titulus *ne
liceat potent.* qui loquitur, quando po-
tentioris patrocinium aduocatur, vt il-
lud præſtet dicto, vel facto. Titulus ve-
rò ſequens *de ijs, qui potentio. nom.* lo-
quitur, quãdo quis per ſe potentiorum
titulos aſſumit, vt notat *Angel. in d.l.1.
in verſ. differt autem hæc lex C. ne liceat
potentio.* & iterum *cum Bart. in rubr. &
l.1. de ijs, qui potentio.* Tamen non cõ-
tentus Imperator generali prohibitio-
ne aſſumendi patrocinium, vel ceden-
di rem, aut actionem potentioribus in
genere, voluit in ſpecie id cauere in
Fiſco, quem meritò exiſtimauit poten-
tiſſimum, & ideò ne videretur neglige-
re, quod erat ſpeciali expreſſione di-
gnum, ſubiecit titulum *ne fiſcus, vel
Reſpub. procurationem &c.* vt aduertit
gloſ. ſingul. ſuper rub. d. tit. ab omnibus
commendata.

16 Sed in hoc omnes tituli prædicti
conueniunt, vt habeant locum tàm in
actore, quàm in reo, vt dicit *Cyn.* eſſe
communem opinionem *DD. in d.l.1.
in verſ. quartò quæritur C. ne liceat po-
tentio. vbi etiam Bart. num.5. & in l.1.
de ijs, qui potentio. nom. num.1. Alex. in
d.l.1. ne liceat potentior. nu.5. vbi Iaſ.
num.1. in prima ampliatione,* quidquid
aliter ſenſerit *gloſ. in l.1. in ver. tenebi-
tur ff. de alien. iud.*

17 Et quando qualitates requiſitę à dd.
titulis in facto concurrunt, omnes pœ-
ne à dictis titulis impoſitæ ſimul con-
currere poſsũt, vbi ſcilicet iudicio mo-
to fiat alienatio in potentiorem ratio-
ne officij, & cauſa mutandi iudicium,
argumento tex. *in l. qui ſepulchra C. de
ſepulchro violato,* & concord. docuit in
ſpecie *Cyn. in d.l.1. verſ. tertiò iuxta
præmiſſa C. ne liceat potentio.* quem ſe-
quitur in ſpecie *Afflict. in Conſtit. eorũ
fraudibus num.4.* quod propriè accidit
in caſu noſtro, vbi omnia prædicta, imò
plura alia concurrunt.

Et

Et propterea *DD.* varia exempla tradiderunt circa prædictas ceſſiones nullas, quæ omnia fortiori ratione applicantur ad caſum noſtrum: *Bar.* enim ex hoc infert ad fratrem expulſum de Caſtro, qui ſe cognoſcens impotẽtem velit cedere ius ſuum alicui Ciuitati, talis ceſſio eſt nulla, vt per eum *in d. l. 2. C. ne fiſcus, vel Reſpub. vbi Caſtrenſ.* addit; ſe vidiſſe quendam litigantem cum fratre, qui volebat dare Communi Florentiæ omnia ſua iura, & non fuit auditus: quia contra illam l. quæ exempla exornat *Iaſ. ſuper rub. d. tit. C. ne Fiſcus, vel Reſpub. & in l. ſerui electione §. 1. ff. de leg. 1. & Iacob. de ſeu. ver. de Caſtro num.* 14.

18 Sed omnium potiſſima ſunt exempla poſita ab ipſomet *Imper.* qui *in l. 1. C. ne fiſcus, vel Reſpub.* ampliat etiam exiſtente iuſta, & quaſi neceſſaria cauſa, ſcilicet vt non poſſit Fiſcus accipere in ſolutum à proprio debitore actionem dubiam, vel litigioſam, nec præſtare patrocinium debitori ſuo in lite contra eum mota à priuato, quamuis debitore ſuo ſuccumbente dubium eſſet, quod bona non ſufficerent, & creditum amitteret, ibi *Reipublicæ legibus adiuuari te ſub obtentu quantitatis, quã eidem Reipub. debes, contra iuris rationem deſideras*; ſed ſolùm valeat in ſubſidium accipere nomen debitoris ipſius debitoris ſui in ſolutum; quando tamen actio competens debitori Fiſci contra debitorem ſuum eſt liquida, aliàs ſecùs *l. 2. & 3. C. quando Fiſcus, vel priuatus,* & bene declarant *Paulus, & Alex. in d. l. 1.* ſicut neque è contra Fiſcus poteſt recipere liberationem à ſuo creditore ſub ſpe patrocinij ſibi præſtandi in cauſa contra tertium mota, vel aliũ debitorem ipſius Fiſci creditoris: dicitur enim *in l. 3. eod. tit. ne Fiſcus &c. abhorret à ſæculo noſtro ſub prætextu debiti procurationem contra priuatum Fiſcum præſtare*, quod verbum *abhorret* ſatis apertè indicat, quãtum hoc graue, & ignominioſum à iure reputetur.

Et pro coronide nullitatis harum in Fiſcum tranſlationum notabile eſt reſcriptum *Diui Pij* relatum *in l. res, quæ 22. §. lites donatas ff. de iure fiſci,* vbi tam donatio, ſiue ceſſio litium inter viuos, quàm diſpoſitio ſupremi iudicij in fiſcum, licet bona ſe quis relicturum profiteatur, reputatur turpe, atque inuidioſum commentum, lite prius cœpta, vel etiã mouẽda, vt declarat *Gloſ. in ver. ſe quis,* & refert *Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 6.* qui actiuè, & paſſiuè docet id prohiberi in fiſco, *nu. 19. & 42.*

19 Sed vbi non vna; ſed plures lites sũt nedum cœptę per ſolam libelli oblationem, quę ſufficit, vt contrahatur vitium litigioſi *auth. litigioſa C. de litigioſ.* vel
20 per citationem de iure canonico *clement. 1. vt lite pend.* ſed proſequutæ, vt propriè eſt in caſu noſtro, tunc multò fortiùs annullatur omnis diſpoſitio ob vitiũ litigioſi formatũ, ꝑ quo multò grauiores pœnæ ſunt impoſitæ, vltra cuiuſcunque alienationis nullitatẽ ipſo iure, de quibus habetur *in l. vltima, vbi DD. omnes* C. *de litigioſ. per Afflict. in Conſtit. Regni eorum fraudibus, & deciſ. 331. Guid. Pap. quæſt. 337. Boſſium tit. de pœnis num. 48. Peregr. latè d. lib. 4. tit. 6. per totum,* & habetur *in ll. Fori Hiſpa. tit. de las coſas, que ſon en contienda, vbi doctiſſ. Gloſſator Montaluus,* & in quo illud eſt peculiare, vt eo ipſo quod fit alienatio rei litigioſæ, dolus probatur alio non apparente *Bart. in l. qui petitorio in fine ff. de rei vendic. Cephal. Burſ. & Riminal. iun. citat. à Io. Baptiſta Botta conſ. 89. nu. 2. & infinita per Lancelottum tract. de attenta. cap. 4. illatione 3. nu. 451. cum ſequent. Surd. conſ. 374. num. 3. lib. 3.*

21 Et in ſpecie actiones in iudicium deductas nullo modo cedi, donari, vel alio quouis modo transferri, non dico, in potentiores; ſed in alias quaſuis perſonas non potentiores etiam coniunctas eſt tex. celebris *in l. lite pendente, quæ eſt lex 2. C. de litigioſ.* ibi, *lite pendente actiones, quæ in iudicium deductæ*

ſunt

ſunt,vel res,pro quibus actor à reo detẽtis intendit in coniunctam perſonam, vel extraneã donationibus, vel emptionibus, vel quibuslibet alijs contractibus minimè transferri ab eodem actore liceat, tanquam ſi nihil factum ſit, lite nihilominus peragenda, vbi gloſ. t. ſubdit *procedere lite conteſtata, vel non dũmodo cauſa ſit mota in reali*; ergo manifeſtum eſt, D.Tiberium Cartafa, & Comitem Saponariæ fruſtra niti cedere eorum actiones lite pendente, qui *tex.* licet ſecundum opinionem *Alberici, & aliquorum* non procedat in iuribus, & actionibus de iure nouo authẽticorum; cum reſtrictione tamen quãdo non fit alienatio in potentiorem, quod conatur defendere *D. de Ponte conſ.6.n.14.* nihilominus fatetur opin. cõtrariam eſſe communem, quam veram quoque ſupponit *nu.24.* Nec legum correctio eſt inducenda, præſertim contra communem opin. *DD.* quã veram, & indubitatam in caſu præſenti fatentur plures relati per *Lancel. de attent.cap.4.illatione 3.num.451.*

Et hoc eò maximè, quia, vt dicit *Iacob. in l.1.n 14. C. ne liceat potentior. poſt Panor. quẽ citat in c.vlt.n.4.extr.de alien.iud. muta. cauſ.fact.* Titulus p̃dictus, qui, vt ſupra dixi, loquitur de lite mouenda, poſſet eo caſu tantùm limitari, quando omnino appareret de bona fide cedentis, puta quia actio, quæ competeret cedenti, eſſet omnino indubitata, vt quia aduerſarius apertè fateretur debitum, & ceſſionarius eſſet amicus, vel coniunctus cedentis, qui cedens eſſet multùm diues: ex his dicunt, poſſe colligi bonam fidem in ceſſione litis futuræ. Quæ limitatio licet non aptetur, vbi alienatio fit in potentiorem ratione officij: quia titulus *ne liceat potentior.* procedit in alienatione qualitercunque facta, vt ſupra dixi ex *Cyno*, & multò minus vbi lis eſt mota ex vitio litigioſi, attamen ex dicta limitatione ſatis roboratur caſus noſter, vbi cõtrarium factum in omnibus concurrere ſatis patet.

22 Ex quibus liquet non obſtare id, quod tradit *D.Reg.de Ponte conſ.55.n.20.* dum dicit, vitium litigioſi non ligare Regem: quia expreſsè loquitur in Rege ipſo diſponente, & ex certa ſciẽtia alienante nõ obſtante lite, vt loquitur *tex.in l.pen.C.de donat.inter vir. & vxor.citatus per Iſern.in cap.1. num.3. de controu.inueſtit. quem allegat D.de Ponte, qui tex.* loquitur de donatione, quam facit Rex Reginæ, & alibi idem *Iſern.* dixit, quod Rex hoc non cõſueuit; ſed perrarò: quia Princeps poteſt tollere ciuilia, quãdo vult, dummodò non offendat legem Dei, vel naturalẽ, maximè in iure alteri quæſito, vt per eum *in §.naturales in princ. ſi de feudo defunct. militis*, & ſic aliud eſt, cum in ipſum Principem diſponitur ex diſtin. com.tradita *à Iaſ. in præd.l.3.C. de teſtament.*

Nec rationes, quibus mouetur *D.de Ponte* videntur tutæ. Dum enim primò dicit, ideò ceſſare vitium litigioſi in Rege: quia eſt ſolutus legibus, iam ex præd. patet, id nõ tam latè patere, quibus addo diſcursũ *Iſer.* de Curia Capuana *in tit.de Capit.qui cur.vend.à n.25.ad fin.præſertim num.29.* vbi bene probat, Regem ſubijci legi quoàd vim directiuam.

23 Nec ſola ratione fraudis eſt prohibita rei litigioſæ alienatio; ſed ne eluſoria reddatur ſententia, & effectus rei iudicatæ, & quod magis eſt, ne deterior efficiatur conditio litigantis, quæ rationes ita comprehendunt Regem, ſicuti priuatum, cuius intentio eſt, vt nunquam iuri tertij derogetur, *l. nec auus C. de emancip. liber.* quam ſępius citat *Iſern. in locis not. à Lipar. in cap.1.num 5.de vaſal.decrep. ætat. vt præd.* & alias cõſiderant rationes *DD.* qui de litigioſi vitio pertractarunt, & præſertim *Couar.cap.15. pract.qq.* vbi illud contrahi etiam in actione perſonali, qua res aliqua petatur lite conteſtata, admittit de com.ſent.

Et ex his tollitur etiam ſimile legati facti per Sereniſs. Reginam Bonam

Sfortiam

Sfortiam Inuictiſſ. Regi noſtro Ciuitatũ Bari, & Roſſani, quod fuit acceptatum,quamuis ſupereſſet Sereniſſ. Filius Poloniæ Rex.

Non enim fuit Rex noſter in vniuerſa inſtitutus hæreditate; ſed ipſi factum particulare legatum dictarum Ciuitatũ, relicto filio vniuerſo, & ampliſſimo patrimonio nedum bonorum Poloniæ;ſed Regni, in quo inter alia poſſidebat quatuor centena millia ſcutorum ſuper dohana Apuliæ, & ſic legatum prædictum habito reſpectu ad vniuerſum patrimonium fuit quid modicum argum.eorum, quæ dicit *Loffr. conſ.46.*

Nec ex lite,vel odio commotam fuiſſe Reginam ad eam diſpoſitionem faciendam cuique perſuaderi poteſt, quando nullam,ſiuè litis,ſiuè odij cauſam in filium habebat. Rurſus legatum haud à priuato factum; ſed à Regina maximo, optimoque Regi, eidemque
25 ſanguine Aragoneo iuncta, cui per Iſabellã Alphonſi ſecundi Regis Neapolitani Filiam, & Ferdinandi Primi neptem,matrem Bonę Sfortia,quæ poſtea fuit Regina Poloniæ,præclaræ Ciuitates obuenerant, & fortè ſub reſtitutionis lege conceſſæ, quod mihi ab inſigni, & verſatiſſimo ex his, qui ſunt in ſupremo magiſtratu perlatum, confirmat quoque relata *ab Affli. dec. 226.* qui nuncupatim loquens de cõtractu dotali eiuſdem Iſabellæ Aragoniæ,refert fuiſſe à S. C. Regi conſiliũ expetenti relatum eſſe de iure ſtipulã-
26 dum inſtrumentum illud reſtitutionis dotium iuxta Conſuetudinem Mediolanenſem loci domicilij Ducis Mediolani viri, & non iuxta Conſuetudinẽ Neapolis loci contractus, & ita exequutum, vbi cum ſeruentur conſuetudines ſcriptæ feudorum,quę illic conſtat ortum habuiſſe, *vt not.in tit.feud. de vſu Mediolanẽſium*,quibus fœminę
27 à feudi ſucceſſione repelluntur, vt incapaces *cap.1.§.hoc autem notandum de his, qui feudum dare poſſunt, cap. 1. de natura ſucceſſ.feud. cap.1. de eo,qui ſibi, & hæred.ſuis, Menoch. conſ. 391. num.17.& conſ.443. nu.40. cum concor.à Hieronym. Garzonio in peculiari tract.de fœm. ad feud. non recip.* veriſi-
28 mile eſt ita quoque cautum fuiſſe quoàd prędictas Vrbes Regni,quo fit, vt Regi Inuictiſſimo, de quo erat maximè benemerita eas Vrbes reſtituere,quàm legare maluiſſe credendum
29 ſit,argumento tex.*in l.quod ſcitis C.de bon.quæ liber.* quam non eſſe correctã, vt hoc obiter dicam, teſtatur fuiſſe reſolutum in S.C. *D.Præſ.de Franch.deciſ.59.nu.5.* & referunt plures alij cõgeſti per *Conſiliarium de Anna conſ.1. in fin.lib.1.* quarum Vrbium altera eſt Apuliæ Prouinciæ quidẽ illuſtris,
30 & ex qua Regni Reges regium nomen ſumpſiſſe conſtat, de cuius amplitudine,ſitu,& antiquitate plura recenſet *Vincentius Maxilla in prooemio ad Conſuetudines Barenſes num. 5. cum ſequentibus*, altera verò inter primas Calabriæ Vrbes fortiſſima, antiquiſſima,& quę multos Cœſari noſtro fidos teſte *Freccia de ſubfeu.lib.1.§. Regnum num.57.* continebat, vtraque Metropolis,illa in Adriatico,hæc in Ionio ſinu conſtitutæ.

31 Hinc ſatis immodica videri poterat eſſe conceſſio, & hac de cauſa fortè inualida ex tex.*in cap.intellecto de iur. iur.in cap.grandi de ſuppl.negl. Prælat. & in c.Abbate de re iud.in 6. Caſt. cõſ. 70.lib.1.*quem ſequitur *Gregorius Lopez par. 15.l.5. verſ. que nunca à ſu vida* cum alijs congeſtis *à D. Lanar. conſ.1.nu.15.* vnde nihil mirum,ſi vltro redditæ potuerunt acceptari,& retineri.

32 Idque eo maximè, cum prædictis Vrbibus munitiſſima caſtra non nihil ad totius Regni defenſionem neceſſaria adnectērentur,quæ dum ſibi reſtitui debere Rex noſter ex prædictis iuſtè prætendere potuiſſet, multò magis retentio ſibi de iure fuit permiſſa, tùm
33 quia faciliùs illa conceditur, quàm petitio *l.per retentionem C.de vſuris, l. Paulus ff.de doli except. Decius in l. diẽ functo*

functio nu. 19. *ff. de officio aſſeſſor. in l. diuus num.* 5. *ff. de reg. iur. & conſ.* 298.
34 *num.* 4. adeò, vt excluſa petitione non excludatur retentio *Bald. in l.* 2. *in* 3. *notab. C. de fideiuſſor. Socin. iunior conſ.* 1. *num.* 21. *volu.* 1. *cum multis concordantibus à Surdo deciſ.* 277. *num.* 13. tùm etiam quia ex reſtitutione irreparabile damnum ſequi potuiſſet, adeò
35 vt quamuis aliàs ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus; non tamen reſtituitur ſpoliatus Caſtro, vel Oppido; ſed permittitur etiam inuaſori retentio, nę ſi poſtmodum pro eo ferri ſententia cõtingat in petitorio, non ſine maximo diſcrimine illa exequutioni demandari poſſit, vt poſt *Caſtr. in l.* 2. *C. de edict. Diu. Adrian. DD. in cap. literas de reſtitutione ſpoliatorum, Alexand. Ripam, & alios in l. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ. Afflict. in conſtitutione violentias num.* 58. *verſ. tertius caſus*, tradit de communi infinitis relatis *Menoch. de recuper. poſſ. remed.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 308. *cum ſeq. & quæſt. ſequent. num.* 319. dum firmat, id generaliter procedere, vt re-
36 ſtitutio denegetur, cum ſcandalum aliquod ex reſtitutione oriri poteſt, &
37 etiam ſi Caſtra non ſint adeò munita, nec minus quando contra potentiorẽ cogeretur contendere debilior, quàm è contra; ſed ſufficere, vt commodè recuperari non poſſit: quia tũc recuperari non poſſe, adhuc dicitur *ex l. nepos Proculo ff. de ver. ſignif.* vt has, & alias ampliationes ſubnectit idẽ *Menoch. in* 2. *reſpon. cauſ. Finarienſis art.* 3. *à n.* 19. *ad* 36. vbi plura ad ꝓpoſitũ, & faciũt, quæ ad limitationẽ tex. *in l. vni. C. ſi de moment. poſſ. fuerit appell.* vt admittatur
38 appellatio etiã quòad effectum ſuſpẽſiuũ à decreto lato ſuper poſſeſſorio, quando affertur damnum irreparabile, tradit idem *Menoch. latiſſimè de adipiſc. poſſeſ. remed.* 4. *n.* 863. authoritate eiuſdem *Caſtr. in d. l.* 2. *Iaſ. in conſ.* 38. *col.* 2. *verſ. nec obſtat lib.* 3. & alio-
39 rum, ſic & aliàs nudam prohibitionem Teſtatoris à cauſa, & perſona, quæ alioquin inualida exiſtimatur, veſtiri, & effici validam cõſtat, cum prohibetur alienari Caſtrum, vel Turris, quæ conſueuerant eſſe tutela, vel defenſio familiæ, *Gloſ. Cyn. Bald. Caſt. & alij in l. quoties C. de fideicommiſſ. Cardin. Mantica de coniect. vlt. volun. lib.* 6. *tit.* 12. *num.* 7. *cum alijs à Surdo deciſ.* 125 *num.* 3. *&* 4. *poſt DD. omnes in vulg.* §. *Diui Seuerus.*

Nec de prædictarum vrbium retentione velut iuſtiſſima fama eſt fuiſſe conqueſtum Sereniſſ. Regem Poloniæ, qui potuit etiã diſſimulare ex his, quę tradit *Iſern. in cap.* 1. §. *ſi quis deceſſerit in addit. poſt nu.* 4. *ſi de feud. defun. militis*, cuius dicta refert *D. Bammac. in* §. *qui clericus quæſt.* 9. *n.* 160. *eod. tit.*
40 ex qua partis taciturnitate induci plerũque actus approbationẽ ex pluribus probant *Crauet. de antiq. tempor. par.* 1. §. *quæritur etiam nu.* 23. præſertim quando cum taciturnitate concurrit actus aliquis poſitiuus *Panor. in cap. cũ virum* 3. *notab. de regularibus, Iaſ. in l. qua dotis in fin. ff. ſolut. matr. Menoch. de arbitrarijs iudicum caſu* 21. *n.* 3. *in fi. Surdus optimè deciſ.* 199. *num.* 8. Quinimò eundem Regem repudiaſſe Reginæ Bonæ matris hęreditatem fertur,
41 quam repudiationem conſtantiſſimè reſpuit ille verus Monarcha Philippus II. vt qui ea non obſtante, retentis ſolũ ſuis Ciuitatibus, quas alioquin redimere omni modo coactus fuiſſet ea ratione, quam reddit *Imperator in l.* 4. *in*
42 *princ. C. de commerc. & mercat.* quam citat *Iſern. in c.* 1. *verſ. porrò n.* 21. *in fi. quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, vt ibi notat Afflict. nu.* 15. à Fiſco ſolui mandauerit annuos introitus Regi filio, & ſi non hæredi.

O ſummi Regis munificentia, quid
43 externa exẽpla congerimus? ſi Regio, & paterno exemplo Philippum filium Regum maximum ab huius fœminæ priuatæ, & odio commotæ, cumque fraude diſponentis hęreditate omnino abſtenturũ certo ſcimus? Hinc iuuare Ducis cauſam magis, quàm nocere

D huiuſ-

huiuſmodi exēplū cōptū eſt, atque ad
alia exempla, quæ afferri poſſent, vno
44 verbo dicam, non eſſe, cur exem-
plis nunc iudicetur, cum ignoretur,
quomodo caſus illi ſe habuerint, &
tamen certum eſt ex facto ius oriri *l. ſi
ex plagis §. in cliuo ff. ad l. aquil. l. A-
rethuſa ff. de ſtatu homin.* Et proinde
exemplis non eſt iudicandum, niſi cū
conſtaret, caſus in vniuerſum eſſe pa-
res, quod penè impoſſibile eſt no-
bis conſtare poſſe *l. nemo C. de ſenten.
& interlocu. omn. iud. Neuiz. lib. 6.
Sylu. nupt. num. 62.*

Vel tunc ſolùm exemplis eſt iu-
45 dicandum, cum controuerſum ne-
gotium nullo iure definitur, aliàs iu-
ra nō exempla ſpectanda *Boer. in tract.
de author. magni Conſil. numer.* 170.
Hinc *Alberic. in l. 1. de conſtit. Prin-
cip.* aſſeuerat aduocationis indoctæ
cenſeri ab exemplis opem petere,
cum iura non ſuppetant, vt ſic iudi-
dicatum eſſe dicant, ſequitur *Crauett.
conſil. 592. num. 91.* Sed hoc in caſu
nedum ſummorum iureconſultorum
apertæ ſententiæ; verùm clariſſima, &
aperta ſunt iura, & rationes, quibus
hæc controuerſia pro Duce Grauinæ
eſt terminanda.

SVMMARIVM.

1 *Fraus ex coniecturis probatur.*

2 *Fraus in excludendo quem à ſucceſſione quando augeatur.*

3 Tex. l. cum à matre C. de reiuendic. *limitatio, eiuſdem limitationis ampliatio nu. 4. &* tex. *illius declaratio nu. 18. 45. & 49.*

5 *Succeſſor in feudo hæreditario defūcti factū in eius fraudem impugnat; at in feudo ex pacto etiā ſi fraus abſit n. 7.*

6 *Filius in materia ratihabitionis deterioris conditionis, quam agnatus.*

8 *Feuda in Regno qualia.*

9 *Fraus non infertur, ſi quis iure ſuo vtatur, declaratur tamen num. 19.*

10 *Feudum hæreditarium agnato preciſè debetur.*

11 *Fraudis conſiderationes quoad domini, vel agnati excluſionem æquiparantur; & ad hoc deciſ. nu. 12.*

13 *Feudum hæreditariū quibus debitum.*

14 *Feuda hæreditaria etiam ex pacto, & prouidentia remanent, & quomodo.*

15 *Feudum ad inſtar legitimæ debitum; imò totum eſt legitima ſucceſſionis ſecundum aliquos.*

16 Loffredi conſilium *in materia ponderatur.*

17 *Feudi ex pacto in agnati detrimentum etiam Principe aſſentiente nulla eſt diſpoſitio.*

19 *Legis permiſſio ſemper intelligitur ſecluſa fraude, idque exemplis illuſtratur, & nu. 20.*

21 *Beneficij renūciatio in fraudem nulla, & quando in fraudem cēſeatur fieri.*

22 *Actus à grauiter infirmo geſtus aliquē à iure competenti excludens, fraudulentus cenſetur: & hinc regulam Cancellariæ* de infirm. benef. reſign. *ortum duxiſſe probatur.*

24 *Alienatio etiam in vita ſi in fraudem conſuetudinis fiat, inanis eſt: ad hoc* dec. Affli. & Præſ. de Franch. n. 25.

26 *Portio vigore conſuetudinis ad inſtar legitimæ debetur, & titulo vniuerſali num. 27.*

28 *Altiùs tollere malo animo non licet.*

29 Anchar. conſ. 430. *extollitur.*

30 *Acquiſitionem proximam alteri debitam impedire nefas eſt.*

31 *Moriturus de proximo pro mortuo habetur, & num. 52.*

32 *Teſtamenti factio in feudis tenore inueſtituræ, & omni iure prohibita.*

33 *Diſpoſitio in feudis in extraneos magis prohibita, quàm priuare filios legitima.*

34 Tex. l. Proculus ff. de damn. infecto cum concord. *quando procedat, declaratur num. 35.*

36 *Statuti diſpoſitionem quando euitare liceat.*

37 Loffr. in conſ. 46. nu. 23. *declaratur, et nu. 38. & diſcrimina inter caſum* Loffred. *& præſentem notantur.*

39 Loffr. in d. cōſ. fraudē *in diſpoſitione*

feudi

feudi hæreditarij poſſe committi concedit; ſed ipſam præſumi negat n. 40.
41 *Recõciliatio non de recenti omne odium tollit.*
42 *Feudum ſecundum ius Feudorum ex conceſſione pro ſe, & hæredibus ex corpore, hæreditarium eſſe nõ deſinit.*
43 Cephal. conſ. 393. *in materia feudali non loquitur, nec etiam obeſt.*
44 *Alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo conditionali pendente conditione nullo iure prohibetur.*
46 *Hæres quando defuncti factum impugnare poteſt.*
47 *Feudatarius, quando praciſè agnato feudum etiam hæreditarium relinquere cogatur.*
48 Cephalus in alleg. conſ. *probata fraude fallentias* ad l. cum à matre *traditas amplectitur.*
50 *Odij cauſæ variæ aduerſus Ducem Grauinæ.*
51 *Fraus ex mortis vicinitate præſumitur.*
53 *Fraus maior iudicatur, cum quis ſic actum facit, ne fraudẽ feciſſe videatur*
54 *Alienatio in fraudem nulla, & plures huius fraudis ſpecies.*
55 *Inimicitiæ ex odij cauſa probantur.*
56 *Inimicitiæ cauſam iuſtam, vel iniuſtã non requirunt.*
57 *Filiorum procreatio in iuuenibus ſperatur, ſecus in ſenibus nu.* 58.
59 *Feudo hæreditario alteri, quàm proximè ſucceſſuro legato, æſtimatio non debetur, & ad hoc deciſiones referuntur num.* 60.
61 *Vbi concederetur deberi æſtimationem legato feudo; non deberetur tamẽ exiſtente fraude.*
62 *Termini omnes habiles præſumuntur, cum de vno diſputatur.*
63 Tex. l. vnicę C. ob chirograph. pecu. *declaratio.*
64 *Poſſeſſio vitioſa non confirmanda.*

ARGVMENTVM.

Succeſſor in feudo etiam hæreditario quando valeat infringere diſpoſitionem defuncti feudatarij velut in odium ipſius, & in fraudem factam; ex eo quod generaliter lex prohibeat quid in fraudem fieri, etiam ſi aliàs ſit quid permiſſum, & an ſufficiat ſolus euentus, vel etiam animus fraudandi, & dolus ab initio exigatur, declaratur *tex. in l. cum à matre C. de reiuendic.* de diſcrimine quoàd hoc inter feudum ex pacto cum qualitate hæreditaria, & feudum, quod ſimpliciter ex pacto appellatur. Fraus, & dolus ad priuãdum hęredem iure ſibi competenti ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione ex quibus pręſumatur, & coniecturæ, vt diſpoſitio dicatur in fraudem facta; etiam in materia *Conſuetud. Neapol.* ad declarationem tex. *in l. filiæ meæ emancipatæ ff. ſoluto matrim. l. Proculus ff. de damno infecto*: & legato feudo vtrum debeatur æſtimatio, deciſiones nouiſſimæ recenſentur.

CONTROVERSIA III.

SEcunda legis prohibitio eſt ratione perſonę Ducis, contra quam, ſiuè ob quam priuandam eſt facta diſpoſitio tàm feudorum in Fiſcum, quàm allodialium in D. Tiberium virum in eius odium, & fraudem, quæ cum
1 ex coniecturis probentur *l. dolum C. de dolo eum concor. per Crauett. conſ.* 100. *& alijs per Card. Manticam de coniectur. vltim. volun. lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 9. Hic nedum coniecturas; ſed euidentiſſimas probationes concurrere paucis oſtendam.

Omnes enim ferè *DD.* qui hunc articulum tractant, ſatis eſſe dicunt euentum fraudis, cum ità diſponitur, vt in beneficium illius, qui ſuccedere debet, tanquam vocatus à lege, vel
2 ſtatuto, nihil remaneat ex tex. notab. *in l. ſi libertus ff. de iure patron. & voluit Camer. in cap. Imperialem car.* 21. *col.* 1. *&* 3. *litera M.* dum dixit vaſſallo etiam in debito per eum contracto relinquendum eſſe, vt viuat, & militet, & ad hoc reſpexit Sac. C. dum in caſu *primę dee. D. de Franch.* mandauit feudum æſtimari, vt videret, ſi

remaneret ſaltim tertia pars libera, vt optimè aduertunt, & firmant *Dom. Præſ. de Curte in prima parte diuerſ. cap.14.num.114. & in fine cap. verſ. & quis etiam, Dom. Conſil. Georg. allegat.20.nu.38. & 43. Hart. Piſtor. lib.2.qq.iuris, quæſt.9. nu.42.* qui loquitur de fraude ex euentu.

Sed longè fortiùs hoc procedit,quãdo vltra euentum concurrit conſiliũ,& animus deliberatus fraudandi,ſiuè dolus ex propoſito, & machinatio; tunc
3 enim quilibet ſucceſſor venire poteſt contra factum defuncti,quod tendit ad fraudandum hæredem iure aliquo ſibi competẽti ex legis,vel ſtatuti diſpoſitione,aut permiſſione aliqua, & ita limitatur *text. in l.cum à matre cum concord. C. de reiuend. à Petr. & Cyn. in l. 1. oppoſ. 1. C. ſi in fraud. patr. l. 2. vbi Bart. Bald. Caſtren.& omnes C. eodem titul. idem Bart. Bald. Salyc. & alij in l. 2. C.de inoff.donat.*

Quæ limitatio ad tex. *in l.cum à matre*, ampliatur procedere non ſolùm in filio,& patrono,quibus debetur legitima;ſed in omni perſona vocata ad aliqua bona,vel ſucceſſionẽ beneficio legis,vel ſtatuti,vt concludunt *DD.cõgeſti*
4 *à Tiraq.in 1.retract.§.1.gloſ. 9.nu. 58. Ant. Gabriel tit.de reg.iur. conc.11. à num.25.ad 30.* quod eſſe receptius, & verius optimè probat *Pinel. Luſit.in repet. l.1.poſt num.83. in 12. limitat. verſic.ex quibus patet C. de bon. mater.*

Et conſequenter idem quoq; in ſucceſſore ſãguinis vocato ad ſucceſſionẽ feudi hæreditarij etiam trãſuerſali,ne-
5 dũ filio,qui proximus eſt agnatus, quẽ conſtat in hac materia, dum tenetur habere ratum factum defuncti,eſſe deterioris conditionis, quàm agnatum
6 *cap. 1.cum ibi not. an agnat.* & ob id in his indiſtinctè habere locum limitationem *l.cum à matre*, vt non teneãtur habere ratum factum defuncti geſtum in eorum fraudem, tradunt in indiuiduo *Bald. conſ. 215. col.2. verſ. 3.reſpon. lib 2. poſt Alberic. in l. filia mea ff.ſolut.matrim.* cuius doctrinam ad feudũ hæreditariũ applicat *Anna in l.aleg.55. n.8.* nã in feudo ex pacto cõſtat, ſucceſſorẽ non teneri habere ratũ factũ defuncti circumſcripta fraude,&
7 plures refert,& ſequitur *Hartman Piſtor. libr.2. qq. iuris cap. 9. numer.41. Curt. iun. optimè conſil. 171. materia præſentis*, qui non ſolùm loquitur in feudo hæreditario *numer.9.verſic.non etiam obſtat*; ſed quod fortiùs eſt,loquitur etiam in terminis Conſuetudinis Mantuanæ, qua ſupponitur concedi feudorum alienationem, & tamen probat vaſallum, qui morti proximus alienat inter viuos ad excluſionem agnatorum, quamuis ad beneficium propriarum filiarum, vt pretium in earum vtilitatem cederet, ex qua cauſa motiua paterni amoris videbatur omnino fraudem ceſſare *argum. l. nec in ea ff. de adul. iunctis his,quæ tradit Crauett. conſil. 44. numer.4.* adhuc tamen conſuluit, alienationem cenſeri in fraudem, & ſequitur *Hieronym.Gabr. conſ.83. num.58. lib. 1.* etiam multis relatis *Tiber.Dec. conſ. 117. nu.38 verſ.quintò regula lib.3.* & hanc ſententiam latiſſimè tuentur *author. Gloſ. Iſern. Bald. Aluar. Afflict. Barbatiæ, Ruyn.Iacobin. Camer. Alex. Dec.*& aliorum diſputando articulum, & reſoluendo omnia obiecta *Menoch. conſ.104. num. 59. lib. 1.* ſed meliùs *conſ.226. à num.31.ad.53.lib.3.Surd. d.conſ.382. num. 45.61. & 100.* & iterum *conſ.384. num.66.lib.3.* & infinitos alios cumulat *Cacher. deciſ.67. nu.5.qui nu.8.in verſ. idem dicendum,* loqui etiam videtur in feudo hæreditario,vt magis ſe declarat *nu. 11.* dum citat *Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 42. num. 14. vbi poſt Socin. iun. conſ. 112. numer. 13. lib. 2.* expreſsè firmat, hanc opinionem veriorem, & magis communiter approbatam in
8 feudo non omnino hæreditario; ſed mixto, cuiuſmodi ſunt feuda hæreditaria,de qbus agimus in Regno,q̃ adhuc eſſe ex pacto,& prouidẽtia ſup.& infra ꝓbauimus, adeo vt nõ ſimpliciter hę-

redi.

reditaria; ſed ſecundum quid appellantur à *Doctorib.* relatis à D. *Conſil. Georgio allegat.* 19. *num.* 59. & ſecundum hanc opinionem refert *Cacher. in fin. dictæ deciſ.* fuiſſe in eo Senatu pronunciatum, quam eſſe veram tandem non ſolùm de Iure Regni; ſed iure communi feudorum probat D. *de Curte in d. cap.* 14. 1. *par. diuerſ. feud. num.* 114.

Et ſi quiſpiam fortè inſtet, nõ poſſe conſiderari fraudem ad excluſionem agnatorum in feudo hæreditario, cum ſucceſſio illis non debeatur omnino ex præciſa neceſſitate, cum poſſit huiuſmodi feudum alienari etiam in præiudicium ipſorum, quibus cum non debeatur legitima, proinde non vide-
9 tur alienans fraudem inferre, dum iure ſuo vtitur, ſicuti à l. permittitur *l.* 2. §. *denique ff. de aqua plu. arce. l. Proculus ff. de damn. inſe. l. ſeruus dotalis ff. ſol matrim. cum multis concor. ad id congeſtis per Tiraquell. in præf.* 1. *retract. num.* 67. 72. & 78.

Dicimus primò, falſum eſſe non deberi agnato ex præciſa neceſſitate ſucceſſionem feudi hæreditarij: quia contrarium expreſsè dicit *Gloſ. illa ſing. in conſti. vt de ſucceſſionibus ver. ex vtro-*
10 *que parente*, quæ non ſolùm probat deberi feudum hæreditarium, de quo loquitur illa conſtitutio, certis perſonis alijs excluſis, quæ non poſſunt inſtitui in ipſo feudo, quas dicit habere potius à ſe ipſis, ita vt eis non poſſit auferri, idque beneficio illius *conſtitutionis*, nõ beneficio teſtatoris ad inſtar quartæ arrogati, de qua *in l. ſi arrogator ff. de adopt.* ſed ſubdit verba aurea in propoſito, *nam aliàs ſemper committeretur talis fraus, ita quod nunquam perueniret feudum ad perſonas vocatas, vel ad fiſcum*, & ſic habemus in ſpecie *Gloſ.* quæ probat neceſſitatem ſuccedendi in tali feudo,
11 & ſimul conſiderari fraudem in excluſione agnati, idque ad inſtar fraudis, quæ conſideratur in excluſione domini, de qua *in cap. primo* §. *ſed & res*, prout nouiſſimè æquiparari
12 fraudem adhibitam ad excluſionem agnatorum in feudo cum illa, quæ ſoler conſiderari ad excluſionem domini directi, referens ita *deciſum in Senatu Montiſferrati Præſidente Rolan. à Valle Surd. conſ.* 382. *num.* 51. *lib.* 3. ſed *Gloſ. in prædicta Conſtit.* vt loquentem in feudo hæreditario extollunt *Anna pater allegat.* 126. *num.* 6. D. *Præſ. de Curte in* 1. *par. diuerſ. cap.* 14. *num.* 62. *in fin.*

Et feuda hæreditaria debere relin-
13 qui filio, & agnato ſucceſſuro in inueſtitura incluſo *ex c. primo* §. & *ſi clientulus de feud. pater. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. & alijs iuribus probat* D. *Loffred. in conſ.* 1. *nu.* 15. & 16. *verſ. clarum namque.*

Et ratio eſt: quia feuda etiam hæreditaria non deſinunt tamen eſſe ex pacto, & prouidentia, in quibus adhuc conſideratur illud pactum acquirẽtis, & prouidentia dantis, *vt ex Iſer. in c.* 1. *in fin. prin. de alien feud. pat. tradit Ca-*
14 *mer. in cap. Imper.* §. *præterea car.* 94. *col.* 3. 95. *col* 1. & 102. *lit. E.* bene probans etiam in illis inſpecta primordiali natura conſiderari pactum, & prouidentiam.

Quinimò, pluribus placuit, feudum totum eſſe legitimam primogeniti, vel ſucceſſoris in feudo, vbi viuitur iure
15 Francorum, vt cum *Canon in* c. *licet de voto* tenent *Iſer. in cap.* 1. *col.* 6. *quæ ſit prima cauſ. benef. amit. & cumulati per Annam ſing.* 197. vel ſaltim debetur ad inſtar legitimæ ex quadam neceſſaria reſtitutione, licet cũ qualitate hæreditaria *iuxta opin. Camer. in d.* §. *præterea car.* 99. *à ter. lit. M. iunctis traditis car.* 102. *col.* 2. *lit. F.*

Et quamuis ſucceſſio in feudo hæreditario nõ deberetur, prout verè debetur ex præciſa neceſſitate iuris præſertim in feudatario cõſtituto ꝓpe mortẽ, qui non alienauit in vita cum aſſenſu, nec illum obtinere curat, aut ſperat ante mortem, non ideò ceſſat fraudis præſumptio, & probatio, quod

rectè expenſus bene conſiderauit *D.*
*Loffre.*qui optimè quoque fundat hãc
opinionem in principali articulo frau-
dis in diſpoſitione feudi hęreditarij; is
16 enim *conſ.* 10. *nu.*24. dicit habere lo-
cum limit. *ad l.cũ à matre*, quãdo quis
ſuccedit non ex mera volũtate defun-
cti; ſed ex legis,vel alterius diſpoſitio-
ne *ex d.l.*2. dicens ob id in feudo non
poſſe aliquid nouari illicitè, ideſt ſine
conſenſu, & voluntate Principis, lo-
quendo in feudo, vt is dicit, hæredita-
rio,in quo poteſt venire hæres contra
factum defuncti; nam in altero, quod
eſt ex pacto, & prouidentia rectum, id
non licet etiam cum conſenſu domini,
17 ſi non adſit quoque conſenſus agnati,
citans in id plura iura, & ſubdit, quo-
modo ꝑbetur fraus,& alia,in quo licet
ponderare illa verba *Luff.ex mera vo-*
luntate quaſi ſuccedere ex voluntate,
licet non ex mera defuncti non exclu-
dat limit. *d.l. cũ à matre*, quod clariùs
probauit *Crauett.conſ.*200.*num.*7. vbi
18 dicit *regul. l.cum à matre* procedere,
quando defunctus poterat de hæredi-
tate pro libito diſponere, & relinque-
re,quibus voluiſſet,aliàs ſecus,vnde
cum certum ſit,non poſſe vaſallum ad
libitum de feudo diſponere, ceſſabit
reg.*l.cum à matre*.

Secundo dicimus, illam collectio-
nem,in qua omnis uis argumenti con-
ſiſtere videtur, ſcilicet aliquid de iure
permittitur,ergo in eo actu non poteſt
argui fraus, non eſſe veram,nec con-
cludere de neceſſitate.

Siquidem contrarium in terminis
probatur in ipſomet *c. Imper. in verſ.*
ſub colore inueſtituræ, ſicuti ad hoc il-
lud inducit *Camer. car.6.col.4. verſ.in*
tex. ibi litera S. cuius inductionem nõ
refero, inferens ex hoc minimè,cum
aliquid à lege permiſſum eſt, licere il-
lud in fraudẽ facere, in id citans *l. Ti-*
19 *tius ff.ad Trebell. cap. beneficium ſi de*
*feud.fue.contr. & cap.*1. *qualiter olim*
feud.alien.pot. vbi Bald. & Aluar. &
*tex. cum gloſ. & Iſer. in cap.*1.*§. ſed &*
res per quos fiat inueſtit. vbi cum per-
mitteretur cuilibet dari in feudum, ſta-
tim ſubijcitur, *niſi fiat in fraudem no-*
ſtræ conſuetudinis, & *gloſ.* inter exem-
pla fraudis illud expreſſit præcipuum,
cum quis ideò ſubinfeudat, vt eũ pri-
uet à ſua ſucceſſione, qui in ea ſucce-
dere debet,& ſic quamuis infeudando
poſſit priuare ſucceſſorem; non li-
cet tamen id fieri in fraudem ipſius
ſucceſſoris, & ſequitur *Lipar.in add.n.*
5. *verſ.dicitur fieri*, vbi aduertit eſſe
ſummè notandum, quod ſi aliquid eſt
permiſſum, non licet in fraudem face-
re poſt *Ioa. Rain. Dec. Iacob. & alios,*
quos citat,facit in ſimili *doctr. Iſern. in*
*§.huius autem generis in add.ante n.*14.
vbi add. litera G. Et hoc modo omni-
no deſtrui hoc obiectum conſideratũ,
licet in alia materia à *Dec. Gozad. Pa-*
riſ. & Burſa. tradidit Surdus d. conſ.
383.nu.53.

Et de iure ciuili, & Canonico ſunt
tex.clari *in l. filia mea 60.ff ſol. matr.*
vbi patre ſtipulante dotem ſibi reddi
in caſu mortis filiæ, quamuis ſoluto
20 matrimonio per diuortium actio de
iure quæſita fuiſſet filiæ, & eius hære-
di, cum eo caſu tantum ſibi pater pro-
ſpexiſſet *l.ſi cum dotem in princ. ff. ſol.*
*matr.*ſi tamen vir, vt patrem fraudaret
in hoc,repudium miſit, vt potiùs hæ-
redibus mulieris, quàm patri redderet
dotem,adhuc patri datur actio,idem in
l.ſi filia 5.ff. de diuor. vbi ſi ideò mu-
lier diuertat, vt maritum lucro dotis
afficiat, patrem fraudet, qui profectitiã
dotem ſibi in eum caſum dumtaxat
reddi cauerat, ſi conſtante matrimo-
nio deceſſiſſet filia, ex quo maritus do-
tem lucratus eſſet, ſi filia ſoluto matri-
monio obijſſet, vt *gloſ.*explicat;tamen
dabitur patri dotis exactio, ac ſi matri-
monio cõſtante deceſſiſſet filia, quam-
uis igitur tàm vir in primo tex. quàm
vxor in altero iure proprio vti licitè re-
pudium miſerint,ex quo de iure pari-
ter excludebatur pater ab actione,vel
etiam à dote; non licuit tamen id in
21 fraudem facere, & idem *in l. liberto*
octoginta ff.de bon.liber. ſicuti idem
quoq;

Digitized by Google

quoque apertè improbatur renunciatio beneficij aliàs regulariter permiſſa ab eo, qui morti erat proximus, qui ex hoc dicitur fraudē facere *c.2. de renũciat.in 6.* ſimile *in cap. de his de ſepul.*

Quæ iura extendi debere non immeritò ad omnes caſus, in quibus eadem ratio viget, docuit *Caſt.conſ.* 339. *lib.*2. adeò vt *DD.* pro regula ſtatuerint, actum geſtum à grauiter infirmo ad excluſionem iuris alicui competē-
22 tis præſumi animo fraudandi geſtum, & proinde eſſe nullum, ex qua infinitos determinarunt caſus, quos cum referre non expediat, remitto me ad latè tradita *per Tiraq.in 1 retract.* §.3. *glo. vnica n.*17. *&* §.34. *gloſ.*1.*n.*8. *aliquid à Cam. in c.Imp.car.7.lit.* D. *Soc. conſ.* 53. *li.*3. *Io. Vinc.Hōd.conſ.*32.*n.*38. *et* 39. *lib.*1. *Natt. conſ.*162. *lib.*1. *Cephal. conſ.*179. *lib.*2. *Cannet.in materia feudali in extrau. volentes in cap.incip.ſed an conſtitutus, D. Conſ.de Georg.alleg.* 22. *num.*12. *Surd. conſ.*382. *num.*46. *vbi num.*62. bene reſoluit contrarium, fraudem non præſumi in moriente, *& conſ.*384. *num.*58. *lib.*3. *Menoch. de præſump. lib.*5. *cap.*3.4.5. *&* 37. *& lib.*
23 6. *cap.*8. *&* 12. Vnde *eſt orta regula Cancel.de infirmis beneficia reſign.* vbi latè *Gomeſ.Rebuf.& alij, & Maſcard. concluſ.*815. *nu.*19. *cum alijs per Conſ. de Anna in collect.nu.* 409.

Sed quid moror, nonne Conſuetudo Neap. *incip.& ſi teſtator,* permiſit alienationem bonorum antiquorum in diſtrictu Ciuitatis in vita, nolens interdicere liberis hominibus alienationem rerum ſuarum. Et quamuis agnatis nihil debeatur in vita de neceſſitate, & alienatio licito iure fieri poſſit lege permittente, quā conſuetudo nō reſtrinxit; ſed tm̄ in morte; nihilominus
24 receptiſſima eſt opi. *Napod.* ꝙ ſi alienatio etiam in vita fiat in fraudem, nō valet, vt tradit in verſ. *diſponere nu.*14. & aduocat *tex.* loquentem in ſucceſſione feudi *in d.cap.*1. §. *ſed & res* recitans verba *Gloſ.* ſupra relata ibi, *vel ſi ideò facit, &c.* & ita eſt pluries deciſum *Afflict. deciſ.*370. *in* 3. *dubio, &*
25 de donatione facta in fraudem ſucceſſorum ab inteſtato, quibus non debe-
25 tur legitima *D. de Franch. deciſ.*157. *num.*10. *& deciſ.*180. *in fin. deciſ.*318. *& iterum dec.*435. *n.*35.39. *&* 43. vbi dicit, ita iudicatum, *Vrſil.ad Affli. dec.* 338. *&* 347. *D. Conſ.de Georg.allegat.* 19. *num.* 60. vbi tàm in portione debita ex conſuetudine, quàm in legitima debita filio, & quarta debita arrogato conſiderat, non ideò minùs de-
26 beri ex prouidētia iuris, licet permiſſa ſit alienatio in vita, quam portionē deberi quoque iure ſucceſſionis, & ſic titulo vniuerſali; non autem ſingulari probat *Napod.in conſuetud.& ſi teſtator in ver. perueniat, & in ver. diſpo-*
27 *nere in fin. D.de Franch. deciſ.*89. *n.*2. *&* 7.

Sic etiam licet permittatur à iure in proprio altiùs tollere parietem vſque ad cœlum, vel in eo facere ſpecula; nō tamen id licet malo animo in alterius
28 damnum, vel ad æmulationem, vt traditur *à Salyc. & alijs in l. altiùs C. de ſeru. & aqua, cum alijs per Menoch. de arbitr.lib.*2. *cent.*2. *caſu* 156.

Et ratio prædictorum eſt illa, quam reddit *Anchar. in ſuo conſil.* 430. *incip. ſuiſſet expediens,* vbi cum probaſſet, emancipationem filiæ propè mortem factam ab auo in fraudem ſuccedere debentium nepti ab inteſtato eſ-
29 ſe nullam, opponit, quod non videtur fraudem committere, qui iure ſuo vtitur, & quia emancipauit filiam, vt ſibi prodeſſet; licet ergo ex hoc impediatur acquiſitio in alium, non poteſt redargui: quia licet facere rem ſuā, quæ ſibi prodeſt, licet alteri noceat in conſequentiam, & proinde querela tertij aſpirantis ad ſucceſſionem videtur improba: quia in re ſua quilibet eſt moderator, & odioſa eſt ſollicitudo hæreditatis viuentis, contra quem vrget etiam fauor vltimarum voluntatum, & libertas diſponendi de rebus ſuis. Reſoluens *Anchar.* oppoſitionē ponderat *d.l.filia mea*, vbi quis non poteſt diſponere

diſponere , quod acquiſitio , quæ ex
euentu proximo debetur, & ſperatur
deriuari in vnum,deriuetur in alium ,
nec quis poteſt ad proprium commo-
dum hanc ſpem acquiſitionis proximę
impedire,& addit ſubſcripta verba ve-
rè aurea , *item de bonis proprijs perdit*
quis adminiſtrationem , & poteſtatem
31 *diſponendi , ſi de proximo ſubeſt ſpes*
deuolutionis in alium l. ſi maritus ad
fin.ff. qui , & à quibus , l.poſt contra-
ctum ff.de donat.quia habetur pro mor-
tuo,qui eſt de proximo moriturus,& ha-
bet tractum quandoque retro ad tempus
infirmitatis, vt habetur ad literam in
d.c.2.de renunt.in 6.& concludit *in fi.*
ob id non potuiſſe indirectè minui ius
ſuccedendi,& ſic priuare venientes ab
inteſtato ipſi infanti , idemque proba-
uit *latiſſimè Io.Vinc. Honded.* reſpon-
dens in ſimili caſu *in conſ. 32. per totũ*
volum.1.

Quæ ſi procedunt in bonis allodia-
libus,& in ſucceſſore ab inteſtato, vt is
in fraudem excludi nequeat,fortiùs in
feudis , quorum ex tenore inueſtituræ,
lege feudorum,& municipali prohibi-
32 ta eſt alienatio , & teſtamenti factio ,
potiſſimè in agnatorum fauorem per
iura,quę citat *Surd.d.conſ.382.nu.31.*
Quo caſu fortior dicitur eſſe prohibi-
tio,quàm illa,quæ prohibet tolli legi-
33 timam filio , vt bene probat *Ant. de*
Alex.in addit.ad cõſue.ſi aliquis moriẽs
num.22.in add.incip.imò videtur,quod
pupillaris fol.167. in nouiſ.

Ex quibus omnibus colligitur pri-
ma ſolutio ad regul. *l.Proculus ff. de*
damn.infec.l.nullus ff.de reg.iur.cum
ſimil. non procedere , vbi ex conie-
cturis, & indicijs fraus ipſa deprehen-
ditur: quia cõſtito de fraude,vel odio,
vt alteri noceat,ceſſat omnino dictorũ
34 iurium diſpoſitio, *vt notant* Dec. *&*
Cagnol. in d. reg.nullus, & optimè *Ti-*
raquell. declarat , tradens quaſdam ex
coniecturis , quæ hic concurrunt ad
probationem fraudis *in præf. retract.*
*conſang.num.*80. *verſ. idque veriſſimũ*
arbitror, quæ coniecturæ ſunt liquidiſ-
ſimæ probationes .

Secundò diſpoſitio dict. iurium de-
claratur procedere , cum quis ita iure
ſuo vtitur , vt cautela aliqua euitet dã-
num abſq; tamen vllius præiudicio ,
35 *vt in l.ſeruus dotalis ff. ſol. matr.* vbi
permittitur illa cautio ad euitandum
damnum,& ad nullius præiudicium,&
proinde ob eam non fit fraus verbis ,
aut menti legis ; ſed vt conſulatur ma-
riti ſollicitudini , & indemnitati, ſecùs
verò vbi quis vult euitare legis,vel ſta
tuti diſpoſitionem, qua vel non infer-
tur damnum , vel ex cautela alteri ge-
neratur præiudicium , ita in terminis
Corn.conſ.29.in pręſenti poſt num. 23.
verſ. nec obſtat l.ſeruus dotalis, & la-
tiùs idem Tiraquell. ita declarans alia
iura concord. in d. præſ.retract. nu.74.
verſ.ex quo dicit Bald.

Et tandem tertiò tunc licet euitare
ſtatuti,vel conſuetudinis diſpoſitionẽ,
cum ex his iniquè, & contra rationem
alicui damnum immineret : hoc enim
facere potius eſt damnum iniurioſum
36 à ſe depellere , quàm fraudem cõmit-
tere , quod dolo non eſt adſcriben-
dum; ſed prudentiæ *l. cum pater* §. *Ti-*
tio ibi,*prudentiùs autem fecerit,* iunctis
vlt.verbis,ibi *nec videbitur dolo feciſſe,*
cum fraudem, ideſt damnum excluſerit
*ff.de leg.2.vt tradit Caſtr.conſ.*388.*plus*
quatuor in fi. lib. 1. ſecùs verò cũ quis
conatur eludere legis, aut ſtatuti pro-
uidentiam iuſta,& rationabili cauſa in-
ductam,vt ius ſuum cuique tribuatur ,
prout in dubio præſumendum eſt pro
legis iuſtitia,*vt per Bald. & alios in l.*
de quibus ff.de legib.& in cap.1.de con-
*ſtit.*vt idem *Tiraquell. explicat ibidem*
à num.67.ad 72.75.& 77. cuiuſmodi
conſtat eſſe legem , quæ ſucceſſionem
feudalem ad proximiores ſanguine
coniunctos defert naturali æquitate,&
ex his patet,ſublata eſſe fundamenta ,
quibus innititur *D. Præſ. de Franch.*
*deciſ.1.num.*38.

Nec obſtant, quæ tradit D.*Loffred.*
conſ.46.num.23.verſ.ſecundò non ob-
*ſtat,*vbi videtur innuere non eſſe con-
ſidera-

Digitized by Google

ſiderabilem fraudem in diſpoſitione feudi hæreditarij,quāuis in caſu *Loffr.* præceſſiſſent minæ diſponentis, velle grauare ſucceſſotem, vt is ſupponit *n. 9.verſ.ad quod fortiùs.*

Primò enim dicimus, *Loffr.* apertè velle contrarium,prout rectè intelligit, dum pro hac parte ipſum citat *Cacher. deciſ.Pedemon.67.num.9.in fin.*dum *Loffred.* dicit, quod ſi vaſallus per aliquam circumuentionem, & colluſionem aliquid faceret, per quod filius, vel agnatus priuaretur integro feudo, vt rectè conſiderando dicit ipſe, loqui *Iſern.& Bald.in locis per eum ſuperiùs*
37 *n.9. & 10.citatis,*tunc videri;patrem, vel alium in fraudem alienare, quando totum patrimonium,vel maiorem eius partem alienauit, ſecus verò in caſu ſuo, vbi habito reſpectu ad Comitatum legatum alteri factum erat quid minimum.

Secundò, vt patet ex verbis *Ioffre.* ipſe loquitur, vbi teſtator reliquit ſucceſſori magnum Comitatum bonorū feudalium,& bona burgēſatica, ipſum verò grauauit in aliqua modica quantitate in pecunia, de qua in the-
38 mate conſilij, in caſu autem præſenti diſponens priuauit agnatum feudis ipſis, & burgenſaticis in ipſius odium alios inſtituens, inter quos caſus longa eſt differentia.

Nec *Loffred.* vnquam ſomniauit dicere, non poſſe in genere conſiderari fraudē, etiā ſi quis in odiū agnati ipſū priuet ſucceſſione feudi hæreditarij, nec dari fraudem in excluſione tranſuerſalis,nam aliàs ſe incontinenti correxiſſet, quod non eſt dicendum de tanto viro.

Sed perſtrictè loquens iuxta terminos facti, de quo loquebatur,dicit; *ſed in hoc caſu non poteſt conſiderari, quod fraus ſit commiſſa*, & ſic non negat, quin fraus poſſit committi, & conſiderari; ſed dicit in illo caſu non eſſe cōmiſſam,& intendens hoc probare in illa diſpoſitione facta per Comitem Palenæ tàm quò ad feuda,quàm quò ad burgenſatica,ſubijcit hæc verba, *reſpectu feudorum, vel legitimæ ſcilicet in burgenſaticis*, quod incipit probare à poſteriori parte, dum ſubijcit,*quæ in burgenſaticis, cum ſimus in collaterali, non eſſet cogitabilis, neque fratri datur querela,niſi turpi perſona inſtituta*; *meritò fraus aliqua allegari nō poteſt: illa enim ſolùm conſideratur reſpectu creditoris,patroni,& filij, &c.*hucuſq; *Loffr.* nixus fuit probare non cōſiderari fraudem in burgenſaticis, ſiue illa dictio, *quæ* referatur ad legitimam, & ſic ad proximiora, prout de iure eſt facienda relatio, ſiuè referatur ad fraudē, & ſic ad magis remota, vtcumque illa accipiatur, erit idem ſenſus, *quæ legitima in burgenſaticis, cū ſimus in collaterali,&c.*vel *quæ fraus in burgēſaticis, cum ſimus in collaterali, non eſſetcogitabilis*, hucuſque igitur, ſiuè benè,ſiuè malè loquatur *Loffred.* nihil ad nos: quia loquutus fuit in diſpoſitione bonorum allodialium,&c.quod in ſpecie voluiſſe videtur *D.de Curte in d.c.14. poſt num.114 verſ. & propterea cum nihil.* Et vt probaret deinde alterum caput fraudis quòad feuda, ſubijcit; *ſed dictus dominus Iulius non poſſet cōqueri de onere reſpectu feudorum, vt ſupra*,vbi dixerat,grauamen eſſe quid minimum; *ſed ſolùm eſt onus in eius perſonam, quæ vt hæres potuit grauari*, & ex hoc concludit in illo ſuo caſu ceſſare fraudem,quia non poterat dici indebitè grauatus: quia non ſolùm fratrem non excluſerat; ſed ipſe ſolus fuerat hæres inſtitutus ab ipſo Comite, & in codicillis iterum vocatus, vt mox ſubijcit *num.27.in fin.*

Et ſic non defendit *Loffred.*in feudis non cōſiderari fraudem; ſed in ſuo caſu non ius; ſed probationem deficere,vt declarat etiam *nu. 26. verſ. præterea Bal.*dum explicat,quomodo *Bal.* conſiderat fraudem in excluſione trāſuerſalis, quod dicit ceſſare in illo caſu,& melius *in verſ. & ſi promiſcuè* ad idem reſpiciens, in ea verba prorupit, *quod ſi promiſcuè, ideſt generaliter, & indiffe-*

indifferenter fraus præſumeretur, tolleretur feudatarijs poteſtas teſtandi ideſt grauandi, vt neceſſariò debet intelligi: nam de hoc loquitur, quod eſſet abſur-
40 odum, & inhumanum, negat igitur *Loffred.* præſumi in dubio fraudem in huiuſmodi diſpoſitione; ſed exigit, vt illa probetur.

Et vt in totum oſtenderet ſe nuſquã negaſſe, poſſe dari fraudem; ſed non eſſe probatam in illo caſu ad excludẽdum odium, & inimicitias, ponderat reconciliationem non recentem inter fratres; ſed iam diu factam annis ab
41 hinc quindecim antea, & vſque ad mortem continuatam, qua omne odiũ *ex com. DD. ſententia* cenſetur oblitteratum; & antiquam cauſam odij fuiſſe leuiſſimam, rixam inter fratres extinctam lõginquitate temporis, & ex actu contrario emolumenti integræ hæreditatis ſibi honorabili titulo inſtitutionis relictæ, ex quo maxima apparebat dilectio, vt ſubijcit *nu.* 27. 28. *& n.* 29. addit legatum factum fuiſſe in exonerationem conſcientiæ, & compenſationem alterius debiti, ad quod defunctus legatario tenebatur: vnde his attentis in caſu contrario, vbi coniecturæ fraudis vrgerenr, & multò plures, & fortiores, vt in caſu, de quo agimus infra probabitur, certè conſilium *Loffredi* valde pro nobis vrget.

Sicut verè vrgẽt, quæ idem *Loffred.* pro hac opin. cõſiderauit, quam tenuit etiam *in conſ.* 1. *num.* 15. 16. & *ſeq.* qui licet in principali articulo bene con-
42 cludat, conceſſionem pro ſe, & hæredibus ex corpore ſecundum ius Francorum non efficere: quin feudum ſit hæreditarium *contra opinionẽ Cãn. in cap. volentes relatam per D. Conſ. de Georgio alleg.* 19. *num.* 55. nihilominus rationes prædictas non reprobat; ſed potius confirmat, quod iterum expreſsè firmat *conſ.* 10. *num.* 24. *& num.* 25. *verſ. & pro hoc etiam facit.*

Pariter non obeſt *conſ. Cephal.* 393. *nu.* 110. *&* 172. *cum ſequent. citatum per Cõſ. de Anna in ſuis collectaneis ad l. cũ à matre C. de reiuend. ſub n.* 11. vbi citat quoq; *D. de Põt. in quodã ſuo cõſ. imprimẽdo*, q; credo, ſit cõſiliũ, q; audiui factum in hac eadem cauſa pro Comite Saponariæ iam impſſo 147. *&* 148. *lib.* 2. quãuis. n. *Ceph* non loquatur in materia feudali, ex alijs nõ obeſt: quo-
43 niã in themate *Cephali* agitur de alienatione rei ſubiectæ fideicommiſſo conditionali, quam probat nullo iure eſſe prohibitam alienari, nec expreſsè,
44 nec tacitè pendente conditione *n.* 31. *&* 80. maximè cum alienans ignorat fideicommiſſum *nu.* 78. *&* 87. & licet fideicommiſſarius euenien te cõditione poſſit alienationem reuocare, tamẽ probat in caſu ſuo filios alienantis, eoſdemque fideicommiſſarios non potuiſſe reuocare, tùm quia mediante inſtrumento venditioni expreſsè conſenſerant, tùm etiam quia adiuerant hæreditatem patris, & ſic duplici iure erant prohibiti reuocare tãquam alienationi conſentientes quos probat perinde haberi, ac ſi vendidiſſent, & tanquam patris hæredes *num.* 41. 42. 46. *&* 50. & quod magis eſt ſine beneficio legis *nu.* 68. *&* 70.

Præterea *Cephal.* dum vult declarare limitationem, quam comm. tradunt *ſcrib. ad l. cum à matre*, per ipſum bene fundatam *num.* 10. *&* 13. ſubdit *n.* 110.
45 illam procedere, quando alienatio eſt facta in fraudem legis, ideſt ne id alicui detur, quod lex mandat ſibi dari, & id recognoſcit à l. non ab homine, & iterum ſe magis declarat *num.* 124. & fatetur, hæredem poſſe venire contra factum defuncti, quando ab eo ſolùm
46 habet, quod defunctus ſibi hæredi tenebatur relinquere ex doctrina clara *Bart. in l.* 2. *num.* 5. *C. de inoff. donat. Caſtr. conſ.* 446. *num.* 3. *Gabriel. conſ.* 125. *num.* 8. & licet ſubijciat exempla de legitima debita filijs, & patrono, vt ſupra etiam dixerat *num.* 112. exempla tamen nõ reſtringunt ipſius dictũ, quod intelligi debet iuxta doctrinas, quas citat; quæ paſſim intelligũtur in omni eo, cui defunctus reliquit, quod

quod relinquere debebat: vnde cum
negari non poſſit, feudatarium præſer-
tim non habentem à Rege facultatem
diſponendi,& prope mortem conſtitu-
tum,& ſupra eſt dictum,teneri omnino
ex forma inueſtituræ, & diſpoſitione
iuris relinquere feudum etiam hære-
ditarium agnato proximiori nulla di-
ſpoſitione valente iuxta cumulata per
Roland.conſ.71.num.8. qui optimè in
47 eo conſ. pugnat pro nobis etiam in
articulo aſſenſus poſt mortem,vt ſupra
eum adduximus *lib.2.*ex his ſequitur,
*vt Cephal.*quoque nobiſcum ſentiat.

Et hoc clarius voluit *Cephal.* dum
*num.*123. dicit in caſu ſuo emptorem
moleſtari non poſſe ſub prætextu ven-
ditionis ſibi in fraudē factæ, niſi fraus
re, & conſilio probetur iuxta *Gloſ. &*
48 *Caſtr.in d.l.1.C.ſi in frau.patr.*de qua
fraude dicit nihil conſtare in illo caſu,
quod iterum repetit,*num.*173.dum fa-
tetur veras eſſe fallentias, quas *DD.*
tradunt *ad d. l. cum à matre*; ſed vt is
inquit, in illis caſibus nos non verſa-
mur.

Quinimò dum ſupra probauimus in
articulo aſſenſus poſt mortem, quod
teſtamētum de feudo hæreditario per
mortem teſtantis efficitur omnino
nullum,& inualidum velut extincta ſpe
reconualeſcentiæ iuxta ferè omnium
DD. ſententiā, *& Cephal.* ſæpius *in d.*
conſ. amplectitur *com.* illam limitatio-
nem, quam tradunt *DD.ad d. l. cum à*
matre, quod hæres poſſit venire cōtra
factum defuncti nullum, & inualidum
49 *num.*129.*&* 186. vbi ita dicit proce-
dere *deciſ.Gram.*93. quæ limitatio eſt
ab omnibus commēdata, vt videre eſt
ex *Pinel. in d.l.*1. *par.*3. *poſt num.* 83.
*limit.*10. *Gabriel.tit.de reg.iur.concluſ.*
11.*num.*31.*limit.*14. in ſpecie in alie-
natione feudi, probant *Loffr. conſ.* 10.
*nu.*24. & ex infinitis deducunt *Hart.*
*Piſtor. lib.*2. *qq. iuris quæſt.*4.*num.*85.
*Cacher.deciſ.*67.*num.*1. *&* 2.cum alijs
per *Annā ſing.verbo hæres, D. de Frāc.*
*deciſ.*83.*Valaſc.conſult.*52.*n.*44. *Viui.*
*deciſ.*56.igitur ex his clariſs. patet, *Ce-*
phal. reſpondiſſe pro hac opin.

Ex quibus cum ſatis remaneat de-
feſa opinio in iure,in feudi ſucceſſione
omnino poſſe conſiderari fraudem in
quolibet ſucceſſore etiam tranſuerſali,
ex ſerie facti clarè patebit concurrere
copulatiuè omnes coniecturas, ſiue
potius euidentes fraudis probationes
non ſolùm reipſa; ſed conſilio,quæ ex-
cogitari poſſunt, ſiquidem præcedebat
odium erga Ducem, qui diſpar coniu-
gium oppugnauerat,in cuius ſententiā
50 iuere cæteri Vrſinorum Romani Pro-
ceres,quippè qui D. Iuliam dudum
viduam,ſenio,varijſq; morbis confectā
cognouerant. Auxit odium falſus ru-
mor, Ducem ſcilicet veneficio, & ma-
lis noxijs D.Iuliæ necem prætentaſſe,
idque Proregi inſinuatum, non deſuit
diligentia, neq; vnius ex Regentibus
opera,vt veritas eliceretur,mortis igi-
tur metu ad teſtamentum condendum
fuit inducta ad beneficium Fiſci, non
enim hucuſq; blandimenta maritalia
maiorem vim accipere poterant in
Ciuitate.

Sed qui excluſione Ducis haud ſa-
tiatus, ne quoque in ſui ipſius com-
modum diſpoſitio verteretur, tentauit
blandis verbis, cum quibus à iure ad-
huc dicitur vis inferri fœminam ægri-
tudine oppreſſam in Calabriam duce-
re,quæ dominicalis, atque obſequij
gloriæ cupiditate, violentiſque preci-
bus cum Statum petijſſet, illico addi-
tur aliud commentum,adinuentio pro-
pinati ſcilicet veneni à longè abſente
Duce prætentatum, idq; ei facilè per-
ſuaderi potuit ægræ fœminæ,quæ Du-
cem non nepotem; ſed apertum hoſtē,
quia ſic erat viro ſibi dilecto,exiſtima-
bat, & quia ſemel malus &c. tantam
huiuſmodi commentis fidem præſtitit,
vt precibus Præſidi Prouinciæ oblatis
contra veneni propinatores grauem
querelam expoſuerit, vbi ſelecto inter
Auditores Pecorello cauſæ Iudice,ac
vindice,nihil credendum eſt, quod at-
tentare neglexerit contra Ducē, & vt
vitæ conſeruatori, & liberatori viro

gratias

gratias referret, aiunt priori teſtamento irritato ſecundum condidiſſe in eius integrè beneficiũ, vel mortua, vt Dux contendit, vel momento temporis ante, ob cuius mortis vicinitatem non ideò minus ceſſat fraus, vt ex *Bald. &*
51 *alijs tradunt Alc. tract. præſump. reg. 3. cap. 4. num. 4. Gram. deciſ. 42. nu. 5. Maſcar. latiſſimè concluſ. 179. in fin.* etiam ſi aſſertio ſit iurata *Menoch. de arbitr. caſu 89. num. 30.* ſed inſurgit præſum-
52 ptio, vt mortis cogitatione perturbata pro mortua iam habita fuerit *argumento l. hac conſultiſſ. §. at cum humana C. qui teſtam. facer. poſſ. l. iubemus C. de teſtam. Bal. in l. extraneum C. de hæred. inſtit.* in quo teſtamento licet viſa fuerit teſtatrix Fiſcum inſtituere in feudalibus; tamen effectus diſpoſitionis illuc tendebat, vt uiri commodo cederet, quidquid ex vniuerſa hęreditate ſuperfuiſſet: ſciebat enim adeò hæreditatem exhauſtam, vt pretium feudorum nõ ſufficeret creditoribus, à quorum onere exemit omnino virum hæredem allodialium, & quia Fiſcus poterat obęratam contemnere, vt tegeret odium in Ducem, illum in eum caſum in feudis ſubſtituit, ita tamen vt nunquam feuda apprehenderet, niſi integrè perſoluto ære alieno, vt eum ſaltim commodo poſſeſſionis medij temporis, quod ſolùm ſperari poterat, priuaret, nec verita fuit Fiſcum etiam onerare proſequutione litis Ciuitatis Strongoli, vt vir intra decem menſes de illa inueſtiretur vltra alia prælegata, quæ omnia indicant maiorem fraudem, cum quis ita actum facit ne frau-
53 dem feciſſe uideatur *l. ita fidei ff. de iur. fiſci cum concord. per Tiraquell. in præfat. 2. retract. num. 18.*

Et ſic multò plures, & fortiores vrgent hic coniecturæ fraudis ſimul iunctæ, quàm ſint illæ, quarum alteram tantum alternatiuè ſufficere tradit *Napod. in d. conſuetud. & ſi Teſtator verb. diſponere,* vbi multa cumulant *add. nu. 14.* vt actus reddatur nullus, & ferè
54 omnes concurrunt illæ, quæ ſparſim à *DD.* congeſtũtur, inter quos *latè Menoch. de arbitr. centur. 5. caſu 470. lib. 2. Maſcard. de probat. cap. 815.* & in materia fraudis reſultantis ex vicinitate mortis latè *Caſſan. in conſ. Burgun. rub. 4. §. 3. Des heritages nu. 2. & d. §. 3. in princ. ver. par donation, Tiraquell. l. ſi vnquã verb. donatione largitus nu. 134. Cotta in ver. extremo, & in ver. mortis extremo, Dec. cõſ. 235. 245. 525. & 659.* & de fraude in caſu Cõſuetudinis noſtræ optimè D. *Conſ. Georg. alleg. 22. per totam,* & in terminis in alienatione feudi in fraudem ſucceſſoris idem *alleg. 20. nu. 38.* & in hac eadem cauſa circa nullitatem refutationis vltimi Principis Biſiniani *alleg. 2. num. 45.* & abundantiſs. *Menoch. d. conſ. 226. à nu. 53. ad 140. lib. 3. Surd. d. conſ. 382. à num. 46. ad 71. & conſ. 384. à nu. 56. ad 66. lib. 3.* omnino legendi, quibus, dum dicunt fraudem probari ex inimicitijs pręcedentibus, & cauſis odij, illud tãtum addo, ſufficere adeſſe cauſam odij, vt cenſeantur contractæ ini-
55 micitiæ, *vt per Panor. in cap. accedens il ſecondo col. 1. verſ. quid autem, vt lite non conteſtata* licet inimicus oſtenderet diligere *cap. 2. cum ſequenti 3. q. 5. Felin. in c. cũ oporteat poſt n. 5. de accuſ.* qa non attẽditur iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ inimicitiarum; ſed ſufficit factum
56 præceſſiſſe *l. 1. vbi Bar. ff. de his, quibus vt indi. Panor. in cap. repellantur nu. 4. de accuſ.* vbi probat etiam eum, qui fuit cauſa inimicitiarũ, poſſe de inimicitijs excipere *argumento l. nec timorem ff. quod metus cauſa*: quia lex non curat, ſi eſt iuſta, vel iniuſta, idem *Pan. in cap. meminimus nu. 10 de accuſat.* nec requirit odium; ſed cauſam odij *Pan. in cap. cum I. & A. num. 22. de ſent. & re iud.* etiam ſi diſſimulent *Alex. conſ. 127. num. 19. lib. 4. Cephal. conſ. 710. nu. 40. lib. 5.*

In qua fraudis pertractatione illud pro coronide aduertere libet, non idcirco fraudem ceſſare in caſu pręſenti, quod Dux Grauinæ adhuc iuuenis liberis careat, quia non ex hoc maius

ius

ius prætendere poteſt fiſcus, ſiquidem
non ex quo quis liberis caret, eſt ſuis
bonis,& iuribus priuandus, præſertim
quia hæc fraus bene potuit conſidera-
ri in D. Iulia diſponente iam in ſeni-
li ætate conſtituta, non in ſucceden-
te iuuene, & robuſto, qui licet fi-
lios hodie non habeat, poteſt tamen
filios in futurum procreare, & ob id
dum *DD.* conſiderant huiuſmodi frau-
dem in diſponente, loquuntur de eo
57 qui ad eam ætatem peruenit, vt filios
habere non poſſit, *vt ait gloſ. in dicto*
§. ſed etiam res, in ver. in fraudem, per
quos fiat inueſtitura, vbi aduertenter
Iſern. loquitur de ſene, vel caſtè na-
to, adeò vt nulla ſit ſpes ſuſcipiendæ
ſobolis, vt etiam facit *Napod. in d.*
58 *conſuet. & ſi teſtator ver. diſponere*
num. 14. Afflict. deciſ. 370. nu. 13. inſi.
& ita loquuntur omnes *DD. citati à*
Surdo d. conſ. 382. num. 51. & clarius
hoc voluit *Iſern in §. præterea duca-*
tus vbi Aluar. Afflict. & alij.

Ex qua conſideratione fraudis, ceſ-
ſat omnino oppoſitio, quæ fieri poſ-
ſet à fiſco, quod non valeat diſpoſi-
tio quoad corpus feudi, valet tamen
quoad æſtimationem.

Primò enim dicimus hodie opi-
nionẽ contrariam, vt legato feudo hæ-
reditario alteri, quàm proximè ſuc-
59 ceſſuro non debeatur æſtimatio vali-
dioribus rationibus, maiori *DD.* nu-
mero, authoritate, & doctrina, con-
trariæ partis ſectatores ſuperantem, &
quod magis eſt authoritate rerum iu-
dicatarum eſſe fulcitam, quæ velut in-
terpretatiue latè in conflictu opin.
haud dubiè facit ius in Regno *iu-*
xta not. per Afflict. deciſ. 169. vt patet
ex latè traditis *ab Anna ſen. in repet.*
conſtit. numer. 139. cum ſequentibus,
& in allegat. 125. 126. 127. & 140.
Intriglio. de feud. centur. 1. quæſt.
122. Conſil. de Anna, qui ſequitur
eandem opinionem *in addit. ad præd.*
allegat. patris, & in ſpecie in allegat.
127. inſi. vbi refert ita iudicatũ de an-
no 1582. in cauſa illorũ de Suriano iũ-
ctis Tribunalibus cum interuẽtu Illu-
ſtriſ. generalis Viſitatoris, *& in cõſ. ſuo*
87. vbi ſigillatim recẽlet omnes, & ad-
dit, quod licet *D. Reg. de Pont.* ſcripſerit
pro cõtraria parte *in cõſ. 88.* tñ poſtea
legẽdo feuda ipſo audiẽte ſe correxit,
vt Rolan. Cur. iun. & Menoch. quoq; in
hoc articulo cõtigiſſe refert *D. de Cur.*
c. 14. n. 70. 1. p. diuerſ. qui teſtatur pro
hac parte iterũ iudicatũ in cauſa ſoro-
rum de Venato, & validiſſimè pro hac
opin. pugnat *n. 82. ver. ſecuda quæſtio,*
& n. 87. vſq; ad fin. vbi inſeruit literas
Inuictiſſ. Philippi II. de anno 96. ma-
ximè huic negatiuæ ſententiæ fauen-
tes, *& nu. 103.* refert deciſiones, &
primarios Regni Aduocatos, & Magi-
ſtratus, & eam ſequitur etiam *D. Bam-*
bac. in ſuo reſponſ. pro Principe Aſculi.

Secũdò ſit vera contraria opinio, vt
debeatur æſtimatio; illa tñ fallit, cũ di-
61 ſpoſitio ſit in fraudẽ, & odiũ ſucceſſoris,
vt ꝑ in directũ priuetur feudi ſucceſſio-
ne in ſpecie *Frec. lib. 3. in diff. feud. ex*
pacto, & feudi hæreditarij c. 12. in fi. qui
tenet affirmatiuã cũ hac declaratione,
idẽq; ſupponũt omnes præcitati *DD.*

Tertiò in caſu pſenti nõ poteſt tracta-
ri articulus, vtrũ æſtimatio debeatur,
qa illa inſpectio cadit, cum nihil aliud
diſpoſitioni repugnat, niſi quia is, cui
feudũ eſt legatũ, nõ eſt ꝓximior à le-
ge vocatus: cũ .n. de vno diſputatur,
reliqua omnia pſupponũtur habilia, at
hic nulla eſt omnino diſpoſitio, ex a-
62 lijs, igitur quod nullum eſt omnino,
nullum poteſt producere effectum.

Et ſic etiã ceſſat quoq; ob id retentio
corporis feudi ꝓ conſequẽda æſtima-
tione, tùm qa nulla debetur æſtimatio,
tũ etiã qa ſi qd fiſcus ptẽdit in hoc, de
bet ſua iura ꝓponere, & ordinariè diri
gere greſſus ſuos Duce prius in poſſeſ-
ſionẽ immiſſo iure ſucceſſorio feudo-
rũ, *vt dicit Bal. in c. 1. de ſucce. feu.* nõ .n.
cõpetit retẽtio ꝓ debito ſine hypothe-
ca, niſi ſaltim pro altero debito, quàm
eo, cuius cauſa de retentione agitur,
ſi tres hypothecata, quomodo proce-
dit *text. in l. vnica C. etiam ob chi-*

Digitized by Google

rogra. pecun. & explicat *Neguſan.*
in 4. membr. 5.part. de pignor. num.
2. quem limitat pluribus alijs modis;
idem Neguſ. in 3. memb. 5. par. num.
46.& 49. Regens Lanar. optimè in
puncto loquens in materia feudali *cõſ.*
79.nu.24.& ſupra nu 19. & ſic etiam
quãdo res peruenit ad aliquem vitioſè, ideſt non ſeruato iuris ordine; &
parte inaudita :quia tunc tenuta nõ eſt
64 confirmanda ex traditis *per Cacher.*
deciſ.Pedem.34.nu.26. maximè quãdo
res non fuit tradita creditori ex cauſa
illius debiti,vt declarat *Bart.in l.ſi non*
ſortem §.*ſi centum ff. de condict. indeb.*
cum alijs à Surd.deciſ.46.

SVMMARIVM.

1 Tex. in l.fin. C. ſi quis aliquem teſt. prohib. *limitatio, & quando eius deciſ.procedit nu.2.*

2 Dolus *ex falſa ſuggeſtione; imò metus ex ea probatur nu.3.*

4 Tex.in l.1.§.fi.ff.de offic.procur.Cęſ. *ad caſum noſtrũ applicari non poteſt; & in quo caſu loquatur nu.5.& 6.*

7 *Pluribus oſtẽditur fortiori ratione à Rege noſtro excludendũ fore teſtamentũ D.Iuliæ Vrſinæ, quã fuerint excluſæ refutationes vltimi Principis.*

8 *Fraus, & odium ſucceſſorũ fuerunt in cauſa, vt refutationes excluderentur.*

9 *Teſtamentum furioſi rectè diſponentis valet, idque in omni actu prudenter geſto nu.10. etiam in ſententia fatui iudicis nu.* 11.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum vxoris ad viri beneficium quando reddatur nullum, cum vltra blandum ſermonem aliæ concurrunt coniecturæ; ex quibus dolus arguitur ad declarationem *l. vlt. C. ſi quis aliquẽ teſtari prohibuer.* Principẽ, hæreditatẽ aditam ab eius procuratore, quã credidit lucroſam, cõpertã damnoſam repudiare poſſe, quomodo procedat ad intell.tex.*l.1.§.vlt.ff.de off.Procur.Cęſ.* & fortiori iure reſpuẽdã à Fiſco hæreditatẽ D.Iuliæ Vrſinæ vltimę Biſiniani Principis, quam iure excluſerit refutationes Nicolai Berardini Sanſeuerini ex pluribus iuris conſiderationibus diſertè oſtenditur.

CONTROVERSIA IV.

VLtimò principaliter eſt nullũ teſtamẽtũ ex alia ratione,ſ3. ꝑſonæ.ꝑ
quã ideſt uiri,cũ vltra blanda verba ex
ꝑnarrato facto notorio dolũ adhibitũ
negari non poſſit: vrgebat.n. viri iuuenis,& cupidi ſuaſio in ægrã languentẽ
longè à patria abſentẽ,illuc data opera
ductã medicis palàm repugnãtibus, &
de imminenti morte proteſtantibus,
1 vbi non erat ei conſiliũ,neq; conſiliarij
præter viri familiares:vnde dolus præſumitur ex varijs coniecturis, & qualitate facti: quo caſu limitari textum
in l. fin. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuer. pluries deciſum eſt in Sac. C.
vt teſtantur *deciſ. Afflict.69.& Præſid.*
*de Franch. dec.*180.& nouiſſimè audio
deciſum in teſtamento condito per vxorem Tiberij de Ianuario, ſiquidem
2 tex. in *d. l. vltima* procedit, cum ſolæ
blanditię intercedunt;vt obſeruat *Menoch. de arbitr. lib.2. cent.4. caſu 394.*
num.42. hic autem ex ſola falſa ſuggeſtione veneni, quæ deinde vana
3 comperta eſt, dolus palàm arguitur, vt
ex *gloſ. in l.item ſi pretio* §. *quemadmodum, ad finem ff. locati, probat Neuiz. conſ.22. nu. 26.* ſicut ex ſuaſione
colligi quoque nedum dolum ex propoſito; ſed probari coactionem, com-
4 pulſionem, & metum, docet *Crauett.*
conſ.192. nu.12. & vtrumque Morot.
reſp.28.nu.10. & 15. Et hoc caſu non
ſolũ teſtamentũ redditur nullũ quòad
ipsũ virũ;ſed etiã quòad Fiſcũ ſimiliter
inſtitutũ ipſius opera,& artificio,vt ſubſtineretur diſpoſitio ad ipſius beneficiũ facta ſub clypeo fiſci,vt docẽt *Dyn.*
Petr.Cyn.& Bal in l.2. C. ſi quis aliquẽ
teſtari prohibuer.Bar.& alij in l.vlt. ff.
eod. Menoch.d.caſu 395. nu.11.

Qua

Digitized by Google

Qua nullitate teſtamenti ex tot cauſis in promptu apparente nō poteſt hic applicari tex. *in l. 1. §. vlt. cum ſequ.* 5 *ff. de offic. procur. Cæſar.* vbi inquit *I.C. hoc eſſe præcipuum in procuratore Cæſaris: quod ſi Cæſar hæres inſtituatur miſcendo ſe opulentæ hæreditati, hæredem Cæſarem facit: quod ſi poſtea hæreditas ſoluendo non ſit, re perſpecta conſulitur Imperatori.*

Loquitur enim ille *tex.* cum Imperator ſolemniter, & legitimè fuit inſtitutus in teſtamēto valido: ex quo Princeps poſſit deliberare, an velit adire, nec ne: ibi enim eſt ſupponēda habilitas terminorū, vt ſemper *cap. 2. de ętate, & qualit.* At in caſu præſenti cum Rex noſter non poſſit adire, fruſtra dubitamus, an id liceat procuratori Cæſaris, præſertim poſtquam Rex ipſe iuſtiſſimus appoſuit manus, & pendet conſultatio, an poſſit adire, nec ne.

7 Et inſuper ille *text.* procedit pendēte queſtione facti, ſcilicet, an hæreditas ſit ſoluendo, nec ne; non autem pendente quæſtione, & articulo iuris, an poſſit iure, fiſcus hæreditatem capere, vel nō, inter quos caſus eſt longa ratio differentiæ; & non ſine myſterio loquitur in hæreditate notoriè opulenta; quaſi aliud ſit inſuſpecta.

Nouiſſimè cōſidero, hunc eūdē caſū fuiſſe in fortioribus terminis deciſum; ſiquidem ſi Sua Maieſtas inuictiſſ. Regis noſtri prçuio Conſilio Supremorū 8 Magiſtratuum Regiæ Cameræ, Sacri Conſilij, & Collateralis refutationes ſibi factas ab vltimo, & vero Principe Biſiniani de gente Sanſeuerina contempſit, fortiori iure non eſt habenda ratio teſtamenti D. Iuliæ, quod ex ſubſcriptis euidenter patebit.

Primò: quia ille verus Princeps plures in vita fecerat refutationes, quę præiudicabant agnatis in quærendis tantùm, hic autem cum diſpoſitio ſit facta in teſtamento, quod conſtat ſumere vires poſt mortem, obque id agitur de præiudicio agnatorum in dominio illico poſt mortem quæſito, vt eſt ſupradictum, & faciliùs præiudicatur in quærendis, quàm in quæſitis *Iaſon. in l. filiusfamilias §. diui Seuerus num. 8. ff. de leg. 1.* & in terminis noſtris *Anna in repet. rubr. de vaſal. decrepit. ætat. num. 259. & in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ nu. 136. & multa Tiraquell. ad ll. connub. gloſ. 5. num. 31. verſ. illud agitur,* & in actu inter viuos potiſſimè ſe fundauit D. Præſ. Sallurius, qui tunc validiſſimè partes Regij Fiſci tuebatur, ex quo dubium non eſt, quin fortiora fuerint illa iura, quàm hæc ex teſtamento D. Iuliç.

Secundò refutationes antedictæ fuerant pluries à procuratore Fiſci acceptatæ in vita Principis refutantis, & ſic tempore habili, quod Fiſcus cōtēdebat ſufficere ſaltim, donec Rex deliberaſſet *ex d. l. 1. in fin. cū ſequ. ff. de offic. procu. Cæſar.* hic autem non ſolùm nō à Rege; ſed nec à procuratore Fiſci fuerunt teſtamēta tempore habili, nec poſtea acceptata, quinimmò nec acceptari potuerunt.

Tertiò quāuis in eo caſu fuerit allegata inhabilitas perſonæ Principis ex 9 quo prodigus; potiſſimè tñ, qui nullitatē refutationū tuebātur, ſe fundauerūt in fraude, & odio ad excluſionē agnatorum, *vt in alleg. 2. D. Georgij n. 45. & alleg. D. Bambac. num. 18.* quæ multò fortiùs viget in caſu præſēti; inſuper prohibitio alienandi, & diſponendi facta D. Iuliæ ab Excellētiſſimo Prorege cum eius Senatu cauſa cognita, plus operari debet, quàm in primo caſu prodigalitas, maximè cōcurrente prohibitione legis ex diuerſis cauſis ſupra fundatis, quo caſu fortior ſit ipſa prohibitio.

Quinimò defectum integritatis perſonæ ceſſare allegabatur in Principe, qui ex diuerſis iuſtis, & neceſſarijs cauſis à Fiſco ponderatis videbatur, vt quilibet prudens refutaſſe, nempe vt creditoribus ſatisfaceret, vt ſibi, & filijs naturalibus de alimentis prouideret, vt diuerſis de ſe benemerentibus gratum oſtenderet, & vt ſaluti pro-

priæ animæ conſuleret, & dum Prin-
ceps adhuc viuens id fecerat, poterat
à Rege plures conſequi gratias, & di-
uerſis honoribus decorari, quæ om-
nia argumento eſſe potuerunt Princi-
10 pis reſipiſcentiæ, ac proinde eius di-
ſpoſitionem validiſſimam iudicari, vt à
centum viris in Romano Senatu iu-
dicatum fuiſſe teſtamentum cuiuſdam
Tuſidani furioſi, & inſani rectè diſpo-
nentis refert *Valer. Maximus lib. 7.
cap.8 magis enim (vt Valer. ait) cen-
tum viri, quod ſcriptum eſſet in tabulis,
quàm quis eas ſcripſiſſet conſideran-
dum exiſtimauerunt*, refert, & ſequitur
*Ioann. And. in cap. fin. de ſucceſſ. ab in-
teſt. Bald. in c. 1. nu. 2. per quos fiat in-
ueſt. Afflict. deciſ.* 143. *nu.* 5. *Vrſil. dec.*
11 287. *n.* 8. quod ꝓcedere in omni actu,
& diſpoſitione a ſtulto, & furioſo pru-
denter facto tradit, & deciſum teſtatur
Boer. deciſ. 23. idemque in noſtro S.C.
Gram. dec. 73. *n* 38. qui ampliat etiam
12 in ſententia lata à fatuo Iudice, refe-
rens ſententiam fatui Pariſienſis, &
cum his ſentiunt *Rom. Soc. Iaſ. Corn.
Ruin. Couar. et alij relati à Maſcard.
concluſ.* 39. *et* 825. *num.* 13. quorum
opinionē, vt com. & verã tuetur *Marſ.
ſing.* 380. & pluribus exornat *Card.
Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit.*
5. *nu.* 7. quam procedere etiam ſi talis
fatuus eſſet ſub curatore conſtitutus,
probat multis relatis *Theſ. dec.* 92. ceſ-
ſant tamē hæc in muliere ſenio, & mor-
bo confecta, quæ licet nõ fuerit decla-
rata, prodiga, nihil tamen à Prodigo
diſtare apparuit quòad iuris effectum.

Quartò Fiſcus nitebatur excludere fraudem: quia D. Lelius Vrſinus immediatus ſucceſſor Principis erat ſenior, & peioris valetudinis, vnde iuſtè poterat credere, & ſperare iuxta naturę curſũ ſe ipſi D. Lelio ſupſtiturũ, nec nõ habebat Princeps filios naturales, quos poterat legitimare, q̃ qdē ceſsãt in D. Iulia, cui vix vitæ nedum ſpes vlla gignendorũ filiorũ aderat, atq; hi Duces iuuenes ſucceſſores ſupererãt.

Quintò dicebat Fiſcus quòad Statũ Lucaniæ hoc eſſe clarũ: prætēdebat .n. in eo Principi nullũ futurũ ſucceſſorē; nã D. Lelius licet in 3. gradu non erat audiendus, tanquã non hæres D. Felicis Sanſeuerinæ, cui fuerat promiſſus in augumentum dotis nec etiam Dux Grauinæ: quia vt in quarto gradu Principi coniunctus deſcēdens ex fœmina non poterat ei ſuccedere, & ſic non erat, cui fraus fieri potuiſſet.

Sextò, & tandem Fiſcus in illo caſu nõ ſolùm nõ negauit; ſed expreſsè decreuit ſuccedēte D. Lelio Principi, verũ ſucceſſorē futurũ Ducem Grauinæ; ſed ſatis nitebatur prætenſioni Comitis Saponariæ, qui tũc Fiſco adhærebat, cuius Comitis prætenſio cum ſit annihilata ex decreto poſteà lato pro D. Iulia, & ex ſuperiùs traditis, clarè patet illius ceſſiones omnino ꝓcul arcēdas, & ob id ceſſat quoq; omnis Fiſci prætenſio, qui (circumſcripta diſpoſitione D. Iuliæ) non eſt inter collitigãtès, niſi ratione ſolius intereſſe futuri ex cauſa deuolutionis poſt mortem Ducum Grauinæ, & Sermonetæ, ſine filijs, & ideò nõ licuit ex hoc magis ipſũ inſtituere, nec ei cedere, vt efficiatur dominus, & habeat intereſſe de ꝑſenti, ex quibus ſatis patet fortiori ratione eſſe excludenda teſtamenta D. Iuliæ, quàm fuerint excluſæ reſutationes Principis.

ADDITIONES

Ad primam Controuerſiam.

Super ſucceſſione Principatus Biſiniani.

AD *num.* 1. *cum ſeq.* de plenitudine poteſtatis, non de facili admittenda in ſupremo Principe, quod ſit ſubditus legi, iuſtitiæ, & honeſtatis, licet non ſolennitati legum.

Quod non poſſit auferre dominium, niſi ſoluto pretio.

Et

Et quomodo iuſtus differat à Tyranno: videndus pleniſſimè *Rimin. iun. conſ. 45. vol. 1.*

Et qua magna æquitate, & iuſtitia Princeps præditus eſſe debeat, *ex Ioanne Redin. I. C. Hiſpano de maieſt. Princip. Molina de Hiſpan. primogen. cap. 8. nu. 31. à terg.*

Quod Princeps debet cauere ab omni re illicita pluſquam alij *Afflict. in conſtit. ſcire volumus num. 9.* vbi citat *Bald. in l. pen. ff. de hæred. inſtit.* & proinde rarò plenitudine poteſtatis vti debet ſecundum *Bald. in l. 2. num. 3. C. de comm. rerum alienat.* & in dubio præſumitur diſponere ſecundum ius commune, nec vti plenitudine poteſtatis poſt *Innocen. Abb. & Iaſon. videndus Dominus meus ſocer Camill. de Medic. conſil. 71. num. 33. & Mynſinger. conſ. 4. decade 12 vbi num. 2.* agit, vtrum teſtamentum Sigiſmundi Poloniæ Regis valeat omiſſis ſolennitatibus, & ibi in diſcuſſu conſilij pluries meminit de bonis, quæ dicto Sigiſmũdo Regi obuenerunt à Regina Bonas Sfortia eius matre.

Et an Rex debeat ſeruare ſolennitates *Roland. à Valle in tract. de confect. inuent. ſecunda parte verſic. tertiò quæritur, & in quinta, & vltima par. verſ. homo magnæ ſanctimoniæ*, & aliæquitatem, & iuſtitiam Principis tangentia per *Bald. in l. 1. nu. 1. ff. de conſt. Princip.*

Ad *num. 6.* de inualiditate alienationis contra prohibitionem à Principe factã adde *Franch. deciſ. 17. n. 4.*

Ad *nu. 8. Afflict. in conſtit. ſcire volumus num. 6.*

Ad *num. 13.* teſtamenti factionem eſſe de iure naturæ ex *Couar. & alijs probat Theſaur. deciſ. 34. poſt nu. 3.*

Ad *nu. 14.* quod ſupremus Princeps poſſit ex cauſa interdicere teſtamenti factionem, adde omnino *Ann. alleg. 65. num. 4.* ſed aliqua in contrarium vide per *Couar. li. 3. c. 6. var. reſol. n. 7. verſ. quintò licet*; ſed ſi bene ponderetur doctrina *Couar.* non obſtat, vt colligitur ex dictis per eum *ibi n. 3. verſ. ſeptimò bis ſuffragatur, & ver. ſeptimũ quod ex Curtio*, vbi bene probat, Principẽ poſſe præiudicare inueſtituris.

Ad *nu. 14. verſ. nec obſtat*, adde *Frecciam de ſubfeud. quæſt. 31. nu. 5.*

Ad *n. 15. & 16.* alias limitationes ad *l. inquiſitio C. de ſolut* tradit *Gabriel. de ver. ſign. concl. 9. & præſertim n. 8. in fi. Menoch. in reſp. 2. cauſæ Finarienſis n. 75. impreſſo poſt tractatũ de interd. poſſeſ.*

Ad *nu. 26.* adde *Pereg. de fideicom. ar. 51. num. 58.* qui etiam de com teſtatur.

Ad *num. 27. & 59.* aſſenſum in contractu cum Principe inito non requiri, adde *Dom. meum de Medic. conſ. 168. num. 17. Frec. de ſubfeud. citata quæſt. 31. de Franch. deciſ. 48. nu. 3. vbi nu. 4.* refert, fuiſſe deciſum, regium aſſenſum requiri, quotieſcunque refutatur feudũ quaternatum ſecundum quid ſoli Baroni domino immediato, quod etiã comprobat *Anna in repetit. rub. de vaſ. decrep. ætatis num. 141. Camer. in d. cap. Imperialem car. 73. à ter. in 5. concluſ. lit. H. cum ſeq.*

Ad *num. 30.* Fiſcum in dubio ſemper vti iure priuati, exceptis caſibus, in quibus expreſsè inuenitur priuilegiatus, adde *Barboſ. in 7. par. l. 1 ff. ſol. matr. num. 8. & meliùs nu. 19.*

Ad *num. 55.* adde *de Franch. deciſ. 131. nu. 26.*

Ad *nu. 67.* contractus poſſe fieri in teſtamento, & cũ illo miſceri, adde *Camer. in d. cap. Imperialem lit. I verſ. quòad tertiam fol. 60. Frecciam de ſubfeud. in 21. limit. ad conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ fol. 117.*

Ad *num. 68.* poſt mortem diſpoſitio de feudo cõualidari non poteſt, adde *Camer. in d. c. Imperialẽ fol. 28. col. 1. in fi.*

Ad *num. 86. et 87.* de aſſenſu poſt mortem, adde *de Franch. deciſ. 163. nu. 9. Gizzarellum in deciſ. 2. Dominum meum de Medicis in conſ. 104. nu. 19. Capyc. in inueſtit. feud. in ver. feudales aſſenſus limitat. 2. fol. 77. Camer. in dicto cap. Imperialem fol. 46. à ter. lit. P. cum col. ſeq.*

Ad *num.* 108. adde *Theſaurum deciſ.* 32. *num.* 9.

Ad *num.* 88. adde *Frecciam de ſubfeudis quæſt.* 5. *num.* 7.

Ad *num.* 117. voluntas morte non reuocatur; ſed dicitur, voluntatem ceſſare; adde *Maſcard. de probat. lib.* 2. *concluſ.* 1016. *num.* 6. *Loffred. conſ.* 8. *num.* 26. *cum ſequen. Anchar. conſ.* 161. *poſt nu.* 7. *Annam alleg.* 82. *nu.* 12. *vbi allegat Andr. citantem l. minorem ff. de ritu nupt. & alia.*

Ad *num.* 117. *in verſ. ſed hic tantum, aduerto* pro confirmatione eorum, quæ tradita ſunt ad intellectum *l. cum hic ſtatus* §. *ait oratio ff. de don. cauſ. mor.* vide *Theſaurum in deciſ.* 124. *Surd. in deciſ.* 111. *&* 206. in materia donationis factę abſenti, Notario pro eo ſtipulante, an egeat acceptatione, & an ſit valida, ſi non fuit acceptata in vita donantis *D. de Franch. deciſ.* 339. *Ozaſc. deciſ.* 33. *Theſaur. deciſ.* 70. *&* 126.

Ad *num.* 125. adde Principem nec de plenitudine poteſtatis poſſe derogare iuri vocatorum ad maioratus ſucceſſionem abſque legitima cauſa: etiam ſi ipſe maioratus ex regia facultate inſtitutus fuerit, & ſiuè ius illud certum ſit re, vel ſpe quęſitum agnatis, quod poſt cæteros ab eo cōgeſtos pluribus exornat Molin. *de Hiſp. primog. cit. cap.* 8. *num.* 31. *Couar. lib.* 3. *var. reſol. cap.* 6. *Caſtil. Hyſp.* poſteà viſus *controuer. iuris lib.* 2. *cap.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 6. *&* 28.

ADDITIONES

Ad ſecundam Controuerſiam

In eadem cauſa.

AD *num.* 1. *&* 2. *ad tit. de alien. mutand. iudi. & ad tit. de litigioſ.* adde *Surd. deciſ.* 172.

Ad *num.* 3. *&* 4. de Fiſco adde *Crauett. conſ.* 280. *in fin. vol.* 1.

Ad *num.* 14. *ad tit. ne liceat potentioribus* adde *Euerardum conſ.* 2. *num.* 15. 16. *&* 17.

Ad *n.* 24. de Vrbe Bari, & Regibus Apuleæ, & de eorum coronatione, vidēdus *Freccia de ſubfeud. lib.* 1. *c. de antiquo ſtatu Regni* §. *priuſquam annus Chriſti num.* 4. *cum ſeq.*

ADDITIONES

Ad tertiam Controuerſiam

In eadem cauſa.

AD *nu.* 5. *&* 6. quod deterioris conditionis ſint filij, quàm agnati, illudque vendicet ſibi locum etiam in ſucceſſione Regni, adde *Lanar. conſ.* 1. *num.* 14.

Ad *num.* 8. feudum hæreditarium mixtū quale ſit, & qualiter differat ab hæreditario abſolutè.

Quod remaneat in omnibus ex pacto excepta qualitate hæreditaria, vt in eo non poſſit quis ſuccedere, niſi ſit hæres.

Quod de eo non poſſit diſponi in præiudicium agnatorum.

Quod non veniat in petitione hæreditatis, vel reſtitutione fideicommiſſi, niſi fideicommiſſarius ſit ex vocatis in prima inueſtitura.

Quod non deferatur hæreditario iure.

Quod in eo ſuccedens debeat eſſe hæres primi, vel vltimi decedentis, & quod tranſeat ad agnatum, qui non ſit hęres, quādo hæreditas eſt à lege delata; ſed ablata ab homine, vide doctiſſimè per *Surd. in conſ.* 63. *volu.* 1. ad comprobationem eorum, quæ tradit *Anna ſen. allegat.* 125. *&* 126. *vbi Conſiliar. de Anna fil. in addit. Dominus meus de Curte in* 1. *par. de feudis cap.* 14. *nu.* 60. *Dom. Conſil. de Georg. alleg.* 20. vbi pro hac opinione enumerat 28. *DD.* quidquid comminiſcatur *Conſil. Gizzarel. deciſ.* 28. cuius motiua reſoluta remanent ex ſolida doctrina dictorum Regni Sapientum.

Ad *num.* 13. ad ornatum *Gloſ. in conſtit. vt de ſucceſſionibus* adde *Lanar. conſ.* 1. *nu.* 22.

Digitized by Google

nu.22.poſt Anchar. conſ. 339. relatum per eundem Lanar.ibid. nu.39.

Ad *num.15.* adde *Lanar. citato conſ. 1. num.22.*

Ad *num.54.* ad materiam fraudis adde omnino *Theſaur.iun. lib.2. qq. forenſ. cap.76. per totum*, qui non ſolùm latè confirmat diſpoſitionem in fraudem ſucceſſoris in feudo eſſe nullam; & inualidam, & interdum concedendam eſſe actionem reuocatoriam; verùm quod magis eſt, ſi feudatarius habens feuda, & bona libera allodialia, diſponat de bonis liberis, illa legando, & diſtribuendo, ex quo neceſſe ſit pro ſoluenda dote filiabus, quæ ex decreto Ducali debetur in ſubſidium ſuper feudis, recurrere ad feuda, ex quo piudicetur agnato aliàs ſucceſſuto, vel domino, cenſeri huiuſmodi legata de bonis liberis adhuc in fraudem.

ADDITIONES

Ad quartam controuerſiam.

In eadem cauſa.

AD *num.1.* ad tex. *in l. vlt. C. ſi quis aliquem teſtari prohib.* adde *Dom. meum ſocerum Camil. de Medicis conſ. 34. Caualc. de tutore, & curat. nu.280. Dom. Reg. Valenzuela conſ. 29. nu.30. cum ſequen. lib.1.* voluntas enim libera & ſpontanea non cenſetur, vbi ſuaſiones, & importunæ præces interueniūt *l.1. §. perſuadere ff. de ſeruo corrup. l. ſi ſuperſtite C. de dolo, Cephal. cōſ. 207. num.71. lib.2.* & paria ſunt obtinere per importunitatem, &, metum *Boer. deciſ.101.* & perſuadere eſt pluſquam compellere, & cogere ſibi parere *d. §. perſuadere, Menoch. conſ.175. num.4. lib.2.* latiſſimè *Caſtil. Hiſp.* cuius ſcripta nouiſſimè, dum hæc reuideo, ad manus peruenerunt *libr. 3. quotidian. controuerſ. capit. primo numer. 122. 184. cum ſequent. & 193. & tomo 4. cap. 22. num. 105. & 107.*

Adde ad *num.4.*

Voluntas enim per dolum à propinquis extorta nullius debet eſſe cōſiderationis, & attendi nō debet *Rota Marchiæ deciſ.129. par.2. Becci. lib.1. conſ.86. num.22.* & teſtamentum ad interrogationem ptopinqui factum nullius eſt momenti, vt in pulchro caſu deciſum teſtatur *doctiſſ. Raudenſ. deciſ. Piſana 43. per totam, vbi num.19.* ita quoque deciſū per Senat. Mediolanenſ. Nō .n. faciendū eſſe teſtamētū ad interrogationē propinquorū, vel à perſonis intereſſe prætendentibus, & ſuſpectis pleniſſimè diſcurrit *Theſaur. iun. lib.2. qq. foren. cap.99. nu.10. in fin.* & in materia reuocationis teſtamenti, quod reddatur nullū ex hoc etiam ſi reſtator dixerit, reuoco teſtamentum: quia volo inteſtatus decedere, idem *Theſaur. d. tract. lib.1. cap.56. num.10. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Refutationem vaſalli de dominio vtili factam in teſtamento, nullum ius tribuere directo domino non ſequuta acceptatione ipſius ante obitum vaſalli.*

2 *Doctores, qui in materia feudali aliquid fundare non poſſunt ex iuribus feudalibus, recurrunt perſepè ad vaſtum pelagus iuris communis.*

3 *Conſenſus contemporaneus, & retrotraditio neceſſaria ad reſolutionem contractus, & an ſufficiat retrotraditio ficta.*

4 *Feuda omnia in Regno ſunt conceſſa ad certum, & determinatum ſeruitium.*

5 *Taxa ſeruitij in Regno eſt vniformis, niſi in feudis deuolutis.*

6 *Feudatarius in feudo dato ad certum, & determinatum ſeruitium non poteſt ſine domini voluntate feudum refutare.*

7 *Refutatio ineſt ex natura feudi in feudo dato ſine certo, et determinato ſeruitio non aliter, & illud eſt, quod reſolui-*

reſoluitur num.8. & nu. 38. 39. 40.

9 *Contractus feudi eſt nominatus, & vltro,citroque obligatorius & nu.*10.

11 *Feudi contractus ſicut mutuo conſenſu contrahitur,eodem modo diſſoluitur.*

12 *Retrotraditio neceſſaria ad diſſoluendum contractum feudi debet contemporaneo,& ſimultaneo conſenſu fieri & n.*13.

14 *Donatio quæuis ſit contractus ab vnius voluntate dependens, adhuc retrotraditionem requirit ad diſſoluendum.*

15 *Contractus non perfecti traditione realiſed tantum ficta, adhuc ad ipſorum reſolutionem exigunt retrotraditionem, & num.*16.

17 *Traditio non neceſſaria in venditione rei commodatæ, vel depoſitæ eidem commodatario,vel depoſitario facta, quomodo, & qua ratione contingat.*

18 *Actus faciliùs perficitur, quàm diſſoluitur iam perfectus.*

19 Dictio (interdum) *ſignat regulam in contrarium.*

20 *Regulę adhærendum in dubio etiam in caſibus priuilegiatis.*

21 Dominij *natura illa eſt, vt traditione quæratur.*

22 Diſtractus *non dat titulum.*

23 *Retrotraditio ficta non ſufficit, quando præceſſit vera in perfectione actus, & licet* Bart. *contrarium ſentiat, in hoc à* DD. *non probatur num.*24.*& ſi eſt vera illius opinio, non applicatur ad caſum noſtrum nu.*25.

26 *Factum eſt neceſſarium, vt ius applicari poſſit.*

27 *Vſusfructus ſimilitudo,qui ſola refutatione conſolidatur cũ proprietate,nihil in hoc cum feudo habet commune.*

28 *Vſusfructus cum feudi contractu plura diſcrimina* 29.30.31.33.34.

32 *Feudatarius habet vtile dominium, quod non eſt aliter chymera,prout cẽſuit* Innoc. *à quo diſcedunt comm.* Iſern.& DD.& num.37.

35 *Dominiũ habens non poteſt à ſe illud abdicare ſola voluntate, etiam ſi habeat ſolum vtile.*

36 Dominium *vtile difficiliùs à ſe quis abdicare poteſt,quàm directum.*

41 *Inſtitutio facta litis cauſa dicitur tàm lite mota,quàm mouenda, & nu.*42. 47.

43 *Rex inſtitui dicitur litis cauſa dupliciter, & nu.*44.

45 *Inſtitutio hæredis non eſt contra edictum de* alien.iudic.mutand.cauſa facta; *ſed limitatur in inſtitutione fiſci* 46.*&* 48.

49 *Lis dicitur cum eadem perſona, etiam ſi ſit ſucceſſor actoris,vel rei vniuerſalis,vel particularis.*

50 Dominium *transferri ex hæreditate, vel legato ad beneficium Fiſci non eſt opinio tuta, & ipſa admiſſa, reſtringenda eſt in diſpoſitione valida, & non in fraudem facta nu.*51.

52 *Actus, qui non valet de iure, eſt ac ſi non interceſſiſſet.*

53 *Veritas contradictione magis elucet, & roboratur.*

Pro eodem Duce Grauinæ in eadem cauſa, obiectorum reſolutiones.

ARGVMENTVM.

Vaſallum,ſiue feudatarium inutiliter refutare directo dño in teſtamẽto feudũ cõceſſu ad certũ,& determinatũ ſeruitiũ (cuiuſmodi ſunt feuda in Regno) in præiudicium legitimi ſucceſſoris iure aperto vocati ad ipſius ſucceſſionem ex tenore inueſtituræ,niſi ipſe directus dominus acceptet refutationem ante mortem refutantis. Veram retrotraditionem neceſſariam ad diſſoluendum cõtractum perfectum per dominij traditionem, nec ſufficere fictam;& an in diſtractu ſit neceſſarius conſenſus ſimultaneus,

multaneus, & cõtemporaneus, de vſufiuctu ad feudum argumentum non eſt vbique firmum ob plura diſcrimina inter vtrumque, & præſertim tranſlationis vtilis dominij in feudis, quod probatur eſſe verum, & reale, non chymeram contra dictum aliquorum; inſtitutio, vel legatum litis cauſa facta reijcienda, & alia pro confirmatione eorũ, quæ in prima controuerſia ſunt fundata, vt obiecta aduerſariorum diluantur.

CONTROVERSIA V.

1 QVod ſola refutatio facta Regi per D. Iuliam Vrſinam in eius teſtamento de Statu Biſiniani nullum ius conſtituerit, non ſequuta acceptatione Regis ante obitum refutantis, nec aliqua alia traditione iam plenè fundatum eſt in prioribus ſcriptis iuribus, rationibus, & authoritatibus præcipuè Andreæ aurigæ Feudiſtarum. Videntes verò aduerſarij,
2 nullã, vel leuem oriri, ac decerpi poſse obiectionem ex legibus feudorum, ad vaſtum Pelagus Iuris Romanorum cõfugerunt, vt ſi ex his ſalubres aquas haurire non poſſent, ſaltem ſordidare eas in damnum Ducis Grauinenſium non erubeſcerent.

3 Obijciunt aduerſarij in reſponſo *Reg. de Ponte in vol. 2. nouiter edito ſub num.* 147. Regulam illam contemporanei cõſenſus, & retrotraditionis neceſſariam ad reuocandum dominium à contrahentibus, non eſſe intelligendam de vera retrotraditione; ſed fictã ſufficere, illamq; interueniſſe, imò conſenſum domini, non eſſe expetendum, nullamq; retraditionem expectandam in caſu feudatarij refutãtis directo domino, cum tali caſu per viam actractionis, & conſolidationis vtile dominium directo vniatur, quod tandem exemplo vſusfructus nituntur probare.

Item obijciunt non procedere aſſumptum, quod Rex nõ debeat acceptare refutationem tanquam litis cauſa factam: quia nulla lis apparet inter D. Iuliam, & Ducem. Hęc ſunt calculus omnium, quæ pro parte aduerſariorum adducta, vt fertur, iura Ducis decolorare aliquo modo videbantur. Cętera enim, vel ea, quæ ad exuberantiam pro Duce ſcripta ſunt, tangunt, vel omnino à ſemita facti aberrant, obiecta iuris verum miniſterium non continent, nec peruertere poſſunt factum in ſubſtantia; ſed in præſuppoſito tantummodò aereè cõfingunt, ideoque facilibus replicationibus diluuntur, arg. tex. *in l. apud Celſum §. contra Senatus conſulti ff. de doli mali except.*

4 Feuda in Regno noſtro certum, & taxatum ſeruitium habent, *Andr. in cap. Imperialem §. firmiter de probib. feud. alien. per Feder.* adeò quod taxa ſeruitij, nec augmento, nec diminutio-
5 ni ſupponitur *D. meus auunculus, & magiſter Præſ. de Curte in 1. par. ſui diuerſ. cap. 13. num. 62.* qui ita in Camera practicari docet, vbi quod non mutatur, niſi in feudis deuolutis Regiæ Curiæ. Eo autem caſu, ſcilicet quãdo feudum continet certum, & taxatum ſer-
6 uitium, feudatarius non poteſt feudum ſine domini voluntate refutare *Gloſ. notab.* quæ bene diſputat, & ita reſoluit diſtinguendo feudum cum ſeruitio certo, & taxato, à feudo liberè ſimpliciter, & ſine aliquo ſeruitio determinato conceſſo in *c. 1. §. vlt. de Capit. qui cur. vend.* & meram veritatem hanc eſſe docet *ibi Andr. num.* 24. gloſſando dicta omnium Doctorum, qui videntur contrariari, vt cum hac diſtinctione concilientur; poſſe ſcilicet refutari, vel nõ, ſi eſt ſine determinato ſeruitio feudum, vel cum determinato, ex qua doctrina reſoluitur dictum *Bald. in §. Rurſus, quibus modis feud. amit.* dum dicit, quod ineſt ex natura feudi ipſa refuta-
7 tio, vt intelligatur, in feudo ſine determinato ſeruitio, prout eſſe intelligẽda dicta omnium ſcribentium dixit *Andr.* qui reddit rationem *in cap. 1. §. huius autem generis, quibus ex cauſ. feu. amit. ante num. 12. Bald. ſequitur eandem* Gloſ.

Gloſ. in proœmio num. 12. in d. cap. 1.
num. 20. de capit. qui cur. vend. & in
cap. 1. in fine, de vaſallo, qui contra con-
8 *ſtit. lotthariȷ*, vbi declarat rectè intuen-
ti, quod feudũ dicitur annihilari, quã-
do fit refutatio domino, ſi feudum non
habet taxatum, & determinatum ſer-
uitiũ, quod reſoluit illas doctrinas ex-
trauagãtes, quę adducuntur; quod per
refutationem feudum reſoluitur: non
enim procedunt in feudis Regni no-
ſtri, quæ habent determinatum, & ta-
xatum ſeruitium, eandem diſtinctionẽ
Gloſ. firmauit ex ciuiliſtis *Bart. poſt*
Dyn. & alios antiquos in l. is cũ quo ff.
de aqu. plu. arc. Præpoſ. in cap. 1. §. ſimi-
liter il quarto nu. 1. de Capitan. qui cur.
vend. Anna repet. rub. de vaſallo decrep.
ætat. n. 15. & 16. & ratio eſt in prõp-
9 tu: quoniam cõtractus feudalis eſt cõ-
tractus nominatus *Bart. in l. iuris gen-*
tium §. quinimò n. 19. ff. de pactis Natt.
conſ. 554. nu. 13. volum. 3. & 4. Rolan.
conſ. 3. nu. 32. & nu. 147. vol. 1. Cephal.
conſ. 549. num. 45. volum. 4. Cacheran.
14 *conſ. 59. nu. 4.* & vltra, citroque obli-
gatorius *Pariſ. conſ. 1. num. 21. vol. 1.*
Bertrandus conſ. 15. nnm. 5. verſ. 3. quia
in feudo volum. 1. Surd. conſ. 571. num.
13. volum. 4. Cephal. conſ. 197. num. 8.
11 *vol. 2.* qui ſicut mutuo conſenſu con-
trahitur, ita eodem modo, niſi mutuus
conſenſus interueniat, diſſolui nõ po-
teſt ad tex. *in l. ſicut C. de act. & oblig.*
& quia nullus adeſt contradictor vel
ignarus terminorum, alias adducere
authoritates opus non erit.

Requiritur item ad diſſoluendum
contractum ſic initum inter dominum,
12 & feudatarium retrotraditio *l. 1. verſ.*
etenim C. quãdo liceat ab empt. diſcede-
re, & l. ab emptione ff. de pactis, vbicun-
que cum titulo coniungitur traditio,
tunc ſola reſolutio tituli nõ inducit re-
tro translationem dominij: quia vbi ex
titulo, & traditione ſimul iunctis tranſ-
lata eſt poſſeſſio, licet titulus annulle-
tur, vel reſoluatur, impoſſibile eſt tranſ-
ferri dominiũ ſine retrotraditione *Glo.*
vlt. in fin. quam Bald. ibi extollit in vlt.
verbis in l 1. C. de inoff. donat. per quæ
iura ita docuit *Iſern.* bene declaratus
in prioribus allegationibus *in c. Sanci-*
mus il 2. num. 11. in fin. verſ. nam do-
minium. Quo tempore miles, & de feu-
do ſine culpa non amit. verſ. ex quo non
ſeruit ibi: *quia dominium directum*, &
latiùs *num. 5. & in §. ſed & res num. 6.*
in fin. dum citat l. ea lege C. de condic. ob
cauſ. vbi *Epiſcopus Lipar. literis Q. et S.*
Per quos fiat inueſtit. & in tit. de vaſal.
decrept. ætat vbi ipſum citat idem Epi-
ſcopus d. §. 1. de feudo ſine Culpa num. 5.
Præpoſ. Mediol. alio nomine Cardin.
Alex. in l. Imperialem §. callidis poſt
num. 1. verſ. & dixit Bald. de prohib.
feud. alien. per Feder. Alex. conſ. 10. vi-
detur fortaſſe *num. 2. lib. 1. et conſ. 92.*
perſpectis ijs num. 3. eod. lib. Iaſon conſ.
211. in fin. verſ. & ad hoc facit lib. 2.
Conſil. Georgius alleg. 31. num. 21. vnde
licet *D. Ponte in tract. de poteſtat. Pro-*
regis tit. de aſſenſibus Regijs ſuper alien.
feud. §. 2. num. 26. dicant, dominium
transferri ſuſpenſiuè *ex Bald. in l. 3. C.*
de pactis inter empt. et vendit. Late per
D. de Franchis deciſ. 64. et latiſſimè per
Giurbam deciſ. 24. ex num. 9. vbi de
more congerit infinitos; nihilominus
ipſorum doctrina declarationem ne-
ceſſariò recipere debet, vt intelligatur
iuxta theoricam, & diſtinct. *Bald. in d.*
l. 1. C. de inoff. donat. communiter vno
ore ab omnibus receptam.

Confirmantur prædicta ex illo ſimi-
li, quod ſi per priuilegium transferatur
dominium ſequuta traditione vera, vel
ficta, priuilegium, quod aliàs erat re-
uocabile, efficitur inreuocabile, iuxta
doctr. eiuſd. *Bal. in l. qui ſe patris n. 34.*
C. vnde liberi cum infin. per D. Reg.
Carol. Tapia in l. fin. par. 2. cap. 11. nu.
54. ff. de conſtit. Princip. cuius aurea re-
petitio in iuuentute compoſita, plena
mera eruditione, & doctrina celebra-
tur à *DD.* totius orbis, & latiùs de hoc
ſcripſi pro Regio Fiſco in materia re-
uocationis demaniorum.

Ex quo apparet, quantę efficaciæ ſit
poſſeſſionis translatio, vt contractus
non

non reſoluatur ſine retrotraditione, p quę iura ita docuit *And.* bene declaratus in prioribus; hæc autem retrotradi-
13 tio debet eſſe contemporanea; & ſimultanea cum voluntate vtriuſq; contrahentis Bar. *notabiliter in d. l. ab emptione nu.* 14. adeò quod & ſi conſentirent de diſſoluendo contractu, & poſteà ex interuallo ſuperueniret retrotraditio, niſi tunc etiam adeſſet conſẽſus vtriuſq; nec contractus eſſet diſſolutus, vt *Bart. ibi perbellè tradit poſt Petrum antiquum Doctorem*, quem ipſe refert, & ante *Bart. tenuit Gloſ. in d. l. ab emptione in gloſ. magna in princip.* licet, vnico verbo, ſequitur *Salyc. in l.* 1. *C. quando licet ab empt. diſced. ſub nu.* 3. *Paul. de Caſt. in d. l. ab empt. n.* 4. *& alij*, quod item procedit ad reſoluendam
14 donationem, quæ eſt contractus ab vnius tantùm voluntate dependens ita *Gloſ. in d. l. ab empt. in gloſ. magna, Bart. ibidem, Bald. in l.* 1. *C. quando liceat ab empt. diſcedere, aliiſque paſſim.*

Quod item ampliatur, vt procedat etiam in diſſolutione contractus non perfecti traditione reali; ſed tantùm ficta traditione, vt tali caſu nec ſufficiat
15 conſenſus contrahentium; ſed retraditio etiam neceſſaria ſit *Gloſ. Bart. Bald. Paul. & alij in d. l. ab empt. Salyc. in d. l.* 1. *C. quando lic. ab empt. diſcedere*, quorum authoritas determinat caſum noſtrum: nam & ſi dicamus remanere in poſſeſſione directum dominum
16 in feudantem; non tamen ſine retraditione talis contractus diſſolui poteſt, & remanet reſolutus. Nec quicquam obſunt tex. *in l. qua actione* §. *interdum ff. de acqu. poſſ. &* §. *interdum inſtit. de rer. diuiſ.* vbi dicitur, quod ſi res reperitur depoſita, vel commodata alicui, & deinde eadem res vendatur depoſitario, aut commodatario, ꝙ acquiratur
17 eidem ſine alia traditione: nam ille caſus eſt in perfectione actus, & adfuit traditio ab initio licet non ordinata ad dominij tráſlationem, & deinde ſuperuenit conſenſus vtriuſq, contrahentis ordinatus ad tranſlationem dominij, vt apertè ſonant verba illarum legum quæ vniformia ſunt, & vt caſui noſtro adaptari poſſet deciſio illarum, probandum eſſet, quod in hoc ſecundo actu ſolius vendentis adeſſet conſenſus, quod fundari non poteſt: nam quomodo dici poteſt venditio, ſi emptor non cõſentiat, certè nullo modo §. 1. *inſtit. de empt. & vendit. l.* 1. *et* 2. *C. quando licet ab empt. diſc. & inſtit. de obligat. quæ ex conſenſu* per totum leges illę loquuntur in perficiẽdo actu,
18 nos loquimur in diſſoluendo, quod nõ ita faciliter fit *l. ſicut C. de act. & oblig.* & per totũ *C. de reuoc. donat.* vbi notab. exempla, ibi adſuit traditio ab initio in caſu noſtro, nunquam D. Iulia tradidit Regi, nec vt transferret dominiũ, nec tenutam, & leges prædictæ in omni alio caſu firmant contrarium, dum
19 vtuntur dictione, *interdum*, quæ regulam denotat in contrarium *l. interdum ff. qui pot. in pign. iunct. text. in l. qui prior de reg. iuris in* 6. cum cõcordãti-
20 bus, adhęrendũ eſt regulę etiã in caſibus priuilegiatis, niſi expreſsè reperiãtur excepti *l. in fraudem* §. *vltimo ff. de*
21 *milit. teſt.* natura dominij eſt, vt quæratur traditione *l. traditionibus C. de pactis*, ad illam res ſemper reuerti ſolet *l. ſi vnus* §. *pactus ne peteret ff. de pact.* & dixit *Bald.* referẽdo hoc dubium, quod
22 diſtractus non confert titulum, & ideò non poteſt retransferri dominium ſine retraditione *in d. l. ab emptione poſt n.* 2. *ver.* 3. *quærit Glo. & d. n.* 3. *inſi. ibi Primò reſpondet*, & allegat *tex.* optimũ *in l. ſi pro fundo C. de tranſac.* cui doctrinæ replicari non poteſt.

Et ad id, quod obiicitur ad reſoluẽ-
23 dum cõtractum ſufficere fictam retraditionem: per conſtitutum, vel precarium, non eſt verum, quando præceſſit vera traditio in perfectione actus *Gloſ. in d. l. ab empt. in gloſ. magna* ibi, *at hic verus actus deſideratur* ita intelligendo tex. *in l.* 1. *C. quãdo lic. ab empt. diſc. Salyc. in d. l.* 1. *C. eod.*

Et licet *Bart.* ita videatur firmare
24 licet fictam retraditionem *in d. l. ab empt.*

emptione nu.6ff..de pact. quem ſequitur ſolus Paul. ibidem ; cuius dictum non poteſt ſubſtineri : nam inquit ipſe *ficta traditio eſt æquipollēs vera traditioni*, quod quidē ab omnibus reprobatur : ſiquidem ficta traditio non liberat ab actione ex empto, prout vera, *Gloſ.in l.Iulianus* §. *ex vendito in verbo precaria ſit ff.de action.empt.Bald.in d.l.ſi ab emptione ſub num. 3. vbi allegat Petrum, & Cynum, Paulusſmet ibidem*, alijq; poſt eos, ceſſat igitur fundamentū *Bart.* quod ficta retraditio ſit æquiualens veræ retraditioni; ergo eius dictum ſubſiſtere non poteſt *ad notata per Gloſ.& Bart. in l.1. C. de legitim. tutor.*

25 Sed vera ſit doctrina *Bart.* vbi contemporaneus conſenſus, quem neceſſarium ex iuribus ſupra allegatis idem *Bart.* iudicauit in *ead l.nu.*14. vbi hoc conſtitutum atq; precariū, certè nō interuenit in teſtamento D.Iuliæ, nec in alijs ſolet interuenire, & proinde obiectionibus deficit ius, itē deficit factū,

26 ad quod ſaltem debebant aduertere aduerſarij, prout monet *Imper.in l.vt reſponſum C.de tranſanc. Iureconſ.ante eum in l.ſi ex plagis* §. *in cliuo ff. ad l.Aquiliam.*

27 Et ſimilitudo vſusfructus, qui ſola refutatione cōſolidatur cum proprietate, & acquiritur domino §.*finitur inſtit.de vſuſfr.* nō procedit: nam ius debile eſt vſusfructus *l.hactenus,& l.vſufructuarius nouum tectorium ff. de vſufructu*, vbi nullo modo licitum eſt diſponere, vel alterare rē, ſuper qua cadit vſusfructus ipſi vſufructuario etiā, ſi in melius *l. vltim.ff. de vſu & habit.* quod non vetatur feudatario etiam iuxta *Conſtitut. Regni Conſtitionem diuæ memoriæ infine*, vnde de vno ad aliud argumentum procedere non poteſt, nec regulariter illud ſtatui *l. vlt. C.de iur.& fac.ignor.*

28 Vſusfructus perit morte vſufructuarij *d.*§. *finitur inſtit. & l.corruptionem C. de vſufruct.* feudum eſt perpetuum *Cap.*1. §. *vltimo in quibus cauſis feud. amitt.* ibi *vt ad feudatarium, & heredes ſuos in perpetuum pertineat. Aluar. in c.*1.§. *inſuper de pignori feudo dato. D.Praſ.de Curte in ſuo diuerſ.c* 18. *n.* 14.*qui alios citat*, inſup vſufructuarius

29 confeſſoria dumtaxat agere poteſt *l.* 1. *in princip. & l.vtifrui* §.*vtrum*, & *ibi gloſ.ff. ſi vſusfruct. pet.* at feudatarius tàm cōtra dominum, quàm quēcunque alium poſſeſſorem vtili rei vendicatione vti poteſt *l.*1.*in fine*, & *l.*2.*ff.ſi ager vectigal. vel emphit. pet. Iſern.in præludijs feud. quaſt.*6. nec in vſufructuario cōſideratur illa vltro citroque obligatio, quę, in feudatario, vt ſupra retulimus, locum ſibi vindicat *Natt. conſ.*563. *ex num.*23. *volum.*3. *qui numer.*25. etiam inquit, quod & ſi inter eos aliqua ſimilitudo intercederet, actamē quoniam feudatarius

30 non diceretur ſimpliciter vſufructuarius; ſed ſecundū quid; igitur quod de vſufructuario dicitur ; in eo procedere non poteſt arg. *l. hoc legatum ff. de leg.*3.

31 Differt tandem, ne in longum protrahamur: quia vſufructuarius non habet aliquod dominium *l.rectè dicimus ff.de verb.ſign.cum concord.* tradit *Bar. in l.*1.§.*vlt.ff.de oper.nou.nunc.* vbi aſſerit, vſufructuarium ius debile habere, idem *Bart.* qui reſoluit contrarium de illo tex.*in l.in venditione ff.de bon. auth. iud. poſſid. & Iaſon*, qui omnes obiectiones remouet *d. l. primo* §.*vlt. ff. de op. nou. nunc.* vt infra latiùs ſcripſi pro Domino Ducæ Nuceriæ ſuper refutatione facta per Ducem Montisleonis eius ſocerum D. Hieronymæ Pignatellæ eius filiæ ſecundogenitæ controuerſia. . . .

32 Feudatarius autē habet vtile dominiū *Andr.* qui ita tenere omnes, excepto *Innocentio, docet in cap.* 1. *num* 9. *de capit. Corradi*, & male allegatur ex aduerſo, quod ſit, chymera: nam loquitur de chymera ſecundum opin. *Innocen.* qui ſolus omnibus fuit aduerſatus, vt docet *Andr. Bald.in prælud. nu.*23. qui per plura illud fundat, & ſubdit *nu.*24.

*num.*24. illos, qui hoc negant, dicen-
tes eſſe chymeram, neſcire quid di-
cant.

33 Et ex hac differentia reſultat noto-
rium diſcrimen in caſu, de quo quæri-
tur: nã, quia vſufructuatius nullũ habet
dominiũ, imò ſolam poſſeſſionẽ natu-
talẽ *l. naturaliter ff. de acq. poſſ.* ſola vo-
luntate poteſt à ſe abdicare vſũfructũ
*l.3.§. in amittenda ff. de acq. poſſ. & l.1.
§. ſi vir vxori, cũ ibi not. ff. eod.* at in eo,
34 qui dominiũ habet, fieri nõ poteſt, vt
ſola volũtate à ſe illud abdicet, ita pũ-
ctualiter inter poſſidẽtẽ, & habẽtẽ do-
miniũ diſtĩguit tex. *in l. ſi qs vi §. diffe-
rẽtia ff. de acq. poſſ.* ꝙ nõ ſolũ ꝓcedit in
35 eo, q dominiũ directũ habet, ſed etiã in
in eo, q habet vtile; in term. *Bart. in d.
l. ſi quis vi §. differẽtia n.6. ibiq; nu.15.
Alex.* q declarãdo *Bar.* deſcẽdit ad ar-
ticulũ noſtrũ, in feudatario refutãte feu
dũ domino, vt nõ poſſit nuda volũtate,
& adducit innumeras doctrinas, & ratio
Bar. & Alex. vt difficiliùs amittatur, do
36 miniũ vtile, quã directum, eſt quia vti-
le acquiritur per contractum, qui ab
oſſibus ſeparari nõ poteſt, vt notatur in
*l. quis ergo caſus ff. de pecul. & in l. &
ſi ſine cũ §. ſed quod Papinian. ff. de mi-
nor.* & hoc eſt ꝙ ponit gladiũ ad radicẽ.
37 Ad obiectum, ꝙ dominiũ vtile feuda-
tarij ſit chymera, patet ex his reſpon-
ſio, & ex *Bald.* qui per quatuor iura
fundat, vtile dominium non eſſe chy-
meram, dicente eos, qui cõtratium di-
cunt neſcire terminos, & *Andreas* de-
clarat, quod chymera de vtili domi-
nio non ſit ſua opinio, ſed *Innocentij*,
cui ſoli omnes aduerſati ſunt, vt videre
eſt in *cap.1. num.9. de capitul. Corradi.*
quamobrem nõ eſt opus, vt inſurgam
cõtra aduerſarium obloquentem cum
ipſe *Bald.* optimè pro me vindictam
ſumpſerit.

Quinimò adeò vtile dominium eſt
conſiderabile, vt ipſum vincat directũ,
& ſit maiotis ponderis *And. in pluri-
bus locis citatis per Frec. de ſubfeu. lib.2.
poſt §.upereſt 4. quaſt. num.12. Cra-
uett. conſ.*411. *num.*36. *&* 39. *Raudenſ.
reſponſ.* 1. *num.* 294. *lib.* 2. & quod
licet ſit velut chymera, tamen quan-
diu durat, vincit directum *Intrigl. de
de feud. centur.* 1. *num.*19. *ex And. &
Hoſtienſ.* fundat *de Franch. deciſ.*131.
*num.*26. *&* 27.

Ad doctrinam *Bald. in cap.1. §. rur-
ſus, in quibus cauſis feudum amitt.* vbi
38 dixit, ꝙ refutatio eſt de natura feudi,
& in *cap.1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feu-
di*, vbi quod per refutationem nihil à
vaſallo in dominum transfertur, iam
fuit reſponſio tradita ex diſtinctione
*Gloſ. in §. vltimo, de capit. qui cur.
vend. ex And. & Bald. in pluribus lo-
cis*, vt procedat in feudo ſine determi-
nato ſeruitio, quod eſt mera gratia;
non in feudis Regni noſtri, quæ habẽt
determinatum, & taxatum ſeruitium
nunquam variabile.

39 *Gloſſa*, quæ allegatur in contrarium
in conſtitione Regni ſi dubitatio, arguit
multum pro illa parte, vt nuda vo-
lũtate poſſit refutari, ſed poſtea arguit,
& fitmat pro hac parte, vt eſt videre
maximè in quinta col. ibi, *ne tamen vi-
deamur, ita fiſcum diligere, vt erremus*,
& omnes rationes, quæ adducuntur in
contrarium, reſoluuntur ex diſtinctio-
ne ſupra facta, de feudo habẽte deter-
minatum ſeruitium, vel nullum, aut in-
40 determinatum, generalia enim, diſtin-
ctione clara reddũtur, vt *in l. apud an-
tiquos vbi notatur C. de furtis.*

Secunda principalis obiectio, quę
aliquem colorem videtur habere, eſt,
quia in priotibus ſcriptis fuit funda-
tum, teſtamentum D. Iulię, ſuſpectum
eſſe habendũ, tãquam litis cauſa, in eo
fiſcus ſit inſtitutus, & tamen nõ adfuit
aliqua lis inter D. Iuliam, & Ducem
Grauinæ, arguunt igitur aduerſarij quo
41 modo cauſa litis factum, ſi lis nõ erat,
nec inſtituta, nec iactata inſtitui?

Sed reſponſio eſt clara, quod ſi non
adeſſet factum, ius adſiſteret, ſed adſi-
ſtit etiam factum, quia lis iã erat mota.
42 Ius nõ reqrit, vt ſit mota lis, ſed ſuffi-
cit, quod ſub illa ſpe hęreditatem re-
linquat quis Regi, ita formaliter intel-

F lexit

lexit tex. *in l.pen.ff.de hæred.inſtit.Bal.*
ibi,cuius verba ſunt hæc. *Nota contra*
illos , qui inſtituunt Eccleſiam Romanã
ſperantes , quod eccleſia moueat lites cõ-
ſortibus ſequuntur *Ang.Io.de Imola, et*
alij, & hoc in terminis fundat *tex. in l.*
res §. *lites cum gloſ.in verbo ſe quis ff.de*
iur. fiſci per quem tex.ita docuit eadẽ
Gloſ.in d.l.pen.ff.de hæred. inſt. in gloſ.
1.vbi voluit tex. illum procedere,ſiue
43 inſtituatur Rex,vt alijs moueat litem,
ſiue vt non moueatur fiſco per ſucceſ-
ſorem , prout poſſet moueri alteri non
tam potenti,& hoc eſt sẽper in dubio,
& all. tex.*in d.§.lites, & ex gloſ.in d.l.*
penult Faber. in §. *vltimo quibus mod.*
teſt. infirm.lib.2.inſtit. & Io. de Imola,
qui de communi teſtatur *in d. l.pen.* &
44 licet aduerſarij dicant, quod *gloſ.*hoc
non dicit,decipiuntur:nam *gloſ.in d.l.*
*pen.*opponit de tex.*in l.ex hoc edicto* §.
alienare,verſ.ſed hæredem inſtituendo
*ff.de alien. iud.mut.cauſ.*vbi deciditur,
45 ꝙ hæredis inſtitutio nõ eſt cõtra edi-
ctum: quia neceſſitas facit ceſſare edi-
ctum,inquit *Gloſ. ibi,in verbo non erit,*
per iura,quæ allegat,ſubdit *Gloſ.in d.l.*
46 *pen.*ſpeciale eſt in eo,qui inſtituit hę-
redem fiſcum; ergo in eo ceſſat neceſ-
ſitas, & ſic adeſt dolus, qui ex neceſſi-
tate abſuiſſe pręſumebatur , ex quibus
47 apparet, quod ſecluſa lite defacto,ſuf-
ficit , quod lis moueri poſſit , prout
euentus declarauit,quod erat mouen-
da,ad tex. *in* §. *ceruos cum ſua gloſ.vl-*
tim. & addit. ad illam,inſtitution. de
rer. diuiſ. & ſi euentus non declaraſ-
ſet, ſufficiebat, quod ita in dubio præ-
ſumebatur ex ſupra *alleg.* adeò quod
tanquam in fraudem litis factum te-
ſtamentum prædictum , acceptari non
debeat.

Sed quod magis,aderat etiam lis: nã
D. Iulia litigauerat de eadẽ re cũ Co-
mite Saponariæ , & obtinuerat contra
Comitẽ in poſſeſſorio: vnde vt adime-
ret , vel deterreret proſequutionem
petitorij, inſtituit Regem ſub ſpe,vt li-
48 tibus ipſe Dux inuolueretur in peti-
torio,ꝙ maximũ quidẽ eſt damnũ, etſi
deinde victoria ſeq̃retur *l. minor. 6. ff.*
de minor.Bal.in auth.ſi oẽs C. ſi minor.
ſe ab hæred. abſtin. & punctualiter de-
cidit *gloſ. in l. & an eadem, in gloſ.*
*magna ff.de except.re.iud.*vbi dicit , li-
49 tem motam dici cum eadem perſona,
etiam ſi cum ſucceſſore actoris , vel rei
vniuerſalis,vel particularis agatur;erat
mota lis cum D.Iulia, igitur , & cum
Duce eius ſucceſſore , & per cõſequẽs
ius ſine facto ſufficeret, ad ſuperabun-
dantiam,adeſt etiam factum,ſcilicet lis
verè tunc mota, & exiſtens .

Quibus ſic fundatis , remanet reſo-
lutum obiectũ,quod ex legato,vel hæ-
reditate transferatur dominiũ in fiſcũ
ſine traditione, vt teſtatur *Peregrin. de*
50 *iur.fiſci lib. 6.in tit. de præſcript. fiſca-*
libus num.3.& 4. nam vltra quod hæc
eſt opinio ſatis controuerſa;nam *Paul.*
de Caſtr.in l.vltim.C.de Sacroſ. Eccleſ.
ſine dubio facit plures diſtinctiones ,
& concludit , non æquiparari fiſcum
eccleſię; admiſſa dicta opin. ꝓ vera, ꝙ
ex legato,vel fideicõmiſſo quæratur fi-
ſco dominiũ ſine traditione,eſt intelli-
51 gendum in fideicõmiſſo, & legato va-
lido,ſꝫ. qño cõſtat nõ eſſe litis cauſa fa-
ctum:nam ex actu inutili, & fraudulen-
to , dominium abdicari poſſe à vero
dño certè non video , ꝙ pro abſoluto
notant *DD.in l.1.§ ſi vir vxori ff.de*
acq.poſſ. Bart.n.4.Alex.in initio, Iaſon
52 *ante n.12 alijq;paſſim:*actus.n. qui non
ſubſiſtit ex iuris diſpoſitione , eſt ac ſi
non interueniſſet *l.2.ff.de auth. tutor.l.*
quoties ff quis ſatiſdar.cog.l.4.§. condẽ-
natũ ff.de re iud. ſine refutatione præ-
dicta nõ eſſet translatũ dominiũ,huiuſ-
modi refutatio eſt ac ſi non eſſet;igitur
nullum dominium translatum. Ex qui-
53 bus magis clara remanent iura , in
prioribus controuerſijs pro Duce
fundata , vt ex *Gloſ. deducitur in cap.*
inter dilectos,de fid.inſtrument. Diuus
Gregorius in homilia , quæ legitur in
Euangelio ſuper 8. *Paſchæ* dum docet ,
quod dubium , *Diui Tho. Apoſtoli* mi-
rum in modum confirmauit fidem no-
ſtram .

Exitus

Exitus controuerſiæ ſuc ceſſionis Status Biſi- niani.

HAec profectò cauſa, varijs exagitata ſententijs, cõſultationibusq; ſępe ſæpius, nõ modo Neapoli in officialiũ delegatorũ cõſeſſu, inq; Reg. Cam. & Collateralis ſubſellijs, verùm etiã à ſupremis, grauiſſimiſq; Curiæ magiſtratibus diſputata; demũ, neq; vtilius, neq; decentius viſa eſt poſſe, quã trãſactione definiri: Quod, cũ vtriq; Maieſtati, Philippi .ſ. III. glorioſæ memoriæ Regis, & Philippi IV. quem Deus Opt. Max. diù ſeruet incolumẽ, sũmè ꝑbaretur, iuſsũ fuit ad exitũ perduci ipſos quoq; Principes, cęteroſq; Proceres, quorũ intererat ſucceſſio, ac pręſertim Grauinẽſiũ Ducẽ, cui nẽpe, ſenio cõfecto, neq; ſpes vlla habẽdi ſucceſſorẽ, neq; ſatis firma valetudo erat, eadẽ prorſus omnes fuiſſe sñtia, ab ipſo litis initio certũ eſt, qppe qbus nõ aliter rebus ſuis cõſulendũ videretur, nilq; ſiue antiqus, ſiue prõptius eſſet, quã regiæ volũtati, vt par eſt, obediẽtiã, obſeruãtiãq; ꝑſtare. Et hæc quidẽ videre eſt ex ternis ipſorũ Regũ litteris, primis Philippi III. die 21. Ianuarij anno 1613. ad Dñm Comitem de Lemos datis: ſecundis eiuſdẽ 20. Febrarij anno 1619. ad Oſſunenſiũ Ducẽ, vbi de trãſactione differitur: tertijs verò Philippi IV. 19. Maij 1621. ad Dñm Cardinalẽ Zapattã ſcriptis. Quibus vtiq; litteris factũ eſt, vt ſtatim cõuẽtionis capita formarẽtur, ſeq̃returq; deinde trãſactio, quę ſolẽni poſtea ſtipulatione, ꝓcedẽte Cameræ cõſultatione anno 1622. 10. Maij ꝑfecta eſt. Afferam huc non nulla verba, quæ inter cętera in primis litteris legũtur, *me ha pareçido que accetar la di[illegible] çia antes de cõ[illegible]tar las pre[illegible] lo no ſeria [illegible] mu[illegible] dãnoſo*, & paulò poſt, *y aſſi para aſſegurar, y mejorar el partido en nẽguna manera conuendria que ſe llegaſſe à accetar la herẽçia ſi no deſpues d'eſtar cõuenido cõ el dicho Principe, y haçiendoſi lo miſmo cõ los de mas quedaria todo mas iuſtificado, y no ſolo ſe conſeguiria la vtilidad que ſe preſupone con ſodisfaçion de los intereſſados, pero reſultaria vn gran beneficio al publico, y la quietud de mis ſubditos eſtinguiendo muchos pleitos entre perſonas de tanta qualidad.*

Et licet in cõſideratione, ſiue vt vulgo dicitur diſcurſu, cum de prætenſis à Marchione Vallis ſermo eſſet, ponatur *que ſi cree ſu pretẽſion eſſer dudoſa*, paulò tamen inferius ſubiũgitur, *pero importa mucho al Fiſco dar ſodisfacion à todos, y çeder come ariua ſe hà dicho las prætenſiones que ay, à fin que ninguno ſe pueda quexar que con la potencia del Fiſco queda oprimida ſu iuſtitia, y eſta mira ſe ha de lleuar particolarmente en toda la direccion, y cõcluſſõ deſte negotio*, vbi Ducis Grauinenſiũ rationes in ipſa diſponẽdi interdictione fundatæ quãti fuerint ponderis, quãtæq; exiſtimationis per ſubnexa hic earundẽ litterarũ verba apertè oſtẽditur, ibi *ſi bien ſe repara por el Duca de que ſe hizo la prohibicion ala Princeſſa Donna Iulia para que no pudieſſe enagenar, ni diſponer de ſus bienes, y que hauiendo dexado vna parte dellos al Prinçipe ſu marido, me dexo à mi la otra para con eſta ſombra ſe ſuſtentaſſe la diſpoſicion que hyzo, y aunque à prima ſacie pareze que eſta prohibiçion ſe ha da extẽder ſolo por las enagenationes entre viuos, y no de la diſpoſition en vltima voluntad, toda via come eſto ſe ſabrà mejor por los miniſtros d'eſſe Reino que la eſtabilizieron he acordado de remitirlos.*

Atque etiam prædicti articuli ambiguitas, ſecundis S. Maieſtatis literis anni 1619. his verbis indicatur *que por ſer eſta materia etc.* Quod autẽ in[illegible]tio à Prorege ſimul, & à delegato[illegible]ficialium conſeſſu in Collate[illegible]ſellijs facta æquè vltimæ vo-

luntatis diſpoſitionem, & alienationem per actus inter viuos amplecteretur, clariſſimè patet, tùm ex fide 10. Iunij anno 1609. in ſcriptis hac de re facta ab Andrea de Salazar Regni Secretario, tùm etiã ex inſtructionũ capitibus à Camera, iuſſu Proregis Dño D. Berardino Montaluo tunc Præſidenti traditarum, quippe cui, ob inſtantẽ, imminentemque Principis D. Iuliæ Vrſinæ obitum, in Calabriam miſſo, fiſci, & Regij patrimonij rebus prouidẽdum, conſulendumq; eſſet. Penultimum præcipuè inſtructionis caput, quod incipit *Item perche à detta Principeſſa fù prohibito* expreſſiſſimè declarat, nedum teſtamentnm, ſed & aliã quamuis vltimam diſponendi voluntatem dicta inhibitione comprehendi. Inſtructiones prædictæ 7. Iunij eodem anno 1609. à Præſidente Montoya Commiſſario, & à Locumtenẽte Suares ſubſignatę ſeruãtur penes Scognamiglium in proceſſ. ſequeſt. Status Biſiniani fol. 10. 13. quibus de cauſis facta bonorum diſtributione inter eos, ad quos ſpectabat hæreditas, perquàm iuſtè hæc cõtrouerſia tranſacta eſt.

SVMMARIVM.

1 *Annua præſtatio petita non per modũ prouiſionis, ſed principaliter ab eo, qui prætendit alteri ſuccedere, non debet concedi ante petitam, et decretam immiſſionem, & num.* 2.

3 *Alimenta, & litis expenſæ decerni non debent ei, qui nullam litem inſtituit, ſiquidẽ ſuper alimẽtis non principaliter, ſed incidenter lite pẽdente cognoſci ſolet.*

4 *Remedium adipiſcendæ poſſeſſionis hæredi ſcripto vigore* l. fin. *requirit libellum, cũ adeſt contradictor, & omni caſu qualis qualis ſaltim petitio eſt offerenda.*

5 *Exceptio* hodie conſtat, hodie agatur *excludit petitionem alimentorum, cũ lis ſtatim diffiniri poteſt, & num.* 7.

6 *Alimentorum præſtatio lite pendente quare inducta.*

8 Tex. in l. Imperatores 17. ff. de tutel. & ration. diſtrah. *expenditur. Et ex eo regula negatiua elicitur in materia præſtationis alimentorũ lite pẽdente n.* 10.

9 *Nemo tenetur munire aduerſarium ſuum contra ſeipſum.*

11 *Tex. in* l. fi. C. de ord. cognit. *continet caſum ſpecialem circa alimentorum præſtationem.*

12 *Tex. in* vulg. §. de inoff. l. ſi inſtituta ff. de inoff. teſt. *reducitur ad tres DD. opin. dum quæritur, quot requirãtur, vt locus ſit illius* §. *deciſioni.*

13 *Filius litigans cum patre, vel pauper cũ diuite indiſtinctè alendi, ex ſent.* gl. in §. vel ſi parens, *com. rep robata.*

14 *Tex. in* d. §. de inoff. *ex ſecunda* DD. *ſententia requirit tria, vt ſit locus illius deciſ. & hæc eſt communis. Et alij addunt quartũ. Et hæc opin.* Gloſ. & Bar. *vt verior, & magis com. etiã hodie defenditur contra modernos n.* 15. 16. *& ex DD. dinumeratione nu.* 17.

18 *Doctorum antiquorum authoritas prę ualet modernis, & tres moderni vix æquiparantur vni ex antiquis.*

16 *Deciſio* d. §. de inoffic. *regulariter non procedit in prima inſtãtia, & declaratur* dec. Afflict. 11. & deciſio Rotæ p Afflict. ipſum citata & n. 21. & deciſio Tholoſ. num. 20.

22 *Alimẽta debentur agẽti ad vniuerſam hæreditatẽ, ſi ſit filius, vel alter ex deſcẽdẽtibus litigans cum aſcendentibus, vxor cum viro,* Monachus *cum Abbate, ſecus in alijs nu.* 26.

23 *Filius habet ius in bonis paternis, eiq; debentur alimẽta iure naturæ, dũ eſt in quaſi poſſeſſione filiationis.*

24 *Eaq; debẽtur, nedũ ab hæredibus ſãguinis, ſed etiam ab hæredibus extraneis patris.*

25 *Diuerſa ratio inter filios agẽtes, et extraneos quòad decernẽda alimenta litis.*

26 *Expẽdũtur DD. ferè omnes, qui cõſultò loquũtur in filijs, & deſcẽdentibus, ſecus in collateralibus, & nu.* 27. *&* Couar. & alij *nu.* 28. *&* 30.

29 *Et pauci ex modernis apparent tenere opin.* Gloſ. & com.

31 *Petenti immiſſionem vigore* l. fin. C. de

de edict. diui. *debentur alimenta; ſi tamen ſit frater, vel collateralis, non ita ſi ſit extraneus, verum* Valaſcus *etiam in fratre id negat & n.32.*

33 *Opinio eorum, qui tenent* deciſ. d. S. de inofficioſo *extendi etiam in prima inſtantia, & ad quoſcunque litigantes etiam extraneos reprobatur. communi DD. calculo.*

34 *Verum dicta opin. contra com. admiſſa, adhuc requiruntur alia duo, nempe inopia, & vrgens præſumptio boni iuris agentis.*

35 *Præſumptiones fortiores vincunt debiliores, & ſi ſunt pares confunduntur, & in dubio pro reo.*

36 *Probibitio Principis inhibentis, ne qs alienet, nec diſponat, includit etiã actus vltimæ voluntatis, ex ſignificatione verbi* diſponere.

37 *Princeps ſupremus ex cauſa poteſt prohibere, ne quis de rebus ſuis diſponat in vltima voluntate.*

38 *Alienatione ꝓhibita fauore certarũ pſonarũ includitur etiã hæredis inſtitutio.*

39 *Teſtamentum non dicitur pendere ex alieno arbitrio, cum Princeps ex iuſta cauſa interdicit alicui, ne teſtetur ſine ipſius licentia.*

40 *Teſtamentum poteſt conferri in arbitrium; ſed non in voluntatem alterius, & etiam in voluntatem velatã, non tamen in expreſſam.*

41 *Exceptio, quæ non oritur ex teſtamento, vel aliud vitium inuiſibile non impediunt immiſſionem vigore* l. fi. C. de edict. diui.

42 *Exceptio,* quod defunctus teſtari non potuit, *impedit immiſſionem, cum non requirit probationem extrinſecã, vel etiã cũ incõtinẽti offertur probatio, ſicut & generaliter omnis exceptio.*

43 *Alimentorũ erogatio ceſſat, cũ pſũptio boni iuris, nedũ in poſſeſſorio adipiſcẽdæ, ſed etiã in petitorio potius reo ſuffragatur, quã actori, & ita iudicatũ.*

44 *Et ſimiliter ceſſat, cũ aduerſus actorẽ petentẽ alimenta obijcitur de ſcriptura publica, quãuis ex aduerſo replicetur ſcripturam non officere.*

45 *Vel cum actor iura ſua alteri ceſſit.*

46 *Et tandẽ ceſſat quando illorũ præſtatio abſorberet, vel graue præiudiciũ afferret deciſioni articuli principalis, puta immiſſionis, vel ſimilis.*

47 *Alimentorum cauſa licet ſummaria exigit tamen dilationem, ſiue terminum licet breuiorem.*

48 *Litis conteſtatio ſolemnis in quolibet iudicio ſummario remouetur.*

49 *Alimenta quando decerni debeant, etiã pẽdente lite ſuper illorũ præſtatione; diſtinctionis fœdere conciliãtur diſſidentes ſcribentium opiniones.*

50 D. Præſ. Amat. *ſcripſit in eadẽ cauſa vti patrimonij aduocatus poſt Authorem*

51 Caſtilli *quoq; tractatus in lucem prodijt, vel ad manus Auctoris peruenit poſt hic ſcripta.*

52 Deciſio *in hac cauſa primo loco facta.*

53 *Cautioni præſtandæ interdũ ſatisfieri, eſt deciſũ, vt ſubrogetur obligatio ſimplex principalis cũ aſſenſu pro feudalibus etiam futuris.*

54 *Rex noſter inuictiſſ. ſuis Regijs literis expeditis per Supremũ Conſiliũ Italicum, mãdauit ſi ſpendi decreta lata in hac cauſa ſuper alimẽtorum præſtatione. Et ita decretum eſt exequutum per C. Collat. Neap. num. 57.*

55 *Literæ, & reſcripta ſuæ Maieſtatis debẽt exequi per Excell. D. Proregem, & ſuum Collat. Conſ. iuxta* Pragmaticã Caroli V. & ſtylum Cãcellariæ.

56 *Delegatus Regius cuiuſcunq; cauſæ nõ poteſt concedere Regium exequatur.*

ARGVMENTVM.

De reqſitis neceſſarijs, vt alimẽta, ſeu litis expẽſæ erogẽtur; pſertim pendente iudicio immiſſionis vigore *l. fi. de edic. diui.* declarãtur iura, quę de his alimẽtis agũt, & maximè *vulg. S. de inoff. l. ſi inſtituta ff. de inoff. teſt.* cuius tex. diſpoſitio reſtringitur ad ſuos limites iuxta opinionẽ antiquorũ, q̃ & verior, & receptior oſtenditur, etiã adhibito DD. calculo cõtra recẽtiores, & vltra req-

ſita enumerātur caſus,in qbus omninò ceſſat alimẽtorũ erogatio; de prohibitione ſupremi Principis *ne quis de rebus ſuis diſponat*, quomodo teſtamenti factio pendere poſſit ex alieno arbitrio,& quæ exceptiones impediāt immiſſionem vigore *dictæ l. finalis*;in cauſa aliementorum vtrum lis ſit conteſtanda, & quæ dilatio ſit concedenda, & quando alimenta ſint decernẽda etiam in lite ſuper alimentorum præſtatione.

In eadem cauſa ſuper articulo alimentorum.

CONTROVERSIA VI.

VTAnanis,& nullo iure ſuffulta, quãuis inſtãtiſſimè tractata appareat petitio alimentorũ Dom.D.Tiberij Carrafa ſuper Statu Biſiniani, & ab ea idẽ petitor omnino, & iuſtiſſimè excludẽdus ſit ab ęquiſſimis iudicibus.

Illud in primis animaduertere libet, D.Tiberium nõ petijſſe hæc alimenta tanquam pendente lite in iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis, ſiue immiſſionis in poſſeſſionem bonorum vigore teſtamenti; ſed petijſſe decerni ſibi aureos annuos decies mille, olim præſtari ordinatos D. Iuliæ Vrſinæ eius vxori,vt clarè legitur in eius precibus porrectis S. Maieſtati fol. 3. & 4.extra quas nullam aliam de nouo propoſuit petitionem.

Vnde cũ dicta annua præſtatio fuerit decreta D. Iuliæ, non per modum prouiſionis, ſed pro omni exequutione victoriæ, & ſententiæ in beneficiũ ipſius latæ immiſſionis in vniuerſum patrimonium tàm feudale, quàm burgenſaticum tãquam legitimæ ſucceditrici vltimi, & veri Principis, non
1 video,quomodo D.Tiberius, qui non negat, non poſſe ſe in feudis ſuccedere, nec iura illius in vniuerſum repręſentare; ſed tantum in partem allodialium,antequam non ſolùm non obtinuerit, ſed nec petierit immiſſionem, vt ex actis conſtat, maximo cum ſtrepitu petere valeat ſibi concedi exactionem eiuſdẽ annuæ præſtationis, quàm poſt cauſæ deciſionẽ, & plenam victoriam in Collaterali iũctis Tribunalibus excluſis omnibus collitigantibus D. Iulia pro omni ſucceſſionis emolumento obtinuit.

Repugnat enim huic petitioni rubrica,& totus titulus,extra,*vt lite pendente*,cum his, quæ ad hoc congeruñt *Io.de Amic.conſ.150.num.1.& Vital. tract.clauſ.cap.45.*& alia, quæ in ter-
2 minis contra immaturè, & nimis properè petentem alimenta conſiderauit *Soc.iun.conſ.8.per tot.lib.3.*dicens, inauditum eſſe apud eum, quod ante finem litis fiat exequutio petitionis actoris;ſed debere expectari rem iudicatam,& ſententia poſtea iuxta ſui tenorem mandabitur exequutioni, ne prius exequutio fiat,quàm ſententia feratur,refert,& ſequitur *Cephal. conſ. 714.num.11.Gabr.conſ.25. num.18. lib.1.ex Bald.Paul.Alex.& alijs.*

Nec quicquam ſibi decerni poteſt ex hoc patrimonio pro alimentis, & expenſis litis,tum quia hoc non petijt, tum etiam quia,& ſi petijſſet hoc modò nihil horum ſibi decerni poſſet,cũ alimenta, & expenſæ litis ei præſtari non poſſint, qui nullam litem penitus
3 inſtituit, nec aliquid petijt, cum illud in primis requiratur ex communi ſententia,vt non cognoſcatur ordinariè, nec principaliter ſuper alimentis; ſed incidenter pendente lite principali, vt ex mente omnium aduertit *Decian.conſ.66.poſt num.2. verſ.tertiò, quod,& verſ.vis modo,lib.2.* quæ negatiua ex in ſpectione actorum apertè probatur, in quibus nihil huc vſq; petitum penitus legitur.

Et ſi dicatur,non requiri petitionẽ; ſed ad ſolam oſtenſionem teſtamenti non cancellati eſſe concedendam immiſſionem in poſſeſſionem vigore *l.fi. C.de edict.diui.*

Tunc

Digitized by Google

Tunc replicari poterit, offerendum eſſe libellum in illo remedio, cũ adeſt contradictor, & omni caſu ſaltim qua-
4 lis qualis petitio, eaque in ſcriptis eſt offerenda, vt de communi concludit *Menoch. de adipiſcend. remed. 4. quæſt. 57. num.* 468. & ſi non eſſet neceſſarius libellus, retorqueri poterit argumentum, quod ſi prætenſio ipſius D. Tiberij eſt adeò facilis, & clara, vt nõ requiratur petitio, nec alia longior indagatio, ipſi ad alimenta agenti ob-
5 ſtabit exceptio, *hodie conſtat, hodie agatur,* de qua *in l. iſ, à quo ff. vt in poſſeſſ. legat.* quæ aduerſus actorem oppoſita per conuentum excludit ipſius intẽtionem ſecundum *Bald. conſ.* 454. *lib.* 1. & in ſpecie excludi petitionem alimentorum propter litem, cum lis diffiniri poteſt abſq; alia dilatione; tradit idem *Socin. iun. in term. d. conſ.* 8. *nu.* 6. *in fin.* cuius opinionem in hoc caſu rectè procedere exiſtimat *Franc. Milan. deciſ. Sicil,* 17. *num.* 12. *in*
6 *fin.* Cum enim hæc alimentorum erogatio ſit à iure inducta lite pendente, ne, dum in longius lis protrahitur, & compilatur proceſſus, actor pr ę inopia cogatur litem deſerere, vt tradit *Rebuff. de ſent. prouiſ. artic.* 1. *gloſ.* 2. *nu.* 2. Conſequens eſt, vt ceſſet alimentorũ præſtatio, dum lis incontinenti diffini-
7 ri poteſt, prout idem *Milan. tradit deciſ.* 16. *num.* 4. *& meliùs idem Rebuff. d. gloſ.* 2. *num.* 15. *verſ. vndecimò* in id citans *l. ille, à quo* §. *ſi de teſtamento ff. ad Trebell.*

Nec dicatur, actorem non poſſe tractare articulum immiſſionis, dum pendet deliberatio S. Maieſtatis, an poſſit, vel velit acceptare teſtamẽtum D. Iuliç, necnè, & proinde hac de cauſa interim eſſe præſtanda alimenta.

Siquidem hoc eſt impedimentum apertè imaginariũ, & affectatũ ad hũc ſolum finem, vt valeat interim ſub iſto colore in modum prouiſionis obtinere id, quod certò ſcit ex deciſione principalis articuli prætenſæ immiſſionis omninò ſibi fore denegandum: nullum enim adeſt Regis mandatum, vt pẽdente huiuſmodi deliberatione, ſuperſedeatur in deciſione prædicti articuli immiſſionis, nec adeſſe poteſt, quandoquidem deliberatio Regis circa feudalia verſatur, de quibus eſt controuerſia inter Fiſcum, & Ducem Grauinæ; circa verò allodialia, in quibus prætendit ſe inſtitutum, non video quid circa ordinẽ obſtet, quominus agatur de immiſſione, idcirco capiat, ſi poteſt, & ſi diffitetur de iure ſuo circa iuſtitiam ob prõptas exceptiones eius prętenſionem elidentes, neceſſariò eadem ratione cenſebitur excluſa alimentorum petitio.

Sit tamen verum; quod aduerſarius aſſerit, & nos planè negamus, actionẽ fuiſſe propoſitam, litem pendere, eaq; ex aſſerto impedimento diffiniri non poſſe, & alimenta litis fuiſſe petita, adhuc ex alijs omnino erũt deneganda.

Idque fundatur ex reg. quàm noſtri DD. eliciẽdam exiſtimarunt ex *l. Imperatores* 17. *ff. de tutelis, & ration. di-*
8 *ſtrah.* vbi ita *Vlpian. cum hoc ipſum quærebatur, an aliquid tibi à tutoribus; vel curatoribus debeatur, non habet rationem poſtulatio tua volentis in ſumptum litis ab his tibi pecuniam ſubminiſtratari;* generaliter enim loquitur, & ſic etiam ſi is pupillus eſſet pauper, & petijſſet bona propria, adhuc alimenta, & ſumptus litis denegantur, vt bene illum *tex.* gloſſat *Cephal. d. conſ.* 714. *num.* 12.

Ex quo tex. notat ibi *Bald. poſt Iacob. de Aren.* neminem teneri munire aduerſarium contra ſe ipſum, & clarè
9 idem voluit B*art. ibidem,* dum reſpõdet *ad l. fin. C. de ordin. cogn. & ad l. ſi inſtituta* 27. §. *de inoffic. ff. de inoff. teſt.*
10 ex cuius dictis in ſolutione cõtrariorum in ſpecie regulam negatiuam in hoc conſtituunt B*oſſius in prax. crim. tit. de aliment. præſt. nu.* 2. & ante *ipſũ Aret. in cap. ſi qui teſtium nu.* 15. *verſ. tertia concluſio, Felin. num. . . de teſti.* ſequuntur *Aſſlict. ſiue magis additio ad ipſum in Conſtit. l. præſenti nu.* 7. *in fin.*

Cephal.

*Cephal.d.conſ.*714. *num.*9. & optimè pluribus relatis *Hartman. Piſtor. lib. qq. iuris cap.*28.*nu.*2. *&* 3. *& Matth. Coler.de proceſſ. exeq.p.*1. *c.*2.*nu.* 119.

Ab hac autem reg.negatiua duos tantum caſus excipit *Bart.* communiter recept. in duabus legibus, in contrarium ſignatis *in d.l. Imperatores*,quas ſi probabimus verſari extra terminos caſus noſtri,omninò erit aduerſarius excludendus.

Primus eſt *in l.fin.verſ.nam ſi tales C.de ord.cogn.*ibi: (*Ita vt ex eiſdem ſi aliqua alia facultas eſſe non poterit, tãtum litis ſumptus, & alimoniæ homini ſubminiſtretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æſtimatum.*

Hæc lex non poteſt ab aduerſario ad rem noſtram afferri, ſiquidem omnes ferè *DD.*concludunt in ead. *l.*tra-
11 di caſum ſpecialem, quoties ſeruus à domino agente in cauſa ſeruitutis fuerat,priuata authoritate bonis, quæ ipſe ſeruus poſſidebat,ſpoliatus. Vnde abſurdum eſſet illam .l. extendere ad alia bona, quæ actor quiuis quamuis pauper, nec poſſedit, nec fuit illis ſpoliatus, vt optimè explicat *Couar. cap.*6.*pract.poſt nu.*5.*verſ.eſt tamen in hac quæſt.propè finem*,ita vt illa deciſio extra terminos illius.*l.*& vbi ea requiſita non concurrunt,nullo modo allegari poſſit, & cum ipſo expreſsè ſentiunt relati à *Corduba in d.* §. *ſi vel parens num.*45.46.*& meliùs* 48.

Nec etiam applicari poteſt ad caſum noſtrum deciſio *I. C. in vulg.* §. *de inoff. l. ſi inſtituta ff. de inoffic. teſtam.*

Illius enim materia,quamuis ampliſſimè exagitata à *DD.* dum controuertunt, quot, & quæ requirantur,vt ſit locus illius deciſioni, ad tres reducitur diuerſas DD. opin. quas diſtin-
12 ctè reaſſumit *Menoch. conſ.*491.*n.*33. *lib.*5.quamuis *Decian.conſ.*66. *lib.*2. qui in eadem facti *ſpecie* contra *Menoch.* reſpondit, quatuor recenſeat opin. nulla tamen eſt ex his opin. ex qua non apertiſſimè excludatur actor.

Et omiſſa prima opinione,quam tenuit *gloſ. in l. ſi quis à liberis* §.*vel ſi parens*, vt filius pẽdente cauſa filiationis indiſtinctè alatur, & pauper litigãs cum diuite ſecundum *Guid. PP.quæſt.*
13 561.*& Crauett.conſ.*164. quam conſtat non fuiſſe vnquam in praxi receptam, vt teſtatur *Boer.deciſ.*303. *nu.*4. & communiter in vtroque caſu reprobari teſtantur *Couar.d.cap.*6.*num.item* 6.*in fin.verſ.idem ipſe profiteor*, *Menoch.de præſumpt.cap.*35.*poſt num.*32. *Matth.Coler.d.cap.*2. *num.*119. *in fin.* Cum neque in facto concurrat requiſita(iuxta horum ſententiam)extrema paupertas in actore.

14 Quòad ſecundam opin. attinet,ſaltim tria iuxtà illam præciſè requiruntur iuxtà terminos *d.*§.*de inoff.* §3. Primum, quod actor ſit filius, vel ſaltim ex deſcendentibus. Secundum, quod obtinuerit in prima inſtãtia. Tertium, quod ſit pauper ita vt non habeat vnde ſe alat, & hanc opinionem ſentit *Accur.in d.*§.*de inoff.in verſ. decerni*, ſequuuntur ibi *Bart. Alber. Ang. Paul. Caſtr.& Fulg.*& præter hos *Spec. Bal. Aret.& Felin.* quos refert, & ſequitur *Rip.in l.*2.*num.*4.*ff. de re iud.Dec. Io. Lupus, Beroius, Alciatus, & Connanus relati per Cordub. in l. ſi quis à liberis* §.*ſi vel parens num.*42.*ff. de lib. agn.* qui cum *Couar. d.cap.*6. *num.item* 6. *verſ.conſtat ſanè, & iterum num.*6. *in fin. verſ. igitur his omnibus adamuſſim*, ambo hãc eſſe communem DD. ſententiam profitentur, quàm probat quoque *Franc.Marc.deciſ.*364.*par.*2. *Menoch.d.conſ.*481.*num.*33. *verſ.*2. *fuit opinio*, & optimè *Aluar. Valaſc. conſult.*1. addunt etiam alij quartum requiſitum, quod petens alimenta ſit in poſſeſſione filiationis, vel alterius iuris,cui actio ſua innititur,quod inter tria requiſita retulit *Menoch.lib.*1.*de præſumpt.cap.*35.*nu.*3. & pro quarto retulit illud defendens ab impugnatione *Couar.Corduba in d.*§. *ſi vel parens num.*43.

Vnde,cum actor non ſit deſcendẽs, non

non pauper, nec hucuſque vllam pro
ſe reportauerit ſententiam,hac comm.
opin.attenta fulcita authoritate tanto-
rum patrum,à quorum ſententia teme-
rarium eſſet recedere, abſque dubio
eſſet excludendus.

Et quamuis nouerim, contra hanc
opinionem, nedum inſurgere aliquos
ex modernis, ſed etiam contrariam,&
veriorem,& authoritate rerum iudica-
tarum fulcitam contendere, dicentes
15 non eſſe neceſſarium, petentem eſſe
deſcendentem, nec pariter latam
fuiſſe ſententiam, ſed ideò in *d. §. de
inoffic.* requiri ſententiam: quia eo iure
pro patris exhæredatione, etiam ſine
cauſa facta vrgebat præſumptio, quod
ritè facta eſſet. Vnde neceſſarium
fuit,vt pro filio dicta eſſet ſententia,
quæ iniuſtam faceret præſumi exhę-
redationem.

Tamen adhuc hodie ex abundanti,
licet non ad neceſſariã cauſę victoriã,
probabimus intellectum, & opin. *gloſ.
& Bart. ad* §. *de inoff.* eſſe magis com-
16 mun. quicquid *moderni aliqui* com-
miniſcantur. Nec obeſſe *deciſ. Rotæ, &
Afflict.* & maiorem partem ex recen-
tioribus,qui contra opin.*gloſ.*citantur,
non id dicere, ad quod allegantur.

Pro opinione enim contra *Gloſ. &
Bar.*citãtur à nouiſſ. *DD. Alex. Couar.
Pontan. Decian. Patian. Afflict. Rebuff.*
Molin. *Ricch. Bolognet.* quos affert Mar
tinus Colerus de alimen. lib. 1. *cap.* 14.
num. 40. & 43. & his addit *Surd. de
alimen. tit.* 1. *quæſt.* 112. *poſt num.* 18.
*Biſignet. in dec. Rot. Duen. Boſſ. Ceph.
Benincaſ. Hieron. Gabr. Ioſeph. Ludou.*
Mandoſ. *Simon. de Pratis*,& tãdẽ *Afin.*
q quãuis,ſi omnes hoc dicerent, prout
17 multi ex eis hoc non firmant, eſſent
nu. 22. & ſic excederent,licet in paucis
numerum antiquorum; attamen cum
pro altera parte ſtent *gloſ.* *Bart.* & præ-
ter eos *omnes* DD. *antiqui claſſici*; non
ideò minus cenſebitur hæc antiquorũ
magis comminis opinio ob recentiorũ
18 authoritatem,vt latiſſimè probat *Co-
rat. de comm. opin. §. qui numerus n.* 19.
& in §. ex iam dictis num. 5. *&* 25. *&*
§. *authoritas* DD. *num.* 11. 14. *&* 15.
vbi concludit tres ex modernis vix æ-
quari authoritati vnius ex antiquis.

Prætereà maior pars prædictorum
auctorum, qui contra opin. *gloſ.* citan-
19 tur non admittunt indiſtinctè dec. *d.
§. de inoff.* etiam in prima inſtantia, ſed
limitatè, & reſtrictè id tantum conce-
dunt in filio, vel filia agẽtibus petitio-
ne hæreditatis, vel petentibus portio-
nem legitimam, ſiue dotem in bonis
paternis, licet contra fratrem, & inſu-
per requirunt neceſſariò, quod ab ad-
uerſario nõ negetur,actorem eſſe filiũ,
vel aliàs illum eſſe in quaſi poſſeſſione
filiationis, & ita expreſsè loquitur Bi-
ſignetus in deciſ. Rotæ 2. *de iudic. & Af-
flict.* qui illius deciſ. authoritate dicit
idem deciſum in filia Comitis Caſtri
petentis legitimam in bonis paternis
deciſ. 11.

Idq; eſſe veriſſimum clarè oſtendi-
20 tur ex altera *dec. Rotæ Cappell. Tholoſ.
ſub num.* 77. Vbi fuit deciſum, quod fi-
lio petenti alimenta lite pendente de-
negentur, ex quo vt ibidem declara-
tur, filius non erat in quaſi poſſeſſione
filiationis, cũ ratione illius quaſi poſ-
ſeſſionis ei competant alimenta,& non
aliàs.

Et in ſpecie ita ꝓcedere *dec.* Biſig. *&
Afflict.* declarat *Hieron. Gabr. in conſ.*
21 25. *nu.* 2. *lib.* 1. vbi pro contraria parte
à Surdo citatur, & verè non diſcedit
ab opinione *Gloſ.* niſi fauore filij; &
deſcendentium tantùm, & ita etiam
procedere dictas deciſ. fatetur *Surd. d.
quæſt.* 112. *poſt nu.* 18. *verſ. & hic duæ
deciſiones*, & eas ſic declarat, & reſtrin-
git *Cord. in d. §. ſi vel parens num.* 44.
in fin. & optimè *Io: Botta conſ.* 64. *n.* 5.
& 10. vbi ita declarat procedere di-
cta DD. deberi alimẽta agenti ad vni-
22 uerſam hęreditatem, vel eius partem,
ſi ſit filius, nepos, vel alius de recta li-
nea, & *Anguſſ. conſ.* 4. *num.* 4. *lib* 3. *poſt
Dom. Capic. dec.* 164.

Et ratio eſt in filio tum propter vr-
gentem præſumptionem, quę eſt, vt ius
habeat

Digitized by Google

emptione nu.6ff..de pact. *quem ſequitur ſolus Paul.* ibidem ; cuius dictum non poteſt ſubſtineri : nam inquit ipſe *ficta traditio eſt æquipollẽs veræ traditioni*, quod quidẽ ab omnibus reprobatur: ſiquidem ficta traditio non liberat ab actione ex empto, prout vera, *Gloſ. in l. Iulianus* §. *ex vendito in verbo precaria ſit ff. de action. empt. Bald. in d. l. ſi ab emptione ſub num. 3. vbi allegat Petrum, & Cynum, Pauluſmet ibidem*, alijq; poſt eos, ceſſat igitur fundamentũ *Bart.* quod ficta retraditio ſit æquiualens veræ retraditioni; ergo eius dictum ſubſiſtere non poteſt *ad notata per Gloſ. & Bart. in l. 1. C. de legitim. tutor.*

25 Sed vera ſit doctrina *Bart.* vbi contemporaneus conſenſus, quem neceſſarium ex iuribus ſupra allegatis idem *Bart.* iudicauit in *ead. l. nu. 14.* vbi hoc conſtitutum atq; precariũ, certè nõ interuenit in teſtamento D. Iuliæ, nec in alijs ſolet interuenire, & proinde obiectionibus deficit ius, itẽ deficit factũ,
26 ad quod ſaltem debebant aduertere aduerſarij, prout monet *Imper. in l. vt reſponſum C. de tranſanc. Iureconſ. ante eum in l. ſi ex plagis* §. *in cliuo ff. ad l. Aquiliam.*

27 Et ſimilitudo vſusfructus, qui ſola refutatione cõſolidatur cum proprietate, & acquiritur domino §. *finitur inſtit. de vſusfr.* nõ procedit: nam ius debile eſt vſusfructus *l. hactenus, & l. vſufructuarius nouum tectorium ff. de vſufructu*, vbi nullo modo licitum eſt diſponere, vel alterare rẽ, ſuper qua cadit vſusfructus ipſi vſufructuario etiã, ſi in melius *l. vltim. ff. de vſu & habit.* quod non vetatur feudatario etiam iuxta *Conſtitut. Regni Conſtitionem diuæ memoriæ in fine*, vnde de vno ad aliud argumentum procedere non poteſt, nec regulariter illud ſtatui *l. vlt. C. de iur. & fac. ignor.*

28 Vſusfructus perit morte vſufructuarij *d.* §. *finitur inſtit. & l. corruptionem C. de vſufruct.* feudum eſt perpetuum *Cap. 1.* §. *vltimo in quibus cauſis feud. amitt.* ibi *vt ad feudatarium, & hæredes ſuos in perpetuum pertineat. Aluar. in c. 1.* §. *inſuper de pignori feudo dato. D. Præſ. de Curte in ſuo diuerſ. c. 18. n. 14. qui alios citat*, inſup vſufructuarius
29 confeſſoria dumtaxat agere poteſt *l. 1. in princip. & l. vtifrui* §. *vtrum, & ibi gloſ. ff. ſi vſusfruct. pet.* at feudatarius tàm cõtra dominum, quàm quẽcunque alium poſſeſſorem vtili rei vendicatione vti poteſt *l. 1. in fine, & l. 2. ff. ſi ager vectigal. vel emphit. pet. Iſern. in præludijs feud. quæſt. 6.* nec in vſufructuario cõſideratur illa vltro citroque obligatio, quę, in feudatario, vt ſupra retulimus, locum ſibi vindicat *Natt. conſ. 563. ex num. 23. volum. 3. qui numer. 25.* etiam inquit, quod & ſi inter eos aliqua ſimilitudo intercederet, actamẽ quoniam feudatarius
30 non diceretur ſimpliciter vſufructuarius; ſed ſecundũ quid; igitur quod de vſufructuario dicitur; in eo procedere non poteſt arg. *l. hoc legatum ff. de leg. 3.*

ſtati, ſi ſtante nullitate teſtamenti Rex debeat acceptare, nec ne diſpoſita in dicto teſtamēto, ſi enim vt aduerſarius contendit, non poteſt tractari de immiſſione, pendente dicta deliberatione, ergo nec de alimentis, quorum præſtatio omninò abſorberet cauſam principalem immiſſionis, & acceptanis prædictæ. Quo caſu ceſſare alimentorum prouiſionem, & fuiſſe ob id reuocatam in Senatu ſententiam ſuper alimentis tradit *Rebuff. de ſentent. prouiſ. in prædicto nu.* 134. *ſequitur Surd. titulo* 1. *quæſtione* 126. *num.* 6. Iſto enim caſu maximum pararetur præiudicium cauſæ principali ex plena cauſæ cognitione adhibita ſuper eo, quod totam cauſam principalem concernit, vt ex *Innocent. & alijs probat idem Surd. dicto cap.* 126. *nu.* 10. *&* 12. die 1. Ianuarij 1613.

ADDITIO

In eadem cauſa.

PEtijt D. Tiberius Carrafa ſuper hæreditate quondam Principis Biſiniani decem mille annuos aureos pro alimentis, prout D. Iuliæ Vrſinæ eius vxori pro effectu poſſeſſionis totius dictæ hæreditatis concedebantur. Hac lite mota, his petitis alimentis, inſtetit Dux Grauinæ legitimus, & aperta lege ſucceſſor dictæ D. Iuliç pro termini conceſſione, vt eo impartito valeat certas probationes concludere, quibus D. Tiberius ab alimentis petitis ſummaria cognitione repellatur, ſimul etiam, dum pars credit eadem termini conceſſione ſibi poſſe aliquā ſummā pro alimentis pendente lite decerni, omninò eſſe excludendam.

Fundatur primum, nàm etiā q͂ cauſa alimentorum admodum priuilegiata
47 reperiatur, eiuſque cognitio Summariè ſit tractanda ex *l. prima* §. *Iulianus, & l. ſi quis à liberis* §. *vel ſi parens de liber. agnoſc. gloſ.* 1. *in* §. *præiudiciales inſtit. de act. Bart. in l. de alimentis nu.* 2. *C. de tranſactio.* tamen etiam in Summarijs, & reſtrictis cognitionibus terminus, & dilatio arctatur, non aufertur, vt dixit *Specul. in tit. de dilatio. in rub. nu.* 21. *Innoc. in c. de cauſis ante n.* 1. *de offic. delegat.* & in ſpecie liti alimentorum eſt concedendus breuis terminus, & dilatio, vt diſcurrit *Abb. in cap.* 1. *nu.* 7. *cauſa item ſeptima, de dilatio. per tex. in l.* 2. *de re iudic.* vbi hoc concludit *Claud. Seiſell. ante nu.* 39. *verſ. item cauſa qualitas, poſt Bart.* ibidem *ante nu.* 6. *& in l. mela poſt nu.* 5. *de aliment. & cibar. legat. Iaſ. in d. l.* 2. *nu.* 20. *de re iudic. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *cauſ.* 52. *nu.* 12. *& Surd. deciſ.* 323. *num.* 5.

Nec doctrina *Cordubæ in l. ſi quis à liberis* §. *ſi vel parens numero* 18. qua ſola pars nititur, terminum non eſſe concedendum in cauſa alimentorum, probat, ſiquidem loquitur
48 *Corduba* in ſolemni litis conteſtatione, quam non ſolum in cauſa alimentorum, ſed in qualibet Summaria eſſe remotam, indubitatum reperitur *ex tex. clem. ſæpè cum gloſſ. in verſic. conteſtationem de verb. ſignification.* quem adducit *Cordub. dicto loco,* breuem verò dilationem non eſſe negandam, ex ſupradictis certum redditur.

Secundum, quod pendente lite ſuper alimentis, alimenta decerni non debeant, omnium diſtinctio-
49 ne probatur; vt enim is, qui petit alimenta, fundatam habet intentionem de iure, vt quia ſit talis, cui ex iuris diſpoſitione alimenta debentur vti filio, vel vxori, & tunc pendente lite ſuper alimentis, iure alimenta decerni poſſunt, & ſic procedit, hac expreſſa ratione, *deciſio Afflict.* 10. *doctrina Napod. in titulo de aliment. præſtan. nu.* 83. *& alij,* qui in his terminis afferri poſſunt: aut petens alimēta non eſt talis, cui de iure debeantur alimenta, & tunc indubitatè concluden-

dum

dum, lite pendente ſuper alimentis alia alimenta non eſſe concedenda : Quilibet enim veniret ad petendũ alimenta, vt interim ſibi alimenta decernerentur, fuit *Bart.* particularis doctrina *in l.ſi neget n.1.videamus ff.de liber. agnoſ.& Salyc.in l.fi.n.2.C.de alen.libe.*

Certo ergo iure concedendus eſt breuis terminus, ſeù dilatio Duci potenti, & eo pendente, ſi D. Tiberius peteret, omninò neganda alimẽtorum conceſſio.

Licet poſtea, his allegationibus perfectis, ac iudicibus anno *1613.* menſe Ianuario ob cauſæ propugnationẽ, cuius ipſe onus pro Grauinenſium Duce
50 tunc ſuſtinebam, traditis, Dominus Præſidens Amatus inſignis doctrina, & morum ſuauitate vti patrimonij Biſiniani Principis Aduocatus ex officio ſcripſerit, vt ex eius Cõſilio anno. . . impreſſo videre eſt; ac
51 deinde etiam Caſtilli Hyſpani tertius de Maioratibus controuerſiarum tomus in lucẽ prodierit, aut ſaltim meas in manus deuenerit, in quo *cap.27.* latiſſimè hanc pertractauit materiam, tamen ob caſuum diſtinctionem, ac doctrinarum, quas omnes ſuo quoq; in fonte legi, ac in loca ſedeſq; digeſſi hàc in medio controuerſiam proferre non ſum veritus.

DECISIO.

ARticuli verò deciſio dilata fuit vſque in diem 29. Maij 1613. qua die referẽte Præſide Io. Aloyſio Mormili cum interuentu Conſiliariorum Valdeuieſſo, & Saluij adiunctorum,
52 fuit prouiſum, quod capiatur informatio de incumbentibus vtriq; parti ſuper petitis alimentis, & pro nunc iuſſũ fuit dari Illuſtr. Principi D. Tiberio millia ducatorum viginti cum cautione de reſtituendo ad omnem ordinem R. Cameræ, pro quorum ſatisfatione vendantur tot bona pro concurrenti quantitate, vt in proceſſu ſuper alimentis *car. 71.* Et cum D. Tiberius reclamaſſet quòad articulum oneris iniuncti de fideiuſſione præſtãda, alio decreto die 27. Iunij eiuſdem anni
53 fuit ordinatum, decretum exequutioni demandari cum obligatione eiuſdem Principis, & præuio Regio aſſenſu etiam pro feudis futuris *car. 78.*

Verum cum partes habuiſſent recurſum ad Curiam Suæ Maieſtatis conquerentes de dicta pecuniarum
54 præſtatione ſuis Regijs literis Madritij ſub die 13. Ianuarij 1620. expeditis per ſupremum Conſil. Italicum viuente illo inſigni Regente Caimo, mandauit Maieſtas Sua ſuſpendi dicta decreta, & ipſorum exequutionem additis ſubſcriptis verbis, *y hareis que por los Iuezes à quien toca ſe vea, y determini ſi ſe le deuen dar alimentos, y en que quantidad ojendo çerca dello all' Auocado, y al Procurador Fiſcal, y me lo auiſareis con los votos, y iuſtificationes de los Iuezes para que io ordine lo que ſe huuiere de azer, y entretanto no ſe executarà el pareçer de los dichos Iuezes, ni ſe hara nouedad en eſto, in dicto proceſ. car. 29.* & per Regium delegatum cum ſubſcriptione D. Præſidis Matthias de Caſanate Fiſcum illius patrimonij agentis de ordine S. Maieſtatis, viri vndequaq; doctiſſimi iudicio, & rerum non minus Italicarum, quàm Hyſpanarum peritiſſimi, fuit iuſſũ exequutioni demandari literas ſub die 2. Maij 1620. fol. 30. in 2. proceſſu addito, & cũ fuiſſet plura oppoſita aduerſus exequutionẽ literarũ tàm in iuſtitia, quã in ordine ob Regiũ exequa-
55 tur, quod neceſſariò erat præſtandũ in forma ꝑ Suã Eccell. in Collaterali iuxta *Prag. Caroli V. immort. memor.* & ſtylũ notoriũ, & ſucceſſiuè id nõ potuiſſe fieri ꝑ delegatũ, prout admiſſũ hoc
56 fuit, dũ decreto Collat. Cõſ. ſub die 7. Aug. 1620. f. 36. eod. 2. ꝓceſ. fuit ꝓuiſũ, quod reductis omnibus ad ius, & iuſtitiã, Regium Collaterale Conſilium iuſtitiam faciat, & Dominus Regens

Vrſinus referret in Collaterali partibus auditis. Tandē facta relatione per dictum D. Regentem in collaterali virū nobiliſſimū, integerrimū,& doctiſſimū nunc digniſſimū S. C. Præſidem Viceq; Prothonotarium, cuius virtutē, & morum candorē omnes venerãtur,
57 die 18. Martij 1621. ſuper exequutione literarum S. Maieſtatis circa ſuſpēſionem alimentorū, fuit decretū, quod exequãtur literæ S. M. iuxta ipſarū ſeriē, continentiã,& tenorē, fol. 47. eod. proceſſ. quarū vigore prætendit Illuſt. Princeps D. Aloyſius Sanſeuerinus, ꝙ Illuſtr. Princeps D. Tiberius reſtituere debeat quidquid in cauſam declarandam, ſiuè alimentorū ipſi fuerat liberatum, & exegerat ſuper qua prætēſione fuit datus terminus in menſe Martij 1624. & hodie pendet lis indeciſa.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum in dubio potiùs cenſeri debet quaternatū, quàm planū, & de tabula, & ſic potiùs rectum, & nobile, quod confert paradogium.*

2 *Caſtrū omne dicitur feudū quaternatū in Regno, nonè cōtra, ex receptiſſima opin.* Iſern. *licet aliud extra Regnum.*

3 *Caſtrū non præſumitur feudū penes Eccleſiā, ſed allodiū fauore ipſius, ſecus cū conſtat Eccleſiā poſſidere illud, vt feudū, quia præſumitur quaternatū.*

4 *Caſtrum dirutum, ſiuè exhabitatū quomodo adhuc cenſeatur etiam feudum quaternatum.*

5 *Natura primæua feudi in dubio præſumitur durare.*

6 *Naturæ mutatio ad directum dominū ſpectat, quæ nec præſumitur, niſi expreſsè agatur.*

7 *Sententia recipit declarationē ab actis.*

8 *Probationes sūt vehiculū quodam, vel virgulæ ad ſententiam declarandam.*

9 *Et declarãt etiã libellū, & dicūtur anima proceſſus, & ſententiæ nu. 10.*

11 *Sētentia continet nedū expreſſa, ſed quę inferuntur ab expreſſis.*

12 *Feudū à Rege conceſſum, & ſub ipſo habitum, cenſetur quaternatū; et nu. 23.*

13 *Feudū quaternatum eſt, quod reperitur ſcriptū in quinternionibus, vel quod à Rege tenetur.*

14 *Feudū, quod a Rege tenetur, nō eſt neceſſè in quinternionibus annotari, ſed illud tantum, quod tenetur à Barone.*

15 *Feudnm quaternatū,* vt Regnicolæ dicunt, *eſt illud, quod in quinternionibus donorum deſcribitur, procedit etiam in feudo quaternato ſecundum quid.*

16 *Feudum verò, quod conſtat à Rege, & ſub Rege teneri, eo ipſo dicitur quaternatum.*

17 *Feudum ſub Rege non poteſt eſſe ruſticum, ſiuè planum, quod in Regno non eſt niſi ſub Barone, & nu. 20.*

18 *Feudum quaternatum dupliciter, ibique exempla, & declarãtur doctrinæ* Iſern. in conſtit. ſi quis baro. Afflict. deciſ. 282. & Camer.

19 *Collatio ſola Regis concedentis feudum quaternat, cum* Camer. *contra* Afflict. & in fin. num. 62. & 65. *vbi declaratur locus* Camer.

21 *Feudi plani collatio ad Baronē pertinet ipſiuſque aſſenſus exigitur in alienatione, & ad eum deuoluitur.*

22 *Seruitium in feudo plano præſtatur Baroni, & num. 30.*

24 *Feudum cōceditur à Rege, igitur ipſius conſenſus in alienatione expetendus.*

25 *Feuda quaternata olim deſcribebantur in quinternionibus, qui conſeruabantur in curia Syclæ.*

26 *Verba* in capite, & immediatè *ſemper important, vt feudum ſit quaternatum, & an ſimul iunctà plus operentur num. 27.*

28 *Feudum quaternatum ſimpliciter, licet in multis differat à quaternato ſecundum quid, in hoc tamen conueniūt, vt pariter in vtroque aſſenſus Regis requiratur.*

29 *Feudum* in capite *dari non poteſt, quod ſaltim non ſit quaternatum ſecundum quid.*

30 *Feudum, pro quo ſeruitium præſtatur Regi, eſt quaternatum.*

31 *Serui-*

31 Seruitium, & releuium in feudo quaternato ſecundum quid, præſtatur Baroni non Regi.

32 Rex Carolus Secundus condonando ſeruitium Abbati Sanctæ Mariæ de Ferraria pro Caſtro Torcini, voluit tamen ſibi portionem victus vnius Monaci loco ſeruitij retinere.

33 Aſſenſus Regis quaternat, cum conſtat de voluntate quaternare volentis, quod declaratur apertius num. 42.

34 Atthenaſia, de quibus in Conſtit. ſi quando, non cenſentur iure feudi, ſed allodialia.

35 Feudum planum, ſiuè ſubfeudum, à Barone, & ſub eius territorio teneri oportet.

36 Remiſſio cauſæ ad Reg. Cam. calumniosè petita concedi non debet.

37 Feudum planum formatur, ſi à Barone legitimè conceditur, vel ſi ſit res ſolita concedi.

38 Solitum, quomodo inducatur, vt dicatur res ſolita cõcedi in erectione feudi plani.

39 Barones in Regno non infeudant de nouo, quia ſolus Rex feuda erigit.

40 Barones ſolita excadentialia, ſub conſueto ſeruitio concedunt.

41 Solita concedi non dicuntur bona effecta de menſa, vel incorporata feudo, & quod tempus requiratur remiſſiuè.

43 Caſtrum eſt quaternatum; ergo reliqua cum Caſtro conceſſa ſunt quaternata, non procedit ſequela ex Afflict. & Freccia, ſed contraria opinio verior & magis recepta ex Perno, Gregorio, Cumia, & alijs in fin. nu. 65.

44 Clauſula, cum pertinentijs, & integro Statu omnia comprehendit, & num. 46.

45 Res integra videtur conceſſa ex adiectione finium, tametſi non eſſet tota concedentis, ſed communis.

47 Feuda plura ſimul conceſſa, ſiuè plures res, cenſentur vnicum feudum, & vnica Baronia.

48 Feuda efficiuntur de pluribus vnum, vel è contra deſtinatione directi domini ad inſtar fundi.

49 Petens Caſtrum, videtur petere, cum ſuis pertinentijs, & diſtrictu, & vendita baronia, omnia intra fines cenſentur vendita.

50 Diuiſio feudi induci non debet contra voluntatem Regis, & legis, & numer. 53.

51 Feudum ad inſtar hominis muti vendicat membra alienata, vt ſibimet reuniantur.

52 Membra feudi, & inferiora feuda vnius Prouinciæ debent à capite regulari, vt de feudis Hyſpaniæ Caſtr. & de feudis Ducatus Ferrariæ Dec. docuerunt.

54 Mẽbra conceſſa cũ Caſtro, licet non ſint quaternata de per ſe iuxta opin. Afflict. & Frec. non ideò minus tamen deſinunt eſſe partes feudi quaternati.

55 Membra feudi, vt ſunt domus Vineę, Baiulatio, Molendina, & ſimilia cõceſſa cum Caſtro, ſeparari nõ poſſunt ſine aſſenſu.

56 Feuda ſiue membra feudi, quę dicantur loco quaternatorum, ſiue ad inſtar quaternati, & quod in ipſorum alienatione requiratur aſſenſus nu. 58.

57 Quinterniones, ſeu feudorum in quinternionibus deſcriptio, ad quid inuenta.

59 Demanialia feudi ſicut, & regalia, nec poſſideri abſque Regis conceſſione, nec alienari poſſunt ſine aſſenſu.

60 Conſuetudo, vt aſſenſus Regis non requiratur in alienatione demanialiũ, etiam ſi per mille annos ſit ita ſeruatum, non inducitur.

61 Demanialia, deputata pro victu Baronum, quæ ſint.

62 Conceſſio Regis quomodo quaternet feudum, & nu. 65.

63 Feudum, velut vniuerſitas facti, habet ſub ſe bona diuerſæ naturæ, vt emphiteutica, liuellaria, cenſualia, & ſimilia, declaratur procedere de poſſibili in feudo in abſtracto, alioquin in dubio omnia præſumuntur eodem modo feudalia.

Digitized by Google

64 *Comitatu conceſſo cum caſtris, vtrum caſtra diuidi poſſint remanente Comitatu indiuiduo.*

66 *Bona omnia, & membra conceſſa cum Caſtro præſumuntur, nedum feudalia, ſed eiuſdē qualitatis, etiam ſi eſſent in plures partes diuiſa gratia cōmodioris culturæ.*

67 *Feudum ſub alia lege, vel natura, alienari non poteſt, quàm ea, quæ eſt penès alienantem: quia feudi natura, nec mutari, nec alterari vllo modo poteſt, & num. 71.*

68 *Conceſſa re pro cenſu non adiuncta fidelitate, conceſſio non eſt in feudum ſed in allodium, etiam ſi eſſet Comitatus.*

69 *Allodium ex feudo fieri non poteſt, niſi ab eo, qui id facere poteſt, lege, vel cōſuetudine permittente.*

70 *Baro non poteſt concedere ſubfeuda, niſi ſub ſolito, & conſueto ſeruitio, & ſub eiſdem pactis, & conditionibus.*

ARGVMENTVM.

De feudo quaternato ſimpliciter, & ſecundum quid. De feudo plano, & de tabula. Quibus modis erigantur, & quomodo dignoſcantur. In quibus diſtent, & cōueniant. Seruitium, & releuium quibus præſtādum ſit, & cuius aſſenſus in vniuſcuiuſq; alienatione requiratur. Deſcriptionis in quinternionibus origo, & effectus. Quando collatio ſola Regis, vel etiam aſſenſus Regis quaternet. Caſtrum eſt quaternatum; ergo reliqua, cum ipſo conceſſo ſunt quaternata, an procedat ſequela. Membra à capite regulari debent. De clauſulis immediatè, in capite, & in pertinentijs Feudū eſt homo mutus, & vniuerſitas facti. De excadētialibus, & demanialibus feudi. De natura feudi, mutatione, & diuiſione arcenda. Et ex quibus ſententia declarationem recipiat.

Pro Eminentiſſ. Domi. Cardinali Petro Aldobrandino Abbat. Sanctæ Mariæ della Ferrara.

CONTROVERSIA VII.

Tametſi in hac cauſa ſuper relaxatione Caſtri Torcini cum fructibus, nullus videatur relictus ſcribendi locus, nè tamen videar alienis laboribus ad ſperatam victoriam properare, vtq; meo munere fungar, & omnis ceſſet dubitatio, tria conabor probare.

Primò. Decretum Reg. Cam., quo fuit hoc Caſtrum declaratum feudale, ſimul determinaſſe, fuiſſe, & eſſe feudum quaternatum, tàm apertè, vt nulla amplius declaratione opus ſit.

Secundò. Idem cenſeri pariter, eodemq; iure neceſſariò deciſum, quòad omnia territoria comprehenſa infra limites illius, ad Baronem ſpectantia, de quibus loquitur decretum, nullo adhibito diſcrimine inter caput Caſtri, & membra ipſius.

Tertiò. Tametſi eſſet feudum planū (quod omninò negatur) nihil intereſſe in propoſito quòad iuris effectum, & proinde poſthabita prouiſione ſuper remiſſione, iteratò petita, ad Regiam Cam. per D. Ducē, vt declaretur qualitas huius feudi, eſſe decidēdam cauſam principalem petitæ relaxationis Caſtri.

Quòad primum ſufficere deberet iuris præſumptio, iuxta quam eo ipſo quod conſtat aliquid eſſe feudum, cenſeri debet potiùs quaternatum,
1 quàm planū, & de tabula, & ſic in potentiori ſignificatu, vndè in dubio feudum præſumi rectum, docuit *Beluiſius in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis, & in cap. 1.*

Digitized by Google

in cap. 1. *an agnat.* feuda enim plana cenſentur minima, de quibus non cẽſetur cogitatum, *Frec. de differ. inter quater.& plana nu.*15.29. & 33. *Camer.in l.Imper.car.*72. *col.*2.*in fin.Cumia in c. volentes verſ.feudatariorũ n.*12. & in dubio feudũ cẽſeri debet iure feudi nobilis,quod confert paradogiũ, ideſt nobilitatem, *vt per Iſern. in locis cit. à Frec. d. tit. de differ.cap.*26. *poſt num.*34. & ſic quaternatum non planum,vt in ſpecie firmat *Camer. in d.l. Imper.car.*69.*col.*3.*verſ.ne tamen*, & infra latiùs.

Secundò, cũ in decreto Reg. Cam. dicatur *Caſtrum Torcini, & omnia territoria,&c. fuiſſe,et eſſe feudalia*, ergò pernecesſè decidit, eſſe feudum quaternatum, eo enim ipſo,quod eſt Caſtrum,de iure eſt feudum quaternatũ, licet enim extra Regnum præſumeretur allodium,vt de Principatu Achaiæ tradit *Oldr. conſ.*159. *Alber. in rub.C. de donat.Iſern.in loc. cit.à D. Capyc. in repet.l.Imper.car.*26. *verſ.quarta con-*
2 *cluſio, in magnis*, in Regno tamen eſt receptiſſima opinio *Iſern.* omne Caſtrum eſſe feudum quaternatum, quãuis nõ omne feudum quaternatum ſit Caſtrum,*Iſern.in cap* 1.§. *ille t amen num.*10.*verſ.omne caſtrum,vbi Lipar. lit.D.affert cõcord.de contro.feudi apud par. termin. & in conſtit. poſt mortem in init.* niſi conſtaret expresſè de contrario ex tenore inueſtituræ, vt explicat *D.Capyc.in d.l Imper.car.*49.*col.*1. *verſ.et licet omnia.*

Nec dicatur, quod hæ prꝯſumptio ceſſet penes Eccleſiám ex *gloſ. Iſer. et Afflict.in conſtit. Iuſtitiarij nomen, cũ alijs per Lipar. ad Iſern.in cap.* 1. *de controu. inter maſcul. et fœm.Intrigl. centur.*1. *de feud.cap.*43.*nu.*62. *et* 30. *in fin.*

Hoc enim procedit, vt fauorè Eccleſiæ præſumatur potius allodium,
3 quàm feudum, etiam ſi ſit Caſtrum in Regno,at cum conſtat eſſe feudum, ita Eccleſia petente iam declaratum,tunc nemo ex DD. quos vidi, dicit, quod non ſit quaternatum potiùs,quàm planum, quinimò eò ipſo quod conſtat, Eccleſiam poſſediſſe Caſtrum, & in feudum, ergo in ſua propria natura quaternati,vt clarè innuit *Frec. lib.* 2. *auctor.*29.*poſt nu.*4. *verſ.*1. *quod probatum.* loquens in ſpecie circa dicta *per Iſern.in d.Conſtit.Iuſtitiarij*,vbi de feudo Eccleſiæ agit, quod etiam admittit *Anna Sen.*cum pro tali feudo eſt ſoluta adoha, vt hic *ſing.* 71.

Nec minus obijci poterit id non procedere in Caſtro diruto, cum videatur ceſſare fauor hominum habitantium, quorum gratia cenſetur feudum nobile, & quaternatum *ex traditis à Loffredo in c.*1.*quis dicatur Dux*. ſiquidem contrarium exprefsè firmauit *Afflict.ex mente Iſer.in conſtit. poſt mortem num.*5. *verſ.prima quod*, vbi
4 expresſè voluit, Caſtrum eſſe feudum quaternatum, ſiuè ſit nunc habitatum, ſiuè exhabitatum, moritur enim Caſtrum, vel Ciuitas, cum Imperiale bannum patitur,aratro ſubijcitur, aut caſmate,vel fluminis impetu perit *Bal. de pace conſtãtię nu.*8. *cum concor. per Surdum de aliment.tit.*5.*quæſt.*6.*num.*22. Et quamuis *Camer.* videatur diſſentire *in d.l.Imper.car.* 72.*col.*3. nihilominus ſe reſtringit, ſi neq; in regiſtro archiuij, vel cedulario adohæ reperitur tale Caſtrum deſcriptum, & inſuper vltimus ſtatus ſit certus, quia conſtat eſſe feudum planũ ex,eo quod ſolus Baro, vt feudum planum contulerit, vel alienationi conſenſerit, nulla facta mẽtione aſſenſus Regij, alioquin niſi hæc concurrant, prima natura
5 p̃ſumeretur durare, vt perbellè explicat idem *Camer.vidẽdus d.car.*72. *col.*3.*in fin. verſ.Nec etiã, et meliùs col.*4. *lit.S.et lit.D.ver.Sed quid ſi nihil.* Nec
6 mirum: quia ad ſolum Regem naturæ mutatio ſpectat, *vt ſubnectit idem Camer.car.*73.*col.*1. *lit.* B. quæ alteratio naturæ non præſumitur, niſi expresſè agatur, *idem Camer.car.*40.*col.*2.*in fi. et car.*76.*col.*1. & conuenit *Frec. in ſpecie auctor.*29.*poſt num.*5. *verſ.niſi*

caſtrum,

caſtrum, et meliùs in 26. differ. inter quatern. et plana, ibi niſi aliter de forma appareret, ſequitur *Cumia in cap. ſi aliquem verſ. in capite nu.* 12. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *cap.* 91. *nu.* 59. *et ſeq. Intrigl. d. quæſt.* 43 *nu.* 106.

Tertiò magis in ſpecie Decr. Reg. Cam. quo declaratur Torcinum eſſe feudale, ſimul apertiſſimè determinaſſe hoc feudum cum eius integro ſtatu eſſe quaternatum, deducitur ex cauſa, ſiuè modo, quo hic articulus fuit in iudicium deductus, ex replicatis per conuentum, & apertiùs ex ſcripturis, ſiuè probationibus, quibus innixa fuit Reg. Cam. ad id decidendum.

Cum enim Abbas inſteterit relaxari Torcinum tanquam Caſtrum antiquitùs habitatum, & ſic feudale, ita quod non potuerit alienari ſine aſſenſu Regis, nedum ſi fuiſſet allodium, quod negante Duce, & contendente vllo modo eſſe feudum, nec ex inueſtituris, & aſſenſibus productis probari eſſe feudum, quod in ipſius alienatione aſſenſus Regius exigeretur, remiſſo articulo ad Reg. Cam. præcipuè ad finem videndi, ſi erat tale feudum, cuius alienatio potuiſſet irritari ex defectu Regij aſſenſus, quod potiſſimè inter partes erat controuerſum, intelligendo verba cum effectu, & iuxta ſubiectam materiam, nam alioquin fruſtra fuiſſet remiſſus articulus decidendus, cuius deciſio non immutaſſet iuris effectum, vt contigiſſet, ſi fuiſſet planum iuxta opin. partis; dum Reg. Cam. ex ſcripturis, quæ pernecesſè concludebant huiuſmodi Caſtrum eſſe nedũ feudum, ſed quaternatum, Caſtrum Torcini, & territoria feudalia declarauit, conſequens eſt, ſententiam debere neceſſariò cenſeri latam, iuxta deducta, diſcuſſa, & tenorem probationum.

7 Siquidem certum eſt, ſententiã recipere declarationem ex actis, *l. ſi quis ad exhibendum, vbi gloſ. et Bart. ff. de excep. rei iudic. l.* 3. *C. de ſent. quæ ſine certa quant.* & præſertim ex petitione, *vt per Bart. in l.* 1. *C. de errore calculi*, *vbi Curt. Iun. videndus num.* 21. *et* 25. *Corn. conſ.* 10. *nu.* 13. *verſ. et pari ratione, lib.* 2. *plura Menoch. de præſump. lib.* 6. *cap.* 12. *num* 6. & ex probationibus,
8 quæ ſunt vehiculum quodam ad ſententiam declarandum *Bal. in cap. cum ſuper in fin. de offic. deleg.* quinimò ſunt virgulæ ad ipſius declarationem, *Alex. conſ.* 12. *in fin. lib.* 7. *Curt. Iun. cõſ.* 74. *num.* 11. *lib.* 1. *Vantius de nullit. ex*
9 *defect. proceſſ. ſiuè ord. nu.* 105. & probationes nedũ ſentẽtiã, ſed ipſũ quoq; libellũ declarant, *Felyn. ex Innocen. in cap. licet hely, num.* 18. *et* 28. *de ſimon.* vnde fit, vt appellentur anima proceſ-
10 ſus, & ſententiæ, nam ex ipſis ſumit vires, *Maſcard. de probat. quæſt.* 1. *nu.* 12. Et quod ſententia, quamuis ſtricti iuris *l.* 1. *C. ſi plures vna ſententia, Dec. Crauett. et alij* quos citat *D. de Franch.*
11 *deciſ.* 687. *num.* 2. contineat nedum expreſſa, ſed quæ ex expreſſis inferũtur, *Alex. conſ.* 123. *nu.* 8. *lib.* 1. *Soc. conſ.* 56. *nu.* 9. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 348. *et in l.* 1. *num.* 50. *ff. de offic. eius, Crauett. conſ.* 79. *num.* 4. *Afflict. deciſ.* 157. *Cacher. deciſ.* 64. *num.* 3.

Quod autem ſcripturę productæ, ad probandam qualitatem feudalẽ huius Caſtri, ineuitabiliter probauerint, hoc eſſe feudum quaternatũ, & ſimul probauerint vllo modo eſſe feudum planum, patet ex pluribus.

Primò, quia ex aſſenſibus, & priuilegijs productis apparet, huiuſmodi feu-
12 dum ſemper fuiſſe habitum ſub Rege, & ex Regis munificentia conceſſum, & conſequenter ſequitur, eſſe feudum quaternatum, *iuxta doctrinam Andreæ in cap.* 1. *§. ille tamen nu.* 9. *de controu. apud Pares term. verſ. et primò cõcedẽs*, & iterum poſt *num.* 10. *ibi, ſi ergò Rex donat feudum quaternatum eſt*, & iterum poſt *num.* 11. *in verſ. et ſi in terra, idem Iſern. in cap. Imper. nu.* 10. *verſ. feudum quaternatum etc. et in cap.* 1. *§. poſt refutationem, ante num.* 5. *verſ. ſi eſt quaternatum, de vaſall. qui contra Conſtit. Lothar. et in cap.* 1. *poſt nu.* 1. *de alien. feudi pat. et in cap.* 1. *poſt n.* 12. *in addit.*

addit.verſ.ſed feudum de Capit.Corradi,& in Conſtit. poſt mortem, ibi feudũ quaternatum conceditur per Regem, & in Conſt.1. de offic.Magiſtr.Iuſtit. & tradit Iacob.de Franc. tract. de feudis cap.2. num. 174. & benè Frec. in d.tit.de differ.inter quater.& plana, dũ
13 dicit feudum quaternatum eſſe, quod reperitur ſcriptum in quaternionibus, vel quod à Rege tenetur, & ſic alternatiuè,& Cumia in d.capite num.3.

Quod adeò eſt verum, vt illud feu-
14 dum,quod à Rege tenetur,non ſit neceſsè in quaternionibus annotari, ſed illud tantum,quod tenetur à Barone, vt ſingulariter docuit Frec.lib.3.de different.inter quater. & plana poſt nu.1. ver.illud tamen,& ſic illud,quod Iſer. & Regnicolæ ſæpe habent in ore, vt feudum quaternatum ſit illud, quod in quaternionibus donorum, qui hodie conſetuantur in Reg.Cam. eſt an-
15 notatum,vt infra dicemus,procedit in feudo quaternato ſecundũ quid,quod cum concedatur à Rege tenendum tamen à Barone,vt in d.Conſt.poſt mortem, & declarat Camer.cap.68.col.3. meritò, ſicut differt à feudo plano in ſubſtantia, ſic etiam,vt ab eo faciliùs diſtinguatur,eſt neceſſe huiuſmodi feudum quaternatum ſecundum quid,deſcribi in quinternionibus, & ad hoc pro tali feudo huiuſmodi deſcriptio eſt adinuenta, & proindè aliud eſt in
16 feudo, quod à Rege, & ſub Rege tenendum conceditur, quia non eſt neceſsè, vt in quinternionibus deſcribatur, vt ex Barthol. de Capua in conſtit. honorem noſtri diadematis repetendo firmat idẽ Frec. lib.2. auctor.29.col.5. num.2.ante fin. cuius dicta comprobat Cumia in repet. cap.ſi aliquem in verſ. in,capite num.11.verſ.ſed vt feudum, & Lipar. ad Iſern.in d.§.ille tamen,de controu.apud Pares term.num.9.in fin. in verſ.quinternionibus Curiæ lit.Q.& clarè hoc voluit Camer.d.cap.69. col.3 lit.N. verſ.nec tamen, imò vt apertiùs hoc confirmaret ſubdit Camer. quod in hoc feudo haberet locum Conſtit.vt de ſucceſſionibus, quam conſtat non comprehendere, niſi feuda nobilia,& quaternata,vt tradit Frec.in d.tit. de differ.num.3.

Et ſic,vel feudum conceſſum à Rege ſub eo tennedum erit feudum quaternatum,eo ipſo quod ità conceditur, & res etit expedita,aut,eſtò quod non eſſet verè quaternatum,neceſſariò habebit eandem naturam, & vim in omnibus, & præſertim in materia alienationis,dum iſti DD. dicunt non eſſe neceſsè, vt huiuſmodi feudũ in quinternionibus annotetur, vnde veriſſima apparet opinio Frec. lib. 2. auctor. 5.
17 num.7. dum dicit penes Regem feudum non poſſe eſſe ruſticũ, quod alius ab eo tenet, neque etiã poſſe dici feudum planum,& de tabula ſub Rege, quod in Regno non eſt,niſi ſub Barone, vt dicit colligi ex d.gloſ. et Andr. quam opin. expreſsè defendit Camer. in cap.Imper.cap. 69.col.2. lit.H. et I. in verſ.et animaduertẽs,dicens ex Iſer.
18 in conſtit.ſi quis Baro, quod vno modo eſt quaternatum quando Rex conſenſit dũtaxat, quia tenetur ab vtroq, & alio modo quandò principaliter ipſe conceſſit, eò quod primo modo dicitur quaternatum ſecundum quid, & ſecũdo modo dicitur ſimpliciter quaternatum referens verba Iſerniæ dicẽtis, ſed feuda collata à Rege dicuntur quaternata quaſi ſimpliciter ſint quaternata, et non ſecundum quid;et ita intelligo doctrinam Iſern. ibi, quidquid dixerit Afflict. deciſ. 282. col.2. verſ.pro ſolutione quæſtionis. Hæc Camer. & paulò poſt dicit Afflict. ordine turbato non intellexiſſe Iſern. & ſic clarè patet Camer.in ſpecie reprobare opin. Afflict.dum in d.deciſ.poſt num.4.dixerat Iſern.in d. Conſtit.ſi quis Baro, velle ſolam Regis collationem non quater-
19 nare feudum, & licet paulò poſt idem Camer.col.3.lit.O. in fin. videatur prima facie ſibimet aduerſari, dum ſubdit, nam, et non quaternata teneri poſſunt à Rege,vt dicta deciſ. ne videatur tantus vir in continenti ſe corrigere,

id

id debet intelligi, nam,& non quaternata,ideſt quamuis non ſint deſcripta in quinternionibus iuxtà id,quod dicit *Frec.* quia non eſt neceſſe, vt feuda à Rege conceſſa deſcribantur in quinternionibus, vt idem *Camer.* dixerat paulò ante *lit. N. verſ. nec tamen*, vel alio modo (*non quaternata*) ſcilicet ſimpliciter, quæ tamen ſunt quaternata ſecundum quid.

20 Ex quo apparet vera intelligentia ad *dicta per Iſern. in d. conſt. ſi quis Baro*,& remanet perſpicua *opin. Frec.* vt ſub Rege non poſſit dari feudum planum quam etiam probat *Lipar. tam in d. §. ille tamen num. 9. lit. A. verſ. quaternatum, & poſt nu. 10. verſ. planum in fin. lit. B. quam in prima rubrica poſt num. 12. verſ. ſi ſunt quaternata.*

Et quod Regis collatio faciat feudũ quaternatum,vel quod quaternati vim habeat præſertim, vt Aſſenſus Regis exigatur in ipſius alienatione, de quo nos agimus, dignoſcitur clariùs ex

21 cognitione contrarij: ſi enim feudum planũ, & de tabula eſt illud,cuius collatio ad Comitem, & Baronẽ ſpectat. *vt per Iſern. in cap. 1. §. Regis num. 8. verſ. conſtitutio* Regni *de his, qui feud. dare poſ. & melius in d. cap. Imper. vbi poſt num. 8. verſ. alij dicunt, in car. 9.* cuius aſſenſus requiratur in alienatione feudi, diſtinguens inter feudum quaternatum, & planum tanquam diuerſæ, imò aduerſæ qualitatis, dicit in feudo plano exigendum eſſe conſenſum Baronis,à quo tenetur, *& inferius poſt num. 9. verſ. feuda plana, & latius per Afflict. dec. 243.* quæ Baroni etiam deuoluuntur, *vt habetur in conſt. ſi quando, & per* Afflict. *in Conſtit. poſt*

22 *mortem nu. 3.* cui etiam præſtatur ſeruitium, *vt per D. Capyc. in c. Imper. col. . . . verſ. primum eſt, de quibus plura Cumia in d. c. aliquem in verſ. in capite num. 29. & in verſ. ſubfeudatarium*

23 *n. 23.* Igitur à contrario quaternatum erit feudum, cuius collatio ad Regem ſpectat,vel ab eo tenetur,& hoc nomine appellatur feudum nobile, *vt latius proſequitur* Cumia *in d. verſ. in capite num. 6. & Iacob. de* Franch. *in d. 2. cap.*

24 *num. 27.* & valet conſequentia, conceditur à Rege, igitur eius conſenſus in alienatione eſt neceſſarius, *ita Iſer. in d. cap. Imper. poſt nu. 8. & poſt nu. 9.* ibi conſenſus vtriuſque,*et Camer. car. 72. col. 2. verſ. concludamus,et car. 73. col. 1. in 4. concl. dum citat l. fin.* C. *de auctor. præſtan.*

Secundò, quamuis non fuiſſet neceſſaria ex prædictis, ſolemnitas regiſtrationis in quinternionibus, dũ conſtabat hoc feudum teneri à Rege, nihilominus ex ſcripturis exhibitis clariſſimè conſtitit fuiſſe Caſtrum Torcini ab antiquiſſimis temporibus deſcriptum in quinternionibus Siclæ, quæ hodie conſeruantur in Reg. Cam. & ſic nemo dubitare poterit, quin ſentẽtia lata ſuper his probationibus à Reg. Cam. determinauerit hoc eſſe quaternatum,quia deſcriptum in quinternio-

25 nibus, quos antiquitùs fuiſſe in Curia Syclæ ſæpè dixit *Iſern. in locis ſupra cit. et* Afflict. *in cap. 1. nu. 9. de controu. apud pares, Frec. in d. tit. de differ. in princ. et iterum lib. 1. tit. de origi Baro num. 40. et 41. et 42. nouiſſimè* Cumia *in d. verſ. in capite nu. 4. et 17. et Conſil. de* Anna *conſ. 44. num. 53.*

Tertiò, ne dum probatum fuit teneri à Rege, ſed in capite, & quartò additur amplius in priuilegijs verbum

26 *immediatè*,& ſic ſiuè verbum *in capite* exponatur,ideſt immediatè,*vt explicat Iſern. in cap. ſimiliter verſ. feudum ergo de capit. qui cur. vẽd. et alijs in loc. cit. à Frec. lib. 1. tit. de origine Baron. n. 41. et* Cumia *in d. verſ. in capite in princ.* & ſic à Rege per ſe & non per medium alterius inferioris, *vt tradit Petrus de Greg. de conceſ. feud. par. 7. q. 1. verſ. tertiò fieri cum alijs per Intrigl. de feud. par. 2. art. 84. num. 12.* ſiuè di-

28 camus, quòd plus ſit tenere immediatè,& in capite, quam in capite tãtum, vt perbellè explicat *Camer. car. 69. col. 3. lit.* M. *verſ. illud eſt tenere*, ſemper verba importat vt ſit feudum quaternatum,

natum, vt eſt notiſſimum, & *probat Camer. car. 70. col. 3. lit. R. Frec. loco proximè citato, & latius Cumia in d. verſ. in capite Intrigl. par. 1. cap. 43. nu. 66.* quinimò ex his verbis infertur, vt ſit feudum quaternatum ſimpliciter, & propriè, quod nullo modo tenetur ab alio, non autem feudum quaternatum ſecundum quid, quæ licet inter ſe in multis differant, tamen quòad nos attinet circa aſſenſum Regis requiſitũ in alienatione ipſorum, non minus ille
28 requiritur in vno, quam in alio, *vt poſt Iſer. & Camer. in d. cap.* Imper. *car. 73. col. 1. verſ. quarta concluſio, probat in ſpecie Cumia d. loco nu.* 10. vel ſaltim
24 non poteſt dari feudum in capite, quod non ſit quaternatum ſecundum quid, *Cumia in verſ. ſubfeudatarium num.* 11.

Quintò, eſſe hoc feudum quaternatum fuit apertè probatum ex præſtatione adohæ ſiuè ſeruitij certi, & determinati ipſi Regi, ſequitur enim cõ-
30 ſequẽtia, ſoluitur ſeruitium Regi, ergo eſt feudum quaternatum, quandoquidem pro feudo plano ſeruitium non præſtatur Regi, ſed Baroni, *Iſern. in d. cap. 1. §. ille tamen de controuerſ. apud pares, cum alijs per Cumiam in d. verſ. in capite num.* 16. quinimò ex hoc infertur eſſe quaternatum ſimpliciter, & ſic in potentiori ſignificatu, non autem ſecundum quid, & impropriè, pro
31 quo ſeruitium, & releuium præſtatur Baroni, & non Regi, *vt docet Frec. lib. 2. in 5. auctor. num. 2. in fin. & 3. Camer. in d. cap. Imper. car. 73. col. 4. lit. S. in fin. & car. 68. col. O. & car. 73. lit. C.* Et cum Rex Carolus Secundus de anno 1301. condonaſſet ſeruitium, vo-
32 luit tamẽ portionem victus vnius Monaci ſibi loco ſeruitij retinere.

Sextò, & tandem debuit neceſſariò iudicari quaternatum, quia apparet Regem Carolum II. in anno 1290. præſtitiſſe aſſenſum ſuper donatione, & conceſſione dicti feudi, facta in beneficjum dicti Monaſterij, *iuxta*
33 *doctrinam Iſern. in Conſtit. ſi quis Baro*, & in ſpecie tradunt, *Camer. dicta car. 69. col. 2. & Frec. in d. tit. de differ. inter feuda quaternata, & plana, poſt num. 1. verſ. ſit etiam.*

Et licet non omnis aſſenſus Regis quaternet feudum, niſi cum conſtat de voluntate Regis volentis quaternare, vt infra dicemus, *ex Afflict. & Vrſill.* cuius diuerſum eſt in conceſſione, vt ſupra diximus, & non immeritò, cum aliud ſit dare conſentiendo, quam dare principaliter, *vt ait Camer. d. car. 69. col. 2. lit. G. verſ. & animaduertẽtes,* hic tamen dubitari non poteſt de voluntate Regis, dum aſſeruit feudum teneri à Reg. Curia, & reſeruauit ſibi adoham, ſiuè militare ſeruitium, quod pro eodem Caſtro, ſuæ Curiæ deberi dixit, & alia iura dominicalia, addendo hæc verba (*ſicut in cæteris Caſtris, & terris Baronum, & nobilium Regni*) ex qua reſeruatione, & relatione ad alia Caſtra, & feuda nobilia, & ſic quaternata luce clariùs apparet de intentione Regis, volentis dictum feudum teneri immediatè ſub ipſo, ſicut antea tenebatur.

Septimò, aut aduerſarius prætendit hoc feudũ penes Eccleſiã fuiſſe tẽpore, quo illud alienauit bona athenaſia, ſiuè excadentialia non conceſſa iure feudi, & in hoc non debet audiri, quia eſt contra decretum R. C. ſiquidem certum eſt huiuſmodi athenaſia, de quibus loquitur *Conſtitutio ſi quando contigerit*, non cenſeri iure feudi, pro
34 quibus bonis præſtantur collectæ, tã quam allodialia, *vt per Lucam in l. quicunque C. de omni agro deſerto, & latius poſt Paridem, & alios tradit D. Capyc. in inueſtit. feud. verſ. vaſallorumq; reditibus fol.* 103. *Frec. in d. tit. de different. num.* 23. Aut prætendit penes Eccleſiam fuiſſe feudum planum, & de tabula, quod ſubfeudum nuncupatur, & hoc eſt impoſſibile, tum quia aduerſarius non indicat, nec vnquam indicare, vel effingere poterit Baronem aliquem, à quo, & in cuius territorio
35 Eccleſia hoc ſubfeudum tenuiſſet, prout

prout requiritur vt ſubfeudū dici poſ-
ſit, quod non aliter, quam per ſcriptu-
ras,& monumenta antiqua apparere
poſſet, & quas produceret, ſi ei ſuppe-
terent, quinimò contrarium fuit per
actorem pleniſſimè probatum, teneri
nempè ſub Rege, *immediatè,& in ca-
pite*, & ſemper fuiſſe Caſtrum de per
ſe ſuis naturalibus finibus limitatum,
vt Regij Archiuij ſcripturæ teſtan-
tur contra quas nulla poteſt aliunde
ſuffragari probatio, & proinde petita
36 remiſſio ad R. C. tamquam captioſa
eſt omninò excludenda, *vt dicit gloſ.
in l. qui cum natu* 14. *verſ. idem puto
in verſ. calumnioſam ff.de bonis liber.*
Innoc.*in cap.cum inter,de electio.* Bal.
in cap.conſtitutis eod. tit. D.*de Franch.
deciſ.*262.*in fin.Reg. de Ponte conſ.*97.
*num.*25.

Tum etiam, quia ad hoc, vt Torci-
num fuiſſet penes Eccleſiam feudum
planum,erat præcisè neceſſarium, vel
37 quod fuiſſet conceſſum ſemel à Baro-
ne ipſi Eccleſiæ cum aſſenſu Regis,
vel ſaltim,quòd ante conceſſionem fa-
ctam Eccleſiæ, fuiſſet res ſolita conce-
di alijs:ſolitum autem inducitur ſecū-
38 dum com.opin.per decurſum 40. an-
norum,infra quod tempus duę aliena-
tiones,aut ſaltim vna ante illam,de cu-
ius validitate agitur, interceſſerit, *vt
poſt Iſern.& Afflict.varijs in locis,tra-
dit hæc omnia perbellè D. Capyc.in in-
ueſtit. in verſ.prælati Eccleſiarum, &
in verſ. infeudat etiam quilibet verſ. li-
mita ſextò car.*155. & *D. Præſ. de
Curt.in prima par. diuerſ.feud. cap.*5.
*num.*36.40. & 43. *cum ſeq.* Clarum
eſt enim Barones non poſſe in Regno
39 infeudare de nouo, nedum quotam
partem, ſed neq; rem demanialem,ſi-
uè particularem feudi abſq; Reglo aſ-
ſenſu *per Conſtit.conſt.Diuæ memor.D.
Capyc. in* Imper.car.112.*in paruis verſ.
At feuda plana,Lipar.ad Iſern.in l.Im-
per.num.9.circa medium lit.I. in addit.
incipit quotam*, quinimò nec rem bur-
genſaticam, & liberam poteſt nemo in
Regno in feudum concedere, cum in-
feudatio, & ſubinfeudatio nemini per-
mittantur niſi Regi, *D. Capyc. in l. Im-
per.car.*189.*verſ. limitate etiam, in
paruis,D.de Curte in* 1.*par.cap.*6.*num.*
40 18. ſed benè poſſunt Barones ſolita
bona eſcandentialia ſub conſueto ſer-
uitio alienare *Camer.car.*72.*col.*2. *lit.*
2.*lit.F. & H.* quæ conſuetudo Baro-
num debet eſſe eorumdem Baronum
concedentium, & in eorumdem re-
bus non aliorum, *vt benè aduertit
Camer.car.*73.*col.*3 *lit. L.*

Quinimò ad hoc, vt potuerit con-
cedi, tāquam excadentiale,& ſolitum
concedi in feudum requiritur, vt non
41 fuerit res reconſolidata fuedo,& effe-
cta iterum de menſa, vel incorporata
feudo expreſsè, vel tacitè ob decurſū
alicuius temporis, iuxtà varias opin.
relatas *tàm à D. Capyc.in d. inueſtit.§.
prælati Eccleſiarum in verſ. ſexta con-
cluſio,quàm à D. de Curt.d. cap.*5. *nu.*
56.& 57.vnde,cum iſta non appareāt,
nec aduerſarius probauerit in termino
conceſſo in *R.C.* nullo modo potuit d.
R.C. ſentire hoc eſſe feudum planum,
& ſic neceſſariò determinauit eſſe feu-
dum planum quaternatum,cum requi-
ſita ad feudum planum omninò defe-
cerint.

Nec obſtat,ꝙ ſi in prima conceſſione
feudiplani reqreretur aſsēſus Regis,nō
daretur feudum planū cū aſsēſus Re-
gis, eo ipſo feudum quaternet *vt dicit
Iſern. in Conſt.ſi quis Baro,* diximus
enim ſupra aſſenſum Regis tunc demū
quaternare, cum conſtat de voluntate
42 ipſius id volentis, quod colligitur ex
eo,quod exprimit,vt feudum teneatur
ab ipſo Rege,ſecus cum ſimpliciter aſ-
ſentitur Baronis conceſſioni, *vt docet
Afflict in cap.*1. *nu.*52. *verſ. ſed etiam
ſi Dominus vſq; ad fin.& num.*53. *de
controuerſ. apud pares term.Vrſill. dec.*
282.*poſt nu.*1. *verſ. quod tamen fallit.*

Quòad ſecundum artic. principalē
attinet,idem fuiſſe per decr.*R.C.* de-
ciſum nō ſolùm quòad Caſtrum ipſū,
ſiuè ipſius caput,ſed etiam quòad alia
territoria, vt omnia pari modo quater-

nata

nata feuda cenſeantur declarata.

Dicit aduerſarius, eſto quod Ca-
43 ſtrum ipſum ſit quaternatum, non ſe-
quitur cõſequentia, ergò reliqua con-
ceſſa cum Caſtro ſunt quaternata, idq;
authoritate *Affl. in conſt. ſtatuimus la*
ſecõda poſt n.10. verſ. vnde ſi Princeps,
& Frecc. in 29. auct. n. 6. verſ. tertiò in-
tellige, dũ dicũt *quod conceſſo Caſtro à*
Rege cũ domibus, iardenis, baiulatione
&c. hæc cũ caſtro cõceſſa non ſunt qua-
ternata, niſi de per ſe fuerint in quinter-
nionibus deſcripta.

Sed pro reſolutione conſidero duos
caſus, aut.n. ſupponimus, ꝙ in facto cre
do me pleniſſimè ꝓbaſſe .ſ. Eccleſiã in
anno 1540. conceſſiſſe nedũ quaſdam
terrarũ petias, vt aduerſarius prætẽdit,
ſed integrũ Caſtrum Torcini incluſo
quoque ipſius Caſtri capite, ſeu for-
tellitio cum antiquis ædificijs, licet di-
rutis, vbi erat hominum incolatus,
prout priſcis temporibus fuerat Eccle-
ſiæ conceſſum, & ab ipſa poſſeſſum,
quod nullo modo tergiuerſari poſſe
opinamur ex antiquis ſcripturis Regij
Archiuij, & alijs deductis, & tunc ni-
hil penitùs refert diſſerere, ſi membra
ſunt quaternata vel ne, reſpectu eius
de quo nos agimus, ſiquidem & ſi eſ-
ſet vera prædicta opinio *Affl. & Frecc.*
& id ſentirent, ad quod ex aduerſo
citantur, tamen eo ipſo quod ſupponi-
mus ipſum caput Caſtri, tãquam qua-
ternatum fuiſſe malè alienatum, per-
neceſsè ſequitur, vt membra ſimul, &
ſemel cum ipſo alienata ſequantur ca-
put, nec poſſit ſuſtineri membrorum
alienatio, cum nec poſſint à capite di-
uidi, aut quoquo modo ſeparari, vt
mox probabitur.

Aut verò & ſecundò ſupponimus aſ-
ſumptum aduerſarij dicentis, vel Ec-
cleſiam nunquam poſſediſſe Caſtrum
Torcini, vel etiam ſi poſſederit nun-
quam conceſſiſſe in dicto anno 1540.
niſi tantùm quaſdam terrarum petias
de feudo Torcini, non autem Caſtrum
ipſum, ſiuè caput Caſtri, & hoc caſu
dũtaxat procederet oppoſitio partis,
& neceſsè eſſet diſſerere de veritate, &
intellectu verborum *Affl. & Frecc.*

Et quãuis ſit indubitatũ, nos verſari
in primo caſu, non in ſecundo, ſiqui-
dem vltrà pleniſſimè deducta in
facto, id apparet, quia Eccleſia aliena-
uit Torcinũ cum ſuis pertinẽtijs omni-
44 bus, & integro ſtatu, quo caſu omnia
cõprehenduntur *l. ſi quando C. de bonis*
vacant. lib. 10. præſertim adiectis fini
bus l. qui fundũ l. rutilia polla ff. dè con-
trah. empt. Oldr. conſ. 197. n. 3. Affl. dec.
68. nu. 3. Couar. pract. cap. 3. nu. 1. & 2.
Paris de Puteo de reinteg. §. pone quod
45 *petitur num. 4. fol. 8. à terg.* ex qua fi-
niũ adiectione videtur integra res cõ-
ceſſa, tametſi non eſſet tota conce-
dentis, ſed cum alio communis, *vt per*
Bald. in l. cum alienam C. de legat. in l.
labeo §. cum fundus ff. de leg. 1. cũ alijs
per Paridem de reinteg. feud. cap. pone
quod dominus, car. 163.

Vndè cũ feudũ hoc integrũ cũ ſuo
territorio, & mẽbris, prout antiquitùs
fuit Eccleſiæ conceſſum, alienatũ fue-
rit ab eadem Eccleſia de anno 1540.
cum iuribus, & pertinentijs ſuis, ſub
46 quibus omnia cõprehenduntur, quæ
ipſi rei accedunt, *vt per Innoc. in cap.*
cum ad ſedem de reſtit. ſpol. Iſern. in
cap. 1. §. traditionibus num. 5. in fin.
quid ſit inueſt. D. Capyc. in verſ. feudo-
rum clauſulæ, verſ. cũ iuribus, Intrigl.
2. cent. art. 78. tametſi contineret plura
47 feuda, & diuerſas res, eſt tamen effe-
cta vnica Baronia, & vnicum feudum
iuxtà terminos *cap. 1. de capitan. qui*
cur. vend. vbi Iſer. in princ. & fin. Bal.
& Præpoſ. in cap. 1. §. item ſi quis, quib.
mod. feud. amit. cum concor. per Aret.
conſ. 15. col. 1. & propterea de eo ſicut
de vnico feudo eſt iudicandum, feuda
48 .n. efficiuntur de pluribus vnum, aut
plura de vno deſtinatione Regis, ſicut
fundi deſtinatione patrisfamilias, *vt ex*
l. quod in rerum natura §. fin. ff. de leg.
1. tradit Iſern. in cap. 1. nu. 4. in fin. vbi
Lipar. lit. C. verbo, natura, affert con-
cord. Quid ſit inueſt. quinimò coniun-
git, & ſeparat Prouincias, & Regna

ipſa , & naturam feudorum alterat, &
immutat ad libitum, vt latius proſequi-
tur *Frecc.lib.1.de origin.Baron.poſt nu.*
26.& num.30. cum ſequen. vnitorum
enim vnita eſt natura , & proinde , qui
49 petit caſtrum, videtur perere cum ſuis
pertinentijs, iuribus, & diſtrictu, & ven-
dita Baronia omnia , quæ ſunt intra fi-
nes, cēſentur vendita, nec vnũ, & idem
feudũ poteſt diuerſo iure cēſeri, *vt hæc*
omnia latiùs proſequitur Affl.in d.c.1.
n.14.19.& 21.de capit.qui cur.vend.
Vnde ſi non potuit alienari caput
ipſius feudi, ꝙ nõ negatur quaternatũ,
& ex hoc redditur nulla cõceſſio, pari
modo reuocari debet cõceſſio mēbro-
50 rũ, nã alioq̃n induceretur diuiſio eiuſ-
dē feudi cõtra volũtatē Regis, & legis,
vt optimè explicat Loffred. in conſ.39.
nu.30. & 31. quinimò feudũ ipsũ iu-
51 ris miniſterio tãquã homo mutus pōt
ſibi reintegrari facere mēbra alienata ,
& ſeparata ab ipſo capite *iuxtà gloſſ in*
cõſt.cõſuetudinē vbi Iſer.de rei action.et
excep. et Frecc.lib.2.auth.2. Baron.ſub
add.noua incip.ſæpè fui,ſub n.27 f.281.
& lib.3.de formulis § *1.n.5.f.382.*
Et ſicuti generaliter mēbra debēt à ca
pite regulari *c. cũ nõ deceat de reſcrip.*
ſic id potiſſimè procedit in feudis ex
52 quo cõſuluit *Caſt.cõſ.102.p.2.* ꝙ diſpo
ſitũ ꝑ ll. Hyſpaniæ circa ſucceſſionem
illius Regni, deberi ſeruari in mēbris,
& ſucceſſionibus inferiorũ, & feudorũ
exiſtentiũ in illo Regno; & in Ducatu
Ferrariæ cõſuluit latè *Dec.cõſ.389.nu.*
7. & ꝓinde id, ꝙ ſeruatur in capite Ba-
roniæ, ſeruãdum eſſe quoq; in mēbris
ipſius, nã contentũ debet ſequi naturã
cõtinētis *l.ex ea cauſa ff.de poſtul.Iſer.*
in c.1.de cõſuet.recti feudi, Napod.et ibi
add. loquentes de feudis Regni ꝙ ſint
hęreditaria, ſicuteſt ipsũ Regnũ ex an-
tiq̃s *inueſt.in cõſuet.et ſi teſtator in add.*
incip.dicit Napod.lit.C.car.176.cũ dua
bus ſeqq. D. meus de Curt. p.1.de feudis
c.15.n.142. cum ſeq faciunt, quæ tradit
Frecc. de orig.Baronu §*.vidimus n.20.*
car.11. nec poſſe Caſtrũ peruenire ad
vnũ, & mēbra, ſiuè corpora illius ad al-
53 terum, quia eſſet diuidere Baroniã, &
quod fieri non pōt ſine expſſo cõſenſu
Regis, *ex c.Imp.& cõſt.diu.mem.* latè
hæc, & alia aurea tradit *Loffr. in d.cõſ.*
39.nu.33.in fin. & 34.
Sed eſto, ꝙ nos verſaremur in ſecũdo
caſu, (ꝙ nũquã cõcedimus) .ſ. nõ fuiſ-
ſe alienatũ ab Eccleſia totũ Caſtrũ, ſed
quaſdã petias, & mēbra Caſtri, adhuc
nõ obſtãt *doct. Affl. & Frec.* q̃a ſi benè
ꝑpēdatur dictũ *Affl.* nihil aliud dicere
54 voluit, niſi ꝙ domus , vineæ baiulatio
conceſſæ cũ Caſtro nõ sũt feuda qua-
ternata de ꝑ ſe, niſi cõcedãtur à Rege,
& deſcribãtur de per ſe in quinternio-
nibus, ſed nõ negat *Affl.* quin ſint par-
tes feudi quaternati , & proinde cen-
ſeantur eodem iure, quo ipſius caput ,
& conſequenter inalienabilia cum
ipſo feudo, & multò fortiùs diuiſim
abſq; aſſenſu Regio , cum nemo ſani
capitis affirmare poſſit, baiulationem ,
vel molendina conceſſa per Regem
55 Baroni cum Caſtro, poſſe per Baronē
alienari, & diſmembrari ſine Regis aſ-
ſenſu, *vt tradit Anna in Conſtitutione*
Conſtitut. ſuper gloſ. verſ. minuendis
num.174. & 173. Intrigl.de feudis par.
2.cent.5. nu.511. & ad hoc affero au-
rea verba *Barth. de Capua, qui in Con-*
ſtitut. Mag.Cur. noſtræ hæc verba ſu-
bijcit *(quia hic exprimitur , quòd quæ-*
ſtio, ſeu cognitio feudi quaternati ſpectat
ad Magiſtrum Iuſtitiarium, quæritur
quid de re ſingulari feudi quaternati, &
poſt multa , quæ hinc inde dici poſſent
conclude , quod idem dicendum eſt ,
quia hæc res ſingularis feudi æquipa-
ratur toti feudo , & ex rebus feudum
conſtituitur , & ſic ſunt ſubſtantialia
feudi , & ideò ſubſtantia eſt ſpectanda)
hæc ille, & hoc idē voluit *Iſer. in Cõſt.*
Iuſtitiarij nomen col.2. dum dixit, quę-
56 dam eſſe loco quaternatorum , cuius
authoritate *dixit D.Capye. in ſua inue-*
ſtit.in verſ.Caſtra omnia, quædam eſſe,
quæ quaternata dici nõ poſſunt, cũ de-
ſcripta nõ ſint in quinternionibus , ſed
sũt ad inſtar quaternatorũ, & ꝓinde aſ-
ſenſum Regium in eorũ alienatione
eſſe

Digitized by Google

eſſe neceſſarium, *& iterum col.ſequen.*
in verſic. planum ibi (ſed ſi Baro in-
feudaret alium de Caſtro non eſſet pla-
num, ſed quaternatum, aut ad quater-
nati inſtar) intentio autem *Afflict.* in
hoc non fuit alia, niſi reprehendere fi-
ſcales, dum dixit, (*& in hoc vidi certos*
Aduocatos Fiſcales grauiter errare)
cum enim hæc feudorum in quinter-
57 nionibus deſcriptio non ſit ob aliud
adinuenta, niſi propter intereſſe Re-
gis, vt ſciant, qui ſint vaſalli, &
quæ ab eis teneantur in feudum,
vt dicit Free. ex Iſern. in tit. quis dica-
tur Baro num. 3. in fin. libr. 2. vt eum
refert Cumia *verſ. in capite num. 5.*
dixit Afflict. non benè eorum munus
implere fiſcales, dum non curant om-
nia membra feudi quaternati ob inte-
reſſe Regis deſcribi, vt clarè colligi-
tur ex dictis per eum *in d. cap. 1. de*
controuerſ. apud pares poſt num. 53.
verſic. ſed ſi eſſent, vbi apertè *Af-*
flict. ſe ipſum declarat, & aſſerit, in
58 alienatione horum bonorum requi-
ri Regium aſſenſum ad inſtar qua-
ternatorum, & meritò cum appellet
ea bona demanialia feudi, quę ſatis
59 eſt notum non poſſe per Barones
alienari ſine Regis aſſenſu, *vt per*
Iſern. in d. Conſtitutione conſt. tut. col.
2. cum alijs per Dom. Capye. in inue-
ſtit. verſ. inſeudat etiam quilibet, verſ.
limita ſextò car. 155. Nec ex eo quod
60 interuenerit aſſenſus in alienatione
demanialium etiam per mille annos
et ita practicatum, & obſeruatum,
eſſet inducta Conſuetudo, vt aſſenſus
non requiratur D. *Capye. in verb. feu-*
dorum alionationes limit. 22. eſſet enim
probanda ſcientia, & tolerantia Regis
Oldrad. conſ. 237. *Curt. de feud. 4. par.*
q. 19. præſertim in Regno, vbi eſt pro-
hibita omnis conſuetudo contra con-
ſtitutiones, niſi adſit Principis conſen-
ſus, qui eſſet probandus, idem *Capye.*
verb. feudorum diuiſio limit. 5. ſub lim.
1. car. 165.

Et ſic quamuis iſta bona non eſſent
feuda quaternata de per ſe, eſſent ta-
mē, vel demanialia feudi, *vt dicit Affl.*
vel regalia, cuiuſmodi eſſe aquas, de-
curſus aquarũ, mõtes, nemora, paſcua,
fortellitia, molēdina, clibana, & alia ſi-
milia, ad inſtar Regis, qui pro ſuo de-
manio, & Corona habet p̃cipua quędã
gabellas. ſ. dohanas, & alia *tradit Frec.*
46. auctor. lib. 2.

Quæ conſtat ſimiliter eſſe prohibi-
ta poſſideri abſq; Regia conceſſione,
nec alienari abſq; aſſenſu, *vt tradit D.*
Capyc. in inueſt. in verſ. planis paſcuis,
&c. car. 105. prout omnia iſta bona, &
iura de quibus loquitur *Affl. & Frec.*
61 *in d. loc.* inter demanialia deputata pro
victu Baronũ enumerat *Paris de rein-*
tegr. deman. Regis, & Baron. & c. ſeq.
vbi in c. incip. quæ bona n. 5. dixit ꝙ res
ſolitæ concedi, & infeudari per Baro-
nes non ſunt demanialia.

Et pari modo reſoluuntur dicta per
Free. qui dum dicit hoc ſentire *Iſer. in*
c. 1. de controu. apud pares col. 3. iam ex
dictis ſupra conſtat *Iſer.* totũ oppoſitũ
62 ſentire, dũ voluit conceſſionem Regis
quaternare feudũ, & ſic ſufficit mēbra
illa feudi fuiſſe per Regē ſimul cũ feu-
do conceſſa, vt ſint quaternata, ꝙ idem
Frec. ſibi cõtrarius voluit *in ead. auct.*
29. n. 2. ante fin. verſ. feudũ quod tene-
tur, & iterũ in tit. de differ. in prin. verſ.
illud iutē, vt ſupra latius probaui, dum
verò ſubijcit *ex Iſer. in cap. quid ſit in-*
63 *ueſt.* feudum eſſe vniuerſitatem facti,
quia habet bona naturæ diuerſæ, vt
emphiteuſim, liuellum, cenſum, & allo-
dialia bona, loquitur de feudo in ab-
ſtracto, quod poteſt hebere mēbra etiã
in alieno territorio *Paris de reint. §.*
conceſſa f. 88. *cum in fin. per Giurbam*
dec. Sicil. 50. n. 14. qui poſt hic ſcripta
longo tēpore typis datus eſt, poteſt ha-
bere ſub ſe bona multiplicis ſpeciei,
hoc tamen nõ præſumitur, niſi oſtēda-
tur, quia non docto de titulo ſpeciali,
præſumerentur eodē modo feudales,
vt concludit Camer. car. 38. col. 2. lit. I.
& car. 39. col. 2. lit. G. & ſic non dixit
Free. quod bona nõ deſcripta de per ſe
in quinternionibus in iſto feudo tali-

ter à Rege cōceſſo ſint emphiteutica ,
vel allodialia, niſi expreſsè hoc appa-
reat , ſed quod eſſe poſſunt, vnde cum
in caſu noſtro iam ſit iudicatū eſſe feu-
dalia,& non burgenſatica,non poſſunt
applicari eius dicta , q̄a loquitur in eo
caſu,vbi talia bona poſſunt habere aliā
omninò diuerſam naturam, ſcilicet ,
quàm hic habere non poſſunt .

Nō obſtat pariter quod ſubijcit , de
64 comitatu cōceſſo cū caſtro, vt caſtra
poſſint diuidi, quāuis comitatus ipſe
ſit indiuiduus, q̄a ipſemet fatetur *Dec.*
tenere contrariū in cōſ.389. cuius opin.
veriorem , et com. probat Loffred. in d.
conſ. 39.nu.33.et ſeq.

Nec dicatur ex aduerſo, ꝙ hāc opin.
vltra *Affl. et* Frec. ſeq̄tur etiam *Camer.*
car.69.col.2.verſ.benè verū,Camer. .n.
rectè ꝓpēſus aliter intelligit *Affl.* cū.n.
paulò ſuperius *in ver. feuda* exp̄ſsè,fir-
mauerit ꝙ cōceſſio ipſa facta à Rege fa
65 cit feudū quaternatū,reprebēdēs *Affl.*
aliter dicēte̅ *in dec. 282. verſ.pro deci-*
ſione, vt ſupra ſubijcit poſtea hæc ver-
ba (*bene verū putarē , quod licet collatio*
principalis faciat feudū quaternatum
ſimpliciter,vel cōsēſus in feudo,quod ſub
eſt Baronię faciat feudū quaternatū ſe-
cundū quid,tn̄ res ſubiectæ feudo, vt sūt
feuda plana,athenaſiæ , et ſimilia rema-
nebūt in ſua natura, quoniā illa nō alte-
rātur, loquitur ergo *Camer.* nō de re-
bus,& iuribus cōceſſis ſimul cū feudo,
quæ ex collatione Regis perueniūt ad
feudatarium, quæ ipſe contendit effici
quaternata, ſed de rebus ſubiectis feu-
do, quæ per prius conſtabat eſſe feuda
plana,& athenaſia,iſta .n. tn̄ concedit
Camer. remanere in ſua natura,& in
hoc caſu tn̄ voluit ipſe ſaluare opin.
boni illius ſenis, vt eum ſœpè appellat
Affl. quod nos non negamus .

Vltimò, quòd hæc opin. *Afflict. et*
66 *Frec.* ſit omninò falſa, ex quo conceſ-
ſa cum Caſtro ſicut ſunt feudalia ſunt
quaternata ſicut eſt Caſtrum, & quòd
nō poſſint diuerſo iure cēſeri,q̄a eodē
modo à Rege cōcedūtur , & ꝑ eis im-
mediatè Rex recognoſcitur,& q̄a non
poſsūt diuidi,iuribus,rationibus,& au-
ctoritate *Iſer.Gul.de Pern.Petri de Gre-*
gor.et aliorū Feudiſtarū cōtra Affl. ex-
preſsè defendit Cumia in repet. ad d.c.ſi
aliquē,ver.in capite à n.17.et p̄ciſè n.22.
et 23.vbi optimè,& ſubtiliter loq̄tur .

Et eius dicta cōfirmari poſsūt *auct.*
Baldi in c.1.de cōten.inter.maſc.et fęm.
n.3. vbi in feudo integrali , & in p̄dijs
ſitis in eodē loco,firmat nō deberi di-
uerſo iure cēſeri,& ſumēdā eſſe conie-
cturā ab eo ꝙ plurimū poteſt, *arg. l.do-*
mum de cōtrah. empt. quod ibi *Aluar.*
67 largiùs oſtendit. Et quod præſumātur
omnia bona feudalia, & eiuſdem qua-
litatis,probat in ſpecie *Iaſ. poſt Bald.*
& Rom. quos citat in conſ. 235. in fin.
lib.2.Zaſius conſ.11.vol.1. quos ſequi-
tur Gabr.in ſuis concl. lib. 3. tit.de feu-
dis concluſ.3. numer. 5. Intrigl. alios
quoque cumulans d. cent.2. cap.43. &
86.Paris de reintegr. S.pone quod peti-
tur nu.16 tit.9. cum enim hæc prædia,
ſint nullo medio annexa , & coniuncta
Caſtro ſunt vnum, & idem continens,
præſertim cum non appareat vnquā
per alios poſſeſsa , quàm per domi-
nos Caſtri , vt conſtar ex inſtr. anni
1401. producto per partem, propter
connexionem idē eſt iudicandū,quòd
de Caſtro , & dicitur vnū corpus poſ-
ſeſſionum omnium ſemper ab inueſti-
tis vnà cum Caſtro poſſeſſum , ex quo
omnia habentur pro vna re. Cū.n. iſtæ
poſſeſſiones vno teneantur corpore
pro vnico fundo habentur,etiā ſi eſsēt
in plures partes diuiſæ gratia commo-
dioris culturæ, & proinde eſt,ac ſi ſpe-
cificè fuiſſent nominatæ , vt in termi-
nis hæc,& plura alia cōſiderat in mate-
ria feudali *Natt.cōſ.446. à n.1. ad* 10.
& poſt nu.11. verſ.neminem lib.2. &
faciūt , quæ plena manu congerit *Me-*
nocb.lib.3.de præſ.c.101.n.4.& 5.

Quo ad tertium,& vlt.art.principalē
ſuppoſito,citrà tamen veri pręiudiciū,
hoc Caſtrum fuiſſe penes Eccleſiam,
tāquam feudum planum , & de tabula
ſub aliquo Barone,ita quod nullo mo-
do fuiſſet ſub Rege, neq; ſimpliciter ,
neq;

Google

neq; *ſecundum quid*, quamuis alienari potuiſſet per Eccleſiam cum conſenſu ſolius Baronis, id tamen non aliter permitti potuiſſet, niſi illud alienando tanquam feudum planũ ſiuè ſubfeudũ,
67 & eodem iure ſub eadem lege, & natura, qua erat penes concedentẽ, & nõ aliter, ita quod feudi cõditio in aliquo non alteraretur, ſed ſolius perſonæ fieret commutatio, *cap.* 1. §. *ſimiliter verſ. profectò de l. Corradi*, & clauſula ad vendendum, & alienandum, intelligitur in feudum, non in burgenſaticum, *D. Capye. in verb. ad vendẽdum in verſ. & hæc clauſula in ſua inueſtit. fol.* 135. at hic concesſit Eccleſia hoc feudum in allodium in emphiteuſim, ſiuè ad libellum ſub annuo canone, & pactis emphiteuticis, quæ diuerſam habere naturam à feudis de ſe patet, & diſcurrit *Camer. car.* 38. *à ter. lit. P. & Q.* quod nullo iure fieri potuit alterando, & mutando naturam feudi, *Camer. latè in l. Imper. car.* 25. *col.* 2. *verſ. non obſtat ſextum, & car.* 40. *à ter. litera L. & Iſer. Camer. Pernus*, & alij in locis congeſtis *per Lipar. ad Iſern. in d. §. profectò in* 1. *addit. litera* F. D. *de Curt. in* 1. *par. ſui tract. feud. cap.* 6. *nu.* 13. Cum enim res datur pro cen-
68 ſu, nec copulatur fidelitas, conceſſio non eſt in fedum, ſed in allodium etiã ſi eſſet comitatus, & quod eſt feudum
69 non poteſt fieri allodium, niſi ab eo, qui illud facere poteſt, lege, vel cõſuetudine permittente, vt hæc omnia *tradit Camer. car.* 41. *à ter. col.* 3. *lit. O. & P.*
70 ſicut in ſimili Baro non poteſt concecedere huiuſmodi ſubfeuda, niſi ſub ſolito, & conſueto ſeruitio, & cum iiſdem pactis, & conditionibus *Camer. car.* 72. *lit.* F. *col.* 2. *Curt. in* 4. *par. tract. feud. num.* 83. *Vrſill. deciſ.* 243. *num.* 2. *in fin.* & aliter facta conceſſio non tenet per ea, quæ cumulat *Pariſ. de reinteg. feud. c. quia ſapè Barones n.* 1. *&* 7. *car.* 22. Et hoc maximè procedit, cum alienantur ſubfeuda tamquam bona libera allodialia nullius Baronis aſſenſu reſeruato, quo caſu fortiùs irritari debet alienatio, cum eo caſu nullus aſſenſus ex tẽpore præſumi poſſet, cum de eo partes non cogitauerint. Cætera ſuppleant. menſe Octobris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Caſtro conceſſo cum pertinentijs ſuis, & integro Statu, veniunt omnia cohærentia, quinimò, & ipſa iuriſdictio.*
2 *Territorio vniuerſaliter cõceſſo, videtur quoq; conceſſa iuriſdictio, ſecus in re particulari.*
3 *Territorio etiam præſcripto, cenſetur præſcripta quoq; iuriſdictio.*
4 *Conceſſio Caſtri, & territorij æquiparantur, & num.* 7.
5 *Iuriſdictio, & merum Imperiũ quoq; comprehenduntur, facta conceſſione territorij in dominium, licet aliud ſi facta ſit in officium.*
6 *Conceſſio videtur facta eo modo, et forma prout erat penes cõcedentem, etiã ſi ſpecialis expreſſio exigeretur.*
8 *Territorium à terrendo dicitur.*
9 *Territorium, & tenimentum* [illegible] *et idem.*
10 *Merum Imperium in Regno communicatum tempore* Ioannę, *et* Alphonſi.
11 *Caſtrum, iuris intellectu feudum quaternatum.*
12 *Caput caſtri, depopulato caſtro, efficitur ſimplex locus caſtri.*
13 *Iuriſdictio cohæret territorio ſaltim paſſiuè ex com.*
14 *Diuiſio feudi prohibita, etiam in Regno Siciliæ vltra farum, vbi feuda alienantur ſine aſſenſu.*
15 *Partes feudi ſimul cum feudò conceſſæ, et poſſeſſæ ſunt feudales, quin imò quaternatæ, vt ſine Regis aſſenſu alienari nequeant.*

ARGVMENTVM.

1

Caſtro, territorio, vel tenimento vniuerſaliter cõceſſo cũ pertinẽtijs ſuis, & in-

tegro Statu, oĩa cohærẽtia quinimò, & ipſa iuriſdictio cõtinetur ſub ea forma, qua erat apud concedentem. Et de capite Caſtri, & partibus ipſius, quod eiuſdem naturæ cum capite cenſeri debeant.

In eadem cauſa.

CONTROVERSIA VIII.

HIs quæ prius latè ſcripſi pro Eminentiſſimo Domino Card. Aldobrandino addo ſubſcriptas veriſſimas concluſiones.

Prima ex conceſſione facta per Eccleſiam de anno 1540. fuiſſe translatã in conceſſionarium, licet de facto, etiã iuriſdictionem, quam habebat Eccleſia, ſiquidem, nedum conceſſo Caſtro
1 cum pertinentijs ſuis, & integro Statu, vt hic, veniunt omnia, quæ cohærent Caſtro, & præſertim iuriſdictio, vt latè de comm. probant *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. part. 7. quæſt. 1. nu. 4. Ann. all*[illegible]*2. & 108. & ſingul. 72. Regens de* [illegible]*te conſ. 63. num. 25.*

Sed etiam ſi Princeps, vel alius cõ-
2 cederet vnum territorium vniuerſaliter, videtur concedere quoq; iuriſdictionem vniuerſaliter, quam in eo habet, ſecus ſi cõcederet in vna particula, vel in vna re particulari, *ita Bart. in l. 1. col. fin. num. 16. ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi *Iacob. Iaſ. Dec. & Sapia,* qui dicit comm. & receptiſſimam eſſe opin. probat *Regens de Ponte deciſ. 2. num. 14.* qui ampliat procedere etiam in præ-
3 ſcriptione, vt præſcripto territorio, cenſeatur etiam præſcripta iuriſdictio, & probato, quod quis habet territoriũ ex conſequenti probaſſe cenſetur habere iuriſdictionem.

Et ſic nulla eſt differentia inter cõ-
4 ceſſionem Caſtri, & conceſſionem territorij, quia conceſſo Caſtro cum pertinentijs, nihil aliud venit, niſi territorium, cui ſi iuriſdictio inerat, illa quoq; venit, & ſic quæſtio facti eſt, non iuris, *Camer. in ſpecie in l. Imper. car. 38. col. 2. litera G. & litera H.*

Nec requiritur ſpecialis expreſſio,
5 vt concedatur etiam cum territorio iuriſdictio, quia procederet, vbi concederetur in officium, ſecus quando cõceditur in feudum, & ſic in dominium, quia tunc iuriſdictio quinimò, & merum imperium etiam non expreſſum comprehenditur, *Ann.* in term. *d. alleg.*
6 *52. num. 12.* & conceſſio videtur facta eo modo, & forma, & cum iuribus, quæ erant apud concedentem, etiam ſi ſpecialem exigerent conceſſionem *Anna d. alleg. 52. num. 42. & ſeq.*

Et ratio eſt, quia nulla eſt differen-
7 tia inter conceſſionem caſtri, & territorij, quia ſicut conceſſio caſtri ex iuris intellectu omnem iuriſdictionem ſub ſe continet, vt de comm. notat *Anna d. alleg. 52. num. 13.* ita etiam appellatione territorij, iuriſdictio quoq, cõprehenditur, cum territorium à terren-
8 do, ſiuè diſtringendo dicitur *l. pupillus §. territorium ff. de verb. ſignif. Camer. d. car. 38. col. 2. litera H. ver. nec obſtat.*
9 Vnde cum territorium, & tenimentũ, ſint vnum, & idem, & nõ minus vnum, quàm aliud dicatur Vniuerſitas agrorum, infra quos magiſtratus cuiuſq; caſtri, ſiuè loci, terrẽdi ius habet, vt in ſpecie notat *D. Capyc. in inueſt. verſ. Territorijs tenimentis f. 125. Petr. de Greg. par. 2. quæſt. 3. num. 5. Paris de Puteo* optimè *in tit. de verb. ſignif.* quem poſuit poſt tract. *de reint. in verſ. Territorium il ſecondo, & 3. ibi Territorium ſeu tenimentum, &c.* Nihil mirum ſi conceſſo in præſenti caſu tenimento Torcini, veniat iuriſdictio, & maximè cum non appareat Monaſterium habuiſſe niſi ſimplicem iuriſdictionem ciuilem, cum obtinuerit Caſtrum ex ex tempore *Caroli II.* & merum im-
10 perium non fuerit niſi longo poſt tẽpore cõmunicatum per *Ioannã, & Alphonſum,* iuxtà not. *in Conſtit. ea, quæ ad decus,* & ſic facilius potuit transferri ſimplex iuriſdictio ſine mero Imperio.

Et ad hoc in ſpecie reſpexit decretum R. Cam. dum dixit, Caſtrũ Torcini, & omnia territoria eſſe feudalia, vt ſub

11 ſub hoc nomine (Caſtrum), iuxtà iuris intellectum, decideret eſſe feudum quaternatum, vt latè *per Reg. de Ponte d. deciſ. 2. num. 19.*

Et vt oſtenderet per Eccleſiam fuiſſe conceſſum totum caſtrum cum iuriſdictione, prout erat penes illā, ob id non ſine myſterio, quod in conceſſione anni 1540. & 1544. appellatur tenimentum, in d. decreto nominatur caſtrum, & ſic apertè eſt deciſum fuiſſe alienatum caſtrum, ſcilic. cum iuriſdictione.

Sed è cōtrariò, ſi diceremus Eccleſiam conceſſiſſe vniuerſaliter totū territoriū, incluſa etiā ea parte, quæ anti-
12 quitùs erat caput caſtri ꝓptèr hominū habitationem, quæ poſtea deficientibus hominibus non erat amplius caput caſtri, ſed locus vnus ipſius caſtri, ſeù vulgàriter vna petia terræ, vt dicit *Paris d. tit. de verb. ſignif. ver. locus ex l. locus, & fundus ff. de verb. ſignif.*

Verùm diceremus non fuiſſe ſub dicta conceſſione comprehenſam iuriſdictionem, ſed illam remanſiſſe penes Eccleſiam, fortius alienatio eſſet inua-
13 lida, ſiquidem cum iuriſdictiō cohæreat caſtro ſaltim paſſiuè, ſecundum comm. opin. relatam *per Reg. de Ponte d. dec. 2. num. 16.* nedum fuiſſet alienatio nulla, quia àlienatum feudum ſine aſſenſu, ſed quia fuiſſet diuiſum feudū, & ſic ſeparatum territorium à iuriſdi-
14 ctione, quod adeo eſt prohibitum, vt quamuis *per Cap. volentes* Regni Siciliæ vltrà farum ſit permiſſa alienatio ſine aſſenſu, tamen hoc non procedit, niſi feudum integrum alienetur, *Cannet. in cap. volentes §. opere pretium nu.* 49. qui dicit, quod alienatio, quæ fit diſmembrando, omninò prohibetur, niſi ſuper vtroq; impetretur aſſenſus.

15 Vltimò, vt oſtēdam, quod terræ poſſeſſæ cum caſtro, ex Regis conceſſione facta cum iuribus, & pertinentijs ſuis, nedum ſunt feudales, *ex Iſern. in cap. 1. §. quidam 1. col. de controuerſ. inter maſc. & fœmin.* ſed adeò eſſe feudales huiuſmodi res exiſtentes intra fines feudi, vt nec alienari poſſint ſine Regis aſſenſu ex *Conſtit.* & ſic eſſe pariformiter quaternatas, quinimò duplici iure prohiberi ipſorum alienationē, exquo diminueretur feudū, & ad nihilum reduci poſſet, & ſic neque dartur præſcriptio in huiuſmodi alienatione per *Conſtit. Conſuetudinem*, vbi aliàs totum feudum pręſcribi poſſet, videatur omninò rogo *Petr. de Greg. par. 2. q. 7. à n. 1. & 5. verſ. amplio nunc, & nu. 11. & 26. in fin.* quem ſequitur indubitanter *Intrig. par. 1. quæſt. 43. nu.* 88. & 90.

DECISIO.

Eminentiſs. Cardinalis Antonius Carrafa, Abbas cum eſſet Sanctæ Mariæ della Ferrara tractauit huius cauſæ expeditionem contra Ducem Boiani ex familia della Noy, ſed remiſſa cauſa duabus S. C. Aulis, ſuffectoque Abbate in Cardinalis locum D. Fabritio Carrafa, eius nepote, quia incidit dubium, feudale ne eſſet, an burgenſaticum Torcini Caſtrum, fuit decreto Sac. C. prouiſum anno 1592. his verbis. *Ex quo in cauſa prædicta incidit quæſtio. An territorium in actis deductum ſit burgenſaticum, vel feudale, articulus prædictus remittatur ad R. Cameram Summariæ.* Et tandē remiſſa cauſa, inſtructo ꝓceſſu referēte Præſide Montoya ſuper declaratione. An Caſtrum Torcini, & territoria cōprehenſa infra limites ipſius relatos in cōceſſione olim facta ſub die 13. Maij 1540. per Reuer. Cardln. Sancta Flora tunc Abbatem Ioanni Baptiſtæ della Valle in ꝓceſ. car. 202. poſſeſſa ꝑ Ducē Boiani ſint feudalia, vel burgenſatica. Decreto R. Cameræ lato die 9. Ianuarij 1603. cum tribus adiunctis Sacr. Conſ. prouiſum eſt. *Omnia territoria comprehenſa infra limites ipſius relatos in conceſſione prædicta poſſeſſa per Ducē Boiani fuiſſe, et eſſe feudalia præter peruenta in poſſe Ducis alio titulo.*

Quo

Quo ex decreto cum reclamaſſet Dux Boiani, quippè qui intelligebat, ex eo quod fuiſſet Torcini Caſtrum feudale declaratum, ſequi neceſſariò, vt per S.C. ipſe vti poſſeſſor condemnaretur ad eius relaxationem, vti ſine Regio aſſenſu alienatũ, decreto Cameræ, referente eodem Montoia cum adiunctis fuit dictum: *Procedatur ad vlteriora in cauſa reclamationis in Regia Camera, et nihilominus conſignetur copia proceſſus* D. *Fabritio Abbati* 14. *Aprilis* 1603. Et opponente Duce non eſſe per S.C. procedendum in cauſa principali relaxationis, pendente in Camera deciſione interpoſitæ reclamationis à decreto, quo Torcini Caſtrum vnà cum territorijs fuerat declaratum feudale, ex eo quod licet reclamatio regulariter non impediret exequutionem; tamen cum puncti principalis in S.C. definitio magna ex parte, aut omninò, vt actor volebat, penderet ab eiuſdem articuli deciſione neceſſe eſſet, vt reclamationis exitus expectaretur, quando neque perfectè iudicatũ dici poſſet, cum adhuc poſſet decretũ retractari, vt pro Duce conuento largè tunc fundare contendit, *Dominus Reg. Rouitus* duabus ſuis doctiſſimis allegationibus impreſſis ſub Prag. 38. *de off. procur. Cæſaris à num.* 3. *ad* 31.

Verùm, ea prætenſione non obſtante, cum pro D. Cardinale Aldobrandino, tũc Abbate inſtatum fuiſſet, vt ad cauſæ principalis expeditionẽ procederetur *decreto S.C. iunctis Aulis die* 19. *Maij* 1604. *fuit dictum benè prouiſum per cauſa* Commiſſarium *ſub die* 26. *Febr. eiuſdem anni*, qui decreuerat, *vt procederetur ad ea, quæ incumberent in cauſa pro ipſius expeditione oppoſitis non obſtantibus.*

Confirmato dicto decreto in gradu reclamationis, etiam facto verbo in in Collaterali die 6. Septembris eiuſdem anni 1603. eſt vtiq; deciſum duplici decreto, interpoſita à Duce reclamatione à deciſione incidentis articuli à S.C. ad Cameram remiſſi an. ſ. Torcinũ, & territoria eſsẽt feudalia, nec ne, vbi fuit decretũ affirmatiuè, eſſe feudalia, impediri non debere expeditionem cauſæ, & articuli principalis, qui in ſuomet vigore, & curſu, ſiuè ſtatu ad S. C. remeauit, cum remiſſi articuli impedientis ceſſaſſet obex, vt ipſemet *Dominus Rouitus teſtatur in dicta Pragm.* 38. *in princip. poſt num.* 2.

Et per S.C. alijs etiam factis decretis referente *Conſiliario Veſpulo Meſtante ſucceſſore*, vt ad expeditionẽ dicti articuli principalis procederetur, quia Conſiliarius Io. Baptiſta Melior tunc Ducis Aduocatus, ſubtiliſſimo ſuo inuento, vt cauſæ curſum remoraretur dixit, licet fuiſſet declaratũ Torcinum eſſe feudale, remanere tamen indeciſam, & non declaratam qualitatem, & particularem ſpeciem, num ſcilicet feudum eſſet quaternatum, an planum, & de tabula: ideòque huiuſmodi articulum eſſe iterum remittendum ad Cameram, ad quam ſpectaret declarare, tùm, an eſſet feudum, quod ſolum fuit declaratum, tùm etiam, quale, & cuius ſpeciei eſſet, quod magis referre pro dicta deciſione videbatur.

Tanta vtique extitit huius inuenti vis, & impreſſio, vt licet ipſe pro Cardinali ſcripſiſſem, ac plenè fundaſſem, eiuſmodi qualitatem feudi quaternati virtualiter per Cameræ decretum fuiſſe declaratam; atque ita etiam neceſſariò intelligendũ decretum prædictum, cum planũ, ac perſpicuum eſſet ex ipſo proceſſu, nimirũ, quod quaternatum eſſet feudum, fuit tamen *referente Conſiliario Morra iũctis Aulis in Collaterale die* 17. *Octobris* 1613. ita decretum; *viſa comparitione fol.* 597. *fuit prouiſum, quod articulus qualitatis feudalis iterum remittatur ad Regiam Cameram.*

A quo decreto fuit per Dom. Cardinalem reclamatum; verum Andriæ Dux Conuentus Duciſsæ Boiani vir, ſiuè quòd vereretur ne hunc amitteret articulum, quod viciſſe ſumma cum cõtradictione, & pro pau-

pauco votorum numero dictum eſt: ſiuè quod duceret, nō tuta à ſe conſciētia bona Eccleſiæ diù retineri: vel eà maximè de cauſa ductus, quòd in ipſa principalis puncti diſcuſſione ſatis planè Abbatis Iuſtitia emicuit, videretq; non longiùs cauſæ finem, quo declararetur quaternatum eſſe feudum: atque ideò inſtare periculum amittēdi Torcinum vnà cum territorijs, & fructibus qui permagnam pecuniarum ſummam conficerēt, cum ex dicto feudo exigerentur annui . . .

Conuenit itaque inter partes hunc in modum. Ducissa finem cauſæ haud expectans, Ducis viri conſenſu, ceſſit, & renunciauit Caſtrum Torcini cum toto, & integro territorio deſignato in confinibus conceſſionis factæ Capitaneo Ioanni Baptiſtæ della Valle, anno 1540. & in alijs confinibus deſcriptis in articulis factis per Cardinalē Carraſa, quod quidem fuit id totum, quod Dux poſſidebat, incluſis etiam territorijs burgenſaticis propter territoria acquiſita ſub particularibus titulis per publica inſtrumenta. Quod vtique fuit quantum ab Abbate prætendi potuiſſet, inſuper cū promiſſione euictionis, & obligatione ſoluendi ſtatim ducatos 1846. pro cenſibus decurſis ad rationem ducatorum centum quadraginta pro quolibet anno.

Quo verò ad fructus perceptos, cōuenerunt, vt ab anno 1544. in quo dictum Caſtrum Torcini fuit alienatū à dicto Io. Baptiſta della Valle liquidarentur per Doctorem Marcellum Marcianum nunc dignisſimum Conſiliarium, electum à dicto Duce, & per me, electum à dicto domino Cardinali, cum poteſtate eligendi tertium arbitrum, & cum ampliſsima facultate decidendi, & exequēdi: Dominus verò Cardinalis ex ſumma prædictorum fructuum, ad quamuis quantitatē aſcēderent, relaxauit, & donauit ad beneficium dictorum Ducum millia ducatorum decem. E contra Duces prædicti promiſerunt ſoluere eidem Domino Cardinali etiam via ritus executiua eam pecuniarum quantitatem pro dictis fructibus, quæ ſummam prædictam ducatorum millium decem excederet, & ſupereſſet, vt ex inſtrumento rogato manu Notarij Troili ſchiuelli 19. Aprilis 1616. cui interuenit pro Domino Cardinali vti eius procurator Pater Antonius Cigala Societatis Ieſu, vir quidem ſumma doctrina, ſummaque, vitæ, & morum probitate, quibus tum Clemētis VIII. fel. mem. tum Principum Aldobrandinorum fuit in charisſimis, quoad ex hac vita maxima cum chriſtianæ virtutis opinione deceſſit.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum* retinendæ, *quam probationem requirat, & nu. 6.*

2 *Præſumptio* l. ſiuè poſſidetis C. de probat. *non iuuat in interdicto retinendæ.*

3 *Tituli iuſtificatio, an requiratur, vt reus abſoluatur in interdicto* retinēdæ, *actore extrema non probante, & n. 5.*

4 *Interdictum* retinendæ *etiam in iudicio ſummariſſimo non conceditur contra naturaliter poſſidentem, neque contra detentorem.*

7 *Contractus venditionis re integra diſtrahitur ſolo conſenſu absque retrotraditione, aut pretij reſtitutione.*

8 *Pactum de retrouendendo temporale, ſtante leſione, efficitur perpetuum.*

9 *Poſſeſſione pacifica nemo priuari debet de facto, ſed eſt dandus terminus.*

10 *Poſſeſſionem, ſiuè tenutam apprehendere, licet hæredi, quamuis rei dominium in hæreditate non remanſiſſet.*

11 *Remedium* l. finalis C. de edict. diui Andr. *competit etiam pro ſola detentione rerum.*

12 *Hæres petere poteſt, vt in poſſeſſione, ſiuè tenuta bonorum etiam feudaliū adepta etiam propria authoritate, confirmetur, etiam ſi ſit extraneus, & ſucceſſionis incapax, & num. 13.*

14 *He-*

14 *Hæres non admittitur ad feudum, quod in pleno vtili dominio, et poſſeſſione ſpectabat ad defunctum in diſcuſſa capacitate ipſius perſonæ, ſecus ſi defuctus fuit ſimplex poſſeſſor et de ratione diuerſitatis, nu. 15.*

16 *Spurius in poſſeſſionem feudi admiſſus quia in poſſeſſorijs factum, non ius verſatur.*

27 *Iuriſdictionalium exercitium requirit ſtatum, et non ius.*

18 *Feudi poſſeſſio ſine vitio obtenta poteſt retineri etiam abſq; aſſenſu, ampliatur in omni re, num. 19.*

20 *Creditor ex ſolo precario verè poſſidet naturaliter, et ciuiliter, etiam quoad interdicta poſſeſſoria, ſecus quoad vſucapionem effectum concernentem dominium, et acquiſitionem fructuũ, et num. 21.*

27 *Poſſeſſor verè dicitur creditor quòad omnia ex ſolo precario iuncta traditione poſſeſſionis per actum verum cum facultate percipiendi fructus ampliatur nu. 23.*

24 *Redemiſſe cenſetur, qui declarauit velle rem venditam redimere.*

25 *Hæres ſtatim efficitur, qui declarat velle hæreditatem.*

26 *Inuito, quod fieri poteſt, etiam eo ignorante in extraiudicialibus.*

27 *Mutari cauſa poſſeſſionis poteſt, maximè reducendo ad priſtinam cauſã dominij.*

28 *Poſſidet is, cuius nomine poſſidetur.*

29 *Procurator poſſeſſor nomine domini cum facultate percipiendi fructus ad propriam vtilitatem, dicitur verus poſſeſſor, et dicitur,* procurator in rem propriam.

30 *Procurator in rem dici poteſt, et ſi verba, in rem propriam, abſint.*

31 *Procurator, in rem propriam, non reuocatur per mortem eius, vel conſtituentis.*

32 *Poſſeſſio etiam, quæ detinetur per Colonum non tranſit in hæredem, niſi ſit apprehenſa, nec continuatur etiam in filiam, quod procedit etiam in feudis, & num. 33. 36.*

34 *Hæreditas poſſeſſionem, neque naturalem per Colonum retinet, ſed poſſeſſio ciuilis, et naturalis defuncti poſt eius mortem eſt mortua, et occiſa, et num. 35. et 37.*

78 *Precarium, ſiuè conſtitutum morte cõſtitutarij non extinguitur: ſi tamen conſtituens, ſiuè Colonus continuet poſſeſſionem nomine hæredis.*

39 *Conſtitutum expirat morte conſtituentis.*

40 *Poſſeſſionem feudi quaſi ciuilem habens, an cenſeatur vacantẽ naturalem poſſeſſionem per mortem poſſidentis ad ſe attrahere, et num. 43, et quid in interdicto* adipiſcendæ, *quidue* retinendæ *num. 43.*

41 *Naturalis poſſeſſio ciuilem vacantem ad ſe attrahit, etiam ad beneficium ignorantis, et ciuilis efficitur.*

42 *Poſſeſſio vſufructuarij cauſa finita, dicitur iniuſta, quia cauſa non eſt trãſitoria ad hæredes, ſecus è contra.*

45 *Feudatarius ciuilem poſſeſſionem habere nequit, idem emphiteuta, et qui prætendunt ius in re, et num. 46.*

47 *Poſſeſſio etiam vera ciuilis feudi non eſt potens, vt apprehendatur naturalis ab alio occupata.*

48 *Dominium, neque poſſeſſio probatur releuij ſolutione, idem de cataſto, et libro extimi.*

49 *Releuij ſolutio tranſlationem poſſeſſionis non operatur.*

ARGVMENTVM.

De probatione neceſſaria in interdicto retinendę, quod non concedatur contra naturaliter poſſidentem. Hæredi concedenda eſt immiſſio etiam pro ſolą detentione bonorum, quam defunctus habebat, & ſic etiam pro tenuta ſimplici feudalium extraneo hæredi, vel incapaci, vt ſpurio ſub diſtinctione; & quòd in poſſeſſorio feudorum, & etiã iuriſdictionalium factum, non ius verſetur, & ſimplex ſtatus attendatur. Creditor ex ſolo precario, vel procurator in rem propriam, quãdo habeatur pro veris poſſeſſoribus.

Peſ-

Poſſeſſio etiam mediante colono non continuatur, nec in filium hæredem , niſi apprehendatur etiam in feudis . Quid autem morte conſtitutarij, ſi colonus continuet poſſeſſionem nomine hæredis. De ciuili, & naturali poſſeſſione feudatarij, emphiteutæ, & vſufructuarij, & quando naturalis attrahat ad ſe ciuilem vacantem. Et de ſolutione releuij, quod nihil proſit ad translationem, vel probationem dominij , neque poſſeſſionis.

Pro Dominis Portia Capycia, & Alfaranis filijs contra Octauium Trani.

CONTROVERSIA IX.

OCtauius Trani cum non fundauerit ſe vnquam poſſediſſe Caſale Lucuniani tempore litis motæ, vel præ-
1 paratæ, impoſſibile eſt obtinere in interdicto retinendæ poſſeſſionis per ipſum propoſito §. *retinendæ, & §. hodie inſtitut. de interdictis*, DD. *in l.* 1. *C. vti poſſid. & in cap. licet cauſam de*
2 *probat.* adeò vt præſumptio *l. ſiuè poſſidetis C. de probat.* non proſit ad obtinendum in hoc interdicto retinendæ, quia omninò requiritur ſpecialis probatio præſentis poſſeſſionis *l.* 1. §. 1. *ff. vtrobi,*
3 aliàs aduerſarius eſt abſoluendus, vti actore non probante extrema neceſſaria *Gratus formaliter conſ.* 50. *nu.* 22. *et num.* 43. *lib.* 1. nec requiritur iuſtificatio tituli, *Menoch. remed.* 3. *retinendæ q.* 73. *num.* 588.

Nec etiam in ſummario, (quod alij ſummariſſimum appellãt) ſi hoc Octauius intentaſſet, quod non fecit, ſiquidem cum in promptu Portia Capycia oſtendat ſe poſſidere naturaliter, non poſſet Octauius obtinere, etiam ſi ciuilem haberet poſſeſſionem, quia non
4 conceditur hoc interdictum cõtra naturaliter poſſidentem, nec etiã contra detentorem, *Couar. pract. qq. cap.* 17. *nu.* 5. *verſ. ſi ſanè, Menoch. de retin. remed. vltimo num.* 17. in hoc enim iudicio non requiritur titulus, & ob id etiã
5 prædo, & inuaſor eſt in ſua corporali poſſeſſione conſeruãdus, quia non tractatur de vera poſſeſſione, ſed de præſenti ſtatu rei, *Couar. d. loco*, D. *Capyc. deciſ.* 13. 15. 189. *Roland. conſ.* 8. *lib.* 4. *Conſiliarius de Anna conſ.* 20. *nu.* 25.

Et proinde eſt omninò dandus terminus in poſſeſſorio ordinario, quod dumtaxat legitur intentatum, vt pro-
6 bationes recipiantur; tenetur enim probare poſſediſſe tempore litis motę, & turbari, *Menoch. remed.* 3. *retinendæ q.* 55. *nu.* 448. & turbatio eſt probanda in ſpecie, *Afflict. deciſ.* 393. *Menoch. loco prædicto num.* 559.

In quo termino, Portia vti tutrix ſuorum filiorum, & hæredum quond. Nicolai Antonij vtilis domini, & poſſeſſoris huius Caſtri, quatenus opus eſſet, pleniſſimè probabit ſe dicto nomine ſemper poſſediſſe naturaliter, & ciuiliter, nec vnquam Alexandrum emptorem, nec Octauium eius hæredẽ poſſeſſionem aliquam adeptos fuiſſe.

Et inſuper, quatenus ex ſcripturis in proceſſu deductis, & in facto adnotatis non eſſet plenè probata reſolutio dictę venditionis, quam credimus apertè conſtare pleniſſimè, etiam ad colorandam poſſeſſionem, probabit de iuſtitia tituli, ſcilicet contractum venditionis dicti Caſtri fuiſſe omninò extinctum, & reſolutum vigore pacti de retrouendendo in eodem inſtrumento adiecti, vel aliter mutuo conſenſu dicti ſui viri
7 venditoris cum Alexandro emptore, aut ſaltim cum Octauio eius hærede , qui diſceſſus ſola voluntate contingere potuit, cum integris omnibus manentibus, nulla retrotraditione , aut p̃tij reſtitutione opus fuerit *iux. tex. in l.* 1. *& 2. C. quando liceat ab emptione diſcedere, & l. iuriſgentium §. adeò, & l. ab emptione ff. de pactis.*

Digitized by Google

Vel ſaltim ſi prædicta non ſuppeterent, prætendit Portia pactum de retrouendendo, quamuis temporale, & reſtrictum ad vitam venditoris, fuiſſe effectum perpetuum ſtante læſione, & ſic etiam ex hoc capite ſibi competere ius reemēdi iuxtà doctrinam *Iacob. in l.mutuum nu. 2. ff. ſi certum petatur* quem ſequuntur *Tiraq.in 1. retract.S. 1.gloſſ.2.num.53. Menoch. de arbitrarijs lib.2.cent.3.caſu 217.*cum alijs per *Conſiliarium de Anna in add.ad alleg. 83.eius patris,*qui dicit ita paſſim iudicatum, quæ omnia in termino deducentur,& interim non eſt ſua poſſeſſio-
9 ne priuanda, nec poteſt de ſequeſtro tractari, dum Portia pacificè poſſidet, nec iudex ſe intromittere *Bal.*ſingulariter *cōſ.244.vol.3.& in l.ſi.ver.quartus caſus C.de edict. diui* cū alijs per *Reg. de Ponte conſ.21.& dec.40.n.37.*etiam ſi inuaſiſſet *Plotus* de communi *in l. ſi quando num.84.verſ.eſt quartus caſus C.vnde vi.*

10 Quam poſſeſſionem, ſiue tenutam potuit Portia legitimo iure apprehendere, quia reperit Caſtrum in hæreditate *Bald. in l fin. n.3.verſ.ſecūdò præmitte C.de edict. diui DD.omnes in l. non eſt dubium C.delegatis,*quamuis illius dominium non remanſiſſet in hæ-
11 reditate,ſed ſimplex tenuta; conſtat, enim dari *remedium l.fin. C. de edict. diui* etiam pro rebus ſpectātibus quoad ſolam detentionem *iuxtà gloſſ.in d.l.fin.in verbo fuerunt C. de edict.diui* cum alijs per *Menoch.remed.4. adipiſ. poſſeſſ.q.55.verſ. extēditur quartò nu.*
12 *398.*& ſicut hæredi per eis cōpetit *remediū adipiſcēdæ poſſeſſionis,* ita quoq; eodem iure petere poteſt, vt in poſſeſſione accepta, etiam propria auctoritate confirmetur,vt ex infinit. probat *Menoch.d.remed.4.adipiſcendæ n.348. & 350.*

13 Idque; etiam in feudis, & in beneficium nedum filij, vel alterius legitimi ſucceſſoris, vt in caſu noſtro, iuxtà dicta per *Iſern.in cap.1.ſi de feudo def. milit.*cum alijs per *Roſent.de feudis c. 7.concl.48. lit.A.in fine,* ſed etiam in beneficium cuiuslibet extranei hæredis, & ſucceſſoris incapacis ad feuda,
14 vbi tamen hæres non prætendit ſuccedere, vt hæres eorum feudorum, quę in pleno vtili dominio, & poſſeſſione ſpectabant ad defunctū,quo caſu cū hæres non poſſit alio iure admitti, niſi, vt defunctus habebat, neceſſe eſt diſcutere de capacitate perſonæ hęredis, ſed aliud vbi defunctus non fuit dominus, ſed ſimplex poſſeſſor, ſiue detentor,tunc enim cum iſtius hęres aliud prætendere non poſſit, niſi poſſeſſionem,ſiue tenutam illam nāciſci, non habet neceſſe oſtendere ſe verum, & legitimum hæredem in feudo,vt de communi tradunt *Ann. alleg. 1.num.28.Curt.Iunior conſ.30.nu.11. Port.conſ.1. num.18. Roland.latè conſ.*
15 *2.num.30.lib.3.* & ratio eſt, quia non agitur de dominio, & ſic de iure,ſed de ſimplici poſſeſſione, cuius eſt capax etiam is, qui dominus eſſe nō poteſt, vt clarè patet ex *theor. Iſer. in cap.Imper.S.illud à num. 68. verſ.ex his,& num.70.verſ.nam licet feudum, & num.71. & poſt num.69.* dicit hæc verba, *qui non poſſunt poſſidere, poſſunt tenere, ſicut aſinus bardam, quorum detentatio dicitur naturalis poſſeſſio impropriè, idem in conſti-*
16 *tutio.violentiæ, in fine,* & proinde etiam ſpurius fuit admiſſus in poſſeſſionem feudi *Anna ſing.535.* quia in poſſeſſorijs factum, non ius verſatur,&
17 etiam quoad exercitium iuriſdictionalium inſpici ſtatum, & non ius, ex infinitis probat *Peregr.de iure fiſci par. 1.S.fiſcalia num.55. & ſequent.*

Et ſic quamuis in albarano, cuius vigore Alfaranus venditor remanſit in poſſeſſione Caſtri, non fuit expeditus aſſenſus, iuſtè tamen ipſe,vita durante potuit,& nunc eius hæres poteſt poſſidere, & retinere, feudum poſ-
18 ſeſſio enim feudi ſine vitio obtenta poteſt retineri etiam ſine aſſenſu ex iuſta cauſa crediti, vel altera,iuxtà doctrinā *Barth. de Capua,& Petri de Mō-*

teforte

teforte in Conſtit. Conſtitutionẽ in gloſ.
licentiam,verſ.ſed ſi poſſeſſio, *Aluarot.*
in cap.ſi vaſſallus il ſecondo , ſi de feudo
defunct. militis , Reg. *Lanar. conſ.* 80.
*num.*51. *Reg. de Ponte deciſ.* 4.*num.*
28. *Pariſ. conſ.*42. *num.* 3. *&* 4. *vol.*
1. *Curt. Iun. conſ.* 41. *volum.*1. *Soc.*
19 *Iun.conſ.* 175. *num.*1. & generaliter
in omni re probat de communi *Sur-*
dus deciſ. 46.*poſt num.*12.

Sed fortius cum retentio iſtius Ca-
ſtri in præſenti caſu etiam Regio aſ-
ſenſu roboretur, dum enim dicimus
venditorem vſum fuiſſe facultate re-
dimendi, quæ apparet vallata Regio
aſſenſu conceſſo pariter ſuper vendi-
tione, & pacto redimendi, ex hoc ſe-
quitur,penes Portiam,nedum adeſſe
ſimplicem tenutam, ſed & legitimam
poſſeſſionem Caſtri iuris adminiculis
roboratam, quæ velut potentior, faci-
lius quoque retinetur, vnde id ſolùm
ſupereſt fundare, retrouenditionem
fuiſſe factam,quod vel eſt iàm proba-
tum, vel in termino pleniùs fundabi-
tur, pro quo inſtatur.

Poſſedit enim ab initio Alfaranus
virtute albarani ex conſenſu emptoris
cum plena facultate percipiendi fru-
ctus, vt proprios, & cum pleno exer-
20 citio iuriſdictionis, vt creditor, qui
etiam ex ſolo præcario verè poſſider,
*Bar.in l.*3 §. *excontrario n.*6. ibi *quia*
creditor poſſidet oĩ modo,et debitor nullo
modo ff.de acq.poſſeſ.& quod poſſideat
naturaliter,& ciuiliter, docet *Iaſ. in*
l. 1.*§.per ſeruum corporaliter nu.* 5.*ff.*
21 *eodem*, exinde dicens competere
creditori interdicta poſſeſſoria, ſi in
poſſeſſione turbetur,quę cõſtat nõ cõ-
cedi niſi naturaliter poſſidenti, quam-
uis quoad vſucapionem, & effectum
concernentem dominium, & acquiſi-
tionem fructuum non dicatur credi-
tor poſſidere, *gloſſ.in l.ſciendum §.cre-*
*ditor, vbi Iaſ. in §.poſſeſſor num.*4. *ff.*
qui ſatiſd.cog. ſed cum hic fuerit tradi-
ta vera poſſeſſio corporaliter ꝑ actũ ve
rũ,cũ facultate percipiẽdi fructus etiã
22 ab initio,in omnibus fuit verus poſſeſ-
ſor, *Neguſ.* & alij relati per *Menoch.*
de retin. remed. 3. *q.*25. *num.* 159.
23 maximè cùm poſſeſſio Caſtri fuerit
tradita pro integro pretio, quo caſu
velut ceſſante ſpe luitionis, creditor
in omnibus perfectè pro poſſeſſore
habetur; adeò, vt fundus cenſeatur
tamquam proprius creditoris, vt ad-
uertit *Iaſon in d. §. poſſeſſor poſt nu.*4.

Et poſteà ſequuta reemptione dicti
Caſtri,quæ vltrà actus in vita geſtos,
per Alfaranum, ſaltim negari non po-
teſt, quin illa facta fuerit in teſtamen-
to, & deinde ſuperuiuens in compari-
tione penes acta, vbi expreſsè ordina-
24 uit, & declarauit ſe velle Caſtrum re-
dimere, & ſic cenſetur ipſum iam Ca-
ſtrum redemiſſe, *ex tex.in l. apud Auſi-*
dium ff. de optione legata, vbi eo ipſo,
ꝙ quis declarat ſe velle habere talẽ rẽ
ſtatim illã eligere cẽſetur,ſicut ſi qs de
clarat ſe velle hæreditatẽ,ſtatim hæres
efficitur,qa volũtas, & poteſtas cõcur-
rũt *l.iã dubitari ff.de hæred. inſtit.*cum
alijs in propoſito *per Annam alleg.*139.
*num.*13. *cum ſequent.*

Et maximè cũ in teſtamẽto fuerit p̃-
ſens Octauius,licet eius præſentia non
26 fuiſſet neceſſaria, cum ſimus in actu,
qui porerat fieri eo inuito, vigore fa-
cultatis reemendi ab initio conceſſæ,
ergo,& eo ignorante *l.qui poteſt inuitis*
26.*ff. de reg.iuris*, quæ ſemper proce-
dit in extraiudicialibus ſecundũ *Dec.*
& Cagnol. ibi,cuiuſmodi eſt iſte actus
27 ex quo patet vendirorem mutaſſe ſibi
cauſam poſſeſſionis.quod potuit facere
iuxtà notata *in l.*3.*§.ex pluribus ff.de*
acquir.poſſeſſ.& meliùs,in l.cum nemo,
vbi Gloſſ. optima,verſ. extrinſecus in
fin. C.de acquir. poſſeſſ. & maximè re-
ducendo ad priſtinã cauſã dominij, ꝙ
facilè cõtingit,*argumẽto l.ſi vnus §.pa-*
ctus ff.de pactis, *& c.* 1. *de pactis in* 6.

Quibus ita ſolidiſsimè fundatis,non
obeſt primò, ſi diceretur in albarano,
fuiſſe conceſſam tenutam venditori
nomine ipſius Alexandri, ex quo poſ-
ſet aduerſarius inferre, quod Alexan-
der emptor poſſedit ex reg. quòd is

Digitized by Google

poſſidet, cuius nomine poſſidetur *l. quod meo, vbi Alex. num. 3.* & reliqui ſcrib. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Primò. n. apparet ſolutũ argumentũ ex ꝓximè dictis, ex qbus patet Alfaranũ mutaſſe ſibi cauſam poſſeſſionis, & fuiſſe ex reemptione effectũ dominũ, quo caſu omnia ceſſarent, quod latiùs in termino probabitur.

Secũdò dicimus argumentũ ꝓcedere in ſimplici ꝓcuratore, vel alio administratore cõſtituto ad cõmodũ dñi; ve
29 rùm ſi attẽto effectu aliter appareat, qa dñs declaret vtilitatẽ cõtractus ſpectare ad ꝓcuratorẽ cũ facultate ꝑcipiẽdi fructus, vt ꝓprios, tũc nõ attẽtis verbis, ſed rei ſubſtãtia oĩs poſſeſſio trãsfertur in huiuſmodi ꝓcuratorẽ, q ex hoc cẽſetur factus ꝓcurator in rẽ propriam, *gloſſ. in l. 2 verſ. rẽ ſuã ff. de procuratoribus, bonus tex. iuncta gloſſ. in ver. rem ſuã in l. qui ſtipẽdia, C. de procurat. Caſtrẽſ. in l. ſi. ff. de dona. Bertaz. de clauſ.*
30 *c. 29. gloſſ. 2. & 3.* nec requiruntur de neceſsitate illa verba, *in rẽ propriã*, ſed ab effectu vtilitatis, & dãni dicitur ꝓcurator in rẽ propriã, *Specul. de ceſſion. actio. §. & conſequenter n. 2. verſ. & no-*
31 *ta, Gemin. in c. licet de procurator. in 6. Aret. cõſ.* [illegible] & proinde huiuſmodi procurator in rẽ propriã, nõ reuocatur ꝑ mortẽ conſtituentis, ſiuè conſtituti, vt docet *Bald. in l. 1. num. 20. verſic. tertiò quæro C. de act. & obligat. Aret. cõſ. 125. Bertaz. d. clauſ. 29. gloſſ. 2. n. 4.*

Tertiò, & hic reſidet cardo negotij, quamuis Alexander emptor aliquo modo per ſe, vel alium ciuiliter poſsidiſſet, quod negamus, huiuſmodi tamen poſſeſsio per mortem Alexandri
32 fuit extincta, nec vnquam potuit tranſire in Octauium, qui ipſam non apprehendit, *vulg. l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſſ.* quam procedere etiam in feudis, quinimò nec continuari in filium, nè dum in fratrem, probat *Iſer. in capit. 1. num. 5. verſic. in filijs, & num. 6. verſic. ſi eſt filius, iuncto verſic. item eſt dominus, de feudi cognitione, idem in cap. 1. in principio num. 2. verſic. ſi ergo, iuncto verſ. quia non fuit, vbi Lipar. litera H.* infinitos congerit. *Quo tempore mil.* quam eſſe communem, & veram dicit *Zaſius conſil. 10. num. 10. & conſil. 30. num. 8. lib. 1. Couarr. lib. 3. var. cap. 5. Gailius practic. obſeruat. lib. 2. cap. 152. Dom. de Ponte conſil. 65. num. 5. Vuſenbech.* dicens veriorem magis communem, & ſœpè iudic. *conſ. 1. num. 39. & 50.* latiſsimè *Schrader. de feudis parte 7. cap. de ſucceſſio. tranſu. num. 21. quæſt. 12. Roſenth. parte 1. de ſucceſſ. ex teſtament. cap. 7. concluſ. 17. in add. litera D.* & in ſuis expreſsè loquitur *Intrigl. de feud. cent. 1. q. 46. n. 18. & 19. Pariſ. conſ. 13. num. 84. & 87. lib. 1.*

Nec dicat Octauius ipſum per mortem Alexandri de anno 1606. quæſiuiſſe poſſeſsionem Caſtri mediante perſona Alfarani tanquam per colonũ ſiuè procuratorem.

33 Quia tametſi nõ fuerit ſimplex ꝓcurator, nec colonus, vt ſup. nihilominus *I. C. in l. qui vniuerſas §. quod per colonũ* clarè decidit cõtrariũ, *quod per colonũ poſſideo*, ait ipſe, *hæres meus niſi ipſe nactus fuerit poſſeſſionem, non poterit poſſi-*
34 *dere*, quia vt ſubdit *Gloſſ.* etiã in poſſeſſione coloni habet locũ *tex. in d. l. cum hæredes*, adeò, vt nec hæreditas retineat naturalẽ ꝑ colonũ, & vt ibi dicit *Ang.* poſſeſsio defuncti poſt eius mortẽ eſt, vt ita dixerim mortua, & occiſa, & ideò illã eãdẽ in hæredẽ trãſire, eſt impoſsibile, meritò noua acqſitione opus eſt, ꝑ quã noua inducatur poſſeſsio, & *Ca-*
35 *ſtrenſ.* ſubdit, ꝙ oĩs poſſeſsio, quã detinebat defunctus animo, & corpore, & ſic ciuilis, & naturalis, extinguitur per mortẽ, qa vtrũq; inſtrumẽtũ extingui-
36 tur, ſubſtãtia. n. poſſeſsionis erat apud ipsũ defũctũ, nec inſtrumẽtũ coloni tãquã accidẽs de per ſe ſtare poteſt, niſi colonus ab hærede conduxerit, vel ſibi ſoluerit penſionem, quod ſentit etiam *Afflict. deciſ. 167. nu. 6. & 325. num. 3. poſt Iaſ. in dicto §. per procur.*
37 *nu. 3.* & quod vtraq; poſſeſsio, tàm ciuilis, quã naturalis extinguatur morte

in

in ſpecie probant *Alex. in l. cum hæred. num.* 10. *Gomez. in l.* 45. *Tauri num.* 103. *Roſenthal.* infinitos cumulans *de feudis parte prima cap.* 7. *concluſ.* 17. *in addit. litera D.* & ſic nulla poſſeſſio reſidet penes Octauium . Et ſic declarat materiam iſtam *Tiraquell. de iure conſtitut. part.* 2. *amplia.* 12. vbi
38 quamuis concludat, precarium, ſiue conſtitutum non extingui morte conſtitutarij , ſic enim DD. nominant eum, qui concedit alteri , vt rem ſub ipſius concedentis nomine ſe conſtituat poſſidere , id tamen ſanè procedere declarata, prout explicāt *DD.* præcipuè *Alexand. in dicto* §. *quod per colonum* , ſi tamen colonus , ſiuè conſtituens continuet poſſeſſionem nomine hæredis, non aliter, & ita quoque ſe reſtringit *Theſaur. in ſua deciſ.* 105. *num.* 7. dum reſpondet ad *text. in dicto* §. *quod per colonum* expreſsè ſequutus *Tiraquell. & Affli. d. deciſio.* 167. *num.* 6. *vbi Vrſill. nu.* 1. cuius contrarium eſt in caſu noſtro vbi conſtituens nullo modo continuauit poſſidere nomine hæredis con-
39 ſtitutarij , ſed quod magis eſt per mortem Alfarani conſtituentis, omninò expirauit conſtitutum , *Angel. in l. quamuis* §. 1. *vbi Alexand. num.* 7. *&* 8. *ff. de acquir. poſſeſſione* , etiam ſtante clauſula, ex nunc, prout ex tunc *vt pleniſs. apud eūdē Theſ. dec.* 38. poſt *Affl. optimè deciſ.* 335. *num.* 10.

Ex quibus non eſt opus differere vtrùm ille , penes quem reſidet vtile
40 dominium feudi, occaſione quaſi ciuilis poſſeſſionis, quam habet ratione illius iuris feudalis, adinſtar quaſi poſſeſſionis iuris vſusfructus, de quo per *Bart. num.* 8. vtrumque *Imol. num.* 14. *Iaſ. num.* 44. *in l.* 3. §. *ex contrario. ff. de acquiren. poſſeſſ.* cum alijs, per *Roſenthal. de feudis cap.* 8. *concluſ.* 1. *litera N. & lit. I. Menoch. de recuper. remed.* 1. *num.* 72. 74. *&* 90. cenſeatur vacantem poſſeſſionem naturalem per mortem poſſidentis ad ſe attrahere, eamq; adimere naturaliter poſſidēti *ex Bart. in l. ſi arrogator num.* 12. *Bald. nu.* 7. *ff. de adopt. Imol. conſ.* 16. *num.* 3. *&* 4. *Caſſan. ad Conſuet. Burg. rub.* 7. §. 1. *verſ. limita quartò, & Menoch. de adipiſcend. remed.* 4. *quæſt.* 55. *verſic. extenditur quartò, num.* 372. *Natta conſ.* 410. *num.* 3.

Nulla enim , neque ciuilem vnquā conſequutus fuit Octauius, qui per mortem Alexandri de anno 1606. viuente Alfarano neutram poſſeſſionem curauit apprehēdere, quinimò potius è
41 conuerſo naturalis poſſeſſio, quæ erat penes Alfaranum vacante ciuili, ciuilē ad ſe omninò attraxit, eamque etiam ignoranti quæſiuit , & naturalis illicò fuit effecta ciuilis *gloſſ. notab. in l. clàm. poſſidere* §. *fin. vbi Iaſ. poſt Bart. quē citat in l. ex aſſe. ff. ad Trebell. idem Iaſ. in l.* 3. §. *ex contrario num.* 63. *in fine eod. tit. ex gloſſ. in l. ſed ſi nolit.* 7. *verſ. amiſiſſe ff. eod.*

Vltrà quod *Bar. in d. l. ſi arrogator*, & alij, quos lōga ſerie recenſet *Tiraq. in tract. mortis par.* 4. *in* 1. declarat, loquuntur in vſufructu ſpeciali ratione , vbi cauſa illa naturalis poſſeſſionis , & corporalis inſiſtentiæ omninò ſui natura per mortem extinguitur, & proin-
42 de finita cauſa, poſſeſſio vſufructuarij efficitur iniuſta, *vt Tiraq. dicit notari in l. clàm poſſidere,* §. *vltimo ff. eod.* quod ſecus eſt, quando cauſa ex ſe eſt ad hæredem tranſitoria, vt in caſu noſtro ratione crediti, vel dominij recuperati , vt ſemetipſum declarat *Tiraquell. d. declar.* 1. *num.* 1. *iniuncto num.* 4. *&* 7. *& declar.* 4. *num.* 5. *Menoch. conſ.* 139. *num.* 18. *lib.* 2. *Tellius in l. Tauri* 17. *num.* 63. *Caſtill. de vſufruct. cap.* 61. *num.* 7. *&* 8. hoc enim caſu, nemo *ex*
43 *DD.* dicit ciuilem attrahere ad ſe naturalem, & licet exemplum de vſufructu non reſtringat, declarat tamen non comprehendere caſus , nec perſonas diſſimiles, *cap. ſedes de reſcriptis,* cum alijs ab eodem *Tiraquell. de iure conſt.*
44 *part.* 1. *num.* 63. *verſ. nec obſtat,* & amplius quoq; *DD.* p̄dicti loquuti ſunt in interdicto adipiſcendæ , vt in hac ſpe-

Digitized by Google

cie nuncupatim loquuntur *Menoch. de adipiſcen.remed.4.num.372.verſ. quæ ſane, & Peregrin.conſ.4.num.59.vol.1.* ſecus autem in interdicto retinendæ poſtquam naturalis poſſeſſio eſt per alium iam occupata, vt infra dicetur.

Nec etiam eſt verum feudatarium
45 aliquam habere poſſeſſionem ciuilem vllo modo, quæ integra reſidet penes dominum directum, vt indiſtinctè firmat *Iſern. iuxtà opin. Ioan. in cap. ſi vaſallus de feudo poſt nu.6.* ibi *idem in omnibus, qui prætendunt ius in re, vt*
46 *emphiteuta, feudatarius, & ſimiles, vt nullam habeant ciuilem, & hæc eſt communis poſitio &c.* & ſic expreſsè excludit *Iſern.* etiam quaſi poſſeſſionem reſpectu iuris, *idem in Conſtit. ſi domini à vaſallis, Afflict. in prælud. conſtitut.q. 22. num.9. dicens hæreticum eſſe aliud tenere, Petr. de Greg. de conceſſ. feudi par.1.quæſt.12.n.12.cũ ſeq. D.de Ponte deciſ. 40.n.6. D.Georg.alleg. 12.n.24.*
47 Et ſi haberet quaſi poſſeſſionem reſpectu iuris feudatarius, non tamen eſt adeò potens huiuſmodi quaſi ciuilis, vt illius vigore poſſit apprehendere poſſeſſionem naturalem ab alio occupatã, vt in caſu fortiori in Rege, & ſic domino directo, apud quem palàm eſt reſidere ciuilem, docuit *Iſern. in cap. Sancimus §.ſin autem dixerit ſub num. 8. verſic. hoc vltimum*, quo tempore mil. *Afflict. in cap. ſciendum de feudi cognit. Brunus conſil. 122. num.4. D. de Franch. deciſ. 163. num. 3.* afferens *Gloſſ. Iſern. Afflict. Frecc. & alios,* vbi probant, etiam veram ciuilem poſſeſſionem domini directi nihil operari, vbi alter præuenit, accipiẽdo naturalẽ.

Vltimò non obſtat, q Octauius ſoluerit releuium per mortem Alexandri, vltrà enim quòd releuium apparet ſolutum de pecunia Alfarani, licet ſub nomine Octauij, in cuius faciẽ erat deſcriptum Caſtrum, quò magis poſſeſſio Alfarani confirmatur, ex hoc
48 tamen non probari dominium, nec poſſeſſionem, ſicut de cataſto, & libro exami, vbi ſolutiones tributorum, & cenſuum notantur, tradiderunt *DD. ex l. ſi functiones 4. et l. cenſualis 7. C. de donat. in l. ſi pater C. de reiuendicat. Bald. Dec. Crau. & alij congeſti per Maſcard. concluſ. 273. tract. de probat.*

49 Et in terminis, ſolutionem releuij, quæ nihil aliud eſt, niſi confirmatio veteris inueſtituræ, nõ operari tranſlationem poſſeſſionis in Octauium, decidit *Iſern. in cap.1. quid ſit inueſtitura in cap.1. Capit. Corradi num.2. verſ. hæc autem inueſtitura.*

Et ſi Octauius poſſediſſet de anno 1606. & 1607. ex ſolutione releuij, quod plenè negamus, cum deinde poſſeſſionem in Alfaranum ipſemet Octauius tranſtulerit, vt ex actis Regię Audientiæ factis, inſtante Octauio de de anno 1612. clariſſimè apparet, qui ſemper deinde vſque ad mortem poſſedit, eò fortiùs iura Portiæ potiora eſſent, ex quibus omninò eſſe dandum terminum in cauſa à ſapientiſſimo Senatu pronũciãdum ſperatur.

Die Lunæ 3. Martij 614. referente Conſil. Ioann. Baptiſta Meliore Aduocato olim inſigni, poſtmodum verò Regio Conſiliario inter primos integerrimo, moribus ſuauiſſimo, doctrina, promptitudine, ac rerum experientia præſtantiſſimo, votantibus Cõſiliario Fabio Riccardo, Gaſparre Palatio, ac Ambroſio Villalobos, fuit iudicatum in fauorem Portię Capyciæ, & pronunciatum iuxtà hic allegata penes Figliolam.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio teſtãdi inducit fideicõmiſſũ, et de diuerſis verborũ formulis prohibitionis teſtãdi n.22. fallit ſi prohibitio ſit per modũ cõſilij, nõ præceptiuè n.29.*

2 *Verba inuenta ſunt, nõ vt impediãt, ſed vt voluntatem indicent.*

3 *Verbũ* diſponere, *actũ vltimæ volũtatis, & inter viuos cõprehendere poteſt propriè tñ in dubio ad actũ vlt. voluntatis, licet largo modo poſſit etiã ad actũ inter viuos ex adiectis ampliari, & nu.4. & 5.*

6 Con-

6 *Conſuetudo* Capuanæ, & Nidi, *in qua de poteſtate* diſponēdi *ſit mentio, ad actum vltimæ voluntatis, non autem ad donationem inter viuos refertur.*

7 *Verba ſunt intelligenda ſecundum ſtatum, & materiam, ad quam partes ſe præparant.*

8 *Exceptio non concernit omnes caſus ſub regula comprehenſos, ſed ad vnū tantum ſufficit adaptari.*

9 *Verbum accipiendum eſt in genere, non in ſpecie, quando nomina ſpecierum habent diſtinctum nomen à genere, ſecus vbi nomina generis ſunt ead. ſuarum ſpecierum, & nu.* 10. *& in quibus habeat locum num.* 15.

11 *Significatio propria, & ſtricta dicitur quæ conuenit diffinitioni vocabuli, et illa propria ſignificatio vocabuli dicitur, quæ ſtricta eſt, & non lata.*

12 *Significatio lata vocabuli, contentum ſub illa comprehendit magis per interpretationem declaratiuam, quam per viam extenſionis.*

13 *Interpretatio declaratiua cenſetur, ſi lata ſignificatio ſit multum propriæ ſignificationi conformis, ipſaq; admittitur etiam in materia pœnali, correctoria, vel in vniuerſum, odioſa.*

14 *Authoritas legislatoris tribuit vocabulo veram, & propriam ſignificationem*

16 *Diſpoſitio per verba negatiua, comprehendit etiam quod ſub latiſſima vocabuli ſignificatione comprehendi poteſt, etiam in materia quantumuis odioſa, ea enim magis ſunt præciſa, quàm affirmatiua.*

17 *Verba negatiua indefinitè prolata, æquipollent vniuerſali ex proprietate ſermonis.*

18 *Ratio naturalis ſufficere debet, etiam ſi lex in mundo deficeret.*

19 *Ius, non ex multitudine DD. ſed ex ratione conſtituendum eſt.*

20 *Verba, quæ ad teſtatorem, & ad hæredem poſſunt referri, in dubio ad perſonam teſtatoris, non autem hæredis referuntur, & num.* 23. 45. 49. 50. *& in etiam in materia indifferenti, num.* 21.

22 *Verba (volo, quod tu hæres non teſteris donec liberos ſuſceperis) inducunt fideicommiſſum.*

24 L. qui filium ff. ad S. C. Trebel. *debet ſimilem interpretationem recipere, de qua* in l. ex. facto ff. eod. *& num.* 25. *ſcilicet, vt per nomen ſuum referatur in dubio ad teſtatorem, non ad hæredem, & nu.* 26.

27 *Hæres in dubio cenſetur grauatus de reſtituendo hæreditatem liberis teſtatoris, non hæredis, & num.* 32. 33. *&* 38.

28 *Teſtator ex prohibitione teſtandi cenſetur vocare cohæredem hæredis, ſi modo non ſit cohæres extraneus, & nu.* 30. *&* 31.

34 Hęredes ipſius, *hæc verba referuntur ad hæredes teſtatoris, & nu.* 37. 40. 42. *et* 53.

35 *Pronomen* ipſius *eſt perſonaliſſimum, et reſtrictiuum ad perſonam nominatam.*

36 *Relatio eſt facienda ad proxima.*

39 *Voluntas, vt* Regina *dominatur in fideicommiſſis, et veriſimilitudo tamquā ſal, et aromata dant diſpoſitioni ſpiritum, et vitam.*

41 *Fideicommiſſum, in quibus caſibus ex veriſimili mente inducatur.*

43 *Teſtatoris affectio eſt dubiæ mentis interpretatio.*

44 *Affectio teſtatoris, magis ab ipſius proximiore dirigitur, quàm alterius.*

46 *Voluntas teſtatoris etiam tacita ſeruatur in fideicommiſſis, et nu.* 47.

52 *Pronomina* ſuum eius, & ipſius *inter ſe non differunt.*

ARGVMENTVM.

Prohibitio diſponendi facta à teſtatore idem operatur, ac prohibitio teſtandi ad hoc tamen tacitum fideicommiſſum ex huiuſmodi prohibitione reſultans, hæredes teſtatoris inuitati cēſentur mortuo inſtituto, non autem hæredes grauati.

Digitized by Google

Pro Domino Philippo Spinula Ianuenſe quõdam, Iulij ſtrenuo milite.

CONTROVERSIA X.

EX lib. 2. decretorũ *Pauli* deprompta eſt deciſio Imperialis inſerta, & relata *in l. qui filiũ* 74. *ff. ad S.C. Trebell.* his verbis. *Qui filium, & filiam habebat teſtamentum fecerat, et ita de filia ſua*
1 *cauerat*. Mando tibi *non teſtari, donec tibi liberi ſint: Pronunciauit Imper. fideicommiſſum ex hac ſcriptura deberi, quaſi per hoc, quòd prohibuiſſet eam teſtari, petiſſet, vt fratrem ſuum hæredem faceret: ſic enim accipiendam eam ſcripturam, ac ſi hæreditatem ſuam rogaſſet eam reſtituere.* Hæc I. C.

Et quoniam in occurenti caſu, in quo conſultatio petitur à Nobiliſſimo Patritio Ianuenſi Philippo Spinula ſuper teſtamento quond. D. Leliæ Spinulę eius amitæ, potiſſimè de duobus dubitari contingit.

Primò, ſcilicet. Vtrum deciſio huius legis procedat, etiam vbi teſtator non ſit vſus verbo *teſtari*, ſed eius vice vſus fuerit verbo *diſponere* his verbis *qual ſuo herede obliga à nõ poter diſponere del capitale di detta ſua heredità, ne di parte alcuna d'eſſa ſolo compita l'età d'anni* 35. *etc.*

Secundò, ſuppoſito ex hac verborũ formula, prohibitæ ſcilicet diſpoſitionis, non minus cenſeri iniunctum fideicommiſſum, ac ſi hæres prohibitus eſſet teſtari, & ſic caſum iſtum comprehendi ſub eadem l. deciſione; hęſitatur quiſnam cenſeatur ad fideicommiſsũ vocatus in caſu præſenti, vbi priuignus teſtatricis naturalis, ſiuè potius ſpurius viri filius, & ſic extraneus fuit inſtitutus, non deſcendens à teſtatrice. Vtrũ ſcilicet cenſeatur vocatur ſucceſſor ab inteſtato hæredis inſtituti, qui nulla coniunctione teſtatrici iungitur, an verò potius ſucceſſor ab inteſtato ipſius teſtatricis, qui eſt ipſe Philippus ex fratre nepos.

Et quoniam primum iam plenè fundatum eſt per eruditiſſimum D. collegam Marcianum filium doctiſſimi Cõſil. Marcelli viri ſingularis, & nihil planè intereſſe debet, quonam verbo vſus ſit teſtator, vel I. C. referens maximè
2 facti contingentiam, ſiquidem conſtat verba inuenta eſſe, nõ quæ impedirẽt, ſed quæ indicarent voluntatem, vt ex *Cicer. pro Aulo Cæcinna*, refert *Angel. Matthiac. de via et ration. iuris l. 2. cap.* 15. *num.* 14.

2 Vnde, cum verbum *diſponere*, non minùs comprehendere poſſit; & verificari in actu vltimæ voluntatis, quàm in actu inter viuos, vt ex §. *penul. et fin. inſtit. quibus alien. licet, vel non, cap.* 2. *et cap. illis de pręb. in* 6. & quod referatur, & pariter comprehendat omnem actum, & conueniat omni materiæ ex *Alex. Ripa, Natta, et Roland.* probat *Surd. deciſ.* 279. *num.* 6. vel quod magis eſt, licet largo modo ſumendo ſignificatum verbi *diſponere*, referri poſſit ad actum inter viuos, & ampliari poſſit interdum illius ſignificatio ex adiectis, *Pariſ. conſ.* 33. *n.* 6. *in* 3. pro-
4 priè tamen, & ſic in dubio referri debet ad actum vltimæ voluntatis §. *ex hæredatos auth. de hæred. et falcid.* vt poſt omnes *in rub. ff. ſolut. matr. tradit Afflict. deciſ.* 370. *nu.* 12. *Alber. ex Iaſ. Boer. Ruin. Natta, Pariſ. et Niconit. quos citat Surd. deciſ.* 272. *nu.* 12. *et* 13. *Pereg. de fideicomm. art.* 40. *num.* 58. & quod natura verbi *diſponere* ſit, vt referatur ad actum vltimæ voluntatis, & ſic teſtandi, vel aliter in actu moriẽtium, & ita vltimæ voluntati conueniat, quodq; in dubio ita ſit accipiendum his, & alijs additis, nempè *Theſ. D. de Franch. Ioſeph Seſſe, et Caualcano*, affirmat *Hyſpan. Caſtillus lib.* 4. *quotid. controuerſ. cap.* 53. *poſt nu.* 31. *verſ. ſic, et è conuerſo* idem in vtroque affirmat

mat *Molinus de Ritu nuptiarum lib.3. cap.18.num.17.* pulchrè *Rauden. de*
5 *analogis lib.1.cap.19.poſt num.15.* vbi quod verbum *diſpoſitio* ſecundum famoſius ſignificatũ vltimã denotet voluntatem, *et num.16.* quod ſit æquiuocum, ſiquidem comprehendit etiam actum inter viuos, & alios quoque habere ſignificatus probat, & omnium quos viderim, optimè hoc confirmat *Rota Roman.* in nouiſſimè congeſtis per *Farinac. deciſ.* 878. *et latiùs deciſ. ſequent.* 879. *vbi decidit Rota* conſuetudinem, ſiuè morem Capuanę, & Nidi, quo in pactis dotalibus vtũtur Nobiles noſtræ inclytę Ciuitatis Neap. vbi de poteſtate diſponendi ſit mentio ex ſubiecta materia propriè ad diſpoſitionem vltimæ voluntatis, non autē ad donationem inter viuos referri, vbi vltrà *Alex. Afflict. Ruin.* & alios, addit *Plotum, et Rimin. iun.* & optimis rationibus id comprobat, & diſcurrit etiam de poteſtate diſponendi reſtricta mulieribus Neapol. per Conſuet. in ſcriptis redactam, in cauſa D. Felicianæ Auolos, & *in deciſ.* 880. & nouiſsimè *Fontan. de pactis nuptial. to.2. clauſ.5. gloſ.10. par.1. nu.71.* addit etiam *Surdum, et Nattam in pluribus conſ. et deciſ. Senat. Catalonię de anno* 600. vbi quod reſeruata poteſtate diſponendi comprehendatur, & facultas donandi præſertim ſi nulla diuerſitatis ratio cōſiderari poſſit.

Vnde non oberit, ſi obijciatur, in caſu præſenti prohibitionem diſponendi, eſſe intelligendam dumtaxat, vt reſpiciat tantùm actum inter viuos, vt colligi videtur ex reſtrictione addita à teſtatrice, dum concedit licentiam hęredi, *che frà tanto poſſa ſolamente impiegare il capitale col conſenſo de Filippo Cataneo ò della perſona ch'egli in ſuo luogo ſurrogaſſe*, hæc enim limitatio, quam certum eſt reſpicere actũ inter viuos, declarat regulam prohibitiuam, vt pariter cenſeatur prohibita diſpoſitio inter viuos, exceptio enim eſt de regula, ſiuè declarat regulam, & in quibus terminis loquatur.

Siquidem clariſſima patet reſolutio ex præd. ſuppoſito etenim, verbum *diſponere* comprehendere omnem diſpoſitionam inter viuos, ſcilicet, & ſignanter actum vltimæ voluntatis, & præſertim prolatum in actu teſtandi à
7 *moriente, ſiuè* teſtatore, cum verba *intelligi* debeant ſecundum ſtatum, & materiam, ad quam partes ſe præparãt, & actum quem gerere intēdũt *Faber. Natta, Surdus, Becc.* & alij relati à *Caſan.conſ.45.n.104.et 105.et in puncto, Iaſ.conſ.190. in princ. lib.2.* exceptio ſiuè limitatio prædicta concernens licentiam diſponēdi ſub ea forma inter
8 viuos erit de regula, cum enim regula omnem diſpoſitionem vniuerſaliter comprehendat, exceptio concernens vnum ex pluribus contentis ſub regula, ſeruabit officium ſuum, vtſit de re-
8 gula, tametſi nō concernat omnes caſus ſub regula comprehenſos, ſed ſufficit adaptari ad vnum ex caſibus ſub regula comprehenſis, *Gloſ. in cap.1. verbo, niſi* vbi *Dom. et Franc.* ad hoc eam commendant *de præſcript. in 6. Euerard. loco ab except. ad reg. in vlt. verbis.*

Vt autē verbũ *diſponere* nedũ poſſibiliter, ſed neceſſariò in præſenti caſu comprehendere debeat omnem diſpoſitionis ſpeciem, & præcisè actum vltimæ voluntatis iuxtà eius proprium & peculiarem ſignificatum, vltrà generalia. Verba ſcilicet in dubio accipienda eſſe propriè, & in ſpecie non in genere, & in potentiori, ſiuè aptiori ſignificatu.

9 Idque eſt apud omnes indubitatum. Dum è contra dubitant *DD.* qualiter verbum ſit accipiendum in genere, ſcilicet, an in ſpecie, in quo *Alex. in rub.ff.de ſolut.matrim.num.22.* diſtinxit inter materiam fauorabilem, & odioſam, vt in materia fauorabili accipiatur in genere, in odioſa vero in ſpecie, *Vincen.autem ibidem nu.71.* ſupplens caſum omiſſum *ab Alex.* ſubijcit, quod in materia, indifferenti, in dubio

accipiatur

10 accipiatur in genere *Bulgar. autem n.* 40. aliter diſtinxit, quod vbi nomina generis talia ſunt, quod nõ ſint eadem nomina ſuarum ſpecierum, vt quia ſpecies habent nomina diſtincta à genere, & in his terminis procedit regula, *verba generaliter prolata, generaliter eſſe accipienda*, vt propriè contingit in caſu præſenti, vbi non deſunt propria, & diſtincta nomina varijs ſpeciebus vltimarum voluntatum, quę ſub verbo *diſponere* comprehẽduntur de quibus per *Cardin. Manticam l. 1. de coniect. vlt. volunt. à tit. 6. ad* 14. *Raud. de analogis lib. 1. cap. 26. n. 5. et cap. 17. n. 19.* ſecus verò in nominibus ſpecierum, quę nõ habẽt diſtinctũ nomẽ à genere, in quibus eſt facienda diſtinctio inter diſpoſitionem fauorabilem, & odioſã, alij verò aliter diſtinguunt, vt refert *Barboſ. in d. rubr. ff. ſolut. matr.* 4. *par. ex num.* 46. *ad* 48. quibus omnium reſolutionibus attentis, dubitari non poteſt, quin verbũ *diſponere* in caſu pręſenti generaliter accipiendum ſit, aut ſaltim propriè, & in ſpecie accipi debeat, & ſic, vt ad vltimas voluntates
11 referatur. Hæc enim eſt propria, & ſtricta ſignificatio, quæ conuenit diffinitioni vocabuli, *l. non aliter* 67. §. 1. *iuncta gloſſ. ff. de leg.* 3. *Bart. in l. omnes populi num.* 59. *ff. de iuſtit. & iure*, & illa propria dicitur vocabuli ſignificatio, quæ ſtricta eſt, & non lata ſecundũ *Socc. & alios in l.* 3. *C. qui admitti*, quãuis *Politus in prælud. ſubſtit. num.* 15. *& Camill. Gallin. de verbor. ſignif. l.* 3. *c.* 2. *amplius* velint, quod omne id, quod etiam ex lata vocabuli ſignificatione comprehendi poteſt, propriè quidem & verè continetur, & *Galiaul. in rubr. de verb. oblig. n.* 125. quẽ refert, cui addo *Barboſ. d. loco poſt n.* 49. *verſ. & licet Gloſſ. Aretin. & alios, quos citat Rimin. iunior in rubr. inſtit. de donat. nu.* 215. *verſ. ſecundò dicunt*. Et quod nomen generale omnes ſpecies includat, & quidem propriè, cum omnis ſpecies ſit vera ſpecies, etiam ſi ſit maior ratio in vna ſpecie, quam in alia, quãuis in materia odioſa, pœnali, & correctoria latè fundat *Raud. lib. 1. de analog. c.* 16. *in princ. cum multis capitibus ſeqq.*

12 Verùm quidquid ſit in hoc illud certum eſt omne, quod comprehenditur etiam ſub lata ſignificatione vocabuli, magis illud venire per interpretationem declaratiuam, quàm per viam extenſionis, *Molin. lib.* 4. *de primogen.*
13 *cap.* 5. *à num.* 25. & vt ſubijcit *Barboſ. in d.* 4. *par. rub. num.* 53. præſertim in verſiculo, *ſed vera reſolutio*. Si lata ſignificatio vocabuli multum ſit conformis propriæ, & ſtrictæ ſignificationi cenſebitur interpretatio declaratiua *l. librorum* 50. §. *quod tamen caſſius, iuncta gloſ. verbo, libros ff. de legatis* 3. quę ex conſequenti admittitur etiam in materia pœnali, & correctoria, uel in uniuerſum odioſa *l. cum lege ff. de teſtam. Barboſ. ibid. poſt num.* 53. Et ſi
14 reliquã ceſſet authoritas, ſola legiſlatoris ueram, & propriam tribuit uocabulo ſignificationem, ita ut, quo dicẽdi modo uſi ſint I. C. & nos uti poſſimus, propriè q; dicere uideamur *l. anniculus* 130. *ff. de verb. ſignif.* quod *ex Barboſ. Alciat. Polito, et alijs probat Barboſ. d.* 4. *par. rub. in fin.*
15 Quæ omnia licet rectè procedãt in diſpoſitione nedum hominis, ſed etiã legis affirmatiuè concepta, ut ex omnium mente probat *Barboſ. contra Al-*
16 *ciat. ibid. nu.* 50. Attamen in diſpoſitione concepta per uerba priuatiua, ſiuè negatiua, tunc nulla adhibita diſtinctione, cenſetur prohibita omnis diſpoſitio, etiam quæ ſub latiſſima uocabuli ſignificatione impropriè comprehendi poteſt, & etiam in materia quãtumuis odioſa, ſiquidem uerba negatiua, ſiuè priuatiua magis ſunt præciſa quàm affirmatiua *Gloſ. in l. hoc genus*
17 *ff. de condit. et demoſtrat.* & quia uerba negatiua indefinitè prolata ęquipollẽt uniuerſali ex proprietate ſermonis, quod nõ contingit in verbis affirmatiuis, niſi ex benigna interpretatione, & ideò uerba affirmatiua in materia odioſa, accipienda ſunt in ſpecie non in genere,

re, quia odium nõ admittit benignam interpretationem, ſed verba negatiua accipiuntur in genere, & ſic vniuerſaliter, prout eorum proprietas exigit, iuribus, & authoritatibus, quas ad hoc citat optimè comprobans *Barboſ. d. 4. par rub. poſt num. 48. verſ. ego nouè aduerto cum ſeq.*

Vnde, cum in caſu præſenti verba ſint negatiuè concepta, ibi *obligo à non poter diſponere* repetita ibi *nè di tutto ne di parte alcuna* adiectis inſuper clauſulis vniuerſalibus prohibitiuis, *& non altrimente, nè in altro modo,* quæ ex ſui natura valde ſunt præciſa, & ex geminatione maius robur accipiunt, ſequitur, vt omnis cenſeatur ſublata interpretatio reſtringendi, ſiuè coarctandi, quominus prohibitio diſponendi negatiuè concepta, & vniuerſalibus, & præciſis clauſulis ampliata, omnem diſpoſitionis ſpeciem tàm inter viuos, quam in vltima voluntate, comprehendat.

Quoad ſecundum punctum; ſuppoſito, quod ſufficienter probaſſe credimus, idem operari prohibitionem diſponẽdi in caſu præſenti, quod ex prohibitione teſtandi deciſum fuiſſe teſtatur *Paul. in d. l. qui filium*; aſſeueramus indubiè ad fideicõmiſsũ, moriẽte, inſtituto, omninò fuiſſe inuitatos ſucceſſores ab inteſtato ipſius teſtatricis, non autem ipſius hæredis grauati, ea ratione, quia teſtatrix inſtituendo cum prohibitione diſponendi, non inſtituit priuignum liberè, ſiuè ſimpliciter, & in totum, ſed cũ onere, ſiuè reſtitutione ab initio iniũcta in ipſa inſtitutione, & actu teſtãdi, in quo vſa eſt liberalitate, adiecto vinculo prohibitionis teſtandi, quod lex interpretatur potius feciſſe ad commodum eorum, qui ſibi erant ſucceſſuri ab inteſtato, quàm ſucceſſorum ab inteſtato ſui hæredis extranei, in quos veluti ignoros, nulla potuit veriſimiliter haberi affectio. Exceptio enim caſu, quo hæres decederet cum liberis, quos cenſeretur ipsã prædilexiſſe, ſiquidem honorando hæredem, videtur quoque ipſius poſteritatem præferre, in reliquo nulla cadere poteſt vniuerſalis affectio erga ſucceſſores hæredis ab inteſtato ignotos.

Vnde *in d. l. qui filium*, dicimus fuiſſe meram facti contingentiam, vt manifeſtè patet ex relatione caſus, quem eueniſſe, & relatum Imperatori pro deciſione refert *Paul.* vt futurus ſucceſſor ab inteſtato eſſet idem, teſtatori, & hæredi, ſed fortius admitti dumtaxat coniunctos teſtatoris, vbi ſucceſſor hæredis nullo vinculo teſtatori cõiungitur, vt infra latè.

18 Quod, licet ipſa ratio naturalis manifeſtè ſuadere videatur, quæ ſufficere debet, etiam ſi lex deficeret in mundo *l. ſcire oportet* § *ſufficit*, ibi *ex ipſa naturali iuſtitia ff. de excuſ. tutor. cum concord. per Crauett. conſ. 31. num. 5. ex Euerard. loco à lege ceſſante ex num. 2.* vt plures rationes inconuincibiles infrà in diſcurſu afferemus.

Nè tamen deficiant authoritates, quibus pluſquam par eſſe debet, noſtri videntur addicti, de quo dolet ex *Agricola, Angel. Mattheac. de via, & ratio. iur. l. 2. cap. 11. num. 23.* cum non ex multitudine, DD. ſed ex ratione ius

19 eſſe conſtituendum, eſt *tex. in l. 1. § ſed neque C. de vet. iure enucl. cum alijs per Camer. in § at non erit inutile nu. 56. in Eſtr. volentes*; id probabimus à *Gloſ.* vſque ad nouiſſimos, *pauciſſimis exceptis*, hoc vel ſupponere, vt in dubium, vel probare, vt receptum, & abſolutũ.

Vt autem hoc manifeſtè pateat præmittimus pro intelligentia dicendorum, *in l. ex facto 17. eod. tit. ad Trebell. iuxtà Gloſ.* verbo *ſua*, eſſe definitũ verba prolata, quæ poſſunt referri ad teſtatorem, & ad hæredem, in dubio eſſe referenda ad perſonam teſtatoris, non autem ad perſonam hæredis, proponitur. n. ibi *alter caſus, in quo ſimiliter inducitur tacitum fideicommiſſum*: cum enim ex facto tractatum eſſet, an per fideicommiſſum rogari quis poſſit, vt aliquem hæredem faciat, Senatus cen-

cenſuit rogari quidem quenquam, vt
aliquem hæredem faciat, non poſſe,
quia auferretur libera teſtandi facul-
tas illam reſtringendo, vt certo modo
teſtaret; verũ videri poteſt hoc rogaſſe,
vt hæreditatem ſuam ei reſtituat, ideſt
quiquid ex hæreditate ſua conſequu-
tus eſſet, vt ei reſtitueret, ſubdit *Gloſſ.*
ſua.i.rogantis non vltrà, ſequitur *Dyn.*
ibi *Alber. qui cum Gloß.* interpretant
ſua, ideſt ſui, ſcilicet rogantis, *&* *Bart.*
ibi notat ſemper, cum dubitatur, an
hoc pronomẽ, *ſuus, ſua, ſuum*, referatur
ad ipſum teſtatorem, vel ad hæredem
eius, ſemper indubio ad teſtatorem re-
ferendum, niſi aliud de mẽte appareat
*idem Caſt. in ſum. & latiùs ibi Imol. n.*1.
verſ. in gloß. ſuper verb. ſua, vbi quod
ſcriptum in tertia perſona, ſicut com-
muniter reperitur verbum, quod po-
teſt adaptari ad perſonam teſtãtis, niſi
ratio ſubiectæ materiæ aliter ſuaderet.
21 Quod ampliat etiam in materia indif-
ferente, vbi licet ſit maius dubium,
idem tamen ius ſtatuendum eſſe affir-
mat *Imol. auth. Bart. in l. cum in teſta-*
mento 30. *ff. de auro, & argento legato*,
& ſubijcit exempla, de quibus latius
infrà, idem ibi *Ludouic. Pontan. de Ro-*
22 *ma*, vbi amplius referendo diuerſas
verborum formulas, ex quibus videtur
hæres grauatus de reſtituendo hære-
ditatem, & inter alias retuliſſet *nu.* 2.
in fin. ex his verbis, *volo quod tu hæres*
non teſteris, donec liberos ſuſceperis, ex
quibus reſultare dixit fideicommiſſum
ex Pauli reſponſo in d. l. qui filium 75.
mox ſubijcit *Rom. in verſ. Nota quartò*
23 indubio verba ad perſonam teſtatoris
eſſe referenda, non ad perſonam hære-
dis, ſubijciens ex *Bart. in d. l. cum in*
teſta. quod ſi Doctor inſtituat ſchola-
rem hæredem, eumque grauet de re-
ſtituendo liberis ſuis, in dubio grauaſ-
ſe intelligitur de reſtituendo liberis
teſtatoris, nõ autem hæredis, idem ibi
ſequitur *Alexan. in vlt. verbis*, optimè,
& latiſſimè *Ripa num.* 5. *in* 3 *notab.* vbi
citat plures concord. & optimè exor-
nat authoritate *Petri, Dyni, Bart. Aret.*
& aliorum, & latiùs num. 6. *vt infrà*
latius deducemus.

Cum autem *Gloſſ. in d. l. qui filium*
74. *in gloſſ.* 1. *verb. ſcriptura, ſtatim*
pro intelligentia d. l. qui filium, in pri-
mis citauerit *d. l. ex facto* 17. *ſup. hoc*
eod. tit. ex hoc expreſsè voluit *gloſſ.* fi-
deicõmiſsũ ex hac ſcriptura debetur. ſ.
mando tibi non teſtari, donec tibi liberi
ſint, Paulus refert ex deciſione Sena-
24 tus, declarationem omninò recipe-
re debere ex ſimili interpretatione in-
ductiua fideicommiſſi de qua *in d. l. ex*
facto, & iuxta illius terminos, & inibi
notata per ipſammet *Gloſſ.* Vndè, cum
inibi ſtatuerit, verba in dubio eſſe re-
ferenda ad perſonam teſtatoris, nõ au-
tem hęredis grauati, quod communi
omniũ calculo, receptũ eſſe ex iã dictis
apparet, & infrà plenius idẽ voluit *gloſ.*
in interpretatione dubietatis *in d. l. qui*
filium, dum in primis verbis citat *d. l.*
ex facto, ex vulg. propoſitione, dictum
DD. eſſe intelligendũm iuxtà *l. quam*
citat, & notatur per eandem *Gloß.* ibi.

Idem cum *Gloſſ.* facit *Odoffred. in*
d. l. qui filium 74. qui cum pluries pon-
deraſſet filiam cenſeri rogatam, vt fra-
tri ſuó reſtituat, & mox addit, *fratri ſuo*
ſuperſtiti, & inferius *vnde ſi inſtituit fi-*
lium, & filiam, & prohibeat filiam te-
ſtari, tacitè videtur rogaſſe eam, vt fra-
tri reſtituat, nam ſi teſtator inſtituat
aliquem, & rogat eum, vt faciat talem
hæredem, inſpicimus mentem, & non
25 verba, vt ſupra *eodem, l. ex facto*, & ſic
Odoffred pluries, non ſine myſterio ad-
uertit filiam cenſeri rogatam, vt fratri
ſuo reſtitueret ex eo .ſ. qa ipſe frater
erat ſimul filius teſtatoris, imò ideò
frater, quia teſtatoris communis parẽ-
tis filius, & ſic proximior, & carior pa-
tri teſtanti, velut deſcendens, quàm
ſorori collaterali, cuius, & frater, & co-
hæres erat, patre medio, & patris ipſius
cauſa, & citat *l. ex facto*, vt innueret à
prædicta *l. cũ ibi not.* declarationem re-
cipere debere Senatus decretum *à*
Paulo relatam in d. l. qui filium.

Alber. ibidem hęc verba ſubijcit, *ca-*

ſus

ſus pulcher eſt, qui prohibetur à teſtatore teſtari, donec liberos habeat, ſi ſine liberis moriatur, videtur de hæreditate, per fideicommiſſum reſtituenda legitimis ſuis rogatus, hæc dicit *Dynus*, quis autem dubitare poterit *Dyn. & Alber.* intelligere apertisſimè, *de legitimis ſuis*, ideſt teſtatoris ſtante ſupra dicta regula fundata per *Bart. & omnes in d.l. ex facto*, ex qua ſtatuunt interpretationem recipere *d. l. qui filiũ*,
26 ſcilicet, vt pronomen, ſuum referatur in dubio ad teſtatorem, non ad hæredem, vt ipſe idem *Alber.* ſemetipſum gloſauit *in d.l. ex facto*, dum dixit, *ſuã ideſt rogantis*, citando eũdem *Dyn.* certè nulla melior *Gloſſ.* quam eiuſdem *Alberici* pro interpretatione ſui dicti idem clariſs. *Bart.* qui ſummat. *Qui iubet aliquem non facere teſtamentum videtur rogare de hæreditate reſtituenda venientibus ab inteſtato*, ſi igitur *Bart. in d.l. ex facto, & in d.l. cum in teſtamento* conſtituit propoſitiones ge-
27 nerales, & in ſpecie, quod hæres cenſeatur grauatus de reſtituendo liberis teſtatoris non autem hæredis, vt eum intelligit *Rom. & in d. l. qui filium*, caſus eſt, vt filia cenſeatur prohibita teſtari ad beneficium filij teſtatoris, qui nedum erat ſucceſſor ab inteſtato, ſed ſuus, & neceſſarius iure *ff. qui in l. in ſuis cum ibi not. ff. de liber. & poſthu.* frater ſuus poſteà nominatur, vt elegãti ſtylo, de II.CC. more, quẽ ſupra filiũ nominauerat, nũc fratrem ſororis, eiuſdem teſtantis filiæ, ornatu variæ loquutionis, iterũ filiũ teſtatoris exprimeret. ex quo non video quomodo *Bart.* ex illo tex. potuerit contra regulas à ſe præſcriptas, & contra verba, & mentẽ illius *tex.* elicere ſummariũ, vt ex prohitione, teſtandi cenſeri poſſit rogatus hæres reſtituere hæreditatẽ venientibus ab inteſtato ipſius hæredis, & præſertim, vbi venientes ab inteſtato hæredis nullo vinculo coniungerentur teſtatori, abſurdũ quippe eſt, vt illa deciſio extendatur ad caſum in quo nedum, non eſt tanta ratio, ſed protinus diuerſa, quinimò aduerſa, & contraria, ex diametro, quod ſcilicet prohibuerit teſtator hæredem teſtari, ad inducendum fideicommiſſum ad beneficium extraneorum nullo vinculo, nec cognitione ipſi teſtatori coniunctorum,
28 aut notorum, *Angel. ſummat tex. cum* Bart. illud tantum addens, *quod videretur teſtator per fideicommiſſum vocare cohæredem, ſi cohæredem habebat*, & deinde ſoluit contrarium *de l. cum*
29 *pater* 79. *§. mando ff. de leg.* 2. vt non obſtet; quia ibi filia non fuit prohibita teſtari præceptiuè, ſed per modum conſilij, *Imola* ſummat eodem modo cum Bart. *& Angelo*, & quoad illud de cohærede additum per *Angel.* ſubſiſtit
30 dicens, *ſed hoc non puto*, ſcilicet indiſtinctè procedere, vt cohæres videatur per fideicommiſſum inuitatus, vt dicebat *Angel.* pone enim inquit *Imol.* quod ille cohæres eſſet extraneus, qui non eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, nam tunc etiam ſi filia obſeruaſſet præceptum teſtantis non veniret, ideò non poteſt dici eius fauore dicta verba appoſita, ſed ſolum fauore veniẽtium ab inteſtato, & ſic *Imol.* reſtringit dictum *Angeli*, de cohærede, vt cẽſeatur cohæres inuitatus, ſi modo nõ ſit hæres extraneus. Vnde ex vtriuſque dicto optimè comprobantur ſupra dicta. Quod enim dicit *Angel.* vt ex prohibitione teſtandi cenſeatur inuitatus cohæres inſtituti, qui hæres eſt teſtatoris, non
31 hæredis, & probatur clariſſimè *in l. cum pater* 79. *§. mando ff. de leg.* 2. in illis verbis, *cohæredi ſorori*, inducendo hoc modo, quod niſi inibi fuiſſet ſimplex conſilium, non præceptum, non teſtandi, fideicommiſſum fuiſſet inductum, in beneficium cohæredis ſororis adeò, vt non ſine miniſterio I. C. ſororem cohęredem nominauit, ex hoc clariſs. patet, quod non cenſetur vocatus ſucceſſor hæredis, neque habens cauſam ab ipſo, ſed hæres teſtatoris
32 cuiuſmodi eſt cohæres hæredis, & inde deducitur, quod ſicut vocatur cohæres à teſtatore expreſsè inſtitutus,

ſic

Digitized by Google

ſic pariter vocatur ſucceſſor ipſius teſtatoris ab inteſtato ex tacita eiuſdem voluntate, *ex l. conficiuntur ff. de iure codicil.* & non alius. Stringit autem *Imol.* vim argumẽti, dum limitat, *ſi ille hæres extraneus non erat ſucceſſurus ab inteſtato*, ergò neceſſario loquitur, quod eſſet ſucceſſurus ab inteſtato eidem teſtatori, à quo erat hæres inſtitutus. Cùm enim agitur de hærede inſtituto, qui ſit ſucceſſurus ab inteſtato perneceſsè de eiuſdẽ perſonæ ſucceſſione intelligi debet, non alterius. Quod etiam ſuadetur, ex verbis, quæ ſubijcit ſupra relatis, ibi *ideò non poteſt dici eius fauore dicta verba appoſita, ſed ſolum fauore venientium ab inteſtato*, ſi enim agitur, de interpretanda mente teſtatoris cuius ſcilicet fauore verba illa prohibitionis teſtandi appoſuerit, & ſimpliciter dicitur, cenſeri appoſita ſolum fauore venientium ab inteſtato, de veniẽtibus ab inteſtato ipſius diſponentis omninò intelligi debet, dum aliud clarè non exprimitur, idem

33 *Cuman.* expreſsè dum ita ſummat *prohibens aliquem teſtari, videtur grauare de reſtituendo venientibus ab inteſtato*, & pro ſimili citat, *d. l. ex facto ſupra eodem tit. ad Trebell.* & reſpondens ad *d. l. cum pater* §. *mando* dicit, quod imò ibi *quoq; fuit præceptum, tamen non fecit teſtator in fauorem venientium ab inteſtato*, ſed in fauorem filiæ, vt nemo inſidiaretur vitę ipſius. Accedat *Caſtr.* recolligens *deciſ. d. l.* his verbis, *qui iubet hæredem non facere teſtamentum, videtur grauaſſe de reſtituendo hæreditatem venientibus ab inteſtato poſt eius mortem, hæc dicit notabiliter*. Non video igitur quomodo tantorũ patrũ explicationes ad *d. l. qui filiũ* q; tã apertè docuerũt, ex his verbis cẽſeri vocatos veniẽtes ab inteſtato pſertim referẽdo ſe ad *d. l. ex facto*, ex qua eorum doctrina ſi eſſet dubia declarationem reciperet, poſſint admittere extraneam ſuppletionem, vt cenſeantur vocati venientes ab inteſtato, non ipſius teſtatoris, ſed hæredis.

Pręterea, ſi prædictæ antiquorum patrum declarationes ad ipſum *Pauli* decretum *ad d. l. qui filium*, non adeſſent; nonnè idem eſſet affirmandum ex iuris principijs, & ex his, quæ alias ſparſim tàm *in lecturis*, quàm *in conſilijs DD. noſtri*, in fortioribus terminis generaliter ducuerunt inferendo ad deciſiones diuerſorum caſuum.

Si enim, vbi ex propria verborum ſignificatione diſpoſitio eſſet intelligenda de hæredibus hæredis inſtituti, adhuc contra verborum proprietatem cenſentur vocati hæredes teſtatoris, non autem hæredes hæredis, vel honorati, ergo fortius in caſu *d. l. qui filiũ*, vbi verba minimè repugnant, imò deficiunt ſiquidem fideicommiſſum tacitè inſurgit de iure ex præſumpta volũtate teſtatoris, verbis non expreſſa.

Teſtis adhoc ſit *Alexand. conſ.* 56. conſideratis verbis *num.* 2. *lib.* 1. vbi cum diſpoſuiſſet teſtator, vt quædam domus ſemper remaneret ad vſum, & habitationem Dominę Margaritæ vxoris ipſius teſtatoris vita durante, &

34 poſt ipſius mortem, ad ipſius hęredes, & ſucceſſores, decidit *Alexan.* verba prædicta vltimo loco prolata intelligẽda eſſe de hæredibus ipſius teſtatoris, non de hæredibus dictæ Margaritæ citat *d. l. ex facto in principio cum Gloſ. ff. ad Trebell. & l. cum in teſtamen. vbi Bart. ff. de auro, & argento legato.*

36 Et tamen contrarium erat dicendũ, cum pronomen iſtud, *ipſius*, ſit perſonaliſſimum, & reſtrictiuum ad perſonã ipſam nominatam eamque includat perſonalitatemque oſtendit, ità vt omnes alias excludat, *Alexan. Barboſ. latiſſimè de diction. cap.* 151. relatio autẽ

36 eſt facienda ad proxima, *l. ſi idem cum eodem* §. *fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.* &

37 ob id hanc deciſ. *Alexand.* tanquam ſingul. refert, & ita ex facto conſultum reſpõdiſſe teſtatur *Hyppol. Marſil. ſingul.* 2. *aliàs interrogatus*. Accedat deciſio in puncto *Stephan. Bertr. in* 1. *par.* 3. *partis principalis conſ.* 256. *incip. Multa ſunt in principio*, vbi in teſtamẽ-

to

to condito per quandã mulierẽ nomi-
38 ne Bonã, cũ fuiſſet inſtitut⁹ Ioãnes Roſ-
ſetti nepos dictæ teſtatricis, vt colligi-
tur poſt *nu.* 2 & vocauerit in certo caſu
ſuos liberos, decidit *Beltrãd.* ꝙ illa ver-
ba, quib⁹, vt moris eſt, vſus fuerat Nota
ri⁹ in tertiã ꝑſonã, inſtituẽdo Ioãnẽ ne-
potẽ, & ſuos liberos, nõ debẽt intelligi
de liberis Io. hęredis inſtituti, ſed de li
beris ipſi⁹ teſtatricis, citat *d. l. ex facto cũ
gloſſ et not per Bar. in d. l. in teſt. 1.* & ſub
ijcit hęc verba, *ex quib⁹ duob⁹ teſtib⁹, iũ-
ctis gloſſis, colligitur doctrina, quod adie
ctio ſuis, ſua, vel ſuos, debet intelligi de
ſuis diſponentis, nõ autẽ de ſuis illius, in
quẽ confertur diſpoſitio, citat Imol. in c.
indicante n. 24. de teſtamen.* vbi optimè
Alex. d. cõſ. 56. in princ. & quẽdam *Ioã.
Ray. in tract. ſuitatis* cõcordat *Iaſ. in l.
ſi pecuniã in fi. ff. ſi cert pet.* ſi igitur, vbi
expreſsè ex verborũ ꝓprietate vidẽtur
inuitati ſucceſſores hæredis, adhuc
ius contra verborum proprietatem
quę inducitur ex pronomine, *ſuus, ſua,
ſuum*, quod & ipſum perſonalitatem,
importat, & demõſtrat perſonam pro-
ximè, & immediatè nominatam ad
oculum, & ſtat reſtrictiuè, vt latè pro-
bat idem *Alexand. Barboſa d. tract.
cap.* 344. & nihilominus perdit officiũ
ſuum, & quaſi obcęcatum alio ſe con-
uertit, deſeruiens potius oculo mentis
diſponentis, quàm propriè ſigni ſictio-
ni, fortiùs hoc admitti debet in caſu *d.
l. qui filium*, vbi verba non repugnant
39 & voluntas, quæ vt Regina dominatur
in fideicõmiſſis, & veriſimilitudo, quæ
tanquam ſal, & aromata dant diſpoſi-
tioni ſpiritum, & vitam, ſatis apertè fa-
uent, ad not. per *Bald.* relatum per *An-
gel. Mattheac. de via, & ratione iuris lib.
2. c.* 11. *nu.* 11. idemq; cum *Alex.* quod
verba expreſſa, *de ſuis hæredibus*, intel-
40 ligi debeant de hæredibus ipſius te-
ſtatoris, nõ autẽ hęredis, ex *theor. Gloſſ.
& DD. in d. l. ex facto*, ad quã omnes ſe
referunt, cõcludit *Dec. in l. vlt. n. 4. vbi
add.* citãt *cõcord. C. de impub. et alij ſub-
ſtit. et in cõſ. 470. incip. duo dubia n. 12.
vbi add.* hoc dicunt fieri ex veriſimili
mente teſtantis, citant *Alex. Marſil. et
Ruin.* & ſic procedit in ſpecie in tacito
fideicommiſſo reſultãte ex prohibitio-
ne teſtandi, de qua *in d. l. qui filium*
quam inter caſus in quibus inducitur
41 tacitum fideicõmiſſũ ex veriſimil mẽ-
te, connumerat *Papæ dec.* 469. & inter
ſex caſus taciti fideicõmiſſi *Peralta in
l. Titia cũ teſtam. §. Titia cum nuberet
poſt n.* 18. vbi non ſine conſideratione
coniunxit caſum *l. ex facto* 17. cum
caſu noſtræ *l. qui filium* 74. *ff. ad Tre-
bell.*

42 Cõprobat prædicta *Curt. iun. cõſ. 5.
n. 3.* vbi generaliter affirmat, verba ſim
pliciter prolata, quæ poſsũt referri ad
ſuccedẽtẽ, & ad defunctũ, in dubio ve-
rificari, & referenda eſſe ad defũctũ la-
tiſſimè ſimul, & optimè *Ripa. tã in l. fi-
liusfam. §. diui n. 31. verſ. vltimò noto,
et in d. l. ex facto n. 5. et 6. vſq; ad* 8. qui
adeò plenè, & eruditè loquitur, ꝑmiſſa
diſputatione ad partes, & reſoluẽs obie
cta, vt nihil amplius ad particularẽ de-
ciſ. caſus noſtri deſiderari poſſit, & v-
trobiq; teſtatur ſe cõſuluiſſe, qñ ſubſti-
ſtitutio vltimo loco facta ꝑ hæc verba,
deinde proximiorẽ ſubſtituit generis ſui,
intelligenda ſint de ꝓximiore generis
teſtatoris, nõ autẽ hæredis, neq; ꝓximi
ꝓcedẽtis ſubſtituti. & inter alias ratio-
nes, & iura, qbus mouetur, & citat, quę
nõ trãſcribo, eſt illa, quã vtrobiq; dicit
eſſe cõcludẽtẽ ſuo iudicio ſ. quia teſta
43 toris affectio eſt dubiæ mẽtis interꝑta-
tio *l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg.
et pupil. Bar. in l. Lutius ad fin. eod. tit.
Alex. cõſ. 30. poſt n.* 4. vbi addẽtes *lit. A.
lib. 2.* plures citat *Dec. cõſ. 303. n. 2.* affe-
44 ctio autẽ teſtatoris magis dirigitur ad
ꝓximiores ipſius, quã alteriùs, *l. Lucius
in fin. ff. de hæred. inſtit.* cũ alijs ꝑ *Ripã.*
idẽ ꝓbat *Card. Pariſ. cõſ. 83 n. 10. ver.
ſi vero*, & iterum *conſ. 88. n. 36.* vbi *ex
gloſſ. et DD. in d. l. ex facto, et in l. ſi quis
Titię iũcta gloſſ. 1. ff. vſufr. accreſc. et ex
Bar. Aret. Alex. Soc. & Frãc. de Curte* in
plurib⁹ locis cõcludit, ꝙ illa verba *ſub-
45 ſtitutionis*, qbus teſtator poſt hæredis
inſtitutionem, & ſubſtitutiones factas
ſubſtituit deinde, *ſuos hæredes*, q̃ pote-
rãt intelligi de hæredibus ipſius hęre-

dis, & hæredibus teſtatoris debẽt omninò referri ad hæredes teſtatoris, ex eo, ꝙ verba dubia, q̃ poſſũt referri ad varias pſonas, referri debẽt ad perſonã ipſius teſtatoris, & nõ ad perſonã hæ-
46 redis, ſeù ſubſtituti, & *in prin. conſ.* latè fundat *Pariſ.* volũtatẽ teſtatoris etiam tacitã, & ex coniecturis elicitã ſeruãdã eſſe in fideicõmiſſis, ita vt recedatur à vi, & natura verborũ, & verbalis ſignificationis; vnde fortiùs hoc dicẽdũ eſt in materia *l. qui filium*, vbi agitur de fideicõmiſſo tacito, & ſic verba nõ repugnãt, & mẽs ſola, & volũtas prædominatur, ſequitur prædicta exornãs, & dicẽs eſſe cõmunẽ opinionẽ, & cõtrariã cõmuniter reprobari *Rol. cõſ.* 70. *ex nu.*
47 76. *cũ duob. ſeqq. lib.* 3. vbi ex *nu.* 52. ad 51. latè agit de mẽte teſtatoris veriſimi-
48 li, & tacita ſeruãda in fideicõmiſſis, notat itẽ *Ludo. Moli.* vt verba in dubio ad teſtatorẽ ſint referẽda, nõ ad grauatum *de primog. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 10. *Menoch. lib.* 4. *de præſump. c.* 39. *nu.* 57. *verſ. quintò.*
49 Nec deſũt deciſiones, qa ſm̃ pdicta refert deciſũ *in Rot. Rom. Card. Seraf. deciſ.* 553. *à n.* 5. *ver. quãtũ ad poſterio rẽ*, vbi teſtatur hãc eſſe receptã regulã, & ita deciſũ in vna Fauẽtina *die Lunæ* 15. *Ianuarij* 1582.
50 Cõfirmat pdicta alter *Card. Mãtic. de coniect. vlt. lib.* 8. *tit.* 14. quod hęc verba *ſubſtitui: Titiũ, et ſuos hæredes*, in dubio ſi nihil impediat, magis debent intelligi de hæredibus ipſius teſtatoris, quã *Titij* citat *l. ſi quis Actio* cum *gloſſ. de vſuf. accreſ. l. debitor.* 59. ibi *filiæ ſuæ* .i. teſtatoris *ff. ad Trebell. et l. ex facto cum gloſſ. eodem tit. Bar.* ita dicit ſe ex facto cõſultũ reſpõdiſſe, cũ attinentes ſui eſſẽt ſubſtituti, de attinẽtib⁹ .ſ. teſtatoris intelligẽdã eſſe factã ſubſtitutionẽ, & iuxtã ipſius conſiliũ iudicatũ, & ſic etiam
51 aliàs deciſũ *in Rot. Rom. coram Card. Lãcellott. et Bubalo in vna Firmiana de anno* 1585. quẽ plurib⁹ adductis authoritatibus, & cõmunẽ opinionẽ pfiteri,
52 nec eſſe differẽtiã inter pnomina *ſuũ, eius, & ipſius*, & ex *Cæth. Palacz Simõ. de Pratis, Petro Ant. Petra, Decian. Graſſ. et alijs*, dicit hoc eſſe indubitatũ *Theſ. dec.* 64. *in fin.* & nouiſsimè omniũ latiſſimè *Pereg.* omninò vidẽdus *de fideicõ. art.* 32. *n.* 83. *ver. reſtat vt pro cõplemẽ-*
53 *to*, vbi latè firmat in teſtamẽtarijs diſpoſitionib⁹ in re dubia de hæredibus ipſius teſtatoris eſſe capiẽdã interptationẽ, non hæredis inſtituti, ꝙ infinitis probat, vt apud ipſum videre libet 6. Aprilis 1624.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas teſtatoris vtrũ in fideicõmiſſis attendatur, an verò vltimi ſucceſſoris grauati? de materia remiſſiuè, prima opinio tribuitur* Bart. *poſterior verò* Iſern. *& num.* 2. *&* 3. *ſed ob eius ambiguitatẽ, quæſtionem hanc eſſe gladio dirimendam, vel Imperiali deciſione egere nu.* 4.

5 Bart. opin. quod teſtatoris proximitas, non grauati, in fideicommiſſis attendatur, *verior, & pro ea iudicatum, & nu.* 6.

7 *Teſtator non videtur præferre familiam, & ſucceſſores grauati, ſed propriam vocare, quia ex propriæ familiæ affectione in dubio ad fideicommiſſum relinquendum cenſetur inductus, & nu.* 12.

8 Iſern. opinio, *quod* grauati proximitas, non teſtatoris in fideicommiſſis attẽdatur, *procedit vbi inter duos competitores ſolum eſt quæſtio reſpectu gradus conſanguinitatis, cum vterque eſt de familia teſtatoris, ſecus vbi ex forma verborum dubitetur, an teſtator intellexerit de propria familia, vel grauati, & nu.* 11.

9 L. ex facto §. ſi qs rogatus ff ad S.C. Trebell. *in quibus terminis procedit.*

10 *Differunt inter ſe quæſtio illa*, an per fideicommiſſum ſuccedatur grauãti, an vero grauato, *ab altero articulo*, an ſcilicet in coniecturanda mente teſtatoris, attendatur perſona vnius, vel alterius.

13 *Perſona grauati attenditur, in fideicõmiſſis, quãdo verba teſtatoris id ſuadent, vel agitur de excludenda poſteritate*

ritate gruati, ſed vbi grauatus decedit ſine liberis, admittuntur proximiores grauantis, & nu. 14. & 15.

16 *Verba teſtatoris, quod deſerri debeant ad hæredes inſtituti, vel ſubſtituti in materia fideicõmiſſaria, procedit ſi ſu perſũt deſcẽdentes inſtituti, vel ſubſtituti, nõ vt cẽſeantur extranei vocati.*

17 *Teſtator in parte, in qua vnum prædilexit, quando deſcendentes ſuperſunt, in ea videtur omnem illius poſteritatem prodilexiſſe.*

18 Peregr. de fideicommiſſ. art. 5. nu. 10. *vbi videtur innuere, fideicommiſsũ reſultare fauore ſuccedentium ab inteſtato illi, qui fuit probibitus, declaratur.*

19 *Arguere à verbis legis facti narrationem continentibus, non licet, vt quæ iuris miniſterium non importãt fortiùs à verbis narratiuis vnius Doctoris, & num. 21.*

20 L. qui filium ff. ad S.C. Trebell. *fundatur ſolum in probibitione teſtandi, & ipſsus deciſio declaratur nu. 23.*

22 *Doctor perſunctoriè loquens, qui articulum non diſputat, quamuis aliquid ſupponat, & eius verba decidant caſum, non debet tamen ad cauſarum deciſionem allegari.*

24 Conſilium Paul. de Caſtr. 445. lib. 2. *eſt in eodem caſu, ſuper quo* I.C. *reſpondit* in l. qui filium ff. ad Trebell.

25 *Probibitio teſtandi etiam reſtricta ad certam ætatem inducit tacitum fideicommiſſum, & nu. 26.*

27 *Permiſſio diſponendi in caſu, quo hæres liberos ſuſceperit, innuit probibitionem teſtandi in fauorem filiorum bæredis factam non eſſe, & nu. 37.*

28 *Diſponere, in materia* l. qui filium ff. ad Trebell. *idem operatur, quod verbum teſtari.*

29 *Probibita alienatione, non cenſetur probibita bæredis inſtitutio, niſi ſit probibitum diſponere, ſiuè teſtari.*

30 *Probibita ſimpliciter alienatione, ſi facta ſit verbis generalibus, cenſetur etiam probibita ſucceſſio ab inteſtato, & bæredis inſtitutio, & num. 32.*

31 *Clauſula*, non altrimente ne d'al modo, *reddit omninò nullum actum incontrarium factum, quia formam, & conditionem inducit.*

33 *Alienationis probibitio comprehendit quoque ſucceſſionem ab inteſtato, quando aliàs ſequeretur, quod minus dilectus à teſtatore eſſet melioris conditionis, quàm magis dilectus.*

34 *Diſpoſitionis probibitio includit nedumexpreſſam prohibitionem, verum etiam tacitam per. ſucceſſionem ab inteſtato, ex qua, qui non teſtatur, videtur alienare.*

35 *Alienationis conceſſio comprehendit, nedum omnem alienationis ſpeciem inter viuos, ſed etiam per vltimam voluntatem, & fortiùs ſi ſit conceſſa poteſtas alienandi, & diſponendi.*

36 *Probibitio diſponendi, ex qua reſultat probibitio teſtandi, facta cenſetur fauore venientium ab inteſtato ipſius teſtatoris, non bæredis inſtituti ex veriſimili mente deſuncti.*

38 *Mens declaranda ex verbis præcedentibus, & maximè proximè ſequentibus, nec vlla maior gloſſ. quam quæ ex verbis eiuſdẽ teſtatoris deſumitur*

ARGVMENTVM.

Reſoluuntur obiecta contra ſuperius in pręcedenti controuerſia firmata. Quęſtio, an in fideicomniſſis proximitas attendatur quoad teſtatorem, vel quoad vltimum poſſeſſorem grauatum, in quibus terminis procedat, & roborantur in præcedenti capite allegata.

Pro eodẽ Philippo Spinula quondam, Iulij.

CONTROVERSIA XI.

POſtquam plenè fundauimus *deciſ. Pauli in l. qui filium ff. ad Trebell.* nõ minus procedere, vbi teſtator hæredi prohibuit diſponere, quàm vbi non teſtari mandauerit. Et tacitum fideicommiſſum ex huiuſmodi prohibitione reſultans ex veriſimili mente, cenſeri in-

ductum ad beneficium ſucceſſorum ab
inteſtato teſtatoris, non autem hære-
dis, licet ex contingentia facti in eo
tex. euenerit eundem fuiſſe ſucceſſorẽ
teſtantis, & hæredis.

Supereſt modo, vt aliqua, tametſi ina
nia, diluamus obiecta, vt omnis nebula
ceſſet.

1 Et quoniá alicui fortè videri poſſet.
Quòd in ea quęſtione. Vtrũ in fideicõ-
miſſis proximitas attẽdatur quoad te-
ſtatorem fideicommittentẽ, vel potiùs
gradus computatio ſit metienda re-
ſpectu vltimi ſucceſſoris grauati, eiuſ-
demque vltimi poſſeſſoris, quod in
ſucceſſionibus Regnorum, inferiorum,
maioratuum, nec non feudorum ex
pacto, & prouidẽtia tàm regaliũ, quàm
reliquorum, & etiam in fideicommiſ-
ſaria ſucceſſione, quę ſimilis eſt ſucceſ-
ſioni feudorum ex pacto, tractarunt no-
ſtri *DD. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad
S.C. Trebell.* & alibi ſepiſſimè *in lectu-
ris conſ. & tractat.* in quo, vt vnum mo-
dernis. pro omnibus citaſſe videar, ſuf-
ficiet nos remittere *ad Hyſpan. Caſtil.
tom. 3. quotid. controuerſ. cap. 19. ex nu.
136. verſ. in illis autem, & num. 139.*
vbi de omnibus prædictis diſcurrit.

2 In qua ſi admittatur poſterior opi-
nio, vt attendatur proximitas grauati
non autem diſponẽtis, q̃ tribuitur *Iſer.*
& quam enixè defendit vterq; *Socin.*
videietur quodammodo prima facie
obſtare his, quæ ſupra fundauimus ad
intel *d. l. qui filium* 74.

Ideò omiſſa diſputatione, quæ ſit ve-
rior in puncto iuris, & quæ hodie ma-
gis recepta ſit opinio *Iſern.* ſcilicet, an
3 contraria, quòd attendatur proximitas
fideicommittentis, cuius veluti author
eſt *Bart.* ſiquidem adeò hoc eſt incer-
tum, vt etiam hodie appareat indeciſũ,
ita vt *Palaez de maiorat. 2. par. quæſt.* 8.
4 crediderit quæſtionem hanc ob eius
maximam ambiguitatem eſſe gladio
dirimendam, *Ceuagl.* verò *tom. 1. com-
mun. contr. com. cap.* 398. infinitis pro
vtraq; parte relatis, melius dixit egere
deciſione Imperiali, vel regia, vbi etiã
teſtatur ex *Peregr. de fideicom. cap. 20.
n 3.* varia in hoc pũcto fuiſſe in practica
recepta iuditia, & latas ſententias in
diuerſis Orbis Tribunalibus.

In qua *DD.* varietate idem *Ceuagl.*
teſtatur ſibi ſẽper placuiſſe opinionẽ
5 *Bart.* quam dicit proculdubio veriorẽ
magis communem, & melioribus inni-
xã fundamentis, & pro ea pluries fuiſſe
judicatum *in Senatu Pedemontano* te-
ſtatur *Theſaur. dec. 64. in fine*, vbi eam
vti veriorẽ, & magis cõmunẽ tuetur, ad
uertẽs, aduerſæ partis defẽſores, vt plu
rimũ ſibimet ipſis in diuerſis locis cõ-
tradicere, & reliquos eſſe cõſulẽtes, ꝗ
potius, vt amicis, & pecunijs in ſeruirẽt,
quã pro veritate ſcripſerunt.

6 Eãq; ꝓbat *Natta cõſ. 675. nu. 24.* &
firmiſſimè defẽdit infinitis authoribus,
& fundamentis vtrinq; relatis *Ruſtic. in
conſ. pro Riuerijs*, ꝗ eſt sũ poſt tractatũ
an filij in cõditione poſiti ex n. 102. *ver.
ſextò*, & iterũ in repetione, *l. cũ auus ex
n. 30. verſ. ſi diceretur Craſſ. in §. fidei-
com. q.* 18. referẽs hãc eſſe communio-
rem, & contrariam eſſe erroneam,
& omnino reſpuẽdã, & nouiſſimè latè
agit *Germ. And. Knichen. de veſtit. pa-
ctio. par. 3. c. 3 in princ.*

Vtcũq; tñ ſit in p̄dicta q̄ſtione, ſi re-
fectè inſpiciamꝰ, & terminos diſtingua-
mus, nihil penitus ad casũ noſtrũ, vtrũ
in p̄dicta q̄ſtione verior ſit opinio *Bar.*
vel *Iſer.* ſiq̃dẽ diuerſi omninò sũt termĩ
ni p̄dictę q̄ſtionis à caſu de quo nos a-
gimꝰ, ꝗnimò etiã attẽta opin. *Iſer.* opi-
nio, quã tuemur in ſpecie *d. l. qui filium*
remanet ex ea magis confirmata.

Et primò aduertẽdũ eſt, casũ præd.
q̄ſtionis lõgè differre à caſu noſtro; ſi-
quidẽ in caſu d. q̄ſtionis nõ dubitatur.
vtrũ teſtator fideicõmiſſũ, aut maiora-
tũ inſtituẽs, voluerit p̄ferre illũ, qui ex
familia vltimi poſſeſſoris ꝓcedit his, ꝗ
ex ꝓpria familia deſcẽdũt. Sed vtrũ in
ter illos, ꝗ ex ꝓpria familia ꝓcedũt vo
luerit p̄ferri vltimi poſſeſſoris ꝓximio-
res his, ꝗ ſibi ꝓximiores sũt, in qua ſpe
cie cũ omnes vocati ex ſua propria te-
ſtatoris familia procedant, ea ràtione
qua

qua vltimum poſſeſſorem cæteris præ-
tulit,eadem ratione ij, qui *Iſern.* opin.
tuentur, arbitrantur etiam eidem vlti-
mo poſſeſſori proximiores voluiſſe
præferre.

At in caſu quando ſucceſſor ab in-
teſtato grauati non eſt de familia te-
ſtatoris, tunc alia, & diuerſa eſt quæ-
ſtio, in qua omnes poſt Bart. *in l. ſi co-
gnatis num.2. ff. de reb. dub.* dixerunt,
7 nullo modo cenſeri teſtatorem præfer-
re familiam, vel ſucceſſores grauati,
ſed omninò cenſeri vocare propriam
teſtatoris familiam, ſuoſque proprios
teſtantis ſucceſſores, non autem graua-
ti, cum in dubio ex propriæ familiæ, nõ
autem alterius affectione, ad fideicom-
commiſſum relinquendum motum
fuiſſe, cenſendum ſit, *ex theor. Bart. in
d l. ſi cognatis*, de qua neminem dubi-
tare teſtatur ità optimè explicans *Mo-
lina* licet acerrimus opin. *Iſer.* contra
Bart. propugnator *lib. 3. de primogenijs
cap.9.* vbi poſtquam *num.11. firmauit
opinionem Iſern.* deindè *num.20. verſ.
vltimò etiam*, ita hanc rem declarat,
caſus optimè diſtinguens.

8 Quod etiam optimè affirmat Peregr.
qui tametſi *d. art.20. num.9. in fine*
diſtinguendo tres caſus, in dubio dixe-
rit forſan veriorem ſibi videri opin.
Iſern. & Soc. tamen *num.11.* declarat
hoc, & temperat procedere, vbi inter
duos competitores ſolum eſt quęſtio
reſpectu gradus cõſanguinitatis, an ſci-
licet attendi debeat proximitas gra-
dus grauantis, vel grauati, quia ſcilicet
vterque eſt de familia teſtatoris, & ſibi
coniunctus, ſed vnus altero proximior
& ita procedit quæſtio de attendenda
proximitate grauantis, vel grauati, quę
mouetur per *DD.* in terminis famoſi
*tex. in l. cum ita §. in fideicommiſſo de
legat. 2.* qui expreſsè loquitur in fidei-
commiſſo familiæ relicto, in quibus
term. loquuntur omnes *DD.* qui ſuper
intellectu *d. tex.* pro deciſione d. quæ-
ſtionis acerrimè pugnant, vt videre eſt
apud *Molin d. cap.19. nu.12. Theſaur.
d. deciſ.64. nu.6. Caſtill. d. lib.3. cap.19.
n.139. in fine, verſ. horum autem*, ſecùs
9 vero inquit Peregr. vbi quæſtio verſa-
retur reſpectu alterius circumſtantię,
& qualitatis, ex qua alter, ſcilicet pro-
ximior grauantis contenderet ſe po-
tiorem, vt contingit in caſu noſtro, vbi
concurrit nepos carnalis ex fratre te-
ſtatricis, cum altero ſucceſſore ab in-
teſtato hæredis inſtituti grauati, qui
eſt extraneus, nec de teſtatricis fami-
lia, tunc enim recurrendum eſt ad af-
fectionem teſtatoris, ex qua mens, &
voluntas eius colligi debet, vt ſibi pro-
ximior ad fideicommiſſum cenſeatur
vocatus, nõ autem proximior perſonę
grauatæ, quia an quis ſit vocatus, & po
tior in vocatione aliunde mẽs, & affe-
ctio teſtatoris ſcrutanda eſt, qui diſpo-
nit, & ordinat, non hæredis, qui nihil
diſponit, citat, *l. ex facto §. ſi quis roga-
tus ff. ad Trebell.* & ita in terminis *ex
Bart. & Alexan.* determinare vtrumq;
Socin. Decian. Tornell & alios, quòd
iterum latiùs confirmat idem *Peregr.
d. art.20. num.19.* vbi poſt *Caſtrenſ. in
authen. poſt fratres C. de legit. hæred. &
in l. fin. C. de verbor. ſignif.* cuius deci-
ſionem teſtatur communiter receptã,
concludit fideicommiſſo inſpecta per-
ſona teſtatoris cenſeri vocatos, & præ-
ferri eo ordine, prout in illius inteſta-
ti ſucceſſione proximiores vocantur
ex *Iaſone, Corn. Dec. Beroo, Ruin. Bur-
ſat. Pancirolo, Pariſio, Socino iun. Me-
noch. & alijs.*

10 Idem voluit èxpreſsè *Ruſtic. in re-
petit. d. l. cum Auus num.124.* vbi ſubij-
cit verba aurea, diuerſum eſſe quęrere,
an per fideicommiſſum ſuccedatur te-
ſtatori grauanti, an vero grauato, quæ
eſt quæſtio de qua agunt *DD. in d. §.
in fideicommiſſo l. cum ita* ab altero, ſci
licet articulo, de quo quærimus, an in
coniecturanda mente teſtatoris circa
ſucceſſionem perſonarum attendatur
pſona vnius, vel alterius, in hoc enim
teſtatoris grauantis perſonam, & affe-
ctionem inſpiciendam eſſe probat *Ru-
ſtic. ex Bart. Barbat. Iaſ. Ripa, Cephala,
& alijs, & in ſpecie ex Beroo conſ. 112.*

num.28. lib.2. vt latiùs per Ruſtic.
11 Secundò hoc idem clariſſimè deci-
dit *Tiberius Decian.conſ.26. ex nu.74.*
lib.2. vbi licet ſequatur opin. *Iſern. &*
Socin. eam tamen diſtinguendo, caſus
tẽperat, & reſtringit, vt procedat quã-
do non dubitatur, an intellexerit teſta-
tor de familia ſua, vel grauati, quia ſci-
licet vna ſola ſit vtriuſque familia, ſiuè
cognomen, eadem ſcilicet teſtatoris, &
hæredis grauati, ſed tantum vocati sũt
ſub nomine collectiuo filij, ſcilicet, vel
deſcendentes ſui, vt ipſe declarat poſt
num.76. verſ.quartus caſus eſt, ſecùs
verò, vt ipſe ſe expreſsè declarat, quã-
do ex forma verborum, ex qua fidei-
commiſſum inſurgit, dubitari contin-
gerit, an intellexerit teſtator de agna-
tione, & familia ſua ſcilicet ipſius te-
ſtatoris, vel de familia, & agnatione
grauati, & hoc caſu firmat *Decian.* ve-
12 ram concluſionem, veriſimiliter teſta-
torẽ intellexiſſe de ſua propria fami-
lia, & agnatione, & ſic de ſuis ſucceſ-
ſoribus, non autem grauati, quia quili-
bet magis præſumitur diligere ſuam,
quam alienam familiam, & agnationẽ
ex doctrin. *Bart.in l.ſi cognatis*, & ita
declaranda eſſe inquit, dicta *Socin. in*
famoſo conſ.249. in 2. vbi *ex num.20.*
treſdecim fundamentis tuetur *opin.*
Bart. & quindecim *ex num.21.* tuetur
opin. Iſern. addit *Decian. Curt.ſen. &*
Pariſ. & addit in caſu, in quo ipſe con-
ſuluit non eſſe diuerſam agnationem
teſtatoris à familia grauati, ſed eandẽ,
quaſi dixerit idcircò ſeipſum in eo caſu
ſequutum *opin. Iſern. & Socin. nu.74.*
quod iterum repetit *in verſ. quartus*
caſus, ibi *cum ſit vna ſola vtriuſque fa-*
milia &c.

Hoc idem perbellè diuerſis verbis
in eundem tamen ſenſum declarauit
idem Decian. conſ.9. poſt nu. 19. eodem
lib. in verſ. & licet quæſtio, vbi incidẽs
in eundem articulum dicit, quod licet
quæſtio ſit valde dubia, tamen contra-
rietatem opinionum dicit ipſe, vt plu-
rimum oriri ex verbis teſtatorum, in
quo fatetur ſuperioribus diebus con-
13 ſuluiſſe, quòd attenderetur proximi-
tas grauati, non grauantis, & ſtatim ad-
dit hæc verba, *ſed omnes tenentes, atten-*
di perſonam grauati loquuntur in caſu
ſpeciali, quando verba teſtatoris id ſua-
dent, prout erat in caſu in quo conſului,
in dubio autem omnes fatentur, quòd sẽ-
per attẽditur perſona teſtatoris, et qui el
eſt proximior, ipſe admittatur, vnde cũ
in caſu præſenti agatur de fideicom-
miſſo tacito, & nulla ſint verba ex qui-
bus poſſit coniecturari teſtatorem vo-
luiſſe vocare ſucceſſores grauati, caſus
noſter eſt in tuto.
14 Verùm plus addit *Decian.* ex quo
uerè caſus noſter redditur indubita-
bilis, quòd omnes *DD.* qui tenent at-
tendi proximitatem grauati, loquuntur
quãdo non agitur de excludẽda poſte-
ritate grauati, nam tunc propriè militat
ratio, qua omnes tenentes opinionem
Iſern. & Socin. mouentur, quod ſcili-
cet eadem ratione, qua teſtator prædi-
lexit inſtitutum, uel ſubſtitutum, eadẽ
cenſetur prædilexiſſe eiuſdem graua-
ti poſteritatem, & ita dicit loqui *Soc.*
iun. conſ. 126. in 1. quem ponderat,
loqui ad fauorẽ liberorũ ipſius grauati
ſecus uero inquit *Decian.* ubi grauatus
decedit ſine liberis, & deſcendentibus
quo caſu *dicit Decian.* quod remanet
clara, & certa concluſio, vt admittatur
proximiores grauantis, & non grauati,
& hoc ſubijcit, non negare, ſed fateri
etiam *DD.* aduerſæ partis defenſores.

Et hanc *Deciani* declarationem in
omnibus ſequitur uti receptiſſimam
Craſſ.in §. fideicommiſſum diſtinguens
pariter quatuor caſus, & propriè *in*
verſ. qui dicendum, & in verſ. primus
quando, et in verſ. primus, et ſecundus,
vbi in verſ. tertius, et quartus caſus nu.
15 *4. et 5.* reſtringit contrariam opinionẽ
procedere, uel ubi eſt uocata familia,
quæ una, & eadem eſt utriuſque grauã-
tis, & grauati, uel quãdo expreſſis uer-
bis, non uocauit teſtator deſcendentes
ſuos, ſed hæredum ſuorum, & in dubio
ſubijcit intelligi de familia, & proximis
ipſius teſtatoris, non autem hæredis
grauati

Digitized by Google

grauati iterum *tradit idem Craſſ. d.* §. *fideicommiſſum quaſt.* 16. *in princ.*

16 Quinimo etiam in caſu, vbi interpretatio eſſet facienda, ut uerba teſtatoris referri debeant ad hęredes ipſius inſtituti, uel ſubſtituti, in materia fideicommiſſaria, quod tamen reſtringi debeat, ut procedat ita demum ſi ſuperſint deſcendentes inſtituti, uel ſubſtituti, non autem, ut cenſeantur uocati extranei ex deciſione *Bart. in l. Gallus* §. *etiam, vbi Alexand. Socin. & alij auth. etiam Decij, & aliorum* decidit in terminis noſtris taciti fideicommiſſi *Pariſ. d. conſ.* 88. *in fine, num.* 37. *lib.* 2. ita ut in caſu præſenti etiam gratis admiſſo, quod planè negamus, cēſeri uocatos hęredes grauati, id tamen admittendum eſſet ſi grauatus deceſſiſſet cū liberis non aliter.

17 Et ita intelligi debet id quod dicitur, quod in ea parte in qua teſtator prædilexit unū, uidetur quoq; ꝑdilexiſſe omnē illius poſteritatem, *Bald. in l. cum acutiſſimi col.* 1. *C. de fideicommiſſ. Ruſtic. ad l. cum auus lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 67. *cum infinitis per Pereg. de fideicommiſſ. art.* 27. *num.* 15. *Theſaur. iun. lib.* 2. *qq. forenſium cap.* 12. *num.* 59. non tamen extraneos illius ſucceſſores ad excluſionem coniunctorum teſtatoris.

18 Ex quibus clarè patet, quod dum *Peregr. art.* 5. *in d. tract. de fideicomm. num* 10. *in verſ. ſic etiam* referendo deciſionē *d. l. qui filium* perfunctoriè, & enunciatiuè innuere uiſus ſit fideicommiſſum reſultare fauore ſuccedentium ab inteſtato illi prohibito, citans *d. l. qui filium, & l. cum pater* 79. §. *mādo ff. de legat.* 2.

Quod verè *Pereg.* hoc non firmauit ex profeſſo, cum facilè ad id enunciandum moueri potuit ex contingentia facti, de qua *in d. ll.* vbi de facto cōtingit quod idē filius inſtitutus eſſet ſuc-
19 ceſſor teſtatoris, & filiæ inſtitutæ, vnde ſicut non licet arguere à verbis legis facti narrationem cōtinentibus, vt quæ iuris miniſterium non important *ad gloſ. magn. in* 3. *intellect. in l. vnica C. quando non petent part.* vbi poſt alios *Riminal. iun. num.* 176. *&* 178. colligit latè poſt alios ex verbis legiſlatoris facti narratiuis argumētum ſumi nō poſſe, præſertim quando I. C. intentio
20 in illis verbis, non fundatur, vt propriè fit *in d. l. qui filium*, ponderādo ea verba, in qbus fundatur deciſio, ibi *pronūciauit Imperator fideicommiſſum, ex hac ſcriptura deberi, quaſi per hoc quod prohibuiſſet eam teſtari petiſſet*, & ſic deciſio non fundatur in alio, quam in prohibitione teſtandi, vt *omnes DD.*
21 *d. tex. allegātes ſupponunt*, fortiùs igitur non licet arguere à verbis narratiuis *vnius* D. *text. citantis*, cuius dictum omninò debet intelligi iuxtà *l. quam citat*, quæ cum à cæteris DD. communiter aliter interpretetur, omninò eius dictum à com. debet declarationē recipere.

Verùm quidquid ſit, certum eſt *Peregr.* cuius licet non parua ſit inter
22 moder. authoritas, cum tamē perfunctoriè loquatur, nec articulum aliter examinet, non poſſe allegari ad cauſarum deciſio. *Cuman. Panormit. Socin. & alij*, quos ad hoc citat *Cannet. in extrau. volentes* §. *ſed magna fuit num.* 72. & iterum *in* §. *ſeq. nu.* 18. & iterum, *in* §. *at non erit inutile nu.* 55. addit Doctorem, qui nō diſputat, quāuis aliquid ſupponat, & eius verba decidant caſum, non eſſe connumerandū, vt faciat authoritatem.

23 Accedit declaratio inſignis Doctoris *Antonij Gomeſij, qui tom.* 1. *cap.* 5. *de ſubſtitut. & fideicommiſſ. poſt num.* 24. *verſ. ſeptimò infero* expreſſiſſimè, non ſupponens, ſed declarans, & diſputans affirmauit *in d. qui filium*, inſtitutum, cenſeri tacitè rogatum bona reſtituere venientibus ab inteſtato ipſius teſtatoris *ex textu prædicto*, quem dicit ſingularem, & expreſſum, & ſubdit, *& ibi notant & commendant Bart. Alberic. Ang. Imol. & communiter* DD. & ſentiens, contrarium, illud reſoluit dicens, non obſtare, quod ibi videatur rogatus fratri cohæredi reſtituere, reſpōdit enim,

id

id ideò eſſe, quia frater idemq; erat filius, & ſic proximior veniens ab inteſtato ipſius teſtatoris, ex quo infert, quod ſi hæres eſſet extraneus, non cēſeretur vocatus, ſecūdū *Angel. et Imol.* ibi, ex quo ſequitur quòd multò minùs hæres hæredis grauati omninò teſtatori extraneus poteſt cenſeri vocatus, & hæc doctrina *Gomeſij*, & intelligentia ad dicta DD. nullo conatu tergiuerſari poteſt. concordat cum *Gomeſio* in omnibus *Cardinalis Mantica, lib. 8. tit. 1. num. 29.* citans *Cuman. conſ. 2. nu. 7.* qui ſi rectè ponderetur non poteſt vllo modo intelligi ipſum loqui, neque ſentire de alijs, quàm de venientibus ab inteſtato ipſius teſtatoris diſponētis, dum ita dicit *prohibendo aliquem teſtari videtur relinquere venientibus ab inteſtato*, & ſi de *Cumano* poſſet dubitari, hoc manifeſtè declarat *Cardin. Pariſ.* quem *Mantica citat* pro conteſte, *cum Cumano, is enim in d. conſ. 72. num. 2. l. 2.* clariſſimè contendit, vocari ſucceſſores ab inteſtato teſtatoris nō autem grauati, quod in pluribus locis repetit, vnde non poteſt dubitari, quin *Mantica* voluerit idem quod *Pariſ.* ab eo citatus.

24 Ommitto conſulto citare *conſilium Pauli de Caſtro 445. circa primum quæſitum lib. 2.* quia licet optimè fundet ex prohibitione teſtandi etiam reſtricta ad certam ætatem, ſcilicet vigintique annorum induci tacitum fideicommiſſum, tamen quia caſus, ſiuè contingentia facti ſuper qua ipſe conſuluit fuit idem caſus ſuper quo reſpōdit *I. C. in d. l. qui filium* ſcilicet, quia ſorores filij inſtituti eedemque teſtatoris filię erāt ſucceditrices ab inteſtato teſtatoris, & filij grauati, non eſt in quo propterea magis ponderetur *Caſtrenſ.* niſi in eo quod citando *l. ex facto 17. ad Trebell.* clarè innuit *in l. qui filium* vocari ſucceſſores rogantis, non rogati cum alijs claſſicis ſupra citatis, & notandum inſuper ex ipſo, quod in

25 dubiè affirmat deciſionē *d. l. qui filiū* procedere, etiam ſi prohibitio reſtandi ſit reſtricta ad certam ætatem in quo eum omnes *DD.* qui agunt de ſenſu *d. l qui filium* communiter ſequuntur, vt videre eſt apud *Pariſ. d. conſ. 72. nu. 2. & 3. lib. 2. idem* Mantica *d. lib. 8. tit. 1. num. 29.* nec non *Pereg.* qui licet in contrarium citetur reſpectu ſucceſſoris expreſsè tamen in hoc concedit *d. l. qui filium* procedere, ſiuè ſimpliciter, ſiuè ad certum tempus ſit facta prohibitio,

Et *Iaſ.* in vulgatis *conſilijs 189. & 190. lib. 2.* reſpondens in caſu nobiliū Dominorum Ianuenſium inter Dominos Nicolaum Spinolam, & Gaſparem Imperialem actores ex vna, & Franciſcum Riccium conuentum ex altera occaſione teſtamenti conditi per Mattheū Lōmellinum. In quo verè mirandum eſt, quod omiſerit citare *d. l. qui filium*, licet *in d. cōſ. 190. col. 2. verſ. nec obſtat,* citauerit *l. cum pater* §. *mando ff. de leg. 2.* citatam *per gloſſ. pro contrar. in d. l. qui filium*, licet ex diuerſitate caſus potius concordet.

26 Attamen *Iaſ.* optimè omnia ſuperius firmata comprobat. Et Primò ex prohibitione teſtandi etiam ad incertū tempus facta, ſcilicet quouſque filios inſtitutus non ſuſceperit, cenſeri inductum tacitum fideicommiſſum nōn minus quam ex ſimplici prohibitione, vel ad certum tempus reſtricta, vt loquuntur *Caſtrenſ. Pariſ. & alij.*

In quo incidenter aduerto, poſſe in caſu præſenti attentari fuiſſe prohibitionē diſponendi iniunctā Petro Paulo hęredi per D. Teſtatricem quouſq; liberos non procrearet in illis verbis, *et ſe detto ſuo herede moriſſe prima della ſua età d'anni 40. & ſenza laſciar dopò di ſe figlioli in tal caſo laſcia &c.* in eum etenim caſum voluit legare cuidam D. Auguſtino Maniero ſcutos mille, quo eſſet locus fideicommiſſo, cui eſſe locū diſpoſuit ſi inſtitutus poſt ætatem præſcriptam, & ſine liberis decederet, ergo à contrario, quādo decederet cum liberis noluit ipſum onere fideicom-

miſſi

miſſi grauare,in quo ſufficiat,quod latè in punctò, licet in caſu contrario ad eundem tamen finem fundat egregie *Iaſ.d.conſ.*189.*vſque ad verſ.ex iſta prima*, *& in conſ.*190. *verſ. nec ob-*
27 *ſtat,quod teſtator*,vndè tantum abeſt, quod prohibitio in caſu præſenti non ſit facta iu fauorem filiorum hæredis, vt potius in caſu,quo hæres liberos ſuſceperit,ſit permiſſa facultas diſponendi,quod propriè conſiderauit *Iaſ. d. conſ.* 190.*col.*1.*verſ. iſta conclusio*, *& col.*2. *verſ. ſecūdò principalis concluſio.*

Secundò fundat *Iaſ.* idem operari
28 verbum *diſponere* in materia *d.l.qui filiū*, quod verbum *teſtari*, & ſic pariter ex vno,vt ex altero cenſeri inductam prohibitionem teſtandi, & maximè cū ſit prolatum à teſtatore, quo caſu debet intelligi ſecundum qualitatem, & conditionem proferentis *d. conſ.* 190. *col.* 1. *& in ſpecie Iaſ.col.*2.*verſ.nec obſtat quod teſtator*, conſiderauit caſum in quo prohibitio diſpoſitionis videbatur principaliter referri ad alienationē inter viuos, & nihilominus concludit comprehendere quoque prohibitionē in vltima voluntate,quod confirmat id quod ſupra diximus in primo puncto *cap.*2.*verſ.vnde non oberit*.
29 Tertiò fundat *Iaſ.*nihil obſtare,quod prohibita alienatione, non cenſeatur prohibita hæredis inſtitutio, ſiquidem diuerſiſſimus eſt caſus à terminis noſtris, vbi prohibetur hæres diſponere, ſiuè teſtari,fundat hoc *Iaſ.d.conſ.*189. *col.*2. *verſ. ex iſta prima.* comproba-
33 tur, quia etiam prohibita alienatione ſimpliciter, ſi modò eſt facta prohibitio verbis generalibus, puta *quò quomodo, vel quouis titulo*, cenſetur etiam prohibita ſucceſſio ab inteſtato propter vim generalium verborū *Surd.latè deciſ.*272.*num.*30.*& ſeq.* quę verba leguntur in caſu noſtro, ibi *& fra tanto poſſa ſolamēte detto capitale etc.* iunctis ſeq.verbis ibi,*et non altrimente*, *nè*
31 *d'altro modo*, quæ verba ſunt multum præciſa,& generaliter negant potentiā ita vt reddant omninò nullum actum in contrarium factum,cum formam, & conditionem inducant, vt latiſſimè infinitis congerens *Alexand.Barboſ.de clauſulis cap.*39. *Cenedus, in centur. dictio.cap.*65.
32 Et hanc quoq; opin.inter receptas adſcribit *Gabriel. tract.com.opin.de fideicō.c.*10.*n.*6.*verſ.ſecūdò limita*,vbi q prohibita alienatione cum verbis vniuerſalibus, & prægnantibus,cenſeatur prohibita quoq; inſtitutio hæredis, *et num.*16.*verſ.octauò limita* ſubdit *Gabriel* quod ſi prohibeatur quis diſponere, prohibetur etiam hæredem inſtituere, citat *Iaſ. in d. conſ.* 179. *col.*2. *verſ.ex iſta* 1.*concluſ.l.*2.licet erret,dū dicit *Iaſ.* loqui in prohibitione rei particularis.
33 Et comprehenditur quoq; ſub alienationis prohibitione ſucceſſio ab inteſtato, quādo ſi non eſſet incluſa ſucceſſio ab inteſtato,ſequeretur,quod minus dilectus à teſtatore melioris conditionis eſſet,quā magis dilectus *Ruin. conſ.*168.*num.*16.*lib.*3.quem ſequitur *Gabriel d.cap.*10.*num.*24.*in* 15. *limit.* quod propriè contingeret in caſu noſtro,niſi teſtatricis ſucceſſor vocaretur, vt ex præd. patet,verùm prohibita diſpoſitione, quę prohibitio refertur prę cipuè ad vltimas voluntates,vt in caſu
34 præſenti,nedum cenſebitur prohibita diſpoſitio expreſſa,quę ſit per aliquem modū, uel ſpeciem ultimarum uoluntatum ex quatuor relatis *per Cardin. Mantic.lib.*1.*tit.*5.*vſq; ad tit.* 14. uerum etiam per ſucceſſionem ab inteſtato, quæ etiam aliquo reſpectu dicitur hominis diſpoſitio, dum enim non adimitur ſucceſſori ab inteſtato hæreditas,à qua potuit excludi, uidetur ei data, à defuncto, dum non adimitur *l.* 1.*§.ſciendum ff.de leg.*2.*Ruin. cōſ.*168. *nu.*17.*in fin.et* 18. *lib.*3. qui enim non teſtatur, uidetur vocare uenientes ab inteſtato, & qui non teſtatur expreſsè uidetur tacitè teſtari, & relinquere bona ſucceſſoribus inteſtati, ut latè *Surd.deciſ.*272.*nu.*9.*Peregr. in puncto* in caſu contrario,vt conceſſa poteſtate diſpo-

diſponendi decedens, ſine teſtamento cenſeatur diſponere in venientes ab inteſtato, *de fideicomm. art.* 40. *nu.* 59. quæ ratio fortiſſimè tuetur *dec. d. l. qui filium*.

35 Sicut etiam è contra conceſſa alienandi poteſtate videtur conceſſa, nedũ omnis alienationis ſpecies inter viuos, ſed etiam per vltimam voluntatem legando, vel hæredem inſtituẽdo *Bald. & alij in cap.* 1. *de ſeudo non hab. propr. nat. Curt. ſen. conſ.* 64. *num.* 66. *cum in fin. alijs congeſtis à Peregrino*, qui loquitur etiam in feudis *de fideicommiß. art.* 52. *nu.* 56. & fortiùs conceſſa poteſtate alienandi, & diſponendi, idem *Peregr. art.* 40. *nu.* 57.

36 Quartò latiſſimè probat *Iaſ.* tàm *in conſ.* 189. *ex nu.* 3. quàm *in ſecundo in verſ. ſecunda principalis* prohibitionem diſponendi, ex qua reſultat prohibitio teſtandi, cenſeri factam fauore venientium ab inteſtato ipſius teſtatoris, non autem hæredis inſtituti, quod circumſcripta omiſſione allegandi *tex. in d. l. qui filium*, hoc tam bene fundauit *Iaſ.* vt nihil addi poſſit, id tamen ſolum eſt ponderandum, omne *Iaſ.* fundamentum conſiſtere in interpretatione, & coniectura veriſimilis mentis defuncti, quod ſcilicet noluerit alienam poſteritatem proprijs coniunctis præferri, & ex facto quæſtionis propoſitæ initio *conſ.* 189. patet Mattheum Lomellinum teſtatorem nullos reliquiſſe filios, ſed inſtituiſſe fratrem, & nepotes, pro quibus nepotibus reſpondit *Iaſ.* non potuiſſe fratrem inſtitutum, ex prohibitione teſtandi, vxorẽ inſtuuere veluti extraneam.

Nec dicatur, quod in caſu *Iaſ.* fuit facta prohibitio in caſu, quo filios inſtitutus non haberet: quia & ſi hoc in caſu modo deficeret, non immutaretur iuris diſpoſitio, cum nullos liberos in-
37 ſtitutus reliquerit, attamen ex abundãti ſupra fundatum eſt pariter in caſu præſenti, prohibitionem minimè factã fuiſſe fauore filiorum inſtituti, ex quo prohibitio facta fuit etiam in caſu, in quo inſtitutus filios non haberet, vt ponderat *Iaſ. in conſ.* 189. *poſt num.* 3. *ver. nec dicatur*, & apparet in caſu pſẽti ex teſtamento, vt ſupra ponderato.

Et tandem pro coronide, ex abundanti tamen, non ad victoriam, cum ſatis ſuperq; fundata ſit ex antedic. clariſſima iuſtitia D. Philippi. conſidero in caſu præſenti, prohibitionem teſtandi fuiſſe factam expreſsè ad fauore venientium ab inteſtato ipſius D. Iuliæ teſtatricis, ex his quæ eadem domina teſtatrix ſtatim poſt clauſulã prohibitionis ſubiecit in verſic. *Ordinando che ſe alcuno de parenti di eſſa Signora teſtatrice in qualſiuoglia maniera dirette ò indirette moleſtaſſe ò tẽtaſſe di moleſtare detto ſuo herede ſub quouis preteſtu, reſti & reſtino in tal caſo quello ò 'quelli tali priui com' ex nunc pro tunc li priua d'ogni beneficio commodo, & vtile, che ad eſſi, & detto tale poteſſe per queſto ſuo teſtamento venire & ſpettare, et anco ab inteſtato ſecondo il ſtatuto di queſta Città, De ſucceſ. ab inteſtato, perche in tutto quello che per virtù di queſto teſtamento ò detto ſtatuto ſpettaſſe à detti ſuoi parenti ò parente che moleſtaſſe &c. inſtituiſce le tre opere di queſta Città*.

Si enim ex verbis præcedentibus, & ſequentibus, & ex toto etiam conteſtu diſpoſitionis, ſed maximè ex proximè ſequentibus accipienda eſt dubiæ mentis declaratio *l. qui filiabus*, *vbi Iaſ. & alij ff. de leg.* 1. *Caſanat. conſ.* 45. *num.* 26. *&* 27. nec vlla melior gloſſa, & interpretatio conſiderari poteſt, quam ea, quæ ex verbis eiuſdem teſtatoris deſumitur *Curtius ſen. Pariſ. Gram. & alij relati à Caſanate conſ.* 15. *num.* 7. *conſ.* 33. *num.* 52. adeò, vt cum teſtator ſe ipsũ gloſſat, nõ ſit *ad Gloſſ. Accurſ. nec DD.* recurrendum.

Dum igitur immediatè poſt prohibitionem diſpoſitionis, quod vel eſt clarum fuiſſe factam fauore venientiũ ab inteſtato ipſius teſtatricis, & ſumus in tuto, vel ſaltim eſt dubium, & eo caſu, dum ſtatim ſubijcit præceptum ſuis ſucceſ-

ſucceſſoribus ab inteſtato, quòd nullo quæſito colore moleſtent iuſtitutum, ſcilicet, dum viueret, & addit pœnam *che altrimente ſiano priui d'ogni beneficio, & commodo, & vtile, che ad eſſi poteſſe venire da queſto teſtamento &c.* ergo ex hac prohibitione, & præcepto directo erga ſuos proprios ſucceſſores ab inteſtato, priuando ex contrauentione, commodo, & beneficio eis perueniendo ex ſuo teſtamento, & diſpoſitione, nec non inteſtati ſucceſſione, clariſſimè declaratur, ipſos eſſe vocatos in caſum mortis inſtituti ante ætatem præſcriptam, ex vicinitate, & coniunctione ſcripturæ, à præcepto occaſione timoris litis, vel moleſtiæ inferēdæ, quę ab eis timeri veriſimiliter debuit, quibus ius in aliquem caſum competere poterat, & à priuatione commodi, quæ præſupponit habitum, ideſt, emolumentum eis conceſſum, & maximè coniungendo verba geminata ſequentia, *Priuandoli del cōmodo del ſtatuto, et di tutto quello che in virtù di detto teſtamento, & ſtatuto li poteſſe ſpettare &c.* igitur conſiderauit multa ad ſuos ſucceſſores pertinere poſſe vigore ſuæ diſpoſitionis, in quibus ſicuti ipſi diſponenti videri poterat ipſos ſucceſſores honoraſſe, ſic quoq; voluit eos grauare prohibendo, ne viuente ſcilicet hærede inſtituto, ipſum quouis quæſito colore moleſtarent, & ſic ex omni parte ex voluntate, ſcilicet tacita, ſic à iure interpretata, & etiā expreſſa declarata ab eadem teſtatrice, vocatur nobiliſſimus genere, & animo Philippus nepos, & ita ab excelſo Senatu inclytæ Reipublicæ Genuenſis iuſtitiæ cultricis, iudicandum ſperatur 15. Aprilis 1624.

Et ita pro Domino Philippo fuiſſe Genuæ iudicatum, mihi relatū eſt &c.

SVMMARIVM.

1 *Mater filiam dotare regulariter non tenetur, niſi patre exiſtente inope.*

2 *Dos mulieri reddenda eſt ex tacita ſtipulatione, niſi extraneus dotando aliter, ſpecialiter, & expreſsè ſibi cauerit, & num.* 11. *& quid ſi ſibi reddi ſtipulatus ſit, aut cui de iure debebit, & num.* 4.

3 Actio dotis *alternatiuè promiſſæ dotatę dotis fauore acquiritur, ſtipulator verò videtur ſolutioni adiectus, & n.* 8. *etiam ſi prçcedat nomen dotantis nu.* 25.

5 *Alternatiua ſtipulatio, vt vaga, & incerta cenſetur inualida, fallit fauore dotis, & quando nu.* 7. *&* 9.

6 L. Item ſi ſeruus §. fin. *non eſt correcta* ex l. 3. C. de verb. ſignif.

10 *Obſcuritas fauorabilem cauſam dotis reddit.*

12 *Dictio*, ſeu *vel* ſiue, *eſt adeò varia, vt debeat interpretari ſecundum ſubiectam materiam, vt dicitur de* Ermafrodito, *& num.* 14.

13 *Dictio*, ſeu, *aliquando ordinem denotat.*

15 Actio dotis *duobus cumulatiuè promiſſæ, cuilibet pro dimidia quæſita cēſetur.*

16 *Clauſula* ſeruata forma prioris inſtrumenti, *vel natura feudi in aliquo nō mutata, debet operari, præterquam quod ſpecialiter, & clarè expreſſa alias contradicto, & mutatio voluntatis non præſumitur.*

17 *Relatum attenditur, non referens in id, quod relato contradicit.*

18 *Mutatio voluntatis non præſumitur, & per ſecundam conuentionē prima nō derogatum, niſi vbi ſpecialiter ſit expreſſum, quod interdictum eſt fieri in dote, & num.* 23.

19 *Actio dotis mulieri quæſita non poteſt auferri præſertim ex interuallo etiā de conſenſu viri, & poſterior conuentio eſt omninò nulla, et nu.* 21.

20 *Mulier dicitur dotata ex ſola dotis promiſſione.*

22 *Pater non valet licentiam dare filiæ poſt dotem datam eam alienandi in præiudicium filiorum, vel agnatorum.*

23 *Pactum, quod certis perſonis dos reſti-*

Digitized by Google

reſtituatur, mutari non poteſt.

24 *Conuentio interpretatur iuxtà conuentionem factam, et ex tractatu præcedenti interpretatur ſtipulatio.*

26 L. Caius ff. ſol. matrim. diſpoſitio, *quod dotis alternatiua promiſſio dotatæ quæratur, an procedat muliere prędecedente dotāti, et an ſi moriatur ex teſtamento, habeat locum, et nu.* 27.

28 *Actio non tranſitoria ad hæredes trāſit, ſi pro hæredibus ſit concepta ſtipulatio.*

29 *Dos ex bonis paternis data præſumitur, quando mater, et alius extraneus dotans bona prædicta adminiſtrauit.*

30 *Præſumptio maior ex adminiſtratione, quàm ex pietate, et affectione reſultat.*

31 *Compenſare non videtur debitor voluntarius legando, ſecus dotem pro creditore promittendo.*

32 *Pactum de ſibi dote reſtituenda, mater, vt debitrix filiam dotando adijcere non valet.*

33 *Mater filiam inopem dotare tenetur tanquam in locum patris ſubrogata, et num.* 35.

34 *Actio dotis eſt cōmunis patri, et filiæ ratione patriæ poteſtatis, ideò patri dotanti filiam emancipatam, nō quęritur, ſed ad hæredem mulieris tranſit, et num.* 36. 37. *et* 38.

39 Ius Lōgobardum *eſt ius ſpeciale, et locale in Regno, et num.* 42.

40 Mundualdus *in viuentibus iure Longobardo requiritur non minùs in teſtamentis, quàm in contractibus mulierum, et quare.*

41 Mundualdo *ſubijciatur nè mulier, etiā ſi contrahat extrà patriam, vbi Mūdualdi ſolemnitas eſt neceſſaria.*

43 *Locus contractus, ſiuè teſtamenti attēditur quoad ſolemnitatem, patria verò quoad ſubſtantiam; ſiuè efficaciā diſpoſitionis* ex com. contra Gram.

44 *Teſtamentum deſcendentium ſuſtinetur, tametſi non fuerit aſcendens honoratus titulo inſtitutionis, et admiſſa contraria opin. temperatur bifariam.*

45 *Teſtamentum quomodo præſumatur, vel probetur factum ab homine ſanæ mentis, vel furioſo.*

ARGVMENTVM.

Mulierem poſſe de iure communi de dote diſponere in beneficium viri, relicto matri ſuperexiſtenti bonorum ſubſidio.

Actio promiſſionis dotis reſtitutionis alternatiuè cui quæratur, & an ea ſemel vxori quæſita auferri poſſit.

Quid ſi mater dotando, pactum de ſibi dote reddēda adijcere valeat. *Mundualdo*, an ſubijciatur mulier vbiq; locorum contrahat, ſi in propria patria viuatur iure *Longobardorum*.

Pro Domino Io. Hieronymo Naccarella Patritio Salernitano, Mirabellæ Domino Aduocato Neapolitano.

CONTROVERSIA XII.

CVm Laura Valentina mater, ſiuè eius nomine Terentius de Falco, eiuſdem Lauræ coniunctus nuptui tradidiſſet Laudoniam Geruaſiam filiam Doctori Dominico Naccarella, cum dote promiſſa duc. 1200. mediantibus capitulis matrimonialibus, exequutis deinde per inſtrumentum dotale ſtipulatum ex interuallo, confectum forma, & modo, vt infrà ſpecialiter exprimetur.

Defuncta Laudonia, cōſtante matrimonio ſine liberis, & inſtituto hærede poſthumo naſcituro, eiq; vulgariter ſub ſtituto Dominico viro, relictis matri duc. 200. & totidem pro conſtruenda cappella, & eleemoſina ꝓ celebratione

ne miſſarum, prout quiſque prudentiſſimus vir facere potuiſſet.

Dubium præcipuè vertitur vtrum potuerit Laudonia de iure communi, in cuius diſpoſitione uerſamur, de dote diſponere ad beneficiū viri, qui non nato poſthumo hæres fuit declaratus, non obſtante matris ſuperexiſtentia.

Et ſic utrum *actio de dote* ex forma pactionis nuptialis fuerit integrè quæſita ipſi ipſi Laudoniæ dotatæ à matre, ita ut potuerit de ipſa dote diſponere ad libitum in præiudicium matris relicto bonorum ſubſidio.

Vel etiam admiſſo, citra ueri præiudicium, matrem dotantem uoluiſſe ligare, ut Laudonia non poſſet diſponere; utrum tale pactum potuerit de iure impedire, quin Laudonia diſponere potuerit de prædicta dote, an uerò uelut de iure nullum, ſit reijciendum.

Pro ueritatis perfecta cognitione erunt conſiderandi tres caſus, ex quibus ſolis, & non alijs oriri potuit hæc matris dotatio: quod ſi nullo ipſorum caſuum conſiderato Laudonia prohiberi potuit diſponere; certè à ſufficienti partiū enumeratione, legitima, & ualida erit declaranda uiri facta inſtitutio.

Aut enim mater, quæ citra caſum ſubſidiarium nullo modo filiam dotare tenetur, in præſenti caſu dotauit filiam ex mera liberalitate; quæ dotatio cenſebitur facta, ùelut à perſona extranea.

Aut quod longè verius eſt, & conuincitur ex facto, & probationibus in proceſſu, dotem dedit ex ſubſtantia uiri patris Laudoniæ, ut hæreditatis adminiſtratrix, ut de iure preſumitur.

Aut uerò, quòd uel inuita aduerſaria negare non poteſt, quod ipſa, nedum confeſſa eſt in poſitionibus, ſed plenè probauit, ipſam Lauram de ſuo dediſſe dotem, quia in hæreditate patris, nihil ſuperat; & ſic ipſa uelut mater, quæ in ſubſidium tenebatur de iure dotare, dotē dedit, & in nullo iſtorum caſuū potuit impediri, quin Laudonia liberè uirum optimè meritum inſtitueret.

Quoad primū caſū, qui ex abūdanti cōſideratur, cū nihil uerè ex facto proceſſus appareat dediſſe matrē de ſuo, uel ſaltim nō ex liberalitate, ſed ex debito, & ſic omninò uerſamur in ſecundo, uel tertio caſu.

1 Certū eſt, & abſolutum, matrem quæ regulariter filiam dotare non tenetur, *l. neque mater, vbi omnes, C. de iure dot.* niſi pater ſit inops, & ipſa mater diues, ita ut filia aliter dotari non poſſit *Cyn. & Bald. in d. l. neque mater, Doct. omnes in l. 1. vbi Ripa num. 79. ff. ſolut. matrim.* ſi pro filia dotem promittat, uel det in caſu, ubi illā dotare nō tenetur, cenſeri dotē animo donandi dediſſe: ſicut in quolibet alio extraneo, qui non ſit parens per uirilem ſexum aſcēdens, ſi non ſpecialiter extraneus, & expreſſim dotem ſibi reddi pactus fuerit, ſpeciale enim eſt in dote, ut donandi animus præſumatur in omni eo, qui

2 dotare non tenetur; imò niſi aliter extraneus expreſsè ſibi cauerit, ipſa mulier ſibi feciſſe uidetur tacitam ſtipulationem de dote reddenda, *text. capitalis, in §. accedit, l. vnica, C. de rei vxor. actio. vbi Bald. Ang. & Salyc. hoc notāt, iterum idem Bald. antiq. Bart. Bald. etiā Nouell. Neguſant. Cephal. Rimin. iun. et alij, quos recenſet Honded. conſ. 91. nu. 78. & 80. lib. 1. vbi de com.* hoc comprobat in matre *nu.* 81. *& 84. Anchar. iun. lib. 1. quæſt. famil. c.* 12. etiā ſi mater, uel frater dotent uiuo patre. *Baeza de non meliorand. dotis ration. filiab. cap. 12. num. item 12. verſ. ſed ex aduerſo, vbi n.* 13. reſoluit argumentum de alimentis, ut non procedat in caſu præſenti de alimentis ad dotem, *ad cuius tex. in d. §. accedit* ornatū, & ad materiā de patre, & extraneo ad ſtipulādū dotem adhibitis in contractu matrimonij uidendus *Franciſcus Molinus de ritu nuptiarum lib. 3. c. 54. nu. 19. & 63. & pleniſ. c. 55. per totum* in quem incidi dum hæc reuideo Iulij 1633.

Nec obſtat, q̃ hic nō ſumus in dubio, cū adſit pactū tā in capitulis matrimonialibus, quā in inſtrumento dotali po-

L ſtea

ſteà cõfecto; in quorum primo ſcilicet cauetur de dote reddenda Laudoniæ dotatæ, ſeu matri dotanti, licet per verba alternatiua, quæ inducũtur per dictionem, *ſeù*, in poſteriori verò dictæ Lauræ matri, & Laudoniç præſentibus, & ſic copulatiuè per dictionẽ, *&*.

3 Vndè licet in dote, ꝓmiſſa reſtitutione dotis alternatiuè ſpeciali fauore dotis actio acquiratur mulieri dotatæ, ſtipulator verò videatur adiectus ſolutioni, *l. Caius 46. ff. ſol. matr.* tñ attento poſteriori pacto, quod regulariter attendi debet, ſaltim actio pro medietate cenſebitur quęſita Laurę matri, *ex l. reos*, *§. eum in tabulis, ff. de duob. reis*

Primò enim dicimus, hic nullũ adeſſe pactum præciſum, ꝑtout requiritur *in d. §. accedit*, de reſtituenda dote matri; & ſic remanet intacta deciſio *d. §. accedit*, vt ꝓſumatur ſtipulatio adiecta in fauorem mulieris; verba enim capitulorum iſta ſunt. *Et à maggior cautela, che quelle doueſſero reſtituire alli detti Laudonia, ſeù matre, ò Magnifico Terrentio in ſuo nome, et loro hæredi, et ſucceſſori inſolidum in queſto modo, dicta pecunia, et quarta integrè, et dicto corredo vſo conſumpto, etc.* quibus verbis clarè apparet nullo modo ſpecialiter, & expreſſim, & ſic præciſè matrem ſibi dotem reddi pactam fuiſſe; & ſic ſimpliciter, prout requiritur pro forma *in d. §. accedit*. ſed tantum quatenus de iure eſſet aliquo caſu facienda reſtitutio filiæ, vel matri, traditur tantum modus reſtituendi, non autem, quod in omni caſu, vel certis caſibus, fiat reſtitutio: hoc enim important illa verba. *Che quelle ſi doueſſero reſtituire alla detta Laudonia, ſeu matre, etc.* ideſt quaten° de iure dotatæ, vel matri eſſet faciẽda reſtitutio, eo caſu fiat hoc modo: at de iure certa eſt ꝓuiſio, vt filiæ tũ cẽſeatur acquiſita actio, quinimò integra dotis exactio animo donandi, idq; mediante ꝓſupta ſtipulatione, *in d. §. accedit*: mater verò nihil ſaltim ſpecialiter, & expreſsè ſibi cauit, vt exigitur, vt dotis actio, ſibi q̃reretur, ꝑciſè *ex d. §. accedit*; ſed cõtẽta fuit legis ꝓuiſione, quę fauet dotatę; igitur nullo exiſtente pacto, iuxta formã in inſtrumẽto ꝓſcriptã, militat omninò in ꝓsẽti caſu *deciſio d. §. accedit*, vt integra dos ad dotatã ꝑtineat, & ita *Bart.* in ſpecie in caſu omninò ſimili, imò in fortioribus terminis

4 dicit ſe de facto conſultum reſpondiſſe, *in d. l. Caius 46. n. 5. ff. ſol. matr.* vbi extraneus dotãs ſtipulatus erat dotẽ ſibi reddi, aut cui de iure debebit; q; ex hac ſtipulatione, integra actio erat q̃ſita mulieri: q̃a mulier eſt illa, cui de iure reddi debet, *ex d. §. accedit, ſequũtur Caſtr. ibi poſt n. 5. verſ. et ideo dicit, Imol. poſt n. 7. verſ. interdũ ſtipulatur, Alex. nu. 6. verſ. in quantũ, Bart. Greg. Lopez l. 31. tit. 11. partita 4. ver. deueſer, defendit Barboſa in d. l. Caius, n. 25. Stracca de adiecto, par. 3. num. 160. & 161.*

Corrobotatur hoc ex alio, quia cum *in d. §. accedit* exigatur extraneum ſpecialiter, & expreſſim, & ſic præciſè pro forma dotẽ ſibi reddi pactũ fuiſſe;

5 ſtipulatio autem alternatiua concepta inter perſonas, quibus debet acquiri, ſit ideò vaga, & incerta, adeò vt reputetur de iure inualida, *l. itẽ ſi ſeruus, 9. §. fi. ff. de ſtipulat. ſeru.*

6 Cuius deciſionem, neque hodie eſſe correctam, *ex l. 3. C. de verb. ſignif.* probat, licet contra multorum opin. *Barb. in d. l. Caius, poſt nu. 9. verſ. quinimò*, &

7 licet in cauſa dotis ſpeciali fauore dotis ſit inductum, vt ſtipulatio alternatiua reſpiciens perſonas, quibus acquiri debeat, valida cenſeatur ad fauorem dotatæ, *Bart. in d. l. Caius nu. 4.* ita vt mulieri cenſeatur quæſita actio, ſtipulator autem videatur tan-

8 tum adiectus ſolutioni, ex diſpoſitione *d. l. Caius, Alex. in l. eum qui ita, §. qui ſibi, num. 5. ff. de verb. oblig. Baptiſta de priuil. dotal. centur. 3. num. 45. Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuileg. 25. vbi dicit deciſ. d. l. Caius non eſſe immutatam, ex deciſ. d. l. pen. C. de verb. ſignif. Loffredus conſ. 32. nu. 3. circa medium, & num. 6.*

Nõ tñ huiuſmodi ſtipulatio alternatiua

tiua poterit cenſeri ſpecialis,& expreſſa in beneficium extranei dotātis, ꝑut nouiter pro forma traditur *in* §.*accedit à Iuſtin.* imò obſcura, & incerta, *l. ſi ſeruus communis ita, ff. de ſtipulat. ſeru.*
9 quia licet ſubſtineatur ad fauorem mulieris dotatæ, fauore ſcilicet dotis; non tamen poterit prodeſſe ad beneficiū extranei dotantis, vt dicatur ſibi ſpecialiter, & expreſſim prouidiſſe de pacto præciſo pro dotis reſtitutione; prout *in d.* §.*accedit* enixè, & clarè diſpoſitum eſt: & ſic non ideò minùs dicetur alternatiua ſtipulatio quoad extraneum generalis, & incerta, *dic. l. ſi ſeruus communis ita, ff. de ſtipulat. ſeru. l. tutor ita rectè, ff. de teſtament. tutela, Crauett. conſ.* 157. *num.* 11. imò obſcura, & ſic non ſpecifica,& expreſſa; cum obſcura verba opponantur ſpeciali, ſiuè ſpecifico, & expreſso ſermoni, vt de ſe patet: & in terminis, quod alternatiua ſtipulatio hæc dotis
10 reddendæ dubia reddatur, quo caſu obſcuritas fauorabilem cauſam dotis reddere debet, *probat* Stracca *tit. de adiecto, par.* 3. *num.* 160. *circa med. & num.* 161. *verſ. ſed d. iura.*

Et ſic quoad extraneum ipſum remanet incorrecta deciſio *d. l. ſi ſeruus*, 9. §. *fin. ff. de ſtipulat. ſeru.* tùm vt legum correctio, quoad fieri poteſt vitetur, tùm ex clariſſima deciſione *d.* §.*accedit*;
11 quod ad hoc, vt actio quæratur extraneo, nedum ſpecifica ſtipulatio, verum etiam expreſſa requiratur, *c.* 2. *vbi Gemin. de præb. in* 6. *gloſſ. ordin. in clem.* 1. §.*ſpecialiter de iudic. Ripa in l.* 1. *n.* 66. *&* 68. *ff. de vulg. conferunt tradita per Menoch. de præſump. lib.* 4. *c.* 166. *n.* 16.

Et tandē ſi ꝑdicta oīa deficerēt, eſt adeò dubiꝰ,& incertus sēſus dictionis, *ſeù*, qua vſi ſunt cōtrahētes in *dictis cc. matrimonialibus*, vt ex hoc ſolo pateat nullo modo ſpecialiter,& expreſsè matrem de actione de dote ſibi reſtituēda
12 cauiſſe. Hæc enim dictio, *ſeù*, licet ſit alternatiua, ſiuè diſiunctiua, quo caſu quandoque diſiungit verba,& ſenſum, interdum verò ſenſum coniungit, licet verba diſiungat, pluries tamen adeò diuerſimodè accipitur, vt quandoque ſtet copulatiuè,& augumētatiuè, & eſt augmētatiua, ſiuè ampliatiua quādoq; interdum verò ſtat expoſitiuè, ſiuè declaratiuè, & reſtrictiuè, quandoq; facit cōditionē, adeò vt dixerit *Panor. in c. inter cæteras poſt n.* 4. *de reſcript.* dictiones, *ſeù*, &, *ſiuè*, adeò variā habere naturam, vt ob varietatem ſignificatus dicantur, *miſtæ*, vt de ipſis interpretationem facere debeamus ſecundum ſubiectam materiam, vt dicitur de *ermaſrodito*, quod dicit bene notandum, refert & ꝓbat hęc omnia, extollēs *hoc dic. Panor. Mādoſ. ad Rom. cōſ.* 179. *n.* 7. *in addit. incip. regulariter*, vbi inter
13 alias acceptiones, dicit hāc dictionem aliquādo ordinē denotare, *vt eſt tex. in l. cū pater* 79. §. *à te peto ff. de leg.* 2. vbi hæc dictio, *ſeù*, poſita inter ꝑſonas inter quas cadit ordinata iuris regula, ordinē ſignificat, vt ꝓpriè contingere videtur in caſu noſtro, vt primū Laudoniæ dotatæ,& eiꝰ hęredibꝰ, quorū dos eſt propriū patrimoniū,& illis deficiētibꝰ ma-
14 tri cēſeretur acqſita actio, cæteros cōcord. ad huius dictionis variā, & incōſtātē naturā, cōgerūt *Pet. Cened. in ſua cētur. dict. c.* 16. *de dic. ſeù, Vulp. de præpoſit. & aduerb. in dict.* ſeù, *car.* III. *Alex. Barboſ. dicto c.* 312. *f.* 147. apud quos infinita, ex qbus, vel in caſu noſtro ſignificabit ordinē, ꝑut de iure fieri debebat, vel ſaltim obſcura,& incerta erit ſtipulatio, quæ matri velut extraneæ prodeſſe non poteſt.

Vnde deficiēte ſpeciali,& exꝓſſo pacto ad beneficiū extranei; omninò remanet ficta, ſiuè præſumpta ſtipulatio inducta à lege in fauorem dotatæ.

Nec obſtat, ꝙ in inſtrumēto dotali ſub ſeqnti ſit clariùs cōuētū, & ſpecialiter cautū, ꝙ dos reddatur Lauræ matri, & Laudonię .ſ. dotatæ; & ſic, vel videtur integra actio q̄ſita matri, ex eo ꝙ ipſius nomē ſit ꝓpoſitū, attēto ordine literæ; quo caſu pleriq; dixerūt limitari *dec. d. l. Caius*, ita vt extraneo cenſeatur q̄ſita actio, mulier vero dotata, videatur adie

15 ɐta ſolutioni, vel ſaltim attenta natura
copulæ cuilibet cẽſeatur, acqſita actio,
ſiuè dos ipſa ꝓ dimidia, *iuxta d.l.reos,*
§.cũ in tabulis, & admittũt Bar. *in d.l.*
*Caius n.6.Barboſ.ſol.*441.
Et huic inſtrumẽto ſtãdum eſt, velut
poſteriori *arg.l.pacta nouiſſ. C.de pact.*
dicimus .n. in caſu p̃ſenti pactũ adie-
ctũ in inſtrumẽto dotali poſteriori, nõ
cõtradicere exp̃ſſim cõuẽtis in priori-
bꝰ capitulis: illa.n. verba *vel in omnem*
casũ reſtitutionis, vel aſſecurationis, etc.
omninò intelligi poſsũt, & debẽt, in eũ
casũ, quo de iure eſſet faciẽda reſtitu-
tio dotãti, vel ei, cui de iure debetur; tũ
ex iuris p̃sũptione nè inducatur muta-
tio volũtatis, tũ quia ita ſpecialiter fuit
declaratũ, & exp̃ſsè conuentũ in dicto
ſecũdo inſtrumẽto in fine, ibi, *cũ ſpecia*
li pacto, quod omninò debeat ſeruari for
ma dictorum præinſertorum capitulo-
rum, quoniam ſic &c.
16 Nec dicat dictã clauſulã debere ope-
rari, *præterquã quod ad expreſſa*, vt de
clauſula *feudi natura in aliquo nõ mu-*
tata, q̃ eſt huic noſtræ clauſulæ ſimilis,
dixit poſt feudiſtas *Reg.de Põte cõſ.*15.
*n.*8.*& cõſ.*57.*n.*23. qa imò dicta clau-
ſula debet ſatis operari, dũ nõ eſt aliqd
ſpecialiter, & ita clarè exp̃ſsũ, vt ſic in-
terp̃tari debeat cõuẽtio ad euitãdã im-
plicationem, & contradictionẽ, vt ex-
plicat *idẽ de Põt.cõſ.*3.*n.*83.*&* 84. vn-
de cũ verba in p̃sẽti caſu inſtrumẽti po
ſterioris nõ repugnent, ſed concordari
poſſint, nõ eſt inducenda mutatio, nec
derogatio, q̃ tñ ꝓmittitur ratione ex-
cludẽdæ repugnãtię nõ aliter, vt ſubin-
telligatur non induci mutationem, niſi
in expreſſis.
Vnde oĩa cõuẽta in hoc ſecũdo poſte
riori sũt intelligẽda, vel reducẽda adte
17 norẽ primæ cõuentionis: qa relatũ eſt
attẽdẽdũ, nõ referẽs, in his, q̃ relato cõ-
tradiceret *iux. not. per Tiraq. de legib.*
*cõnu.glo.*7.*ex n.*182.*in* 12.*genere exp̃ſſi.*
18 Et qa nũquã per ſecũdã cõuentionẽ
debet cẽſeri primæ derogatũ, niſi id ſit
ſpecialiter exp̃ſsũ, & in qualibet mate-
ria cõtrarietas tolli debet, & ſedari, vt
prima cõuentio intelligatur firma, nec
fiat mutatio volũtatis nedũ incõtinẽti,
ſed nec ex interuallo, *l.eũ qui ff. de pro-*
bat.Barbo.in l.ſi cũ dotẽ 23.*n.*17.*ff.ſol.*
matr. vt pluribus ꝓbat *Rimin. iun. in*
princ.quib. alien.lic. vel non, n. 107. *&*
108.*Pereg.de fideic.art.*18.*n.*33.*et* 34.
Præterea, etiam circumſcripto hoc
pacto expreſſo, omninò eſſet attenden-
da forma p̃ſcripta in capitulis p̃cedẽ-
tibus vallatis ficta, vel præſumpta ſti-
pulatione, quam *Iuſtin.* introduxit fa-
uore dotatæ *in d. §.accedit.* nulla habi-
ta ratione, quod in ſecundo inſtrumen-
to aliter etiam expreſsè cautum eſſet :
19 tùm ex defectu poteſtatis, quia actio
ſemel quæſita mulieri de anno 1569.
non potuit per inſtrumentum poſtea,
præſertim ex interuallo, poſt plures
menſes anno ſequenti 1570. ſtipula-
tum auferri, etiam de conſenſu viri,
l.ex morte, C.de pactis conuen.l. auia,
20 *C. de iure dotium*, quia cum ex ſola
promiſſione dotis mulier cenſeatur
dotata, & quidem perfectè *l. quoties*
pater, vbi Doct. ſolut.matrim. gloſſ. &
Doct. in d. §. accedit, non potuit ſpes
actionis ſemel quæſitæ mulieri eidem
per ſecundum inſtrumentum; nec vi-
ro conſentiente auferri, nec dotans ſi-
bi eam appropriare; ita vt poſterior
conuentio ſit omninò nulla, & inuti-
lis, *l. cum à ſocero C.de iure dotium, Sa-*
21 *lyc. & alij in l.* 2.*§. quod ſi in patris, ff.*
ſolut. matrim. vt latiſſimè in terminis
d.§.accedit, optimè probat Hieron. Ga-
*briel, omninò videndus conſ.*58. *ex n.*5.
*et præſertim poſt nu.*9.*verſ.cum igitur,*
libr. 1. *vbi num.* 11. *ex Alberto Ga-*
leota, et Io. Andr. probat ſufficere pro-
*miſſionẽ de dote in capitulis, et poſt n.*12.
*ver.ex his patet vſq; ad n.*20.*lib.*1. ſicut
22 è cõuerſo nõ põt pater poſt dotẽ datã,
ex interuallo dare licentiã filiæ, vt ipſã
alienare poſſit in p̃iudiciũ filiorũ quo-
ad nouẽ partes, vel agnatorũ quoad me
dietatẽ ſeruata forma cõſuetudinis, vt
ex *Hoſtienſ. Dec. et Camil. Soler.* pro-
bat Molſeſ.*ad conſeut.par.*6. *quæſt.*8.
23 *n.*19. & à pacto cõuẽto in capitulis, vt
certis

certis perſonis dos reſtituatur,non poteſt poſtea recedi *Napod. Piſan. Franchis,et* Morotius *citati per eundem Molfeſ.par.6.q.*8. *num.*21. *et num.*18. 19. *et* 20.*plura in materia*.

Tùm, quia primæ ſcripturæ promiſſionis dotis omninò ſtandum eſſe probat *Gabriel*, etiam inſpecta uoluntate 24 dotantis,quia ſi ex tractatu ſolum pręcedẽti, à quo partibus licet ex arbitrio recedere ; ſtipulatio ſubſequuta,ſi ita fieri poteſt , interpretatur facta ad exequutionem tractatus:multò magis ſubſequuta conuentio interpretari debet iuxtà conuẽtionem factam, à qua partes diſcedere non poterant, *ex Ripa in l.*2.*§. quod ſi in patris,nu.*4. *et alijs quos citat d.conſ.*58.*n.*18.*et* 19. faciunt,quę de contractu geſto in exequutionem tractatus,*dicit Surd.deciſ.*291.*nu.*9.

Et ſic copula adiecta in poſteriori contractu reſoluetur in alternatinam expreſſam in priori,& ordo,quo nomẽ dotatæ præpoſitum eſt in primo loco erit attendendus , quicquid poſtea,aliter conuerſo ordine,in ſecundo inſtrumento contingerit.

Tametſi etiam ſi attendendus eſſet ordo literæ poſterioris contractus, ubi nomen Lauræ matris præponitur, non autem primi,adhuc integra dotis actio cenſeretur quæſite filiæ dotatæ , mater autem adiecta ſolutioni ; ſiquidem 25 deciſio *l. Caius* procedit etiam ſi in ſtipulatione cõuerſo ordine præcedat nomen extranei dotantis , & ſequatur nomen dotatæ,firmat velut in dubium *Bart. in d. l. Caius*, *num.* 5. *Salyc.in l. auia,poſt num.*15.*verſ. iſtud dictum*, *C. de iure dot.* ubi latè , & pulchrè diſcurrit, *à num.*14.*cum ſeq. Paul. Alex. Iaſ.Alciat. Seiſellus,*Bolognin.*Greg.Lopez, Ant.Gomez.et alij.quos refert,et ſequitur Barboſ. in d.l.Caius, num.*23. *in fine,verſ.ſequitur,et num.*25. ex cuius dictis patet hanc eſſe magis communẽ opinionem.

Ex quibus apparet non obſtare *d. l. Caius* aliter limitari,ut procedat, dummodo dos ſit reſtituenda uiuente muliere, in cuius fauorẽ inducta eſt illius deciſio, ne remaneat indotata; ſecus verò ſi mulier præmoriatur, quo caſu eſſe reſtituendam dotem dotanti, non hæredibus mulieris, dicitur voluiſſe *Alex loco infra citando.*

Siquidem ſi verum eſt , quod ſupra probauimus , hic non adeſſe pactum ualidum in fauorem matris dotantis : uel quia non eſt præciſum , ſed prout de iure ; quo iure inſpecto, integra dotis exactio quæritur mulieri ex *§. accedit*, uel quia,ut alternatiuum,& ſic obſcurum, & incertum non operatur in fauorem dotantis : & ſic decidenda eſt cauſa iuxtà puros terminos, *§. accedit*,uigore ſtipulationis præſumptæ in fauorẽ mulieris,uelut nullo pacto adiecto, ſcilicet legitimè in fauorem dotãtis : his attentis nihil intereſt , an hæc mulier ſuperuixerit, uel ne , quia dos cenſetur ſimpliciter donata ſibi, & hæredibus, *ex d.§.accedit*, & ſic non opus eſt nobis ingredi , nec uti deciſione *d. l. Caius*, & res clara remanet ſemoto omni ſcrupolo.

Si uerò neceſſe ſit fateri hic adeſſe pactũ ualidum ad fauorem matris dotantis , quo caſu opus ſit recurrere ad deciſionem *d.l.Caius*; in hoc caſu dicimus primò dictam reſtrictionem ad *l. Caius* non eſſe ueram ; & quatenus eſſet vera procedere poſſe , vbi mulier decederet ab inteſtato , ſecus ſi facto teſtamento ; præſertim quando mulier (prout in caſu noſtro) expreſsè ſtipulata eſt pro ſe,& hæredibus : eo etenim caſu habebit mulier ex prouiſione *d.l.Caius*,quod ipſi cenſeatur quæſita integra actio,ſtipulator verò adiectus ſolutioni;ex prouiſione autem propria in ipſo contractu donationis,vt dos iam ipſi perfectè quæſita,ad hæredes, prò quibus expreſsè ſtipulata eſt,tranſeat.

Licet enim in primo puncto *Imol. in d.l. Caius, poſt nu.*6. *verſ.& hæc opinio*,voluerit diſtinguere inter caſum

26 quo dos eſt reſeruanda mulieri ſuperſtiti,& caſum,vbi mulier prędecedit,& conatur reſpondere ad tacitum obiectum *de l. iam hoc iure*, tamen *Caſtrenſ.ibidem num.6. verſ.tertiò quaritur*,optimè firmat, quod licet quidam, vt is ait,dicat contrarium;tamẽ expreſsè falſum hoc aſſerit: quia ſicut hoc caſu,ſi nulla interueniſſet ſtipulatio,acquireretur actio mulieri, quam mulier ad ſuos hæredes tranſmitteret, vt in §.*accedit*,ita & hic, quia ſtipulatio, de qua in *l.Caius*,regulatur ſecundum iuris diſpoſitionem, vt acquiratur ei,cui acquireretur, ſtipulatione non interueniente, & ſic indiſtinctè firmat *Caſtr.* procedere deciſionem *d.l.Caius*,etiam muliere præmortua.

Et licet *Alex.poſt num. 5. verſ. ſed pone*,referat opinionem *Imolæ*, & ſolutionem, quam *Imol.* nititur dare ad *l. iam hoc iure*, quæ ratione pariformis determinationis, ſatis vrget pro opinione *Caſtr.* tamen dubitat *Alex.* de veritate ſolutionis,qua vtitur *Imol. ad l.iam hoc iure*,& ſic *Alexãd.*non poteſt citari pro opinione *Imolæ*.

27 Præterea etiam admiſſa opinione *Imol.* quam ſequitur *Stracca in d. tit. de adiecto,par.3. num.158.* declaratur procedere muliere prædefuncta ab inteſtato,ſecus inſtituto hęrede;quia tũc omninò hæres mulieris præfertur extraneo ſtipulatori, qui cẽſetur adiectus tantùm ſolutioni,vt ex mente DD.in puncto declarat *Loffred. conſ.32. poſt num.6.verſ.ſed quando facta.*

Quod ſi procedit, vbi in ſtipulatione nulla eſt facta mentio hæredum, vt loquitur *tex.in d.l.Caius*,ibi,*dos omnis Seiæ, vxori, vel Caio auo materno redderetur*, in caſu præſenti, vbi expreſsè prò hæredibus eſt facta ſtipulatio, ſufficit quòd ex prouiſione *d.l.Caius*, ex alternatiua, actio integra ſit quæſita

28 mulieri; quæ ex ſtipulatione expreſſa facta per mulierem pro ſe, & hæredibus,ad ipſius hæredes tranſit. etiam ſi aliàs ſtipulatio non eſſet ad hęredes tranſitoria, vt eſt caſus punctualis in *l.ſi ſtipulatus ſum.8 1. iuncta gloſſ. in verbo non poteris, vbi omnes DD. ff.de ſolut.*vbi licet actio, quæ aliàs in hæredem non tranſit, vt in adiecto ſolutioni,tranſit tamen, ſi expreſsè pro hæredibus ſit concepta ſtipulatio,*latè Stracca de adiecto, par.3. ex nu.88. & 109. & in puncto hoc voluit Salyc. ſi rectè ponderetur in d.l.auia, poſt n.17.in fin. C.de iur.dot.*

Sed hæc omnia ex abundanti dicta ſint; ſiquidem cum Laura mater ſe ingeſſerit adminiſtrationi bonorum hæ-

29 reditatis viri patris Laudoniæ, ipſam ex bonis parentis omninò dotaſſe pręſumitur, & ſic limitatur *l. vnica §. extraneus*, vbi mater, vel alius extraneus adminiſtrat bona mulieris *Socin. ſen. Ruin. Alcia.Bal. Nouell. Soc.iun & alij per Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 88.n. 46.& ſeq.Maſcard.de probat.conc.76. & 571.nu.8* & in matre,auia,virtrico, fratre,& tutore, *probat Surd. de alimẽt. tit.6.quæſt.8.num.48.& quæſt.15. nu. 7.& 8. Honded.conſ.91. nu.84. lib.1. optimè Gomeſ.in l.tauri,51.num.22.&*

30 *23.* vbi infert, maiorem eſſe præſumptionem, quæ ex adminiſtratione reſultat; quàm illa,quæ ex pietate, & affectione,*ex l.cum poſt mortem, §. 1. de admin.tutor. Baeza de non meliorand. dotis ratione filiab.cap.12. poſt num.10. verſ.niſi adminiſtret, & iterum nu.15. latè Guttierez de tutel.2.par.cap.11.nu. 6.& 7.Barboſ.in 4.par.l.1.poſt nu.58. verſ. ex quo intellectu*, vbi dicit,quod

31 licet debitor voluntarius lęgando nõ videatur compẽſare; ſecus eſt ſi pmittat dotem pro debitore, *l. vxorem 39.§.pater naturalis,de leg.3.Bart.Caſtrẽſ.Crauett.Simon de Petris, Menoch. Maſcard.& alij, quos refert Coſta de portione rata quæſt. 220.* Vnde cũ mater dotem verè promiſerit, vt debitrix

32 ratione adminiſtrationis, non potuit pactum apponere, quod ſibi dos reſtitueretur in præiudicium filiæ creditricis,*Bald.Salyc.et alij in l.auia, C.de iur. dot. Dominus de Franch. loquens in fratre dotante ex debito à patre iniuncto deciſ.*

deciſ. 196. *de Ponte conſ.*65. *num.*4. 7. *&* 17. *vbi* rationem reddit.

Et ſi tandem, qui eſt poſtremus caſus, Laura mater dotem pro filia ſoluit
33 ex debito ſubſidiario, quia filiam inopem dotare tenebatur, *iuxtà notata in l.neq; mater,C.de iur.dot.cum infinitis per Barboſ. in* 4.*par.l.* 1. *num.*82. *verſ.recipit tamen, ff.ſoluto matrimonio*.

Et iſto caſu multò fortiùs eſt interpretandum pactum in fauorem filiæ, vt cenſeatur actio in totum quæſita ipſi filiæ: tùm quia potiſſima ratio, quare
34 iure cautum fuerit, vt actio de dote ſit communis patri, & filiæ, eſt ius patriæ poteſtatis, vt optimè explicat *Barboſa in l.*2.*§.quodſi in patris, num* 35.
35 *ff.ſolut.matrim.* Vndè cum mater hoc caſu ſoluat ex debito, tanquã in locũ, & vicẽ patris ſubrogata, *vt idẽ Barboſ. obſeruat in d.* 4.*p.l.*1 *poſt n.*86. *verſ.& vltrà*, & non habeat filiam in poteſtate. Ex hoc ſequitur, vt ceſſante ratione, ex qua patri actio quæritur in matre, ipſi nullo modo actio de dote q̃ra-
36 tur cũ nec patri dotanti filiã emãcipatã, quę non ſit in poteſtate, actio de dote nullo modo quæratũr, *gloſſ.in d.l.* 2.
37 *§ quodſi in patris, verſ. profecta*, ſed tranſir ad hæredes mulieris emancipatæ, ſoluto matrimonio per mortẽ vxoris, *vt cum gloſſ.eſſe communem, & veram opinionem teſtatur Alex.in l.ſi ab hoſtibus, poſt num.*5. *verſ.non omitto, ff.ſolut.matrim. Dominus meus Capycius deciſ.* 176.*num.*4. vbi dicit, quod non conſolidatur actio in patrem, *cum alijs per Barboſ.in d.§.quodſi in patris, num.*11. *verſ.primò quoad effectum*, vbi generaliter reaſſumit, quod ad hoc vt actio de dote ſit communis, neceſſario, & p̃ciſè requiritur, quòd filia ſit in poteſtate: quia ſi non ſit in poteſtate, actio pertinebit in ſolidum ad filiam. & iterum poſt *num.*35. *verſ. & hæc de ſecunda*, & propriè *in verſ.in ſi ergo*, in ſpecie adnotauit, ſoluto matrimonio dotem filię non exiſtentis in poteſtate, non reuerti ad patrem, ſed ad ipſam mulierem, & eius hæredes, *ex gloſſ. in l.ſi pater filiæ* 71.*verſ.vno caſu, ff.de euiction. quam dicit communiter receptam ex Alex. Vinc.*Montepico, *& alijs, et licet ibi tentet Barboſ.* diſtinguere inter matrimoniũ ſolutum diuortio, vel morte; fatetur tamen *num.* 37. eſſe magis communem, vt indiſtinctè nunquã dotanti actio de dote competat in filia ſui iuris, ita vt poſſit filia ipſa ad libitũ diſponere, *vt reaſſumit idem Barboſ. ibidem num.*40.*in fine, verſ. denique quamuis filia.*

Nec obſtat obiectio partis circa nullitatem teſtamenti ex eo quod in patria huius mulieris teſtantis viuatur *iure Longobardo*, quod licet conſtet eſſe
39 ius ſpeciale in Regno ex *Cõſtit.incip. puritatẽ ſub tit.de præſtãdo ſacram.baiu*
40 *lis, & camer.* attamẽ certũ eſt req̃ri interuentum *Mundualdi* ad validitatem non ſolùm contractuum, ſed etiam teſtamenti mulieris viuentis *iure Longobardo*, cum lex prouiderit mulieribus de *Mundualdo* propter ſexus fragilitatem, & conſilij imbecillitatem, quæ ratio fortiùs militat in teſtamentis, quàm in contractibus, iuxtà plenè tradita *per Afflict. et Vrſill.in celebri dec.*260. vnde ſuppoſito, quod in patria huius mulieris viuatur *iure Longobardo*, ſequi-
41 tur, vt vbique locorum contrahat, teneatur ſeruare ſolẽnnitatem *Mũdualdi*, vt dixit *Gram.deciſ.*76.*num.*3. vbi in fine dicit iudicatum pro actrice; primò enim dicimus non probari in facto hãc mulierẽ viuere *iure Longobardo*, quod
42 probandum eſſe, cum ſit ius ſpeciale, & locale *ex Iſern. Luca, & alijs, docet Afflict.d.deciſ.*260.*num.*7.*in fine, Conſil. de Bottis in addit. ad d.Conſtit.* vbi *Iſern.* dicit non omnes Salerni viuere *iure Longobardo*, ſed quoſdam *iure romano*, alios verò *Longobardo.*
43 Secundò falſum omninò eſſe motiuum *Gram.*& cõtra notam, & receptã
43 ferè ab omnibus diſtinct. quod aut ſumus in reſpicientibus ſolemnitatem, & inſpicitur locus, vbi fit contractus, vel teſtamentum *arg.l.ſi fundus ff.de euict.* aut

aut in reſpicientibus ſubſtantiam, ſiuè efficaciam diſpoſitionis, & tunc attenditur pattia iuxtà theoricam *Bart. in l. 1. in 3. q. prin. C. de ſumma Trinit.* quã exornant *Gomez. ad l. 3. tauri num.* 20. *Tellius Fernandez in 2. par. in princ. Barboſa ad l. exigere dotem 65. §. fin. nu. 93. cum ſeq. ff. de iudic.* & licet pro *Gram.* in puncto ptincipali fuetit iudicatum, non tamen conſtat fuiſſe illud motiuũ probatum, cum ex alijs firmioribus potuerit ſequi deciſio, quæ præſumi non debet facta contra teceptas traditiones, vltrà quod in caſu præſẽti, nõ fuit opus de hoc diſputare; ſiq. dẽ magnifica Laudonia teſtatrix, licet fuiſſet deſpõſata in Ciuitate Cauę propè Salernum erat tamẽ orta Btiatrici vnde originem habebat; ſimiliter non obeſſet, ſi pars objiceret de nullitate teſtamenti pręteritione matris, dum ipſi legauit ducatos ducentum abſque honotabili titulo inſtitutionis, ex quo hodie iure nouiſſimo, nullum redditur
44 teſtamentum §. *ſancimus auth.* vt *cum de appel. cognoſc.*

Primò enim hæc noua iuris diſpoſitio ad correctionem iuris communis loquens in legitima debita deſcendẽtibus, non debet cxtendi ad legitimam aſcendentium, ſicut enim aucta legitima deſcendentium neceſſaria, fuit ſpecialis prouiſio, vt cenſeretur etiam aucta legitima debita aſcendentibus, ſic etiam in hac noua prouiſione facta in fauorem deſcendentium, maximè ad euitandam iurium correctionem *Bart. in l. ſiuè §. 1. ff. de iure patr. & in l. ſi verò ff. de bonis libert. Reg. de Ponte in term. conſ. 66. num. 3. et 4. in 1.*

Secundò eſto, quod dicta noua prouiſio extenderetur etiam ad legitimã aſcendentium, & ob id nullum eſſet teſtamentum, ſtante tamen clauſula codicillari, & omni modo meliori, defenderetur teſtamentum aduerſus præteritionem; ſiquidem venientes ab inteſtato cẽſerentur grauati reſtituete hæreditatem hæredi ſcripto, retenta legitima *Clarus in §. teſtamentum q. 46. Craſſus ſub eod. §. q. 50. Surd. deciſ. 293. num. 11. Conſil. de Anna conſ. 130. nu. 4. Reg. de Ponte conſ. 42. ex nu. 11.*

Tertiò ceſſaret etiam nullitas, vbi mater, de cuius ptæiudicio ageretut approbaſſet teſtamentum, vt veriùs, & receptiùs eſſe *ex l. filio pręterito ff. de iniuſto, et irrito teſtam.* probat idem *de Ponte*, qui limitat etiam, pia cauſa inſtituta *d. conſ. 66. num. 4. et 5.*

Et ad motiuum, quod teſtamentum fuerit factam à nõ omninò mentis cõpote, non fuit opus reſpondere, cum in facto nihil ex aduerſo probatũ fue-
45 rit, verumtamen quando quis præſumatur, & quomodo probetur diſponẽs ſanæ mentis, vel furioſus in materia teſtandi latiſſimè ex more agit *Hyſp. Caſtill. c. 28. tom. 4. controuerſ.* qui nouiſſimè ad manus peruenit; vnde præſens caſus in fauorem viti inſtituti omninò à doctiſſ. Senatoribus erit decidendus.

DECISIO.

Die Sabati nona Martij 1624. obtinui pro voto ſententiam, pro meritiſſimo cliente, referente Domino Conſiliario Octauio de Piccolellis cũ interuentu Domini Regentis Io. Baptiſtæ Valenzuela Velaſquez ob ſuam maximam virtutem, & doctrinam ab inuictiſſimo noſtro Rege inter Regentes Supremi ſui Conſilij Italici adſciti, ac demum ad faſtigium in Suptemo Conſilio Hiſpanico, quod appellant Regale, & inde translatus ad Præſidatum Granatenſis Cancellariæ. Sarrus actorum Magiſter.

SVMMARIVM.

1 *Ciues Patriæ commodis, & vſui nati ſunt, & in dies creſcunt.*

2 *Ciuilitas Neapolitana per allectionem à decurionibus acquiri poteſt.*

3 *Ciuilitas, & domicilium acquiritur multis modis, & omnibus prærogatiuis Ciuium gaudent, qui pro Ciuibus habentur.*

4 *Ver-*

4 *Verba*, vel alia quauis forma, & cauſa, *vt vniuerſalia comprehèdunt, nedũ ſimiles caſus, ſed diſſimiles, & maiores.*

5 *Matrimonium ante agenitos efficit legitimos, & vir, & vxor vnicam domum faciunt.*

6 *Vxor proprium domicilium mutat, viríque ſortitur, non è contra vir vxoris.*

7 Mulier *nupta, non acquirit ſolum, ſed efficitur de foro & domicilio mariti proprio mutato, imò et de propria origine nu.* 10. *ratione matrimonij, nu.* 8. *&* 35. *et quomodo hoc procedat nu.* 31. 32. *et* 33. *reliquæ verò perſonæ acquirunt nouum priori retento, et nu.* 21.

9 *Vxor comprehenditur in ſtatutis Ciuitatis viri loquentibus de ciuibus, ſed è contra nõ comprehenditur in ſtatutis loquentibus de forenſibus reſpectu viri, et num.* 16.

11 *Ciuilitas originalis non inducitur per ſtatutum, niſi in nupta.*

12 Mutatio *propriæ originis, quam facit vxor in originem viri, naturalis eſt non ciuilis iure diuino inducta, et nu.* 13. 14. 19. 23. *et* 34.

15 *Vir, et vxor per vnionem coniugalem efficiuntur vna caro, et eſt vna ſubſtantia in duabus perſonis.*

18 *Vxor eſt viri ſocia non humani ſolum, ſed etiam diuini iuris, eorum familia commiſcetur in vnam ſub imperio viri, et num.* 18.

20 *Verbum* acquirere *importat noui iuris ſuperadditionem nulla antiqui iuris diminutione ſuppoſita, aliàs mutatio diceretur, ſiuè transfuſio.*

22 Gloſſ. opin. *quod vxor propriã originẽ mutet* in l. origine C. de municip. & orig. lib. 10. *recepta, et nu.* 25: *quando agitur de mulieris odio, ſed quoad fauores eam retinet num.* 33.

23 *Vxor virum ſequi debet, non è cõtra, & aliæ rationes differentiæ inter virum, & vxorem num.* 39. *remiſſiuè.*

24 *Vxor ſepulturam viri ſequitur, & nu.* 37.

26 *Priuilegium conceſſum alicui, & ſuis deſcendentibus, non comprehendit filias nuptas, quia dicuntur ſtatum ſuũ mutaſſe, & etiam in priuilegio fori conceſſo Neapolitanis in fin.*

27 *Filia nupta deſinit eſſe de cognomine & familia patris, & dicitur alienata, vel etiam translata in alienam familiam.*

28 *Appellatione aſcendentium, vel familiæ, non comprehenditur filia nupta in vltimis voluntatibus.*

29 *Vidua dicitur eſſe in primo matrimonio, & de familia coniugis prædefuncti, non autem patris, & priuilegium, quod viuo marito habet ei ſeruatur, & quid ſi in patria viri non commoratur num.* 30.

31 *Mulier nupta non comprehenditur appellatione forenſis, ſed forenſis dicitur quoad originem, et patriam, vbi nata eſt.*

38 *Pactum quo vir promiſit ſub certa pœna in certo loco morari, an valeat.*

ARGVMENTVM.

Mulier extera Neapolitano nupta vtrum comprehendatur appellatione forẽſium in ſtatuto, vel ſuperindicto de ſoluẽdis ducatis vigintiquinque in ſingula cẽtum ex redditibus quos exteri poſſident in Regno. De multiplici, & varia acquiſitione ciuilitatis etiam Neapolitanæ. De efficaci mutatione, & translatione vxoris in viri domicilium, & quòd ſit naturalis, nõ ciuilis ſolum, & infertur ad plura licet retineat primũ in fauorabilibus, & proinde virum vbique ſequi debeat vſque ad ſepulturam, & alia de nupta, & vidua.

Pro

Digitized by Google

Pro Excellent. Domina Duciſſa Mondragonis Aldobrãdina nepte Clementis Octaui Summi Pontificis inter optimos maximos immortalis memoriæ.

CONTROVERSIA XIII.

DOminam Duciſſam Mondragonis minimè comprehendi appellatione exterorum, vel forenſium ſub ſtatuto de ſoluendis ducatis vigintiquinq; pro quibuslibet centum ex redditibus, quos exteri poſſident in Regno, ex cauſa rectificationis monetæ ex ærosa, & diminuta in bonam, iuſti ponderis, conuerſam edicto publicato 2. Martij 1622. & ſupcrindicto generaliter impoſito contra forenſes ſub die 31. Maij eiuſdem anni, ex ſubſcriptis iuridicè à Supremo Senatu Callaterali, ex mente, ex verbis Pragmaticæ, & vtriſque ſimul iunctis declarandum cenſeo. Siquidem hæc Domina ex matrimonio olim contracto de anno 1602. cum Duce Mõdragonis vnigenito D. Principis Hoſtiliani, adeò Ciuis verè, & pprìè fuit effecta Neapolitana, vti vni ex primis Regni magnatibus originario Neapolitano nupta, vt dum vidua in eodem matrimonio eſſe dicatur in Ciuitate, & vinculo matrimonij vltrà vigintiduos annos, pauco tpris interſtitio excepto, quo coacta Romę fuit, vt dotes repeteret, educãs maxima pietate filios naturali iure cogẽte *c. ius naturale 1. diſt.* §. 1. *inſtit. de iure natur.* nullo modo in ſtatuto præſertim exorbitanti, correctorio, pœnali, & in vniuerſum odioſo, comprehendi poterit tanquam forenſis, quæ filios hos Proceres enutriendo, nedum ſibi, vt matri, & parentibus, ſed etiam noſtræ huic ſplendidiſſimę Ciuitati, vt nobiliſſimo geminorum Principum ſtemmate, &
1 germine fruatur educauit, cuius patriæ commodis, & vſui natos eſſe, & in dies creſcere Ciues, dixit *I. C. in l. 1. §. apparet itaque, verſ. & generaliter, vbi concord. in gloſſ. ver. rei publicæ ff. de ventre in poſſeſſ. mitt. & ex Ariſtot. & Cicer. probat Tholoſ. de Repub. lib. 4. c. 5. poſt nu. 4.* & ex quibus naturali, & prudẽti ſupra ſexũ, & ætatẽ voto, maxima animi cõſtantia, vt notoriũ eſt, omnia ſua bona parauit *l. ſcripto ff. vnde lib.*

Quamuis enim prima fronte verba Pragmaticæ vrgere videantur contra Duciſſam, dum in §. *(declarandomo che fra dette perſone)* diſponitur, quod appellatione exterorum comprehendantur omnes illi, qui habuerint domicilium habitationis in Ciuitate, vel Regno, ex quouis temporis curſu: vel acquiſiuerint ciuilitatem tã in hac
2 Ciuitate (quod fieri poſſe cõſtat) p allectione à Decurionib⁹ cũ aſſeſu, *vt in c. 23. Mag. Capitanei, cõceſſo huic Ciuitati, & tradit D. Reg. Rouit. in pragm. 1. de immun. Neap.* aut alio modo, vel ſi deſcripti fuerint inter fumaantes ſoluendo onera incolarum Regni, vel haberent vxorem domum, & familiã Neap. aut in Regno, uel & tandem ſi priuilegio iuris, vel hominis, vel ſub alia quauis forma, aut ex alia cauſa, ob quã ex diſpoſitione iuris, ſcilicet communis, & municipalis Regni opponere poſſent acquiſijſſe ciuilitatem, vel naturalitatem in Regno.

Si igitur excluduntur omnes, qui quouis modo, & cauſa domicilium, vel ciuilitatem in Ciuitate acquiſiuerunt,
3 quod fieri poſſe, habitatione, allectione, beneficio, officio, lectura, adoptione, & alijs modis, *ex notiſſima l. Ciues 7. vbi gloſſ. & DD. C. de incol. libr. 10. poſt Socin. in cap. licet ratione nu. 11. & 27. de foro comp.* tradit *Gailius lib. 2.*

lib.2.obſeru.c.35. in fin.& cap.36.n.3. qui alioquin iuris beneficio verè, & propriè Ciues efficiuntur,adeò vt omnibus prærogatiuis,& beneficijs Ciuiũ gaudeant etiam ij,qui pro Ciuibus habentur, *ex his quæ plenè ſcripſit Bart. in l.ſi maritus la ſeconda, §.legis Iuliæ, num.1.ff. de adult. & in l.ſi is qui pro emptore ex num. 34. vbi cæteri repetẽt. ff.de vſucap.Gail.d. cap.35. ex num.5.* ergo,& Ducissa includi debet.

Ex verbis præſertim illis generalibus
4 (vel alia quauis forma, & cauſa) quæ vt vniuerſalia omnem caſum comprehendunt, & nedum ſimiles,ſed diſsimiles,& maiores,*ex tradit. per Menoch. conſ.496. ex num.66.in 5.*

Er quia cum comprehendantur omnes Ciues, qui ex priuilegio iuris cõmunis, aut municipalis Ciues effecti ſunr: cum non aliundè ciuilitatẽ adeptam pretendere poſsit Duciſſa, quam beneficio iuris, neceſſariò illa ſtatuto ſubijcirur; præſertim cum de viro extero expreſsè ſtatutum loquutum fuerit,vt maritus ſubijciatur etiã pro dote recepta ab vxore Neapolitana, atque etiam ſoluto matrimonio durante legitima adminiſtratione, & ſic pariter idem quoad vxorem exteram ex regula correlatiuorum.

Et tandem, quia ſi in §.*volemo anchora*,ſtatutum declarauit, vt forẽſium appellatione comprehendantur etiam orti in Regno ex patre aduena, qui mercimonia tractet; eo fortiùs comprehendetur verè forenſis effecta Ciuis iuris beneficio, & ſic nemo extra Regnum natus,vt regnicola habendus erit,quando etiam orti in Regno certo caſu, vt forenſes habentur.

Verum his non obſtantibus dicã cũ *Alex.tertio*, quod ſi tanta eſt vis matri-
5 monij, vt qui anteà ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur, quia *vt inquit gloſſ.1. in cap. tanta 6. qui filij ſunt legit.* legitimi ſunt filij,& ſic verè quoad omnia,quia matrimonium omnia præcedentia purgat: & tãta eſt vis matrimonij, vt vnam domum faciant vir, & vxor, quomodo *Igneus ſummauit text. infra citandum l.1.§.ſi vir, & vxor ff.ad Syllan.* nonmitum,ſi raliter efficietur vxor Ciuis p matrimonium, vel in totum mutato, nedum domicilio, ſed ipſa origine naturali, miniſterio iuris humani,ſuffulto authoritate tàm magni Sacramenti, vel ſuperaddita ſaltim hac noua origine iuris diuini,& naturalis præcepto, vt ſub quibuſcunque verbis huius Statuti non comprehendatur hæc ciuilitatis tranſuſio.

Et pro veritatis cognitione præmitto tritum in ore omnium aſſumptum,
6 ſed veriſſimum, quod vxor mutat proprium,vtique ſortitur domicilium, atque forum: non autem è conrra vir vxoris *l.cum quædam puella 19 ff. de iuriſdict.omn. iudic. l. exigere dotem de iudic. vbi Bald.* per illum rextum dicit quod vxor trahitur ad aliud domiciliũ vi matrimonij,& proinde id ſpeciale eſſe in dote propter matrimonium ex communi Doctorum ſententia, reſtatur *Couar. de ſponſal. 2.par. relect. cap.7. nu.6. ad idem text. in l.ea quæ l. vltim. §.item reſcripſerunt, vbi Bar.ff.ad municip.l.1. C. de mulier. & in quo loco l. 10. cum alijs in fin. ex more congeſtis à Tiraquell. in primam legem connubial. Gloſſ.1.par.1. ex num.28. verſ.illud etiam.*

7 Et quod mulier nupta, non acquirat ſolum, ſed efficiatur de foro, & domicilio mariti mutato ſuo proprio, eſt textus apertus *in l.mulieres 13. C. de dignit. l.12. ibi, & domicilia mutamus* cuius rei eam rationem dicit eſſe *Cagnol.in d.l.cum quædam n.3.in 2.notab.* quia uxor efficitur unã domus,& unũ corpus cum ipſo uiro *l.1.§.ſi vir, aut vxor ff. ad Senatuſconſ. Syllan. vbi latiſſimè infinita connectit Igneus ex num.179.& 181.*& quia caput mulieris eſt uir, *cap.fin.32. quæſt.6. & cap. manifeſtum cum ſeq.33.quæſt.5.*& ſubdit *Cagnol.* magna eſt ergo uirtus matrimonij, quæ facit uxorem perdere forum etiam originis propriæ alias immuta-

mutabilem *l. aſſumptio ff. ad municip.* quod ſecus eſſe dicit *Cagnol.* in alijs ꝑſonis, ſcilicet, quæ nouum acquirunt domicilium, quia non perdunt forum originis, & addit *ex Bald. d. nu. 3. in*
8 *verſ. ampliatur.* quod cauſa veraque ratió acquirendi nouum domicilium in vxore, non eſt translatio perſonæ. mulieris ad domum, vel locũ, vbi degit maritus, ſed nexus matrimonialis: & proinde domicilij mutatio fit in vxore etiam antequam traducatur ad domum viri, quod dicit velle ibi *Accurſ. in gloſ. 3.* prout verè id vult, dum ſe remittit ad notata per ipſum *in l. ea quæ deſponſata 32.* vbi clarè hoc firmat *ff. ad municip.* & ſequuntur, *vt ait Cagnol.* Bartol. *Bald. Alexand. Aquenſ. et alij Modern.* vt & ipſe benè comprobat.

Inde vxor, eius eſt Ciuitatis, vnde
9 eſt vir ipſius adeò verè, & propriè, vt comprehendatur in ſtatutis loquentibus de ciuibus, ſiuè de his, qui ſunt alicuius Ciuitatis, *vt ex Gloſſ. magna in l. Ciues 7. in verſ. ſed in muliere. vbi Angel. Platea, et reliqui C. de incol. lib. 10. tradunt Anton. Bald. Imol. Fulgoſ. Caſtrenſ. Roman. Angel. Aret. Marian. Socin. Corn. et alij, quos congerit Tiraquell. loco citato num. 29.* vnde è contra non comprehendetur in ſtatutis loquentibus de forenſibus reſpectu viri, q̃a ſi vxor eſt ciuis patriæ viri, & in ſtatutis vti talis comprehẽditur: conſequens eſt, vt in eiſdem Statutis, quale eſt noſtrum de quo agimus, nullò modo comprehendatur tanquam forenſis, vel extera, ex regula cõtrariorum cum idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito *l. et ſi contra ff. de vulg. cum ſimil.*

10 Et maximè, quia nedum vxor mutat forum, & domicilium, ſed mutat originem propriam, *Gloſſ. optima in l. origine 4. C. de municip. & origin. l. 10.* vbi cum textus dixerit, *origine propria neminem poſſe voluntate ſua eximi*, ſubdit *Accurſ. hoc autem fallit propter matrimonium*, citans iura, & addit, *item quando fit quis Senator quoad quid, vt ff. eodem l. filij 22. §. Senatores, et l. Municeps 23.* in quibus cum decidatur, Senatoriam adeptos dignitatem eximi origine propria quoad munera, quãtũ verò ad honores retinere priorẽ, originẽ ex hoc patet *Gloſ.* apertè firmare, in vxore aliud eſſe, ſcilicet ſingulare, quod non fit in alijs, qui acquirũt domicilium, *de quibus idem Accurſ. egit in d. l. Ciues C. de incol. eodem l. 10.* vt quoad omnia vxor eximatur, & exuatur propria origine, & in nouam mariti transfundatur, *quod Bart.* Bald. *Signorol. & alij probant, quos refert Tiraq. loco citato. num. 30. verſic. quin etiam.*

Et hoc eſt propriè, quod velut ſingulare, & mirabile, dixit fieri R*oger. de Peruſio*; ſiue quiſquis is fuit inter *conſ. Bal. 64. Pũctus Paulutius, &c. n. 2. lib. 5.* vbi docuit duplicem eſſe ciuilitatem,
11 quædam ſcilicet, quæ non poteſt induci niſi per naturam, vt ciuilitas originalis; & circa iſtam (dicit ipſe) ſtatutum non poteſt fingere, & ſic ſtatutũ non operatur aliquid circa iſtam ciuilitatem, ſed ſubdit vnicam, & ſingularẽ fallentiam, vt fecit etiam *Gloſſ. in d. l. origine*, hoc lex operatur in nupta quã rapit ad originem viri, citat *d. l. origine, quæ eſt pen. C. de minicip. & origin.* quædam verò eſt ciuilitas, quæ poteſt induci per cõſtitutionem humanam, & iſta verè inducitur per ſtatutum, quia vbi eſt veritas, ibi fictio ad idem tendens eſt poſſibilis, *iuxtà not. per Bart. in d. l. ſi is, qui pro emptore nu. 22.* hæc ille.

Ex quibus verbis uerè aureis de-
12 dicitur apertiſſimè caſus noſter, mutationem ſcilicet originis quam facit vxor, dum exuta propria transfertur in originem uiri eſſe naturalem, non autẽ ciuilem; & ſic non eſſe inductam ſimpliciter à iure, ex ui, & potentia legis humanæ, ſcilicet ciuilis, ut quæ tantam uim non habeat, ſed aliunde ex uirtute matrimonij, quod clariſſimè etiam uoluit Bald. *ipſe cõſ. 418. ſuper primo pũcto ſciẽdum n. 1. in fine, & in conſ. 439.*

ſuper

ſuper primo puncto præmittendum
num. 4. verſ. quæritur quid iuris lib. 4.
vbi dicit,quod nuptiæ habent vim ori-
ginis, nam origo viri per vnionem
matrimonij reputatur vxoris, quia
vxor iungitur viro tanquam digniori,
& eadem eſt conditio vnitorum, ci-
tans *d. l. origine 4. cum concord.* & in-
frà *in verſic. poſſet etiam*, ſubdit, quod
licet in muliere nupta concurrant duæ
qualitates, naturalis, ſiuè originalis
paternæ ſcilicet originis, & accidenta-
lis originis viri, & quod videretur at-
13 tendi potius cauſa ipſa naturalis, ta-
men viuis rationibus contrarium dicit
ſe determinare in vxore, quod præ-
ualeat poſterior origo matrimonij li-
cet accidentalis, tùm quia in obliga-
tionibus, ſcilicet inductis per ſtatutum
inſpicitur actus, ſiuè ſtatus poſterior, in
quo ſcilicet reperitur mulier ad præ-
ſẽs; tũ etiã quia vbi natura, & actus ſũt
diuerſi, inſpicitur natura, ſed vbi aduer-
ſa ſunt, & cõtraria, inſpicitur accidens,
& ſic cum in caſu noſtro poſterior ſit
cauſa accidentalis, & actus ſint contra-
rij, & pugnantes, cum hæc domina non
poſſit eſſe Ciuis, prout eſt, & extera
quoad eximendum ſe ab obligatione
ſtatuti odioſi, vt idem *Bald.* conſi-
derat ibidem in caſu ſuo, *in verſi-
culo præterea iſtud ſtatutum*, omni-
nò *ex prædicto conſilio Baldi*, determi-
natur pręſens caſus in fauorẽ Duciſſæ,
& idem *Bald.* vt probaret, hanc ori-
ginis mutationem, quæ fit in vxo-
re, eſſe planè ſingularem, nec poſſe
ipſi comparari vllam ex reliquis, do-
micilij, vel ciuilitatis acquiſitionibus
à iure quouis modo inductis, reſpon-
dit *in conſil.* 100. *conſiderato, quod di-*
14 *cta Domina Agnes libr.* 5. vxorem
adeò eſſe effectam veram, & propriam
ciuem originariam patriæ mariti,
quod tanquam eius originis vnita
per virtutem matrimonij, & tanquam
pars corporis viri effecta ſit: nam
matrimonium eſt iſtius virtutis, ac
naturæ, quod transfundit originem
vxoris in originem viri, *vt in d. l. ori-
gine*, & hoc etiam virtute vnionis, in
qua potentior pars attrahit ad ſe mi-
nus dignum: ſed nulla eſt maior v-
15 nio, quam coniugalis, per quam vir,
& vxor efficiuntur vna caro, & etiam
eſt vna ſubſtantia in duabus perſonis,
l. prima ff. rerum amotar. dicta l. 1.
*§. ſi vir, aut vxor, & capit. debi-
tum de bigamis*: & ideò concludit,
quod Domina Agnes, tanquam na-
turalis, & originaria Ciuis loci ma-
riti debet reputari, cum iure diuino
ſit vna caro, & ius diuinum conſiſtat
in pura veritate, & non in fictione;
vnde ſequitur, quod propriè vxor eſt
effecta conciuis viri, *vt tenet Gloſſ.*
16 *in dicta l. ciues*, & in terminis ſta-
tuti, quod nupta nullo modo reputari
poſſit velut forenſis loci mariti, *opti-
mè Peregrin. conſil. 90. num. 22. & 27.
libr. primo*, de qua vxoris cum viro
vnione, & quod vna caro, vnum
corpus, vna anima cum viro iure di-
uino effecta eſt, & proinde de coſta
viri, non ex pede creata fuit, *cap. fi-
nal. 33. quæſt.* 5. indeque non ſine
17 miſterio dixiſſe *Imper.* illam eſſe
viri ſociam, non humani ſolum, ſed
etiam diuini iuris *in l. aduerſus C. de
crimine expil. hæred. l. prima ff. de ri-
tu nuptiarum, Gloſſ. in l. prima ff.
rerum amotarum*, cum infinitis,
quæ poſt *Lucam de Penna in l. cum
ſcimus verſic. corpus C. de agricol. &
cenſib. tradit Igneus* de inſeparabili
corporum, & animorum inter con-
18 iuges vnione, & de commixtione fa-
miliæ in vnam ſolam domum ſub im-
perio viri, qui iure diuino caput eſt
vxoris; non è contrà, *in dicta l. prima
§. ſi vir vxori, dicto num.* 179. *&*
181. *cum ſequentibus, Tiraquell. in
8. l. connubial. gloſſ. prima part. 8. ex
num. 8. & 12.* vt latiùs viri in vxo-
rem prædominium, proſequitur *Ne-
uizan. in ſylua nuptial. libr. quarto
§. primo incipient. non obſtat poſt nu.
19. verſic. vnde maritus cart.* 267.
vnde prodeũt ſtatutariæ ſocietates in-
ter virum, & vxorem, de quibus latè

egit *Caſſan.in Conſuetud.Burgund.rub.* 4.§. *& participant num.* 1. *& Hiſpani* de lucris bonorum acquiſitorum ex legibus relatis *à Gomezio in l.* 50. *& ſequent.tauri ex nu.*70.*&* 71. & quod hæc mutatio fori mulieris, quæ fit me-
19 diante matrimonio, ſit velut ſingularis, & eminens inter alias, & alijs omnibus,domicilij, ſiuè fori mutationibus potentior, veluti innixa ipſi matrimonio, probat in puncto *Iaſ. in l.ſi pluribus num.*25.*ff.de legat.* 1. *ſequutus Gloſſ. in d.l. origine Bart. Bald. & alios in d.l. cum quædam puella*,ex quibus patet, quod ſi vera eſt opinio *Gloſæ in dicta l. origine*, quod vxor ita in domicilium, forum, & originem viri tranſeat, & transfundatur ex vi matrimonij; propria, & paterna origine taliter exuatur, vt illam amiſiſſe cenſeatur, conſequens eſt, vt Pragmatica noſtra, quæ nuncupatim loquitur de his, qui *in qualſiuoglia forma, & cauſa hanno acquiſtata cittadinanza*, & ſic de his, qui retenta propria origine, alteram adepti ſunt
20 ciuilitatem, prout importat verbum (*acquirere*) quod nulla antiqui iuris diminutione ſuppoſita, noui iuris ſuperadditionem cum beneficio, & gaudio importat, *vt notat Riminald. in §. item vobis num.* 30. *per quas perſon. nob. acquir. & latiùs per eundem in principio eiuſdem tituli*; aliàs enim non diceretur, quem acquirere, vbi ius, quod prius habebat quis perdit, ſed dicitur mutatio, ſiue tranſfuſio de vno in aliud, quod in puncto conſiderauit *Alexand. in dicta l. cum quædam num.*5. *verſic.ſed alia*, vbi in terminis dicit, quod alia perſona, excepta vxore, quamuis acquirat in alio loco domicilium, non amittit tamen præcedens proprium originis, & hoc idem dicit *Cagnol. poſt nu.* 3.*verſic. magna eſt virtus, citans Bald. Alexand. & Seyſell.*Ex hoc nullo modo vxor Ciuis Neapolitani comprehendi poteſt in noſtro ſtatuto loquente de his, qui etiam quouis modo nouam ciuilitatem acquirunt, quos conſtat originem, vt immutabilem retinere, *vt notatur in d.l.origine, & d. l. ciues*, præſertim cum ſit odioſum, & in quo verba propriè, & ſtrictiſſimè ſunt intelligenda *iuribus vulgat*; eam
22 verò *gloſſ. in dicta l. origine* eſſe veram, & receptam, præter ſuperius adducta, probant *Bart. Bald. Angel. Franciſ. Baldi filius Panormitan.* qui
23 dicit id fundari ea ratione, quia vxor tenetur ſequi virum, non è contra vir uxorem *cap. vnaquæque mulier* 13. *quæſt.* 2. *& not. per gloſſ.*quæ id fundat iure diuino *in capit.*2. *de coniug. lepros. Roman. Platea, vterque Socin. Corn. Iaſon, Campeg. & alij quos refert, & ſequitur Tiraquell. in dicta l. prima connubial. gloſſ. prim. par.* 1. *num.* 30. *in fin. Gratus optimè conſil.*
24 *mox citando poſt numer.* 12. idem *Felyn. Iaſ. Caſſan. Iacob.& alij*,quamplurimi,quos recenſet *Petrus Duenas*, qui propoſitionem hanc mutationis domicilij inter receptas iuris regulas præſcripſit *regul.* 377. ubi citat etiam *Gratum conſil.*113. *lib.* 2. qui *num.* 8, *&* 9.optimè loquitur, fundans hãc originis transfuſionem, & ampliat etiam, ut uxor ſepulturam uiri ſequatur,*Gloſſ. Domin. Panormitan. Imol. Bellug. Marian. Socin. Montal.Gregor. Lopez, Didac. Perez. Decian.*& alij, quos congeſſit *Bobadill.in ſua polit.tom.*1. *lib.*2. *cap.*17.*nu.* 146. & plures alios recenſet *Barboſ. in l.exigere dotem num.* 13. *& ſequentibus, ff. de iudic.* & ſequun-
25 tur dictam *Gloſſ. nouiſſimè Alexand. Raud. citans concord. Anton. Padil. noui Orbis Præſidem, Decian. & Riminald. iun. in conſil.* 2. *edito pro inuictiſſimo noſtro Rege in ſucceſſione Regni Luſitaniæ num.* 111. *volum.*1. quem refert, & additis *Petro de Gregor. & Viuio, ſequitur Andr. Knichen German.de veſtitur. pact.par.* 1.*cap.*4. *n.*16.*&* 17. huius autem *gloſſ.* ſententiam, non ſolum tam ingens *DD.* numerus ſequitur: uerũ cõprobatur ex altero inſigni,& uerè ſimul *dicto Bart.in l.*

quoties

quoties num.2.verſ.nota ſingulariter de
*priuileg.Scholar.lib.*12. vbi per illum
26 *text.* decidit priuilegium conceſſum
alicui, & ſuis deſcendentibus non
cõprehendere filias matrimonio col-
locatas; illa ratione, quia poſtquam
virum aſſumunt in totum dicuntur ad
alium locum ſe transferre, & ſtatum
ſuum mutare, *vt in l. mulieres C. de*
dignitat. eodem lib. 12. *cui acceſſerunt*
ibi Angel. & Ioan. de Platea, Roman.
& Brixienſ. qui ambo dicunt ſe ita
de facto reſpondiſſe, & obtinuiſſe
iudicari, *Iaſ. in pluribus locis, Bar-*
bat. Laur. de Palat. Georg. Natta,
Curt. iun. Ripa, & alij, qui omnes
extollunt dictum, vt ſingulare, prout
omnes refert *Tiraq. in d.* 1. *l. connub.*
*gloſ.*1. *par.*1. *num.*34. *& vltrà Tira-*
quell. idem firmant Ant. Corſett. Curt.
ſen. Martin. *Laudenſ. Campeg. Thom.*
Ferrat. Marſill.Ruin.·*Rimin.* & in eo-
dem caſu conſultus *Crot.Gozzad.Curt.*
iun.Siluan. & communem hanc eſſe
opinionem teſtatur *Socin. iun. conſil.*
168.*num.*57.*lib.*2.*quos omnes refert,*
*& probat Menoch. conſ.*197. *num.*47.
*lib.*2. qui amplius addit hãc eſſe rece-
ptam opinionem, tametſi *Bald. & alij*
numero, authoritate multò pauciores
diſsẽtiãt, vt cõſtat ex relatis per *Tiraq.*
*d. loco num.*37. qui neque clarè eli-
git, cui adhærere velit. verum Me-
*noch. d.num.*47. *in fin. dicit cum* Bart.
eſſe communiorem opinionem, prout
eam expreſsè magis commonem fa-
tetur *Surd. conſ.*140. *num.*10. *&* 11.
*lib.*1. quamuis conetur illam impugna-
re *nu.*67. *et addit. Boſſ.et Marcumant.*
*Nattam dict.num.*11.*in fin.et ſequitur*
Petr. Gregor. velut in dubium de con-
*ceſſ.feud.par.*4.*quæſt.*5. *num.*4. & in
hanc opinionem apertè inclinat arti-
culo diſcuſſo *D. de Franchis deciſ.*416.
per totã in pulchro caſu, ꝙ mulier Nea
politana nupta extero nõ gaudeat pri-
uilegio conceſſo Neapolitanis, vt etiã
actores trahãt in omnibus cauſis con-
uentos ad proprium forum ipſorum
ſcilicet ad Tribunâlia Neapolitana,
27 quod etiam confirmatur ex eo, quod
nupta deſinit eſſe de familia patrís,
& adeò tranſit in familiam viri, vt
filia nupta dicatur alienata, vel etiam
tranſlata in alienam familiam, *l.vlt. ff.*
de liber.hom.exhiben. l. quicumque 10.
*C.de re militar.lib.*12.*Specul.Bart.Bal.*
Anchar.Alexand.Socin.Corn. Curt.ſen.
Ruin.Grat.Gozzadin.Alciat.Socin.iun.
Rimin.Corſet.Cagnol. Crauett. Cæphal.
Paſet.Couar. et alij quos citat, et probat
*Ozaſc. deciſ.*127. ibi *in verſ. quin imò,*
quod mulier nupta non eſt amplius de
cógnomine paterno, ſed de cognomi-
ne, & familia viri, quod probat *text.in*
*c.*1. *ibi Domus de Columna, de ſciſmat.*
in 6. quem ad hoc citat *Raudenſ. re-*
*ſponſ.*2.*num.*211. & quod non ſit de
cippo patris, probat poſt *Laur. de Fa-*
no, et alios, Viuius deciſ. 70. *num.*
7. 15. 16. *latè Caſſaned. rubric.* 4.
§. 1. *num.* 4. *verſic. eo enim ipſo,*Ri-
*min.iun. conſ.*313. *num.* 51. *libr.* 3.
& quatenus id non eſſet de iure, atta-
men indubitatũ eſt, ex cõmuni vſu lo-
quendi, nuptã eſſe verè de familia ma-
28 riti nõ patris: & proinde in diſpoſitio-
ne teſtatoris, ſiuè in vltimis voluntati-
bus, appellatione deſcendentium, vel
familiæ, nõ comprehendi filiam nuptã,
in ſpecie probat *Menoch. d. conſ.*197.
*n.*50. *et* 51. vnde idem in diſpoſitione
ſtatuti, in quibus ſimiliter verba ſecũ-
dũ cõmunẽ vsũ loqndi intelligẽda sũt,
& dictum *Bald.in d. l. feminæ, ſequi-*
tur Andr. Knichen. de veſtiturarum
*pactionib. par.*1 *cap.*4.*num.*16. *et* 17.
& tàm dictum *Bart. in d. l. quoties,*
quàm *Bald. in d.l.feminæ,* adſcripſit
inter cómmunes, & receptas ſenten-
tias *Ceuagl.pract.commun. contra com-*
mun. lib. 3. *cap.*828. *num.*95. *et* 96.
quæ autem diximus de nupta, no-
dum eadem ratione, ſed fortiori pro-
cedunt in vidua, quæ dicitur eſſe in
primo matrimonio *l.fin.vbi late Pinell.*
*nu.*4.*C.de bonis matern.l.filij* 22. §. *vi-*
dua, vbi gloſ.in verb.domicìliũ, ampliat
vſq; adeò, vt priuilegiũ, quod viuo ma-
rito habebat reſeruetur, citans *d.l.quo-*

M 2 *ties*

ties C. de priuileg. ſcholar. lib. 12. et alia iura ff. ad municip. de quo vltimo *Igne⁹ in d. l. 1. §. ſi vir nu. 82. ad Syllan.* plura *Cagnol. in d. l. cum quædam ex nu. 5. vbi nu. 8. in 2. limit.* dicit optimè procedere, vbi adhuc vidua in patria viri com-
30 moratur, & quod retineat priuilegia, *Dominus meus Capyc. dec. 129. n. 9. quē citat Roland. conſ. 86. nu. 3. 7. & 8. lib. 2.* vbi in ſpecie in vidua dicit illā eſſe de familia coniugis prædefuncti, non autē ſui patris; & quod gaudeat priuilegijs primi viri, latiſſimè *Barboſ. in l. quia tale 14. poſt n. 23. verſ. quod priuilegiū, & nu. 25. & 26. ff. ſolut. matrim.*

Et nè deficiat deciſio in terminis, hoc præuia diſputatione ad partes, determinat doctiſſimus *Theſaur.* vt nupta in
31 loco, nullo modo comprehēdatur appellatione forenſis, idque quia ſit verè, & propriè Ciuis, & originaria loci, vbi nupſit, *vt per eum deciſ. 123. per totam, & propriè ex num. 9. & 13.* probat opinionem eorum, qui dicunt, quod nupta dicatur forenſis quoad originem, ſiuè patriam, vbi nata eſt, & quoad locum ſuæ naturalis originis, *ex Anchar. iun. quæſt. famil. cap. 9. ex nu. 9. & ex 10.* vbi ad hoc citat *Anchar. Caſtr. Panormit. Card. Flor. Aret. Alexan. Socin. Corn. Crauett. Socin. iun. & alios,* vbi tandem *num. 13. Theſaur.* concludit hanc opinionē eſſe in vtroq; capite veriorem.

Vnde ex prædictis patet, quod aut opinio *gloſ. in d. l. origine*, vt ſupra defenſa, & comprobata eſt vera, & magis communis, & ſumus in tuto; ſiquidem ſtatutum noſtrum loquens de his, qui quomodolibet domicilium, vel ciuilitatem acquirunt, nulla eſt ratione extendendum ad vxorem, quæ domicilium ſtatutum, & originem mutat, non acquirit.

Sed admiſſa etiā, citrà veritatis p̄iudiciū, opinione eorū, qui diſtinguūt, q̄ vxor, ſiuè vidua in viduitate permanēs,
32 mutet in omnibus domiciliū, & originē paternæ patriæ, in ijs tñ in quibus retrahi poſſet ab obſequijs viri, ſiuè filiorū educatione ſi ꝑpriā originē retineret; in alijs verò, in q̄bus non agitur de diſtrahendo ipſam ab obſequijs, retinere dicatur originem patris: & ſic videtur hac opinione attenta, quod non omninò eximatur, neque perdat originem paternam, *Bart. authbor. huius opinionis in l. vlt. §. item reſcripſerunt il primo num. 4. & 5. ff. ad municip.* non ſimpliciter hoc admittit, vt nupta retineat originem patris, ſed tantùm in fauorabilibus, vt ipſe expreſsè ſe declarat, dum *nu. 5. verſ. breuiter poſſumus*, exemplificat in ſtatuto prohibente forenſem acquirere, vel in ſtatuto, quod puniatur grauius occidens Ciuem, & quia fauor eſt nuptæ non prohiberi acquirere in loco originis, & quod ipſam occidens, puniatur tanquam occidens ciuem, in ijs, inquit, *Bart.* ſe credere, quod gaudeat priuilegij Ciuium, & ſic mulier nupta retinet aliquid, *iuxtà Bart. ſententiam*, quoad priuilegia tamen, fauores, & commoda; modo propter id non diſtrahatur à viri famulatu; igitur aliud eſt in ijs, in quibus agitur de damno, & odio ipſius mulieris nuptæ, quia in his etiam ſi non diſtraheretur *Bart.* non admittit nuptam in ſui damnū, & odiū retinere originem paternam, cuiuſmodi eſſet in caſu noſtro, ſi daremus Dominam Duciſſam comprehendi in ſtatuto tanquam forenſem.

Idque, nedum clarè colligitur ex verbis *Bart.* cuius exempla de ſtatutis fauorabilibus nuptæ, etſi non reſtringant, declarant tamen caſus, in quibus procedere poſſit eius doctrina, *vt per Euerard. in loco à ratione legis larga num. 38.*

Sed *Bart.* & cum eo ipſius ſequaces
33 in his terminis loqui expreſsè dicit *Tiraquell. fidiſſimus obſeruator in d. l. 1. connub. num. 37. in verſ. mouentur plerique*, vbi opinionem *Bart.* & aliorum, qui eum ſequuntur, declarat procedere duobus cōcurrentibus, quoad priuilegia, ſcilicet fauores, & commoda, & modo non diſtrahatur à viri famulatu:

mulatu: & ſic vbicumque agitur de ipſins mulieris odio, remanet illæſa opinio *gloſſæ in d.l. origine*, etiam ſi nõ diſtraheretur ab obſequijs viri, vt in omnibus, & per omnia ſit verè ciuis loci, vbi eſt nupta, aboleta paterna origine, & hoc in puncto docuit *Crauett. conſ.271.in princ.verſ. nec videtur, iũcto verſ. 3. non obſtat Bart.* confirmatur ex ijs quæ norat *Cagnol.poſt Aqueſ. in d.l.cum quædam poſt nu.6.* dum diſtinguit in materia ſtatuti inter fauo-
34 rem, & odium, & hanc opinionem latiùs comprobat iuribus, & authoritatibus *Borgnin. Caualc. omninò relegẽdus deciſ.42. ex num. 46. vſque ad nu.51. lib.1.* vbi infinitis relatis, dicit hanc eſſe cõmuniſſimam opinionem, & quod hanc partem, & diſtinctionem omninò bonus Iudex ſequi tenetur, & contrarium tenentes loquutos fuiſſe inconſideratè, & poſt *num.51.* tandem ita teſtatut iudicatum per ſupremos Magiſtratus Florentiæ, & item cum hac diſtinctione pertrãſijſſe *Senatum Pedem.* & quod hæc eſt verior, & magis communis, & ita conciliari *DD.* diſſidentium conflictum, qui aliàs eſſet inconciliabilis, *dicit Theſaur. d.deciſ.123. in fine.*

Et tandem etiamſi concederemus nuptam retinere paternam originem etiam in concernentibus odium, in quibus ab obſequijs viri non diſtraheretur; quæ planè ex prædictis apparet eſſe contra communem, & magis communem, cum tamen noſtra Pragmatica includat, vt forenſes illos, qui priuilegio iuris, vel hominis, aut ſub quauis forma, & cauſa ciuilitatẽ acquiſie-
35 tint: hæc autem acquiſitio non fiat beneficio iuris humani ſaltim ſolius, ſed ex fomento, & authoritate iuris diuini, cuius virtute vxor efficitur vna, & eadem caro cum ipſo viro, vt ſuperiùs eſt fundatum, & probat in puncto *Alexand. in d.l. cum quædam puella, poſt*
36 *num. 10.* dum dicit, quod translatio perſonæ mulieris ad domicilium viri non eſt cauſa domicilij acquirẽdi, ſed ſolum matrimonium, *ex Gloſſ.in l. ea, quæ 32. ff.ad municip. & ſequuntur ibi Dec.num 15.Cagnol.poſt num. 3.vbi ex Baldo, & alijs* dicit, quod vera cauſa eſt nexus matrimonialis: ſub quauis igitur generali, aut vniuerſali verborũ formula, qua omnes vti forẽſes haberi ſtatutum eſt, qui beneficio iuris communis, aut municipalis ciuilitatem acquiſierint, nullo modo comprehendi poterit vxor, quæ non iure humano tãtùm, de quo loquitur Pragmatica, ſed iure diuino per matrimonium, domicilium, & originem mariti eſt conſequuta, dum ſocia mariti diuini, atq; humani iuris eſt effecta inſeparabili connexione, & adheſione, adeò vt iure diuino teneatur vxor ſequi virum aliò migrantem, vt domicilium transferat, cum ad mutuum obſequium teneãtur, ꝙ præſtare ſibi nequeũt, niſi ſimul habitẽt: & cũ ſit vir caput mulieris *Paul. ad Epheſ. 5. & 1. ad Corinth. 11.* infertur vxorem in hac cohabitatione ſubditã eſſe viro *cap. vnaquæque 32. quæſt. 2.* ibi *ſequatur virum ſuum, ſiuè in vita, ſiuè in morte*, & de ſepultura tradit *Iaſ. in d. l. cum quędam num.2.* & optimè probat *D.Auguſtin.in cap. hæc imago cũ ſeptem ſeq.33.quæſt.5.*vbi *Gloſſ.in cap. cũ caput*, gloſando *text.* qui dicit *vxorem ex lege Dei viro ſubiectam*, ſubdit, quia dixit mulieres eſſe ſubditas viris, *conuerſio tua erit ad virum, & ipſe dominabitur, &c. & in cap. final.* vbi *text.* dicit, vnam in viro, & muliere corporis eſſe naturam, vnum fontem generis humani, ex quo apertè ꝓbatur trãſfuſionẽ ciuilitatis, & originis vxoris iure diuino inductã eſſe, adeò vt teneatur vxor ſequi virum etiam peregrinantem, & in exilium miſſum, & interdum etiam ſpontè vagantem, quo fit vt maximè dubium ſit, an valeat pactũ
38 quo vir promiſit ſub certa pęna in certo loco morari, ob legem diuinam cogentem vxorem ſequi virum, *vt latiſſimè tradit poſt Tiraquell. d.l.1. connubial.num.39. Sanchez lib.1. de ſponſal.diſputat. 40. & 41.* & vtrumque

M 3 re-

Digitized by Google

reſolui t *Guttier. de matrimon. cap.* 23. ex quibus patet nihil penitus obeſſe, quod in noſtra Pragmatica includatur expreſsè perſona viri exteri pro dote recepta ab vxore Neapolitana, tùm q̃a vbi voluit,expreſſit,nec ꝓcedit argumentũ à correlatiuis,vbi manifeſta eſt ratio differentiæ, vt probat *Euerardus loco à correlat.*manifeſtã autem diuerſitatis rationem inter virũ, & vxo-
39 rem,in pręſenti eſſe conſtat,quia vxor virum ſequi debet,non è contra,vt benè aduertit *Guttier. d.cap.23.num.* 14. vndè cum viri omninò exteri ſint dotis fructus, non mirum ſi ſuperindicto obligatur: ſecus in vxore effecta vera ciue per matrimonium, vt alias etiã differentiæ rationes omittam,quæ colligi poſſunt *ex Tiraq. d.l.1. connubial. num.*41. & 42.

Non obſtat etiam, quod in dicta Pragmatica expreſsè dicatur comprehendi inter forenſes ortos in Regno ex patre extero, qui mercimonia exercent, tùm quia non valet argumentũ in huiuſmodi ſtatutis odioſis; fuit expreſsè incluſa aliqua perſona, ergo & aliæ ſimiles, quia nulla fit extẽſio pręſertim de perſona quoad perſonam, tùm etiam, quia in ijs vigebat vera ratio,& cauſa imponendi ſuperindictum, quæ fuit extractio monetæ,& lucrum, quod ex ea in mercimonijs fecerunt huiuſmodi perſonæ, quæ cum omninò ceſſet in hac Domina, quæ ſuos reditus in Regno expendit pro ſuo,& filiorum vſu, omninò ex diuerſitatis maxima ratione ceſſabit obiectio.

Vltimò prudentes ſtatuentes in vltimis verbis edicti reſeruarunt ſibi facultatem facięndi declarationes, *che conforme l'occorrenze ſarà ſopra di ciò neceſſario,* quis autem caſus conſiderari poterit, qui æquali, aut maiori ratione declarari poſſit in edicto non comprehenſus, quàm præſens,ex prædictis certè non video? præſertim cum damnum, & commodum totum pertineat potius ad eius filios, quàm ad matrem.

Nec caſus præſens trahi poterit ad exemplum,quod noceat fini,quem habuerunt ſtatuẽtes,cum nullus ferè reperiatur caſus ſimilis.

Die Veneris 19. Maij 1623. referente ſpectabile Domino Regente D. Ioanne Enriquez nunc Marchione Campię,equite non minus natalibus, quàm motum candore nobiliſſimo, integritate,ingenio, & doctrina inſigni, fuit deciſum in ſupremo Collaterali, quod non moleſtetur Duciſſa pro bonis dotalibus penes Ioſephum Scorzellum Regium Cancellatium; & longè poſt hæc ſcripta, & deciſa,dum idẽ caſus accidiſſet in perſonam Donnæ Lauiniæ Feltriæ de Ruuere Marchioniſſæ Vaſti viduæ Dom. Alphonſi de Aualos de Aragonia Marchionis Vaſti,idem fuit deciſum,non obſtante, quod poſt mortem viri notorij Magnatis,& proceris Neapolitani, reuerſa fuiſſet ad patrios lares, vt viueret,cum Duce Vrbini ſuo propatruo, vt nouiſſimè impreſſa eſt,deciſio 75.inſignis D. Regentis Rouiti in volum. 1. impreſſo anno proximè præterito 1633.

Item addo ąd materiam, quod dum ob ingentes belli neceſſitates, fuerit iuſſum retineri tertiam partem introituum debitorum exteris ſuper arrendamentis, & introitibus fiſcalibus Regni; à quo cũ ꝑtẽdiſſet Marchio Murconi Nobilis Florentinus ſe exemptũ tanquam ciuẽ aſcitum à Dom.Electis, ſiuè decurionibus Neapolitanis, Die 17. Decembris 1633. Reg. Camera referente Dom. Caſanate conceſſit terminum iuris in cauſa,& interim iuſſit,non eſſe ſuſpendendam retentionẽ tertij à dicto Marchione, Actuarius Alexand. Coſtantinus, quod decretũ audio, reclamante Ciuitate, fuiſſe ſuſpenſum, & contrarium prouiſum in Supremo Conſil. Collaterali referẽte Dom. Regente Entiquez ſub prætextu, quod allectio prædicta fuiſſet confirmata per Excellent. D. Proregem, Scriba mandati Marc. Aut. de Lig. ſed ꝓ iuſtitia decreti R. Cam. ego inueni

inter

Digitized by Google

inter capita inſtructionum data in generalibus numerationibus Regni de annis 1545. & 1595. cap. 57. fuiſſe prouiſum, nullam habendam rationem de præd. aggregationibus factis, & faciēdis per DD. Electos Neap. & ita ſemper fuiſſe obſeruatum in præcedentibus numerationibus.

SVMMARIVM.

1 Nepos ex filia vocatur ad ſucceſſionē; feudorum aui, excluſis quibuſcumq; maſculis agnatis in vlteriori gradu.

2 Conſtitutiones, quæ ſunt ius commune in Regno, & tenor inueſtituræ vocāt proximiores in gradu claro, & aperto iure ad feuda, & Regales dignitates, & num. 5.

3 Diſpenſatio, vt admittatur vlterior agnatus in præiudicium proximioris multipliciter poteſt reddi nulla, & nullitates recenſentur.

4 Fœminæ admiſſæ in Regno ad feudorum ſucceſſionem, licet ſub conditione excludantur à maſculo eiuſdem gradus tantùm, ſi ab ipſo dotentur.

6 Ius Conſtit. Regni ineſſe cenſetur in omnibus inueſtituris, ipſaſque informat.

7 Diſpoſitio quælibet, à loci conſuetudine informatur.

8 Titulus validus, & efficax eſt producēdus per eum, qui prætendit immitti in poſſeſſionem regalium, cuiuſmodi ſunt iuriſdictio, regales dignitates, feuda, & alia nu. 16. & 17.

9 Interdicta poſſeſſoria mixta differunt à meris poſſeſſorijs, in quibus factum tantùm attēditur, in mixtis verò cauſa legitima poſſidendi requiritur.

10 Poſſeſſorium mixtum, cuiuſque generis ſit, etiam retinendæ, cauſam, iuſtumq; titulum deſiderat, idque tàm ſi controuerſia ſit cum domino directo, quàm ſi cum priuato nu. 12.

11 Maioratus poſſeſſorium ſucceſſori cōpetens, ex l. 54. tauri, admiſtam habet cauſam proprietatis, idemq; in interdictis Franciæ.

13 Præſumptio vbicumque militat contrà poſſidentem, titulus eſt neceſſarius.

14 Poſſeſſio, vel quaſi in incorporalibus, et regalibus non ſufficit, nec actus poſſeſſorij, niſi adminiculum iuris accedat num. 15. & 68. & ſubſtantia in iſtis poſſeſſorijs eſt coloranda cum qualitate dominij nu. 18.

19 Titulus inualidus, & vitioſus incautè exhibitus à prætendente poſſeſſionem Regalium, ipſum excludit.

20 Tituli inefficacia oſtenditur ex lectura diſpenſationis.

21 Diſpenſatio, vt in feudo hæreditario ſuccedat vlterior, neceſsè eſt vt contineat caſum, non obſtante, quod tempore deferendæ ſucceſſionis ſuperſit proximior n. 29. 31. & 35.

22 Diſpenſatio, vbi plura ſunt obſtantia, neceſsè eſt, vt clarè exprimat omnia num. 24. & 33.

23 Feudum non minùs nouum, quàm antiquum deuoluitur ad proximiorem agnatum, ex l. inueſtituræ.

25 Clauſula niſi præiudicium iuris tertij in diſpenſatione efficacia, & effectus.

26 Clauſula præterquā quoad expreſſa operatur, quod reſeruatio non operetur quoad ſpecificatā, declara diſtinguendo nu. 27. & 28.

40 Petitio licet ſit generalis, ſi tamen dominus aliquid expreſſit, attenditur expreſsè conceſſum, ſicut hodie fiunt tales conceſſiones in Regno, teſte Iſern.

31 Expreſſio debet eſſe ſpecifica, & particularis in obtinenda diſpenſatione.

32 Clauſulę ordinariæ in aſſenſibus dummodo habeat ſucceſſores, ius & efficacia.

34 Verba diſpoſitiua diſpenſationis ſunt attendenda.

36 Renunciationis expreſſio in precibus diſpenſationis, quæ nulla eſt quoad feuda, confirmat nullitatem diſpenſationis.

37 Priuilegia, & quæcumque reſcripta, & ordines expediti in curia Regis debent

Digitized by Google

debent regiſtrari in R. Cancellaria Neapolitana vigore Pragmaticæ Caroli V. Cœſaris *infrà annum, aliàs ipſo iure nulla redduntur, cum clauſula irritanti nu.38.*

39 *Diſpenſatio Neap. obtenta*, quod exequatur gratia, lapſu temporis non non obſtante, *non poteſt efficere, vt reuiuiſcat gratia extincta.*

40 *Diſpoſitio noua dicitur, vbi renouatur diſpoſitio præcedens poſt lapsū temporis in priori præfixi, licet aliud durāte primo termino.*

41 *Confirmans actum non omninò nullū, qui eſt in ſuſpenſo, dare dicitur.*

42 *Diſpenſatio in ſucceſſione feudi, qua alteratur ordo ſuccedendi, odioſa.*

43 *Clauſula apponi ſolita in inueſtituris, & priuilegijs circa conceſſiones feudorum*, vt intrà annum regiſtrentur in quinternionibus Reg. Cameræ, *debet adimpleri formaliter.*

44 *Regiſtratio ſequuta poſt lapſum temporis, non conualidat priuilegium.*

45 *Diſpenſatio ſuper lapſu temporis regiſtrationis, cum clauſula*, citrà præiudicium iurium fiſci, & partium, *nihil operatur.*

46 *Nullitas reſultans ex eodem fonte priuilegij fortior.*

47 *Regiſtrationis omiſſio, quæ requirebatur ex clauſula adiecta in aſſenſu in forma gratiæ, reddit adhuc nullū aſſenſum ipſo iure in beneficiū fiſci, & partium, & ita iudicatum nu. 62.*

48 *Moræ purgatio non admittitur ex defectu formæ, & ſolemnitatis ſubſtantialis.*

49 *Regiſtratio in quinternionibus Reg. Cameræ vtrum requiratur pro ſolo fiſci intereſſe, an etiam pro intereſſe partium n.51.54.59.*

50 *Rex ſolum de certa ſcientia diſpenſat, vt non obſtante ſolemnitate regiſtrationis conceſſæ, ſuſtineatur.*

52 *Nullitas non poteſt exerceri contradicente illo, in cuius fauorē nullitas eſt inducta, ſed eo tacente, adhuc eſt nullus, & aliter declar. n.53.55. & 56.*

57 *Ius tertio quæſitum ex facto alterius etiam ſpe, non poteſt auferri per eum cuius facto illud ius quæſitum fuit.*

58 *Reſeruatio iuris fiſci, & partium, & ineſſe inueſtiteris, & priuilegijs num. 60.*

61 *Tertius autem in materia huius clauſulæ apponi ſolitæ in diſpenſationibus circa feudorum ſucceſſiones, dicitur primogenitus proximus ſucceſſor.*

63 *Vicarius, non poteſt ſuam authoritatem interponere in reſeruatis Epiſcopo.*

64 *Immiſſio in feudis, vigore inueſtituræ, non eſt minùs priuilegiata, quàm ſit immiſſio vigore teſtamenti.*

65 *Iudicium hoc immiſſionis, non eſt poſſeſſorium, nec petitorium, nec requiritur libellus, & eſt ſummariſſimum num.67.*

66 Deciſio Sac. Conſ. Caſtri Capuani, *iuncto* Supremo Collaterali *de anno* 1580. *in cauſa propria authoris.*

69 *Magiſtratus, vel Doctor, qui verè non eſt, gerens ſe pro tali, non efficitur Doctor, vel Magiſtratus, cum certa forma ſit data in illis creandis.*

70 *Silentium non dat titulum.*

71 *Titulatos, ſicut ſolus Princeps creat, et erigit, ſic ipſe cum ſuo cōciſtorio, ipſorum legitimos ſucceſſores ad exercitium Regalis dignitatis cauſa cognita, admittit.*

ARGVMENTVM.

Feudorum ſucceſſio deuoluitur ad certas perſonas claro, & aperto iure vocatas in Regno ex tenore, & lege inueſtituræ informatę per cōſtitutiones, quæ ſunt ius commune ipſius Regni, adeò vt diſpenſatio per Regem conceſſa, vt remotior etiā fœmina hoc iure admiſſa, licet conditionaliter, proximiori præferatur, ſtrictiſſimè ſit interpretanda velut odioſa, qua peruertitur legitimus ordo ſuccedendi, & de facili multis ex cauſis redditur nulla ex vitio ſubreptionis, & præſertim tàm ex omiſſa exequutoriatione per lapſum anni, requi-

requiſita per *Pragmaticam Caroli V*.quæ tanquam de forma ſubſtantiali reparari non poteſt,niſi ab eodem Rege ſupremo, quàm ex omiſſa regiſtratione in quinternibus Reg.Cameræ requiſitæ de ſtylo pariter neceſſariò inducenti formam, pro intereſſe,nedum fiſci,ſed partium. Interdicta poſſeſſoria, pro Regalibus,& feudalibus miſta dicuntur, & iuris fomentum deſiderant, vt de titulo conſtet, qui ſi detegatur vitioſus prætendens immitti, ſe ipſum excludit, de diuerſis clauſulis reſeruatiuis,& alijs in aſſenſibus adijci ſolitis, & alijs,quæ deciſionibus confirmantur.

Pro Domino D. Franciſco Protonobiliſſ. iure aperto ſucceſſore Marchionatus Achaiæ.

CONTROVERSIA XIV.

IN poſſeſſorio tituli Marchionalis dignitatis Terræ Achaiæ, ob mortem ſtrenui militis D. Alexandri de Montibus, obtinere D. Franciſcum Proto-
1 nobiliſſimum ipſius nepotem ex filia vnigenita,excluſo omninò, ſiuè expulſo D. Vincentio de Montibus agnato in vlteriore gradu inſucceſſibili, quicquid ipſe conatus fuerit attentare,& ſe intrudere, & ex actibus exercitis nullū ius inpoſſeſſione ipſi quęſitum, quo ſcilicet ius D.Franciſci ſit imminutum
2 ſuadent *ius commune Regni*, ex eiuſdem *Regni Conſtitutionibus*,ex tenore inueſtituræ, ex quibus claro, & aperto iure, nepos ex filia vocatur ad feudorum etiam de nouo quæſitorū ſucceſſionem, excluſis omnibus agnatis remotioribus etiam in gradu ſucceſſibili, ſi ſupereſſent, ita & fortiùs ad dignitatis Regalis poſſeſſionem cuius omninò redditur incapax,qui ad legitimam feudi ſucceſſionem aſpirare nō poteſt; reſiſtente ſiquidem, nedum iuris aperti diſpoſitione, & inueſtitura, verùm etiam ipſomet priuilegio, &
3 diſpẽſatione,cui ipſe innititur,& quod exhibuit, & ex eodem excluditur, & repellitur,tùm quia ad caſum,qui euenit non extenditur ex verbis, nec ex mente petentis, nec Regis diſpenſantis, tùm etiam quia etſi ad illū extēdi poſſet,quod plenè negamus, ex multiplici defectu Regij exequatur,& Regiſtrationis in Reg. Camera in tempore non adhibitarum, quæ ſolemnitates ſunt formales, & ſubſtantiales requiſitæ ex tenore eiuſdem priuilegij, & ex *Regni Pragmaticis*, cum clauſula irritāti, ex eodemmet priuilegio eiuſque lectura ſemetipſum aduerſarius excludit,dum priuilegio carens iuri communi cedere cogitur.

Et quoniam notiſſimi iuris eſt in
4 Regno fœminam,& conſequeuter deſcendentes ex ea, vocari ad ſucceſſionem feudi inſimul cum maſculo, *vt in Conſtit.Regni in aliquibus, verſ.hac igitur lege*; licet pſeratur maſculus in eodē tamen gradu exiſtens,dū tamen ſecundum paragium dotet, & ſic conditione excluditur à maſculo eiuſdem gradus dumtaxat,non vlterioris,vt ibidem notat *Andr. volum.2. verſ.quia viſum eſt,& in 3. col.in fin.verſ.quid ſi fratres Cannet.in cap.ſi aliquem nu.14. verſ.præterea car.332.*

Hoc autem ius conſtitutionis com-
5 mune ius eſſe in Regno docuit *Andr. in cap.1.num.5.de eo,qui ſibi, vel hæredibus,Loffred.conſ.39. num.16.* quod
6 ineſt in omnibus inueſtituris feudorū Regni, quæ ab ipſo iure conſtitutionis interpretationem recipiunt *Pariſ. conſ. 21.num.48.volum.1.Dom.Io.Angelus Piſanel. I. Conſ. & Aduocatorum primus,meæ ſecundæ vxoris proauus* in reſponſ. poſt opus *Cannet.nu.18. & 29.* & informat ipſam inueſtituram *Pernus in cap.ſi aliquem col.pen.verbo concedēdi.Cannet.in cap.ſi aliquem* §.*opinio ſupra-*

prædicta n.17.f.251.& in §.præcedenti incipiente præmittendũ n. 46. fol.241.
7 quia regulare eſt, vt quælibet diſpoſitio loci conſuetudine informetur *Cannet.in d. §.præmittendũ eſt n.40. in fin.car.247.*

Vllo igitur iure potuit D.Vincẽtius, quem conſtat ex tenore diſpoſitionis per ipſum productæ, nedum eſſe agnatum remotiorem, ſed eſſe in gradu nõ ſucceſſibili, intrudere ſe, nec aliquo modo prætendere nanciſci poſſeſſionem tituli, quia in materia iuriſdictionis, & regalium, in quibus, ſine conceſſione, & authoritate Principis ius aliquod acquiri nequit, neceſſe eſt, vt
8 qui poſſeſſionem prætendit titulum validum,& efficacem exhibeat *l. 2. §. quædam*, ibi *nam proprietatis cauſam continet hoc interdictum,ff.de interd.& extraord.act. l. 1.§. permictitur ff. de aqu.quotid. & æſtiua,* hæc enim interdicta, quæ aliter mixta dicuntur ex eo quod admixtam ipſam deſiderãt cauſam,ſiuè iuſtitiam in proprietate,diffe-
9 runt à meris poſſeſſorijs in quibus actus poſſidendi ſolummodo deſideratur, in iſtis enim cum in mero facto poſſeſſorium conſiſtat cauſa poſſidendi non exploratur *l. ſciendum ff.ex quib. cauſ. maior.l.2.ff.ſi ſeruitus vindic.gloſſ Panorm. & alij in cap. querelam de elect.* ſed ſolum id ſpectatur in his poſſeſſorijs, an agens quandoque poſſederit *Crauett.conſ.559.num. 6. in 4.* in poſſeſſorijs vero mixtis inter quæ numerãtur ea præcipuè,in quibus de iuribus, ſiuè rebus, quæ abſque Principis conceſſu poſſideri non poſſunt, agitur cauſa ipſa poſſidendi,& ſic titulus ipſe perpenditur, quo ceſſante, ceſſat quoque effectus, requiritur enim legitima poſſeſſio,vel quaſi, quæ ſine titulo nõ procedeſt *Bald.in l.1.num.6.in fin.in verſ.quæro quid C.ſi de momentan. poſſeſſ.* & pleniùs *in repetit.l.1.ex num.4. verſ. item probatur cum plurib. ſeq.C.de emancip. liberor.*

10 Idque generale eſſe in omni poſſeſſorio, quod mixtã habeat cauſam proprietatis, ſiuè recuperandæ,vel adipiſcendæ, etiam ſi de retinenda poſſeſſione agatur, vt aliter proponens obtinere non poſſit, niſi oſtendat in promptu ſe verum, ac legitimum ſucceſſorẽ *ex l.1.* ibi, *non aliter poſſeſſor conſtitui poteris, quam ſi te defuncti filium eſſe, & ad hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem admiſſum probaueris, C. quorũ bonor.* & vt omnes exceptiones ad id attinẽtes admittendæ ſint, cũ in huiuſmodi poſſeſſorijs, quidquid aduerſarius detrahit proprietati, detrahit etiã poſſeſſioni, præſertim cũ exceptiones in continenti probantur, nec altiorem exigunt indaginem, vt in poſſeſſorio,
11 quod *ex l.45.tauri* maioratus ſucceſſori competit, quia tamẽ continet mixtam cauſam proprietatis, niſi ſuccedere ſatagẽs probauerit ſe verum ſucceſſorem, maioratum obtinere nequit latè probat *Molina lib.3.cap. 23. ex num.9. cum ſequent.* idemque *de Frãcicis poſſeſſionum interdictis,* quæ plus iuris, quam facti habent, tradit *Coppin. de Ciuium Pariſienſ. morib.lib.3.c.11. in fin.* quod procedere indiſtinctè cũ agitur de poſſeſſione feudorum, & iuriũ regalium, nec diſtingui tàm ſi agatur contra Principem, quàm ſi agatur contra priuatum, vt omni ſcilicet caſu
12 requiratur tituli oſtenſio cum neutra pars poſſit poſſidere feudum, vel ius ſuper feudo, niſi præcedẽte titulo,perbellè explicat poſt *Iſern. & Afflict. in in §.illud in l.Imperialem. Decian. reſponſ.45. poſt num.8. verſ.item dum dicent in 1. Euerard. conſ.76.ex nu.4.* & ratio eſt, quia quotieſcumque præ-
13 ſũptio militat contra poſſidentẽ poſſeſſionis argumentum, hoc eſt titulum docere cogitur *Afflict. in d. §. illud*
14 *num.31.* quia poſſeſſio, vel quaſi in incorporalibus, & regalibus non ſufficit in ijs, quæ ſine conceſſu Principis obtineri non poſſunt,vel etiam vbi ſaltim requiritur authoritas ſuperioris *Bald.in l.barbarius lectura 2. num.13.* adeò,vt nec ſufficiat probare actus poſ-

ſeſſorios,

15 ſeſſorios, niſi adminiculum iuris acce-
dat, vt in poſſeſſorio iuriſdictionis in
16 ſpecie loquitur *Oſaſc. deciſ.* 25. *n.* 10.
verſ. item in poſſeſſorio, & generaliter
ex re ipſa ſubiecta, vt ſi de poſſeſſione
17 feudi, vel alterius rei, in qua non poſſit
quis ſtatum habere, niſi ex Principis
indultu, in quibus non ſatis eſſe poſſeſ-
ſionē probare, niſi de titulo docuerit
optimè probat Veſtrius dicens in his
procedi ad inſtar beneficialium *in pra-
xi Roman. lib. 7. cap. 3. num. 7.*

Subſtantia enim poſſeſſionis in ijs
18 poſſeſſorijs immitenda, eſt prælibata
qualitate dominij, *Bal. conſil.* 161. *nu.*
5. *in* 3. *Alciat. conſil.* 50. *num.* 9. *in* 6.
19 Vnde dum in caſu præſenti aduer-
ſarius cognoſcens teneri exhibere ti-
tulum, incautè produxit priuilegium
diſpenſationis, q ex ſui facie apparet
inualidū, & omninò nullū, ſemetipſū
excludit, quia inſpectio tituli demon-
ſtrat veritatem, à qua ſumebat initium
virtus poſſeſſionis, vt cum *Bald. in l. li-
berti, liberteq;* propè finem *C. de oper.
libert.* in puncto deciſum refert *feud.
interpr. Franc. de Amicis in ſuo opere
feudor. §. ſequitur modo poſt num.* 8.
verſ. & ſimiliter car. 244.

Supereſt igitur probare titulum ex-
hibitum, cui aduerſarius innititur, eſſe
inefficacem, vel iam reſolutum inuali-
dum, & omninò nullum; ſiquidem ſi
poſſeſſio etiam per veros actus quæſita
in huiuſmodi poſſeſſorijs mixtis, non
prodeſt ſine iuxto termino; caſus no-
ſter erit omninò indubius, in quo de-
ficit non ſolū titulus, ſed ex prætenſis
actibus nulla potuit trāsferri poſſeſſio.
Et ptimo quoad inefficaciam tituli
appatet ex lectura diſpenſationis, non
fuiſſe aliud conceſſum D. Alexan. niſi
quod poſſet terram Achaiæ cum titulo
in vnum maſculum de ſua agnatione,
quamuis non ſit in gradu ſucceſſibili
inter viuos, vel in vltima voluntate
transferre, cum aliquibus clauſulis pro
efficacia dictę cōceſſionis, & nō aliud,
vt patet, ex verbis depoſitiuis dictæ cō-
ceſſionis *fol.* 21. *verſ. tenore igitur præ-
ſentium, &c.* Nec aliter diſpenſatur, vt
erat neceſſarium, vt maſculus nominā-
dus in gradu non ſucceſſibili præferre-
tur fœminæ, vel maſculo ex ea deſcē-
21 denti, quatenus tēpore delatæ ſucceſ-
ſionis, q caſus euenit, reperiretur viua
fœmina, vel ex ea deſcendens, qui
claro, & aperto iure vigore *Conſtitu-
tionis Regni*, & ex tenore inueſtituræ
ad feudi titulo decorati, ſucceſſionem
vocaretur, cum enim duo erant obſtā-
22 tia, ſiuè ſpecialia contra ius Conſti-
tutionum, quinimò & contra gratias,
quibus poſteà eſt ampliata ſucceſſio
in feudis vſq; ad quartum gradum cū
tot reſtrictionibus, & limitationibus,
vt eſt notum. Primum, vt liceret no-
minare maſculum penitus inſucceſſibi-
lem vltra gradus contentos in *Regni
Conſtitut.* & in gratijs, quæ tot limiti-
bus apparent reſtrictæ. Secundum, vt
id effectum ſortiretur, etiam vbi legi-
timus ſucceſſor ſupereſſet tēpore de-
ferendæ ſucceſſionis, & in eius præiu-
diciū, cui ſpe probabili, velut à lege, &
inueſtitura vocato, eſſet ſucceſſio ſal-
tim quoad corpus feudi deferenda, in
23 quo nulla eſt differentia inter feudum
antiquum, & nouum.

24 Rex .n. diſpēſādo in vno in dubio nō
cēſetur diſpēſare in alio, & cōceſsū de
vna re, nō cōceſſit de alia, iuxtà notiſſ.
theoricā *Iſer.* in infrà citādo titulo, *qui
ſucceſſ. ten. il primo in cap.* 1. *poſt n.* 11.
verſ. quando ſpecialia concedit. Sed no-
luiſſe, expreſsè patet ex clauſula ad
hunc finem appoſita ad tollēdum om-
ne dubium in fine priuilegij, vbi poſt
conſuetas clauſulas in forma, additur
25 appoſitiſſimè, *decernimus inſuper, quod
per hoc noſtrum priuilegium nullum
præiudicium inferatur alicui tertio*, quę
clauſula, vt ſpeciali nota digna, ſic ad-
dita, cum non poſſit aliud operari, niſi
conſeruationem iuris legitimi ſucceſ-
ſoris, cui ſoli potuiſſet præiudicium in-
ferri, ex diſpenſatione in fauorem vlte-
rioris agnati, ſi aliter diſpenſationis
verba contra mentem concedentis in-
tellecta fuiſſent, conſultò licet ad ma-
iorem

iorem cautelam adiecta fuit clauſula
prædicta.

Nec obſtat, clauſulam prædictam
26 reſeruatiuam eſſe intelligendam, præ-
tetquam quoad expreſſa iuxtà *theoricã*
Iſer.in cap.1.qui ſucceſſ. tenen.il primo
titulo,cum concord. *per Reg. de Ponte*
conſ.57.num.23.& ſeq.

Dicimus enim cum *Freccia*,qui no-
tabiliter hoc declarat *lib. 2.in 29. au-*
thor.num.7.in fin. clauſulam reſeruati-
27 uam iurium fiſci, & aliorum,non ope-
rari ſuper eo tantùm, quod eſt princi-
paliter diſpoſitum,ſiuè conceſſum per
præſtationem aſſenſus, ſuper reliquis
verò, quæ nõ ſunt principaliter diſpo-
ſita, ſiuè conceſſa, clauſulam prædictã
reſeruatiuam operari, *ita Iſern. in d.c.*
1.qui ſucceſſ. ten.il primo,qui vetè poſt
num. 9. vbi verè *Iſern.* hoc optimè
explicat ibi, *niſi aliud fuiſſet ex-*
preſſum,per quod aliud videretur, ſcili-
cet, non reſeruare in eo quod conceſſit,
& ibi *confirmando, & reſeruando mo-*
do prædicto, videtur reſeruare alia, quã
donata,&c. vbi Lipar.lib.9. verſ.in eo,
quod,citat concor. quod declarat opti-
mè in puncto *D. Reg.de Ponte conſ.3.*
num. 83. in primo, vbi perbellè di-
28 ſcurrit, quod cum *DD.*ratione impli-
cationis,& contradictionis reſoluant,
quod clauſula reſeruatiua non debeat
operari correctionem incõtinenti an-
teà expreſſorum,& conceſſorum,& ob
id dicunt reſtringendam eſſe reſerua-
tionem,præterquam in expreſſis,meri-
tò vbi nihil eſt ſpecialiter petitum, &
ſpecialiter etiam conceſſum,reſeruatio
ceſſante dubio correctionis, operatur
ſuum effectum,vt latiùs per eum, vnde
cum in præſenti caſu, non ſolum non
ſit aliquid expreſsè cõceſſum in ſecũ-
do capite, ſcilicet, vt maſculus inſuc-
ceſſibilis excludat fœminam,vel ab ea
29 deſcendentẽ, qui tempore delatæ ſuc-
ceſsionis ſuperuiueret, quod velut ma-
ximæ importantiæ erat ſpecialiter pe-
tendum,& concedendum *iuxt.not.per*
Frecc. lib.2.q.15.ante fi. ſed nec etiam
hoc fuerit petitum, neque contentum
in precibus inuictiſs.Regi oblatis,vel ſi
id quouis modo potuiſſet in precibus
ſaltim ex lata ſignificatione contineri
quod negamus, certum eſt, non fuiſſe
conceſſum, ſiquidem licet quid gene-
30 raliter, & ſimpliciter petatur,ſi domi-
nus ſpecialiter concedit, tunc non cẽ-
ſetur conceſſum, niſi quod dominus
expreſsit, quia taxauit,& limitauit,in
quo eſt conſenſus, & tenorem dedit
conſenſui,iuxtà diſtinct. *Iſern.* quam
dicit comm.*in d.cap.1.poſt nu.7. verſ.*
ſed ſi generaliter,qui ſucceſſ. tenean. vbi
ſubijcit hoc eſſe indubitabile, vbi Prin
ceps addidit reſeruationem iurium,ſi-
cut hodie dicit *Iſer. fiunt in Regno ta-*
les conceſſiones, ibidem poſt num. 9.
*ver.vel reſeruauit.*Nec pariter obſtat,
quod ſupplicans in precibus expreſſe-
rit, ſe habere D. Corneliam filiam,
31 hoc enim erat præcisè neceſſarium
exprimere ad finem obtinendi diſpẽ-
ſationem,vt poſſet ſuccedere maſculus
in gradu non ſucceſsibili, quod alio-
quin Rex nullo modo cõceſsiſſet iuxtà
32 clauſulam ordinariam in aſſenſibus,&
diſpenſationibus apponi ſolitam,dum-
modo habeat ſucceſſores in feudo, vt
in Pragmatica 30 in fine de feudis, &
latè per *Conſ.de Anna conſ.129.ex nu.*
79. D. Rouitum in Pragmatica de feu-
dis ex num.17.32.39. & 40. & ſic di-
cta expreſsio produxit ſuum effectum,
33 cum ea mediante obtinuerit diſpenſa-
tionem in primo caſu: vnde non extẽ-
ditur ad ſecundum non ſpecificè ex-
preſſum, quod eſt maioris importãtiæ,
& præiudicij, ſufficit enim alicui, in
paucis ſubueniri, *l. qui cum tutori-*
bus ff. de tranſact. cum concord. per
Liparulum ad Iſern. in tit. ſi de feudo
*dif.mil.fuer.contr.§.ſi quis n.3.*Idq; eſ-
ſe veriſsimũ, hoc fuiſſe expreſſum per
ſupponentem ad hunc finem, & non
adaliũ declaratur ex verbis, quæ mox
ſubijcit in precibus ibi, *que por tener,*
como tiene legitimo ſucceſſor no ſe tratta
de prejudicio alguno de ſu Regia Corte,
& quicquid ſit de precibus certũ eſt,
34 in verbis diſpoſitiuis dictæ diſpenſa-

ſationis,

ſationis, quæ attendenda ſunt, & incipiunt *in §. tenore igitur præſentium.* nulla legitur derogatio iuribus Donnæ Corneliæ filiæ, vel deſcendentium ab ea, quæ erat præciſè neceſſaria, quinimò expreſſa reſeruatio iurium tertij adiecta ex abundanti, iura filiæ conſeruauit: poterat etenim euenire caſus, vt tempore deferen-
35 dæ ſucceſſionis reperiretur præmortua abſque deſcendentibus, filia, quo caſu diſpenſatio ſuum effectum ſortiri poterat abſque præiudicio legitimi ſucceſſoris.

Nec quicquam obeſt, fuiſſe expreſſum D. Corneliam filiam renunciaſſe; ſiquidem expreſſio renunciationis D. Corneliæ, tantum abeſt,
36 vt diſpenſationem validauerit, quod ipſam gratiam reddiderit ſubreptitiam Rex enim moueri potuit ad concedendum ſub prætextu, quod Donna Cornelia erat excluſa renunciatione. Vnde cum conſtet renunciationem factam in die votorum nihil nocere quoad ſucceſſionem feudorum, non exiſtente ſaltim ſorore in capillo, vigore *Pragmaticæ della Filingeria*; ergò diſpenſatio ex hoc capite redditur ſubreptitia, maximè cum non ſit punctus meri iuris, ſed iuris intricati, qui æquiparatur quæſtioni facti: ſit tamen, citrà veri præiudicium diſpenſatio in ſe efficax, veluti continens vtrumque caſum, quod negatur, ipſa tamen fuit reſoluta, & reddita nulla, & omninò
37 inualida: ex quo non fuit exequutoriata infrà annum, iuxtà *Pragm. Inuictiſſimi Caroli Cæſaris*, cum clauſula irritanti, ampliſſimis verbis, quàm eſſe in viridi, & inuiolabili obſeruantia teſtatur *Reg. de Ponte conſ. 3. nu. 16.* cum enim in Pragmatica, nedum ſit præfinitum, & limitatum tempus anni, ſed vlterius lex tranſeat di-
38 ſponendo, vt elapſo dicto tempore, ſint aſſenſus, priuilegia, & gratiæ, nullius efficaciæ, valoris, & momenti, pro talibus, & vt talia, ex nunc pro tunc declarata ab ipſo Rege, etiam ſi eſſet quæſitum dominium, illud amitteret, acquirens ipſo iure, non expectata ſententia, iuxtà deciſionem *Andreæ in cap. 1. quo tempore miles*, quod latiùs proſequitur, *Reg. de Ponte d. conſ. ex num. 16. cum ſeq.* ita vt nihil vltrà deſiderari poſſit.

Nec aliquid obſtat, quod poſt priuilegium expeditum in Curia Regis de anno 1614. poſt ſex annos, fuerit obtēta diſpenſatio à Prorege hic Nea-
39 poli de anno 1620. *quod exequatur, lapſu temporis non obſtante, ſi aliud non obſtat*; ſiquidem, ſi diſpenſatio conceſſa à Rege, ob lapſum anni *ex Pragmatica eiuſdem Regis* taliter euanuit, & expirauit, vt ex nunc pro tunc, claſpo anno, fuerit funditùs extincta, ac ſi nunquam fuiſſet conceſſa, vt clarè legitur in dicta Pragmatica, quomodò potuit reuiuiſcere, ſiuè in vitam reintegrari diſpenſatio, iam funditùs aboleta à Prorege, ſiuè Collaterali, quibus in ſpecie eſt interdictum aſſentiri, vbi ordo ſuccedendi ſtatutus per Regni Conſtitutiones, ex pragmatica vulgò dicta nouem Capitum mutaretur.

Termini enim ſunt notiſſimi, quod vbi lapſus eſt terminus deſignatus, no-
40 ua dicitur diſpoſitio *l. ſed & ſi manente 5. ibi, vt ſoluta iam cauſa precarij non reintegretur, ſed noua cauſa conſtituatur*, vbi *gloſſa ff. de precario*; & alibi fit diſcrimen, vt lapſo termino non dicatur, quid prorogari, vel protelari, ſed renouari diſpoſitio *l. dies cautioni 4.* vbi *gloſſa ff. de damno infecto*, vnde nullo modo poterit vicem gerens, tametſi aliàs omnia ferè poſſit, quæ Rex ipſe poteſt, diſpenſando, quod exequatur diſpenſatio, præſertim odioſa, & iuri communi contraria, concedere de nouo, lapſo iam anno, diſpenſationem ipſi, particulari lege prohibitam, ſi enim, qui confirmat
41 actum non omninò nullum, ſed qui eſt in ſuſpenſo, dare dicitur *l. lege obuenire ff. de verborum ſignificatione*, cum con-

N cord.

Digitized by Google

cord. per *Iparulum in tit. per quos fiat inueſt. nu.* 10. & qui conſentit, donat, *Freccia auth.* 29. *nu.* 3. quantò fortiùs, qui de nouo actum omninò extinctum in vitam reſtituit, & ob id, deciſio *Reg. de Pont. in dicto cōſ.* 3. qui in indiuiduo determinat, non poſſe Proregem, ſiuè Collaterale, diſpenſare, vt aſſenſus Regis extinctus ex lapſu anni conceſſi per Pragm. reuiuiſcat, quia eſſet reuocare, & reuidere, quæ ipſe facit ex ſua ſuprema, & abſoluta poteſtate, & idem teſtatur inoleuiſſe praxim, quod expediuntur ſupracartę, ſiuè ſecundæ iuſſiones per eandem Reg. Maieſtatem, quibus diſpenſatur lapſui temporis, redditur indubitabilis, veluti fundata in certiſſimis iuris principijs, quinimò, ſi hoc decidit *Dominus de Ponte* in aſſenſu ſuper alienatione feudorum, & iterum repetit *conſ.* 72. *num.* 32. & 33. quantò fortiùs hoc procedere debet
42 in diſpenſatione odioſa, ex qua ordo ſuccedendi commutatur, aducrsùs leg. Regni, & tenorem inueſt. in quo non deſunt conteſtes: ſiquidem *Freccia libr.* 2. *in allegat. pro Reg. Albert. ſub titul.* quis dicitur, dux poſt *num.* 68. *verſ. nec etiam reſi agatur*, apertè innuit in terminis, ſolum ſupremū Principem hoc poſſe, vt non immeritò idē enixè docuerit, *Dominus meus Regens de Curte in* 2. *par. tract. feudalis cap.* 5. *num.* 175. vbi in omnibus probat dicta per *Reg. de Ponte dicto conſ.* 3. & *Frecc. & de Ponte* relatis, idem cenſuit omninò indubium *Dominus Rouitus in dicta pragmatica* 1. *de priuilegijs infrà annum præſentandis num.* 4. ita vt non videam, quorſum tendat admitatio aduocati ex aduerſo, qui nunquam poterit contrarium fundare. Deficit, & tandem ſolemnitas requiſita, & expreſſa in ipſomet priuilegio diſpenſationis obtentæ à Rege noſtro per Marchionem defunctum, in quo in fine leguntur hæc verba
43 *volumusque, vt intrà annum à die data præſentium numerandum, præſens noſtrum priuilegium in quinternionibus noſtræ Reg. Cameræ regiſtretur, vt de præmiſſis omnibus, & ſingulis plena notitia habeatur, &c.* quæ clauſula, non ex diſpoſitione alicuius Pragmaticæ, vel legis Municipalis, ſed ſolita eſt de ſtylo apponi in priuilegijs, & aſſenſibus, vt aduertit *Dominus Rouitus in Pragmat.* 26. *de feudis num.* 8.

Vndè, cum data priuilegij fuerit
44 ſub die 31. Octobris 1614. & regiſtratio non fuerit ſubſequuta, niſi ſub die 14. Iulij 1622. & ſic poſt lapſum octo annorum, idque median-
45 te diſpenſatione Collateralis Conſilij noſtri Neapolitani, cum clauſula expreſſa, *citrà præiudicium iurium fiſci, & partium*, redditur ex hoc priuilegium omninò nullum, ex iſdem rationibus adductis in altera præcedēti nullitate exequutoriæ in tempore non adhibitæ, eoque fortiùs ex hoc capite, quantò fortiùs operatur nulli-
46 tas reſultans ex eodemmet fonte priuilegij conceſſi ſub certa conditione, quæ formam inducit, qua non adhibita, actus corruit, prout ex tunc, ac ſi nunquam fuiſſet priuilegium conceſſum, & in eſſe productum, prout in puncto in terminis e-
47 iuſdem regiſtrationis, adhiberi, iuncta, non in diſpenſatione odioſa, de qua nos agimus, ſed in ſimplici aſſenſu alienationis feudi, qui dicitur eſſe gratia, docuit *Afflict. deciſ.* 335. *num.* 14 & 16. & latiſſimè *Regens de Ponte conſil.* 5. *ex numer.* 32. *ad num.* 85. vbi adeò plenè loquitur, reſoluens per veros terminos quidquid obijci poſſet, vt eius ſola remiſſione contentus eſſe debeam, dum ex *Iſer. conſ. Ang.* 36. & alijs optimè fundat, hanc nullitatem ex lapſu ſolius temporis præfixi, velut ex defectu formæ, & ſolemnitatis formalis, & ſubſtātialis eſſe inſanabilē, nec admitti vllo modo ſub quouis quæſito colo-
48 re, moræ purgationē, vt ipſe idē fundauit *conſil.* 3. *nu.* 24. vbi *num.* 28. nihil prodeſſe diſpēſationem Collateralis,

&

& iterum *dicto conſil. 5. poſt num. 57. verſic. nec dicat pars, numer. 58.* & idem concludit, vt indubium *tractat, de poteſtat. Proregis, de aſſenſibus Regijs* §. 4. *num. 4. & de refutation. feud. in prælud. poſt num. 12. in verſ. hinc pragmatic. & ritus.*

Nec obſtat, quod dixit idem *Reg. de Ponte in conſil. 17. numer. 8. libr. 2.* de quo aduerſarius magnum feſtum fecit in aula, quod huiuſmo-
49 di conditio regiſtrationis requiritur pro intereſſe fiſci, non autem partium, & ideò reſpectu partium, quandocumque poteſt priuilegium regiſtrari.

Non enim eſt aliqua habenda ratio eius, quod perfunctoriè ſua ſola fretus authoritate, dixit *in dicto conſil.* contra ea, quæ alibi præuia longa diſputatione, per veros iuris terminos fundauit, nihil ex ſolidiſſimis fundamentis contrarijs, reſoluens *in d. conſ. 17.*

Siquidem non ſolum *in conſil. 3. num. 24. 28.* latè probauit vllo modo poſſe Proregem diſpenſare huic nullitati, quinimò nec ipſum Regem,
50 niſi ex certa ſcientia, *ſed in dicto conſil. 5. poſt num. 57. verſic. nec dicat*, & iterum *ex num. 65. verſic. ex quibus* vaniſſimum aſſerere dixit, clauſulam regiſtrationis in Regia Came-
51 ra reſpicere ſolum intereſſe fiſci, & non partium, & iterum *ex num. 77. 79. vſque ad* 84. reſoluit obiectum *l. 2. & 3. ff. de leg. commiſſ.* quod
52 ſcilicet nullitas non poſſit exerceri contra voluntatem illius, in cuius fauòrem eſt introducta, hoc enim, vt ipſe ſubijcit *num. 78. ex commun. DD. concluſ.* non facit, quin interim ex exiſtentia conditionis, contractus non ſint reſoluti, & procedit vbi principalis, in cuius fauorem eſt inducta, expreſsè renunciat, ſecùs verò vbi nihil dicit *num. 82. Et num. 80. & 87.* aliter ex ſecundo reſoluit, vt regula *dicta l. 2. & 3.* procedat quo-
53 ad ipſos contrahentes, & quando ius tertio non eſt acquiſitum, ſecùs verò, cùm agitur de intereſſe tertij, vt latiùs ipſe proſequitur, & ponderat *Afflictum in dicta deciſ. 335.* hoc velle in indiuiduo, dum fundat ex regiſtratione aſſenſus omiſſa, ius nedum eſſe fiſco quæſitum, verum
54 etiam partibus, adeò vt poſſit contractus reuocari vigore Conſtitutionis Regni, & ſic quoad omnes perſonas, quę habent intereſſe, annullari diſpoſitionem *num. 83. & ſequentib.* & vltrà ipſum, id confirmatur ex eo, quod licet nullitas non poſſit allegari, niſi ab
55 eo, in cuius fauorem eſt introducta, poteſt tamen allegari à tertio prætendente intereſſe *Ruyn. in ſpecie conſ. 40. nu. 7. & 8. lib. 5.*

56 Item non procedit, quando actus ex defectu ſolemnitatis non adhibitæ redditur ipſo iure nullus, vt latiſſ. probat *Burſatus conſ. 82. ex num. 11. 13. & 25. lib. 1.* nec diſſentit *Surdus deciſ. 108. nu. 11. 15. & 20.*

Et hoc caſu habet locum regula,
57 quod ius tertio quæſitum etiam ex facto alterius, nedum re, ſed etiam ſola ſpe, non poteſt ab inuito tertio auferri, etiam per eum, cuius facto illud quæſitum eſt ipſi tertio *l. ſi conſtante in fin.* vbi *Bald. notat. C. de donat. ante nupt.* cum infin. congeſtis *à Tiraquell. in 2. retract. §. 1. gloſſ. 7. num. 18. 21. & 22.* & latiùs *Dom. Præſid. de Franchis deciſ. 269. & 541.* & maximè, cum in diſpenſatione ad regiſtrandum, impetrata *à Conſilio Collaterali ſub die 14.*
58 *Iulij 1622.* ſit adiecta expreſſa reſeruatio, non ſolum iuris fiſci, ſed etiam partium, ex quo, nedum nullum fuit præiudicium generatum ipſis partibus ex natura reſeruationis, ex *Oldrad. conſil. 237. Crauett. conſil. 974. num. 17. Franch. deciſ. 437. in fine, Surd. deciſ. 163.* ſed ex hac formula, & ſtylo Tribunal. apertè declaratur, ſolennitatem regiſtrationis, nedum requiri pro intereſſe
59 fiſci, ſed etiam partium, vel ſaltim

Proregem ipſum in ſimilibus diſpenſationibus nunquam velle præiudicare iuri tertij, etſi quæſita occaſione fiſci, cum pariter ius fiſci, & partium conſeruare, & reſeruare ve-
60 lit, quam iuris tertij conſeruationem ſemper ineſſe conceſſionibus, aſſenſibus, ſiuè confirmationibus, inueſtituris, & priuilegio, adeò vt reducantur ad terminos iuris communis, vbi agitur de præiudicio tertij, vt etiam verba clara offendantur, & reddantur inutilia potius, quàm iuri alterius præiudicent, probat latiſſimè *Knichen in Encicloped. cap. 10. ex num. 174.*

61 Tertius autem in his propriè terminis non factæ regiſtrationis, dicitur ipſe primogenitus, ſucceſſurus in feudo hæreditario, vt aduertit in puncto idem *Reg. de Ponte d. conſ. 5. nu. 63.*

Et contra author. *Dom. de Ponte in dicto conſil. 17. lib. 2.* vrgent, quę ipſe idem latiùs exarauit addendo, & confirmando ſe prius ſcripta *in dicto conſil. 5. pro eodem Secretario Soto in conſil. 60. per totum,* vbi latiſſimè iterum fundauit, ex defectu
62 regiſtrationis requiſitæ infrà annum aſſenſum annullari ipſo iure, etiam in beneficium partium, quia conſideratur in feudis intereſſe voluntatis, & qui in ijs rigor ſeruatur, & ſtricta ſit interpretatio, & in fine refert ita fuiſſe iudicatum per *Reg. Cameram*, facta relatione in *Collaterali conſil. & cum prædict. concordat*, quod ſępius repetit *Dominus meus Auunculus, & magiſter Reg. de Curte* §. 5. poſt 158. dum ſubijcit, regiſtrationem, quæ fieri debet in Regia Camera, non ſolum eſſe adhibendam pro intereſſe Reg. Fiſci, vt ſuos ſciat feudatarios, ſed etiam requiri, vt cautè contrahentes faciant contractum, & ne reddatur nullus, & apertiùs idem ſubijcit *num. 175.* vbi addit defectum iſtum non poſſe ſanari, niſi impetrentur literæ ipſo Rege, quæ vulgò, *ſupracarte appellantur*; idque non ſine ratione, cum & aliàs
63 vicarius non poſſit ſuam authoritatem, & decretum interponere in his, quæ non ſpectant ad ſuam iuriſdictionem, cuiuſmodi ſunt reſeruata, quæ ad ſolum Epiſcopum pertinent *cap. 2. & vltim. de offic. vic. in 6. Gratian. tomo 2. cap. 303. diſceptat. num. 11. & 12.*

Ex quibus omnibus ſolidiſſima redditur iuſtitia D. Franciſci, vt immittendus ſit in poſſeſſionem non ſolum tituli, ſiuè dignitatis regalis, verùm etiam, & omnium feudorum remanſorum, cum in promptu doceat ſe legitimum ſucceſſorem, & ſolum à lege, & ex tenore inueſtituræ vocatum, quæ immiſſio, quæ petitur ex tenore inueſtituræ non eſt minùs priuilegiata, quàm illa, quæ petitur vigore teſtamenti non cancellati vigore *l. fin. C. de edict. diui, vt ex Iſern. Præpoſ. Cand. Roland. Gozadin. & alijs* probat *Borgninus deciſ. 36. num. 452. par. 3.*
65 & verè non eſt iudicium, nec petitorium, nec poſſeſſorium, quia nec requiritur libellus, nec præſtat inueſtitura veteris feudi poſſeſſionem, neque dominium, ſed confirmationem iuris per mortem quæſiti, adeò vt, cum conſtat petentem eſſe legitimum ſucceſſorem, etſi contradictio appareat, dum in promptu apparet de non iure contradicentis, non eſt impedienda expeditio inueſtituræ, & demum poſtea de hoc tractandum, *vt ex Iſern. in l. impar §. inſuper,* & alijs latiſſimè fundat *Reg. de Ponte conſil. 61. vbi nu. 19.* refert ita deciſum, prout verè ita fuit iudicatum in cauſa mea pro-
66 pria pro Laudomia Como mea Auia paterna contra Lucretiã Como ſororẽ ſecundogenitã in capillo, quã enixè defenderat ipſe *Reg. de Ponte* vti eius aduocatus, & non obſtãte titulo inſtitutionis in teſtamento non abolito, nec cãcellato, confeſſo p Io.

Fian-

Franciſcum Baronē Cariſij, & Caſalis Noui, & aliorum feudorum, in quo inſtituerat hæredem Lucretiam ſororem in capillo, & renunciatione Laudomiæ primogenitæ, fuit tamen Laudomia decreto ſacri, iuncto Collaterali Conſilio, conſeruata in poſſeſſione dictæ terræ Cariſij propè Arianum, & paſſus Cānarum, cū baiulatione terrę Baruli, tanquā primogenita, vt in proceſſu in banca de Caro, nunc de Felice, idque
67 quia inueſtituræ iudicium, eſt ſummariſſimum *Maſtrill. deciſ.* 44. *n.* 10. cum concord. per *Knichen. de veſtitur. pact. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 419. vbi, quod inueſtitus fundatam habet intentionem *num.* 418.

Nec obſtat prætenſus actus, quo aduerſarius prætendit ſe obtinuiſſe poſſeſſionem tituli, dum ab Vſcerio ſub die primo Februarij velut hæres ex teſtamento Don Alexandri, prætenditur introductus in aulam Principis, vt cum eo alloqueretur, vt Marchione. Vltrà enim ſuperius fundata ex quibus patet, quod etſi D. Vincen-
68 tius poſſeſſionē tituli nact⁹ eſſet, cū vero titulo careat nihil ei ꝓdeſſe poſſet, q̄bus addo *Gloſſ. Pan. Anan. Felyn. Rebuf.* & alios relatos per *Grattan. c.* 397. *num.* 43. *&* 44. *lib.* 2. *diſcept.* quia vt is dicit, cum non poſſit habere titulum, non poteſt iuuari poſſeſſione, quæ in iſtis non datur ſine titulo.

Tamen ex actu exercito non potuiſſe ei poſſeſſionem acquiri, decidit ſingulariter *Bald. in repet. lib.* 1. *latiſſ. ex num.* 3. *C. de emancip. lib.* vbi *num.* 5.
69 *in fin.* probat, quod ſi quis ſe gerat multo tempore pro Doctore, vel officiali non tamen dici poteſt eſſe in poſſeſſione Doctoratus, eaque exercendi, quæ Doctori conueniunt, quia certa forma eſt data ſuꝑ illis creādis, qua non ſeruata loco priuatorum ſunt, & addit id probari à ſufficiēti partium, enumeratione, nam aut iſte prętendit ſe Doctorem, vel Magiſtratum à ſeipſo, & hoc eſt impoſſibile, quia in ſeipſo eſt priuata perſona, & quia nemo ſibi ipſi dat titulum, aut à Principē,
70 vel Rege, & hoc eſt falſum, quia ſilentium non dat titulum *l. ſi pro fundo C. de tranſact.* nam ſilentium nihil eſt, titulus autem, & iuriſdictio aliquid eſt. hæc *Bald.* vnde cum Prorex Excell. nihil cognouerit, nihil poſitiuè ordinauerit, vel ſtatuerit, ſed ſolum paſſiuè ſe habuerit, audiendo illum, quem *Vſcerius*, ſiuè *Ianitor* introduxit, ſiuè prece, vel pretio commotus, ex falſa etiam cauſa iuris expreſſa per ipſum ſcilicet, quod D. Vincentius eſſet hæres ex teſtamento, cum nec ſit, nec eſſe poſſit ex ſilentio Principis, illius titulus, neque poſſeſſio quæri potuit D. Vincentio,
71 cū titulatos, vti ſolus Princeps creat *Præſid. Surgens de Neap. Illuſtr. in addit. ad cap.* 23. *fol.* 417. ſic pari modo ipſius ſolius eſt cauſa cognita, cum Collateral. Conſ. verum ſucceſſorem in poſſeſſionē admitteret, prout petijt D. Franciſcus precibus oblatis vltimo Ian. in fraudem cuius litis præparatæ clandeſtinè attentauit D. Vincentius, prout ipſe intimatus fatetur, & ſic omni iure ſuccumbere debet, ut à ſacro, & ſupremo Collaterali Senatu ſimul iunctis decernendum ſperatur 4. Iunij 1623.

Pro confirmatione eorum, quæ dixi in præcedenti controuerſia ex num. 43. *libuit inſerere deciſionem R. Cameræ in eodem artic. de anno* 1589.

DIe 23. Auguſti 1589. facta relatione in Regia Camera per infraſcriptum Magnificum Rationalem Illuſtr. Domino Regenti Franciſco Antonio Dauid Locumtenenti Regiæ Cameræ Summariæ, & exiſtentibus Dominis Præſidentibus ipſius, qualiter in Releuio ſoluendo Regiæ Curiæ per Magnificum Ferdinandum de Paladinis Baronem Caſalis Campiæ per mortē quōndam Magnifici Caroli de Paladinis eius fratris inter alia oneta prætenſa per dictum Baronem, debere dedu-

ci ab introitibus dicti Caſalis, & feudi Afræ, ſunt ducati quatuorcentum annui venditi per dictum quondam Magnificum Carolum ſub die 1. Martij 1582. Magnifico Marco Aurelio Paladino eius patruo ſuper dictis Caſale, & feudo,in feudum pro ducatis quinque mille eidem debitis, cum pacto, quod non teneatur ſoluere adohã Regiæ Curiæ: ſuper qua venditione fuit obtemptum memoriale aſſenſus ſub die 1. menſis Maij 1582. & deinde priuilegium ab Excellent. Prorege ſub die 18. Februarij 1584. regiſtratũ in priuilegiorum 26. fol. 22. quæ deductio per Magnificum Procuratorem Regij patrimonij, prætendebatur non debere fieri, ſtante quod prædictus Magnificus Carolus mortuus fuit de menſe Decembris 1587. & priuilegiũ prædictum aſſenſus non fuit præſentatum in Regia Camera, & regiſtratum in quinternionibus ipſius infrà biennium computandum à die datæ memorialis,cũ aſſẽſus prędictus regiſtrari debeat in quinternibus dictæ Regiæ Cameræ, aliàs habeatur pro non præſtito, & viſo dicto priuilegio producto fol. 47. in Regia Camera,illud fuit receptum, & regiſtratũ extrà terminum dicti biennij, ſtante memoriale porrecto Suæ Excell. per dictum Magnificũ Marcum Antonium die 17. Februarij 1588. per quod fuit ordinatum, quod ſi in dicto priuilegio nihil aliud deficeret, regiſtretur in dicta Regia Camera, non obſtante lapſu termini citrà præiudicium iurium fiſci,& partis: qua reſeruatione ſtante, fuit pro parte Regij Fiſci prætenſum, onus prędictum non debere deduci à dicto releuio, quia tempore mortis dicti Magnifici Caroli erat nullius valoris, & roboris: & ſi poſt mortẽ fuit de nouo per ſuam Excell. validatum, fuit cum conditione, quod non inferatur præiudicium Regiæ Curiæ.

Et diſcuſſo pluries dicto negotiò: fuit per Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod dicti ducati quatuorcentum non deducantur à dicto releuio in damnũ Regij Fiſci.

Io. Franciſcus de Ponte.
Io.Camillus Barba Rationalis.

SVMMARIVM.

1 Interdictum quorum bonorum *pro adipiſcenda poſſeſſione, & tenuta feudorum, ritè rectèque procedit, & deinde aduerſarius de iuribus petitorij experiri debet, & num. 3.*

2 *Remedium poſſeſſorium* quorum bonorum *eſt adipiſcendæ poſſeſſionis.*

4 *Agnatus poſſeſſor, etiamſi ſit comprehenſus in inueſtitura feudorum, vocatus in teſtamento, & offerat in promptu de iuribus ſuis probare,tamen actor habens intentionem fundatam,immittitur in poſſeſſionem,& nu.6.& 8. & ita iudicatum num.9. & 10.*

5 *Aſſenſus de iure communi requiſitus, vt in feudis* Pedimontis *præſumptus ex lapſu 30. ann. ſufficit,vel tacitus ex ſola ſcientia domini, ſed de iure Regni expreſſus requiritur.*

7 *Soror admittitur ad ſucceſſionem in Comitatu fratris, tàm de iure communi, quàm feudorum.*

11 *Teſtamentum in feudis omninò operatur etiam inter filios, & in beneficium proximi ſucceſſuri,& num.12.*

13 *Inſtitutus immittitur in poſſeſſionem feudorum,ſi tamen is abſque teſtamẽto ſuccederet,& nu.25.*

14 *Aſſenſus, ſiuè diſpenſatio ad faciẽdum teſtamentum,non dat titulum,ſed regulatur ab ipſo actu.*

15 *Exceptio non requirens altiorem indaginem, nec ſit facti probandi,ſed probati, poteſt obijci aduerſus diſpenſationem,legitimationem, & Principis reſcriptum.*

16 *Inueſtitura maximè regalis dat titulum, & eſt potens ad tranſlationem dominij,& poſſeſſionis,& num.17.et quando*

quando ſecus, competit etiam ex inueſtitura abuſiua, facultas inueſtito apprehendendi poſſeſſionem propria authoritate, & num. 18.

19 Inueſtitus agere poteſt vtili interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis.

20 Feudi dominium, inueſtitura, et ſucceſſione acquiritur.

21 Succeſſori in feudo, vigore inueſtituræ competit interdictum adipiſcendæ lōgè potentius, quam hæredi, vigore teſtamenti.

22 Iudicium adipiſcendæ poſſeſſionis vigore inueſtituræ dupliciter practicatur, et num. 23.

24 Succeſſor in feudo debet petere inueſtituram, et probare ſe talem qualem aliàs denegabitur inueſtitura, etiam quod ſit hæres inſtitutus.

25 Iudicium inueſtituræ plenius eſt, quàm ſimplex poſſeſſionis adipiſcendæ, vigore l.fin.C.de edict.Diui Adr. tol. et habet admixtam cauſam proprietatis nu. 27.

26 Sententia lata in iudicio adipiſcendæ vigore inueſtituræ præiudicat in petitorio, et num. 30.

28 Poſſeſſorium, quod habet mixtam cauſam, ſiuè adipiſcendæ, ſiuè recuperandæ, ſiuè retinendæ, iuſtificatur titulo, præſertim, cum exceptiones altiorem non requirunt indaginem, et nu. 29. & 32.

31 Ius proprietatis, ex quibus verbis deductum cenſeatur.

33 Aduocati cauti allegant titulum, ſed non exhibent, aliàs ſi inualidum exhibent, eſt detentor feudi per ſententiam ſpoliandus, et nu. 35. et 37.

34 Titulum nullum exhibere melius eſt, quàm inualidum.

36 Aſſenſu carere, et exhibere notoriè inualidum, paria ſunt.

38 Aſſenſus, ſiuè diſpenſatio, duo continere debet, primum, poſſe feudatarium vocare ad ſucceſſionem extraneum incapacem, ſecundò etiam ad excluſionem vocatorum ſuperexiſtentium tempore deferendæ ſucceſſionis.

39 Diſpenſatio innixa falſæ cauſæ, ſine qua Rex non conceſſiſſet, vel durius nulla eſt iudicanda.

40 Renunciatio per filiam à patre dotatā ſucceſſioni feudorum deferendæ, poſt patris mortem ſine aſſenſu nulla eſt, et de ratione num. 43.

41 Renunciatio facta per filiam à patre dotatam, non importat ſimplicem abſtenſionem, ſed ſapit neceſſariò ſucceſſionem, et importat iurium translationem, et num. ſeq.

44 Renunciatio præfata, velut conditionalis cenſetur collata in tempus mortis patris.

45 Filius primogenitus, quamuis hæres matris, venit ex propria perſona ad feudorum aui ſucceſſionem.

46 Aſſenſus cenſetur conceſſus ſuſpenſiuè, & ex defectu exequutoriationis, & regiſtrationis in tempore reſoluitur, & reddit ad ſua principia attractiua.

47 Clauſulæ decreti irritantis à ſuperiori adiectæ, nec etiam ignorantes ligat, et de eius effectibus num. 48.

49 Diſpoſitio facta vigore diſpenſationis non ſolemnis, non reconualeſcit.

50 Diſpoſitio, vel teſtamentum nullum ex defectu inhabilitatis teſtantis, vel inſtituti, non reconualeſcit, niſi noua intercedat voluntas ſolemnis.

51 Diſpoſitiones, & decretationes in memorialibus abſque cauſæ cognitione aduerſus Pragmaticas ſunt nullæ.

ARGVMENTVM.

Succeſſori in feudo, deſcendenti, aut collaterali intrà gradus ad ſucceſſionem admiſſos iure communi, vel Regni, velut claro, & aperto iure vocato, ex tenore inueſtituræ, competere interdictum adipiſcendæ longè potentius, quàm hęredi inſtituto vigore teſtamenti, & de probata libelli formula in hoc interdicto ſucceſſorio; verum ſi compareat tertius cōtradictor, qui aſſerat ſe eſſe legitimum ſucceſſorem, vt neceſſariò de hoc cognoſcatur probaro gradu, erit tunc ex accidenti plenius iudicium, quàm ſimplex poſſeſſo-

.rium

rium adipiſcendæ vigore *l. fin.* & habebit admixtam cauſam proprietatis, quod generale eſſe ꝓbatur in omnib⁹ interdictis poſſeſſorijs. Ex quibus verbis in libello cẽſeatur deductũ ius proprietatis, & quomodo cauti Aduocati allegent titulum verum non facilè exhibeant, ne cognito defectu ſuccumbant, quotque varijs modis reddi poſſit in promptu nulla, diſpenſatio circa admiſſionem agnati vlterioris in præiudicium proximè vocati, & de renunciatione filiæ dotatæ à patre ſucceſſioni feudorum deferendæ, & aſſenſu requiſito, & ſi noceat filio renunciantis, venienti ex propria perſona, alijsque pluribus.

Pro eodem D. Don Franciſco in eadem cauſa.

CONTROVERSIA XV.

Robotando, quæ omnium primus, pluries verè in diſcurſu cauſæ ſuper varijs articulis, & nouiſſimè ad tuitionem obſeruantiæ *Pragmaticæ Caroli Cæſaris* de iure ſcripſi ad fundãdam nullitatem diſpenſationis pro D. Franciſco Protonobiliſs. vt tandem nato dominos videamus ſtellam veritatis, & iuſtitiæ in Oriente, & ſperata fruamur victoria, ſubſcriptas recolligimus concluſiones, ex quibus nox, ſicut dies illuminabitur.

Prima circa ordinem iudicij.

IVdicium ſcilicet adipiſcendæ poſſeſſionis feudorum, propoſitum per D. Frãciſcum vti nepotem ex filia, claro, & aperto iure vocatum ex tenore inueſtituræ, & *Regni Conſtit.* ritè, recteq; procedere, eiuſq; eſſe naturæ, vt meritò in hoc iudicio diſcuſſum ſit de viribus, & validitate diſpenſationis, vt ſuper hoc veluti diſcuſſo, & cognito, ſit neceſſatiò pronunciandum, cum nihil aliud ſuperſit, nec ſit expectandum pro reſtituenda tenuta feudorum indebitè ex aduerſo occupata.

Hanc .n. libelli formulam probauit
1 in puncto in ſimili omninò caſu *Decius cõſ.* 424. dũ rogat⁹ à Card. de Medicis, reſpõdit ꝓ D. Frãciſca de Montibella Viceregina Neap. ſuper ſucceſſione Caroli fratris Comitis Montisbelli, & aliorum feudorum, quæ cum tanquam ſoror, & proximior in gradu fratri mortuo ſine liberis, petijſſet immitti in poſſeſſionem ex interdicto adipiſcendę *quorum bonorum*, contra Dom. Sebaſtianum de Montibello, qui cœperat poſſeſſionem comitatus, & tanquam agnatus, & poſſeſſor prætendebat ſe eſſe legitimum contradictorem, & allegabat titulum fideicõmiſſi quõdam Iacobi ſenioris, & Bigonis Montisbelli, & ſic ab anteceſſoribus Caroli vltimo loco defuncti; duo reſoluit *Decius*: Primò, benè, & conſultè Intentatum fuiſſe remedium poſſeſſorium,
2 *quorum bonorum*, quod conſtat eſſe adipiſcendę poſſeſſionis, vt ipſe idem *Dec.* ſubijcit poſt *num.* 4. & ſalubre fuiſſe conſilium, vt prius ex dicto remedio actrix obtineret poſſeſſionem,
3 vt poſteà aduerſarius de viribus petitorij expetiretur, vt tradit *nu.* 1. 2. *&* 3. ſecundò, nedum in ordine, ſed in iuſtitia, actricem obtinere debuiſſe, & ſecundum illius petitionem eſſe pronunciandum, vt poſt *nu.* 3. *verſ. eſt ergo nunc, &c.* & præcisè poſt *num.* 7. *prædic. tamen, & ſimil. non obſtant.* in fine, & per totum *conſ.* quod integrum legendum obſecro, cum videatur *Deciũ* allegaſſe in hac noſtra cauſa.

Nec conſiderari poteſt aliqua diuerſitas facti, quæ diuerſam iuris deciſionem importet, quinimò à fortiori includitur in deciſione *Decij* caſus noſter, ſiquidem ibi Sebaſtianus conuen-
4 tus, & poſſeſſor erat agnatus comprehenſus in inueſtitura, & de deſcendentibus primi acquirentis feuda, vt fatetur *Decius*, dum tradit ipſorum genealo-

nealogiam poſt *num.* 20. *verſ. & iſta*
conditio, nec deerat in eius beneficium
vocatio facta in teſtamento, ſiquidem
contendebat ſe eſſe vocatum, non in-
vno ſolū, ſed in duobus teſtamentis Bi-
gonis, & Iacobi, & obtulit ſe inconti-
nenti probare de iuribus ſuis, poſt *nu.*
3. *verſ. ſecundò quia*, & alibi inferiùs,
& ſic in termino poterat probare de-
5 aſſenſu, ſi requirebatur, qui in terminis
iuris cōmunis, vt erat in feudis *Pedi-*
montium, de quibus agit, ſufficiebat
præſumptus ex lapſu 30. annorum, vel
tacitus ex ſola ſcientia domini, cum ta-
men de Iure Regni requiratur expreſ-
ſus, vt latè per *Annam in repet. conſtit.*
conſtitutionem, ex num. 43. imò ibi cō-
uentus non ſe coarctauerat, exhiben-
6 do aſſenſum, qui ex ſua inſpectione-
apparuiſſet inualidus, prout hic, ſed ſo-
lum obtulit in promptu docere de iure
ſuo, vnde poterat etiam in petitorio
docere de aſſenſu etiam præſumpto,
vel tacito, & nihilominus ſolùm ex eo,
7 quia Domina Franciſca actrix habe-
bat intentionem fundatam de iure cō-
muni, & iure feudorum, vt tanquam
ſoror admitteretur ad ſucceſſionem in
Comitatu fratris, vt probat, & repetit
pluries *Dec. poſt num.* 8. *ex deciſ. tex. in*
cap. vnico, §. *inter filiam*, & §. *defun-*
cto milite, quæ iura optimè expendit
Dec. nu. 11. & 12. iuxtà aperta verba
S.C. & comm. omnium ſenſum, vt de-
ſcendens, vel tranſuerſalis claro, &
aperto iure vocatus, de iure communi
Romano, ſi dubitetur eſſe feuda, vel de
iure feudorum, ſi conſtet eſſe feudum,
etiamſi ſit fœmina, cum infiniti ſint ca-
ſus, in quibus etiam iure communi fœ-
mina admittitur, & maximè vbi viget
conſuetudo, vt eſt in Regno notoria,
8 admittendus ſit in poſſeſſionem, exclu-
ſo quolibet agnato vlteriori, etiam ca-
paci, vt de magis communi, veriſſima,
& receptiſſima, & rerum iudicatarum
authoritate à Senatibus totius orbis,
cum *Afflict. deciſ.* 119. *Oſaſc. deciſ.* 26.
vbi de communi, & recepta ſententia,
etiam contra agnatum, qui reperiatur

in poſſeſſione, quod eſſe receptiſſimū
in fine probant *Roland. conſ.* 98. *nu.* 31.
lib. 3. & *ex Gloſſ.* Bald. *Laud. Aluar.*
Præpoſ. Dec. Brun. Soc. iun. Grato, Col-
leg. Senat. Bonon. & Senat. Mantuan.
probat Viuius, dicens contrariam opi-
nionem eſſe nimis ſolitariam, *dec.* 409.
num. 23. *in* 3. & iuxtà *conſ. Decij*, pro
dicta Domina D. Franciſca Viceregi-
9 na Neapol. fuiſſe iudicatum in Senatu
Ducali Pedimontium in Ciuitate-
Taurini de anno 1527. quam reperi
fuiſſe vxorem Don Caroli della Noy,
qui eo tempore pro Carolo V. in Re-
gno præerat, vt ex proceſſu D. Hyppo-
litæ de la Noy, cum Domino Sergio
Muſcettula in bāca Cioffi, teſtis eſt ita
fuiſſe deciſum *Aymon publicius*, qui in
dicta cauſa, vt Senator Ducalis, votum
dedit in Conſuet. *Aluar. tit.* 2. *art.* 4.
num. 25. & *tit.* 3. *art.* 1. *num.* 13. refert
Burſat. conſ. 234. *poſt num.* 15. *lib.* 3.
vbi opin. Decij, & *deciſ.* innumeris au-
thoritatibus, comprobat, & extollit, vt
10 non immeritò iudicatum pro D. Frā-
ciſca, iterum pro D. Franciſco iudicā-
dum ſit, & *dictum conſ. Decij* extollunt
Senatores Mantuani in conſ. 1. *nu.* 55.
inter conſ. ſtatus Montisfort. & illis te-
latis *Roland. à Valle conſ.* 98. *num.* 31.
lib. 3. vbi aduertit *conſ. illud Decij* fuiſ-
ſe requiſitum pro veritate, vlteriùs, &
ſecundò ritè dicimus propoſitum re-
medium adipiſcendæ, non vigore te-
ſtamenti, & ſic ex vulg. *l. fin. de edict.*
diui, quod eſt ſummarijſſimum, cum-
ipſe non ſit inſtitutus, ſed vigore in-
ueſtituræ, quæ non ſolum dat eundem
titulum, ac ſi eſſet hæres ſcriptus, ſed
11 longè potentiorem; cùm enim te-
ſtamētum in feudis nihil omninò ope-
retur, *cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi*, ibi *nulla*
ordinatione defuncti in feudo manente,
vel valente, *cap.* 1. §. *ſed res*, *per quos*
fiat inueſt. cum concord. *à Camer. in-*
cap. Imper. cap. 24. *col.* 3. *litera L.* etiam
12 inter filios, & in beneficium proximè
ſucceſſuri, adeò vt licet agnatus poſſit
feudum alteri proximo ſucceſſuro per
contractum refutare, minimè hoc fa-
cere-

cere poterit per actũ vltimæ volunta-
tis, vt ſtet tanquam vltima voluntas,
vt ex Iſern. & alijs probauit latè *Ca-*
*mer.car.*24.per totam, dum explicauit
deciſ.*d.c.*1.*& præciſe col.*4.*lit.S. & T.*
*D.Amatus latè d.conſ.*100.*ex num.*93.
vbi ita demum, eſſe locum immiſſioni
ſi is ſit inſtitutus,qui abſque teſtamen-
to ſuccederet, non aliter.
Et minùs etiam operatur aſſenſus Re-
13 gis,ſiuè rectiùs diſpenſatio ad illud fa-
ciendum, quæ per ſe nullum dat titu-
14 lum, ſed ſolùm reſpicit licentiam fa-
ciendi teſtamentum, & ſic regulatur
ab ipſo actu *Anna ſen.allegat.*67.*nu.*4.
& cum diſpenſatio ipſa ſit actus extrà
teſtamentum, etſi de diſpenſatione
15 appareat per inſtrumentum, concedi-
tur tamen facultas obijciendi exce-
ptiones aduerſus ipſam, tametſi nihil
contra ipſum teſtamentum obijci poſ-
ſet,quod indubiè procedere, vbi obie-
ctiones non requirerẽt altiorem inda-
ginem, nec eſſent facti probandi, ſed
probati, concludit in puncto *Menoch.*
*de adipiſc.poſſeſſ.remed.*4.*q.*80. *n.*753.
& 759. *& ſequent.* vbi conſtito de in-
capacitate hæredis inſtituti, reſoluit
poſſe aduerſus legitimationem, & re-
ſcriptũ Principis,obijci exceptiones,
quæ ipſum in promptu inualidum red-
derent, etiam in iudicio ſummarijſſi-
mo *dicta l. fin.* ad latè tradita *à Pere-*
grin. de fideicommiſſ. artic. 46. *ex nu-*
*mer.*35.
Quod autem non operatur teſtamẽ-
tum, potentiſſimè ſine dubio operatur
16 tenor inueſtituræ; ſiquidem inueſtitu-
ra ipſa dat titulum, & potens eſt ad
transferendum dominium,quod indu-
bitãter procedere in inueſtitura regali,
& ſic conſtituto feudo per Regem, tra-
dit optimè *Iſern. in cap.*1. *quid ſit in-*
*ueſtit. num.*2. *in fin. verſ. alij dicunt*,
quod in principalibus, vbi Liparulus in
*verbo regalibus, lit.*X. allegat eundem
Iſer. Alexan. Afflict. Dec. Pern. Iacobin.
Loffred. Frecc. & alios, & dicebat *Bald.*
quod in Regno Apuliæ, vbi eſt priui-
legium Regis,ſtatim eſt quęſitum vtile
dominium inueſtito, *vt per eum in l.*1.
in vltimis verbis,*C. de rerum permut.*&
17 quod transferatur dominium, & poſ-
ſeſſio, *Afflict. deciſ.*299. *num.*21. *cum*
ſequent.& 24. *plura in allegatione pro*
*Regente Albertino in lib.*2.*Frecc.de ſub-*
*feudis, num.*68.*fol.*138. pleniſſimè
Dominus meus auũculus,& Magiſter
Regens de Curte in 1.*par. tract. feudalis*
*cap.*11. incipiente, *vt igitur, num.*17.
& 19.*cum ſeq.* quem citat,*vt ſolet ſæpè*,
cum alijs innumeris ad hoc *And. Kni-*
*chen.de iure territorij,cap.*2. *num.*8.9.
& 10.& vbi ex inueſtitura non acqui-
18 ritur dominium,nec poſſeſſio, compe-
tit ſaltim etiam ex inueſtitura abuſiua
facultas inueſtito apprehẽdẽdi poſſeſ-
ſionem, propria authoritate *Andr. &*
*Afflict. in cap.*1. §. *ſi facta, ſi de feudo*
defuncti militis, cum concordantibus
*per Lipar. ad Iſern. in d. cap.*1. *num.*1.
in fine,lit.I.verſ.non acquiritur,Domi-
*nus meus de Curte d.cap.*11.*nu.*3.*plura*
*Intrigl.de feudis par.*1.*quæſt.*55.*n.*12.
19 vbi probat inueſtitum agere poſſe vti-
li interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis.
quę ſi procedunt ab initio, antequam
inueſtitus poſſeſſionem apprehendat,
longè fortiùs procedunt ad beneficiũ
ſucceſſoris illius, qui feudum poſſedit,
in quem dominium feudi ipſo iure trã-
20 ſit, inueſtitura enim, & ſucceſſione,
dominium feudi acquiritur, *Iſern. in*
cap. ſancimus, vbi quòd ſtatim domi-
nium tranſeat,*ex l.cum hæredes*, etiam
ante iuramentum fidelitatis *Afflict. ibi*
*num.*28. *et ſeq.quo temp.miles*, quod
dominium ſemel ſucceſſione quæſitũ
ꝑmanẽs eſt,*vt ex Gabr.et Grato probat*
*d.Kinchen de veſtitur. paction.p.*3. *c.*1.
21 *num.*161.*et* 262. & ideò ſucceſſori in
feudo,vigore inueſtituræ competere
interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis
longè potentius,quàm hæredi inueſti-
to vigore teſtamenti,firmant in puncto
Iſern. Petr. de Rauen. Aluarot. Præpoſ.
et cæteri in d. §. *inter filiam, ſi de feud.*
defun.mil.Roland. Gozad. et alij relati
*per Caualcan.deciſ.*36.*num.*452.*lib.*3.
*idem Roland. et Surd.*quos citat *Dom.*

Ama-

Amatus poſteà viſus *conſ.* 100. *nu.* 89.

Hoc autem Iudicium adipiſcendæ vigore inueſtituræ dupliciter practicatur. Primo cum ſucceſſor ſimpliciter petit veteris inueſtituræ confirmationem, & ipſius vigore in poſſeſſionem feudi immitti reſpectu domini directi, & hoc eſt ſummariſſimum, quod ſine libello ſolet explicari cum non tendat
22 ad effectus acquirendi feudum iam ex ſucceſſione acquiſitum, ſed ad finē confirmandi ius, quod per prius habebat, & ex ſucceſſione acquiſierat recognoſcēdo, vt nouus dominus, & fidelitatem directo domino pollicendo, *Iſernia num.* 59. *&* 60. vbi etiam reliqui *in d.* §. *Inſuper ſi filius.*

Secundò verò, cum aduersùs petētem inueſtiturā, ſine feudi poſſeſſione
23 tertius opponit, aſſerēs actorē nō poſſe ſuccedere: ſed ipſum tertium contradictorem eſſe legitimum ſucceſſorē, vt propriè contingit in caſu noſtro, tūc non erit controuerſia inueſtituræ inter hæredem vaſalli, & Dominum, ſiuè fiſcum in Regno, ſed inter ipſos ſucceſſores, vt liquidato, ſiuè electo vero feudi ſucceſſore, in illius perſonam expediatur inueſtitura, & hoc caſu non erit iudicium ſummarium, ſed ordinarium, non ex propria natura iudicij inueſtituræ confirmatoriæ, ſed ex accidenti reſpectu tertij comparentis, quia cum inueſtitura ſit facienda in perſonā ſucceſſoris, & hoc contrauertitur, pernecesse erit vt præambulum cognoſcere, vter ex colligantibus ſit legitimus, & verus ſucceſſor, & ſic omnia, quæ ad hoc conferunt, in hoc iudicio diſcutiēda veniunt, nō per regulam poſſeſſorij, nec petitorij, ſed ad explicandum cōcernentia actuum, & diſcernendum verum, & ſolum ſucceſſorem, ſine quibus ille declarari, ſiuè in eſſe deduci, non poteſt *Iſern. in d.* §. *ſancimus num.* 10. *vbi Afflict. & Loffred. quo tempore miles, Iſern. in cap. ſciendum* §. *fin. de feudi cognitione*, reaſſumit hæc, & plurima alia formaliter, latiſſimè diſcurrendo *D. Regens de Ponte conſ.* 62. *pro Comite Triuenti à principio*, *& ex nu.* 14. *vſque ad* 32. *& præſertim num.* 15. 16. *&* 17. *vbi nu.* 19. dicit hanc eſſe communem omnium ſcholam fundatam in notorijs iuris regulis, cuius dicta ornat, & extollit *Knichen. de interd. adipiſcend. quorum bonorum cap.* 6. *nu.* 284. *& ſeq. & ſequitur nouiſſ. D. Rouit. poſtea viſus conſ.* 5. *ex num.* 10. *vbi addit plura num.* 13. quæ apud eum videri poſſunt, *& num.* 18. ſubijcit *de Ponte*,
24 qui vult ſuccedere in feudo, debere petere inueſtituram, qua probare debeat ſe talem qualem, quod debeat ad ſucceſſionem admitti, vt propriè fecit in præſenti D. Franciſcus, dum probauit gradum, & niſi probet ſe proximiorem, & habilem, denegabitur inueſtitura, etiam quod eſſet hæres inſtitutus, quia remedium legis finalis ceſſat in feudis, niſi inſtituta perſona, quæ aliàs ab inteſtato ſuccederet, velut proximior *ex Afflict. in vulgata deciſ.* 119. *in principio*, qui ita refert deciſum per rotum S. C. accedit *Freccia in* 20. *differentia feudi ex pacto*, *& hæreditarij*, ita nouiſſimè addit idem *de Ponte* iudicatum in cauſa ſororum *de Como per S. C. in Collaterali*, quod mihi accidit in cauſa propria, vbi nō obſtāte inſtitutione Lucretiæ Como ſororis ſecundogenitæ in capillo, quam enixè defendit idē *de Pōt. cōſ.* 13. *lib.* 1. ſed pro cōtraria parte ſcripſit *D. Iacob. Gallus cōſ.* 64. *pro quo iudicatum*, & immiſſa in poſſeſſionem, & prælata Laudonia Como primogenita, mea Auia paterna, tanquam vocata ex tenore inueſtituræ, non obſtante renunciatione, & teſtamento, idque ex meritis, & diſcuſſa iuſtitia cauſæ principalis, & proinde
25 ſubijcit idem *de Ponte nu.* 20. hoc iudicium inueſtituræ ſe habere in plus, & ſic plenius eſſe, quàm ſimplex poſſeſſorium adipiſcendæ, vigore *d. l. fin.* quia cum oporteat verificare petentē eſſe legitimum ſucceſſorem, neceſſariò debere diſcuti de proprietate, & dominio inter concurrentes ad ſucceſſio-
26 nem, & proinde ſententia lata in hoc iudi-

iudicio præiudicabit etiam in petitorio, *ex Bald. loco per eum citato, nu.* 21. dicentem huiuſmodi pronũciationem concernere ius hæreditarium, omnẽq; ius ipſorum ſucceſſorum, quod neceſſariò venit diſcutiendum, & determi-
27 nandum, *& num.* 23. *&* 24. hoc iudicium habere admixtam cauſam pro-
28 prietatis ex propria natura ipſius, cum ad iuſtificationem poſſeſſorij oporteat docere de titulo, *leg.* 1. §. *quædam ff. de interdictis l.* 3. §. *hoc autem, ff. de itinere, actuque priuato*, cauſa enim ipſa poſſidendi, & ſic titulus in iſtis mixtis perpenditur, qua ceſſante, ceſſat quoq; effectus, requiritur enim legitima poſſeſſio, quæ ſine iuſto titulo nõ prodeſt, *Bald. l.* 1. *num.* 6. *in fine, verſ. quæro quid C. ſi de momentanea poſſeſſione*, & plenius in repetit *l.* 1. *ex nu.* 4. *verſ. idem probatur, C. de emancipatione liberorum*. Idque generale eſſe in omni
29 poſſeſſorio, quod mixtã habet cauſã, ſiue adipiſcẽdę, ſiuè recuperãdę, ſiuè retinẽdę, cũ in his quicqd aduerſarius detrahit proprietati, detrahat etiam poſſeſſioni, præſertim cum exceptiones incontinenti probantur, nec altiorem exigunt indaginem, vt in poſſeſſorio, *ex l. tauri* 45. probat latè *Molin. lib.* 3. *cap.* 23. *ex nu.* 9. & de poſſeſſione feudi latè tradunt *Iſernia, & Afflictus in* §. *illud l. Imperialem, Decian. reſponſ.* 45. *poſt num.* 8. *verſ. item dum dicunt in primo, Verardus conſ.* 76. ſubſtantia enim poſſeſſionis in his poſſeſſorijs imbibenda, & tingenda eſt prælibata qualitate dominij *Bald. conſ.* 161. *nu.* 5. 123. *Alciat. conſ.* 5. *nu.* 9. *in* 6. & vt redeamus ad *d. conſ. de Põte*, addit ipſe, iudicium inueſtituræ fundari mediante cauſa proprietatis, & proinde fit, vt
30 ſententia lata in hoc iudicio, pariat exceptionem rei iudicatæ in petitorio ex concordi ſentẽtia, vt is teſtatur omnium ſcribentium, nemine excepto, *nu.* 26. *vſque ad* 31. Et maximè cum in caſu præſenti non petierit D. Fran-
31 ciſcus ſimpliciter immiſſionem, ſed aſſeruit ſe Marchionem Terræ Achaiæ vti filium, & primogenitum D. Corneliæ, filiæ vnigenitæ D. Alexandri, relicto ipſo ſupplicante ſucceſſuro, ex quibus verbis cenſeri deductum omne ius proprietatis, in terminis *idem de Ponte d. conſ.* 62. *poſt nu.* 31. ex quibus, & alijs verbis petitionis, nedũ ſimul iunctis, ſed ſingulis, omnia concernentia titulum, & cauſæ iuſtitiam de-
32 ducta cenſentur, à quo titulo pendere poſſeſſionis iuſtitiam, dixit *Sylu. de feudi recogn. quæſt.* 23. *nu.* 44. *Kinchen d. cap.* 135. *Et de veſtitur. paction. partium par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 228. aduerſa-
33 rius autem cum potuiſſet vti cautela tradita à *DD.* allegandi dumtaxat titulum, & non exhibendi, vt faciunt cauti Aduocati, quod vt poſt alios admonet, & laudat *Camer. in l. Imperialem car.* 8. *litera C. Dominus meus Reg. de Curt. par.* 1. *de feud. cap.* 16. *num.* 130. quem ad hoc in ſpecie citat *Maſtrill. deciſ.* 114. *poſt num.* 41. *lib.* 2. maluit tamen exhibere teſtamentum in diſpenſatione, quæ ex ſui facie apparuit nulla, & inualida, licet melius fuiſſet ei nullum exhibere titulum, quàm exhibere inualidum, *Bellam. deciſ.* 50. *num.* 1. *Peregrin. conſ.* 2. *nu.* 50. vnde meritò actor
34 obijcit D. Vincentio, tu habes titulum quo ſpoliari mereris, *Hieronym. Gigas conſ.* 14. *num.* 9. prout contingit in caſu
35 *Afflict. deciſ.* 197. vbi ideò refert fuiſſe detentorem feudi per ſententiam ſpoliatum, quia dixit ſe non habere aſſenſum, vt quod ea ratione contigiſſe teſtantur *Anna allegat.* 1. *num.* 33. paria
36 autem ſunt fateri, aſſenſu carere, quàm exhibere notoriè inualidum ex replicatione actoris in promptu nullum eſſe docentis, *Knich. d. cap.* 6. *quorum bonorum nu.* 298. *&* 299. qui enim incautè
37 producit priuilegium, quod ex ſui facie apparet inualidum, ſemetipſum excludit, quia inſpectio tituli demonſtrat veritatem, à qua ſumebat initium virtus poſſeſſionis, *vt ex Baldo in l. liberti, libertæque, propè fin. C. de oper. liber.* in puncto deciſum refert *Frãc. de Amicis* feudis interp. in ſuo opere feud. §. *ſequitur*

Digitized by Google

quitur modo poſt num. 8. *verſ. & ſimiliter car.* 244.

Secunda concluſio concernens iuſtitiam cauſæ, ſit, vt diſpenſatio Regis noſtri, non ſolum fuerit omninò nulla ex defectu ſolemnitatis formalis, & ſubſtantialis, vt aliàs latè ſcripſimus, ſed in ſe ipſa.

DVo enim expreſsè continere
38 debebat diſpenſatio, primum, quod poſſet D. Alexander vocare ad ſucceſſionem, extraneum in gradu non ſucceſſibili, & ſic incapacem, alterum verò, quod id facere potuiſſet etiam ad excluſionem filiæ, quando tempore deferendæ ſucceſſionis ſuperuixiſſet, cum tamen hoc vltimum petitum non legatur, & multò minùs conceſſum.

Replicat conuentus, ſufficere ſe in precibus expoſuiſſe habere filiam D. Corneliam, quæ ab ipſo dotata renuntiauerat: & licet rectè intuenti id ſpecificè, & expreſsè petitum videri non poſſit, cum id neceſſarium fuerit exprimere; ad finem obtinendi primum caput, iuxtà conſuetam clauſulam, *dummodo habeat ſucceſſores*, vt ex indè appareat, non fuiſſe hoc expreſſum ad alium finem, quàm obtinendi primum caput habilitandi, ſcilicet inhabilem, & maximè, cum in verbis diſpoſitiuis tàm ſupplicantis, quàm concedentis, nec verbum quidem de ſecundo capite, quinimò adiecta fuit in fine expreſſa reſeruatio iuris tertij, quæ ad nullius alterius beneficium verificari poteſt, niſi pro legitimo ſucceſſore, qui ſuperſtes eſſet, tempore delatæ ſucceſſionis. Sit tamen vera, *citrà tamen veri præiudicium*, hęc partis intelligentia, quod fuerit ex his verbis expreſsè petita facultas excludendi filiam, quia dotata renunciauerat, ex hoc ſequitur, quod ſi renunciatio prædicta fuit ex duplici defectu nulla, diſpenſatio Regis ſuper illa fundata, quæ ab initio, vel ex poſt facto euanuit, vel ſubreptitia, & innixa falſæ cauſæ, expreſsè ab impetrante, ſine qua Rex non conceſſiſſet, vel duriùs annuiſſet, conſequens eſt, vt nulla ſit iudicanda, vt optimè, & latè per *Frecciam de feudis lib. 2. q. 26.* per totum, præſertim *in fin. car.* 212. &
40 213. renunciationem autem, quam facit filia, dum à patre dotatur, renunciando ſucceſſioni feudorum deferendæ poſt mortem patris, eſſe omninò nullam ſine aſſenſu, docuit poſt antiquos in terminis M*inadous in repet. conſtitut. in aliquibus in octauo notabili poſt num.* 10. *ibi, ſed renunciationes, quæ ſolent fieri, reſpiciunt omnem caſum ſucceſſionis, ita quod poteſt comprehendi caſus, in quo renunciatio operatur effectum in fauorem alterius, qui non eſt proximè ſucceſſurus, vel etiam in fauorem ipſius fratris, quando non eſſet proximè ſucceſſurus, vt puta, quia ſoror liberos ſuſcepiſſet, tempore euenientis caſus*, hæc M*inadous*.

Vtrumque autem concurrit in caſu noſtro, quia D. Alexander pater recepit renunciationem ad hũc propriè effectum, vt inſtitueret, nedum non proximè ſucceſſurum, comprehenſum tamen in inueſtitura, *de quo loquitur* M*inadous*, ſed prorſus inſucceſſibilē, & incapacem, de quo in facto conſtat ex confeſſione D. Alexandri, dum in precibus expoſuit, *que ha renunciado ex muy ampla, y valida forma a beneficio del ſupplicante, que pueda diſponer de todos ſus bienes, y particolarmente feudales à ſu libre aluidrio, y voluntad.* Et in parte diſpoſitiua Rex ſe fundauit ſuper hoc facto, ibi, *nos autem attentis, &c. & in primis, renunciatione facta, vt aſſeritur per dictam filiam ſuam iuris, & actionis, in bonis paternis ſibi competentis, tamquam hæredi legitimę ipſius Marchionis, &c.* & ſic recepit Marchio renunciationem à filia, vt diſponeret in extraneos, prout diſpoſuit, & amplius euenit,

quod conſiderauit *Minad.* tempore euenientis caſus, ſcilicet mortis D. Alexandri, ſuſcepiſſe D. Corneliam filios, qui fuiſſent proximiores ipſius quocunque, etiam coniuncto, cui ipſa refutaſſet, quinimò prædeceſſit ipſa patri, ſuperſtitibus filijs venientibus ex propria perſona, qui caſus eſt longè fortior, & ſic *Minadous* decidit in puncto, renunciationem in præſenti caſu factam, eſſe nullam ſine aſſenſu, doctrinam autem *Minadoi* fundari in ſolidiſſimis iuris principijs, ap-
41 paret ex eo, quod cum filia, dote recepta, renuntiat patri viuenti ſucceſſionē deferendā, de neceſſitate renunciatio non importat ſimplicem abſtenſionem, ſiuè abdicationem, ſed ſapit neceſſariò ſucceſſionem, & partis legitimę, anticipatam perceptionem, *D. Reg. Rouitus conſ. 46. num. 16.* &
42 ideò importat neceſſariò iurium trāſlationem, ceſſionem, & donationem, vt infinitis, probat *Conſ. de Anna conſ. 45. & num. 35. verſ. & in primis, vbi num. 55. & ſequentibus* hoc fundat decem medijs, & infert *num. 62.* ex hoc neceſſarium eſſe aſſenſum, iuxtà doctrinam *Minadoi*, *& nu. 68.* reſoluit contrarium, & dicit communem, & ita iudicatum in cauſa Beatricis Pignatellæ, pro qua obtinuit, *Dominus meus ſocer Camillus de Medicis conſil. 35. ex num. 15. ad finem* comprobans doctrinam *Minadoi* ex veris iuris principijs, *& num. 34.* fundat, nunquam
43 renunciationem hæreditatis talis deferēdæ, valere poſſe abſque aſſenſu, cū ſemper habeat tacitam conditionem annexā, ſi hæreditas ſcilicet deferatur, & ob id, velut conditionalis, non poteſt ſubſtineri, vti ſimplex, & pura, iuxtà notata *in c. 1. §. & ſi libellum de alienatione feudi paterni*; fuit etiam ex alio virtus dictæ renunciationis annullata
44 ex poſt facto; ſiquidem cum ipſa, velut conditionalis cenſeatur collata in tempus mortis patris, quo tempore purificatur conditio, iuxtà notata *in l. qui ſuperſtitis ff. de acquirenda hæredit. Dominus meus Capycius dec. 159. n. 14. quem citat Dominus meus ſocer conſil. 98. nu. 15. & 16.* & in puncto doctiſſ. *Dominus Rouitus conſ. 46. num. 32.*

Cùm ante mortem D. Alexandri prædeceſſerit D. Cornelia, ſuperſtitibus D. Franciſco, quē tuemur, & alijs filijs, renuntiatio omninò euanuit, ac ſi nunquam facta fuiſſet, adeò vt D. Franci-
45 ſcus primogenitus venerit ex propria perſona ad feudorum aui ſucceſſionem, quamuis fuerit hæreş matris ſuæ, vt ex communi, & magis communi, & pluries iudicatum, & inconcuſsè ſeruatum, teſtantur *D. de Franchis deciſ. 67. ex num. 7. ad finem*, *Regens de Ponte conſ. 40. num. 6. doctiſſ. Dominus Georgius allegat. 30. num. 33. vſque ad num. 43. Morotius conſil. 22. in primo dubio*, *Conſiliar. de Anna conſ. 92. num. 43. Peregr. de fideicommiſſ. art. 52. num. 93. car. mihi 308.*

Ex quo ſequitur, quod ſi D. Franciſcus venit ex propria perſona, ipſe erit ille tertius, cuius iura voluit iuſtiſſimus Rex reſeruare in dicta diſpenſatione, in clauſula de per ſe principaliter adiecta, non in exequutiuis; videns enim Rex, ſupplicantem feciſſe mentionem de D. Cornelia filia, & q̄ ipſa renuntiauerat in valida forma, voluit, ipſius, & ſuorum deſcendentium iura reſeruare, quatenus ſibi, vel filijs, renuntiatio non obeſſet, & ex propria perſona, vt tertius veniret, qui caſus propriè accidit, vndè reſoluta renuntiatione, quæ fuit vnicum fundamentum diſpenſationis, etiam iuxtà aduerſarij intelligentiam, omninò diſpenſatio inanis, & inefficax redditur.

Tertia Concluſio.

46 Diſpenſationem, non ſolùm ipſo iure nullam ex defectu exequutorialis, & regiſtrationis in tēpore non factæ ex *Pragmatica* cum clauſula decreti annullatiua, q̄ ipſo iure irritat quoſcunque aſſenſus, & priuilegia

legia, quæ cenſentur conceſſa ſuſpenſiuè,& demum lapſo tempore,reſolūtur, & redeunt ad ſua principia attractiua, quæ totū annihilāt,*vt ex Bald.& alijs ultrà loca citata,fundat D. Reg. de Ponte de aſſenſ.Regijs* §.9. *num.*3.& 4. *poſt Dominum meum Capycium deciſ.*
47 9. vbi quod clauſulæ decreti irritantis à ſuperiori adiectæ, tanta eſt vis, vt nec etiam de conſenſu ambarum partium renunriari poſſit,* & quod liget etiam ignorantes, adeò vt diſpoſitio reddatur nulla, etiam ſi pars non alleget, & ſic non eſt neceſſarium, vt pars reuocet actum, quod latiùs proſequitur *D. Petr.* ibi in vltima additione, quæ honorificè, & meritò ad hoc citat *D. Rouitus in Pragmat.* 20. *de feud. num.*2. & decem effectus huius clauſulę irritantis, omnes ad caſum præſentem accommodatos, congerit *Alexand. Barboſa de clauſulis cap.*112. verùm, eſto citrà tamen veri præiudicium, quòd non annullaret actum ipſo iure, ſed quoad effectum, tamen hoc neceſſariò eſſet intelligendum, quando ſolemnitas adhiberetur poſt annū tempore habili,iuxtà partis intelligentiam.

Sed hic fiunt teſtamentum,& codicilli vigore diſpenſationis ſub die 13. Iunij 1622. & demum poſt factum teſtamentum, & codicillos,ſubſequitur memoriale cum decretatione pro regiſtro Regiæ Cancellariæ, & fit ipſa regiſtratio die 14. eiuſdem menſis;vn-
49 de diſpoſitio præcedens facta vigore diſpenſationis, quæ eo tempore non erat vndique completa cum neceſſaria ſolemnitate,non poteſt conualeſcere, *Surdus dec.*278.*nu.*30.*Marcobrun. optimè conſ.*51.*num.*48.

Nec potuiſſet ex noua voluntate ſuperuenienti, poſt completum actum regiſtrationis dicto die 14. conualidari, niſi ex noua voluntate ſolemni, cum eadem ſolemnitate coràm ſeptem teſtibus, ſiquidem noua voluntas ſolemnis fuit neceſſaria, dum defectus
50 prouenit ex inhabilitate teſtantis, vel inſtituti, vt eſt *in caſu noſtro*, vbi nec teſtator poterat diſponere, nec inſtitutus erat capax abſque diſpenſatione, *ex doctrina clariſſima Bart. in l.* 1. §. *ſed ſi filiusfamilias, ff. de leg.* 3. *& in l. filio, num.*35. *ff. de iniuſto, rupt.* & ſic etiamſi concederemus ſolemnitatem eſſe effectiuam, non autem formalem, quod penitus negamus, adhuc diſpoſitio facta ante ſolemnitatem adhibitam, ſubſiſtere non poſſet, addo nunc *Dom. Præſidem Amatū conſ.*69. & quod diſpenſa-
51 tiones, & decretationes memorialium, quæ fiūt, abſque cauſæ cognitione, nulla præcedente informatione contrà diſpoſitionem legum, & Pragmaticarum, ſint nullæ, & inualidæ, & Principem præſumi in illis circumuentum, *idem de Ponte de diuerſis prouiſ.* §. *multoties petunt num.*11. & 12. & *nu.* 19. quod actum iam irritatum ſubſequens diſpenſatio non confirmat, neque prodeſſe poſſit, *idem de Ponte conſ.*1.*nu.*50. *in* 1.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio omnia expreſsè continere debet, quæ obſtare poſſunt, idque ſpecificè, & expreſsè nu.*2.

3 *Diſpenſatio Regis, vt vlterior agnatus in feudo hæreditario admittatur, ſtante renunciatione filiæ, redditur nulla, vt ſubreptitia innixa falſæ cauſæ, ſi renunciatio non adeſt, vel non eſt legitimè facta præſertim, ſi Rex diſpenſando ſe fundat in illa num.*5.

4 *Renuntiatio facta per filiam patri tempore dotationis ſucceſſioni feudorum deferendæ, nulla eſt ſine aſſenſu,& nu.*7. *&* 8.

6 *Filia, quæ dote recepta,renuntiat patri, non ſolum ſe abſtinet, & ſic renuntiatio importat abſtenſionem, ſed importat iuris tranſlationem.*

9 *Renunciatio ſucceſſioni deferendæ, tacitam*

O 2

citam continet conditionem, ſi ſucceſſio deferatur. & ſic vti conditionalis, non ſubſiſtinetur vt ſimplex refutatio.

10 *Renuntiatio prædicta cenſetur collata in tempus incertum paternæ mortis, cum viuentis nulla ſit hæreditas.*

11 *Filius renunciantis, matre decedente, ante quàm ſucceſſio deferatur, poteſt ſuccedere ex propria perſona licet ſit hæres matris renunciantis de comm. & magis comm. & ita pluries iudicatum num. 12.*

13 *Teſtamentum, vel diſpoſitio, quibus teſtator vocauit agnatum vlteriorem, excluſo proximiori nulliter facta, non potuit reconualeſcere ex ſuperuenienti regiſtratione neceſſaria pro conualidatione prædictæ diſpenſationis, cuius vigore erat faciendum teſtamentum.*

14 *Teſtator etiam ex noua voluntate ſuperuenienti non poteſt facere, vt reconualeſcat teſtamentum nullum ex inhabilitate teſtantis, vel inſtituti, niſi coràm ſeptem teſtibus.*

ARGVMENTVM.

Roboratur motiuum, de quo in præcedenti controuerſia agitur in diſpenſatione ſpecificè exprimenda eſſe omnia obſtantia, nec ſufficere mentionem facere de renunciatione facta per filiam tempore donationis, dum ipſa renunciario erat nulla ex defectu aſſenſus, ſicut teſtamentum factum vigore diſpenſationis nullæ, ex ſuperuenienti ſolemnitate reconualeſcere non potuit.

Pro eodem.

CONTROVERSIA XVI.

Confirmando motiuum, de quo in priori controuerſia, diſpenſationem obtemptam à D. Alexandro de Montibus prodeſſe non poſſe D. Vincentio hæredi Inſtituto; ſiquidem duo
1 expreſsè continere debebat diſpenſatio. Primum, quod poſſet D. Alexander vocare ad ſucceſſionem extraneum in gradu non ſucceſſibili, & ſic incapacem, alterum verò, quod id facere potuiſſet etiam ad excluſionem filiæ, quando tempore deferendæ ſucceſſionis illa ſupereſſet. cùm tamen hoc vltimum petitum non legatur, & multò minùs conceſſum.

Replicat aduerſarius, ſe in precibus expoſuiſſe habere filiam D. Corneliam, quæ ab ipſo dotata renunciauerat, *en muj ampla, y valida forma &c.* ex quo infert ſufficienter expreſſiſſe, ſe velle vocare vlteriorem agnatum ad propriæ filiæ excluſionem.

Et licet rectè intuenti, id ſpeci-
2 ficè expreſsè petitum videri non poſſit, cum neceſſarium fuerit exprimere ſe habere filiam, & ſic legitimum ſucceſſorem, quia alioquin Rex non conceſſiſſet poſſe vlteriorem agnatum vocare, & ſic cum fuerit id neceſſarium exprimere ad finem obtinendi primum caput, iuxtà conſuetam clauſulam *dummodo habeat ſucceſſores &c.* non exinde infertur fuiſſe hoc expreſſum ad alium finem, quàm obtinendi primum caput, & maximè, cum in verbis diſpoſitiuis tàm ſupplicantis, quàm concedentis, nec verbum quidem de ſecundo capite quinimò adiecta fuit expreſſa reſeruatio iuris tertij, quæ in nullo alio verificari poteſt, niſi in legitimo ſucceſſore.

Sit

Sit tamen vera hæc partis intelligentia, citrà tamen veri præiudicium quod fuerit ex his verbis expreſsè petita facultas excludendi filiam, quia dotata renunciauerat; ex hoc ſequitur, quod ſi renunciatio prædicta fuit ex duplici defectu nulla, diſpenſatio
3 Regis fundata ſuper renunciatione nulla ab initio, vel quæ ex poſt facto euanuit, vel ſubreptitia, & innixa falſæ cauſæ expreſsæ ab impetrante, ſine qua Rex non cõceſſiſſet, vel duriùs annuiſſet, conſequens eſt, vt nulla ſit iudi-
4 canda: renunciationem autem, quam facit filia, dum à patre dotatur, renunciandò ſucceſſioni feudorum deferendæ poſt mortem patris, eſſe omninò nullã ſine aſſenſu, quem certum eſt hic non fuiſſe adhibitum, docuit poſt antiquos in terminis propriè noſtris *Minad. in repet. Conſtit. in aliquibus in 8. notab. poſt num.* 10. ibi, *ſed renunciationes, quæ ſolent fieri, reſpiciunt omnem caſum ſucceſſionis, ita quod poteſt comprehendi caſus, in quo renunciatio operatur effectum in fauorem alterius, qui non eſt proximè ſucceſſurus, vel etiam in fauorem ipſius fratris, quando non eſſet proximè ſucceſſurus, vt puta quia ſoror liberos ſuſcepiſſet tẽpore euenientis caſus*, hęc *Minad.* vtrumque autem concurrit in caſu noſtro: quia D. Alexander pater recepit renunciationem ad hunc propriè effectum, vt inſtitueret, nedum non proximè ſucceſſurum cõprehenſum tamen in inueſtitura de quo loquitur *Minad.* ſed prorſus inſucceſſibilem, & incapacem, & hoc in facto conſtat ex aſſertione ipſius D. Alexandri, dum in precibus expoſuit, *que hà renunciado en mui ampla, y valida forma à beneficio del ſupplicante, que pueda diſponer de todos ſus bienes, y particularmente feudales à ſu libre aluidrio, y voluntad.*
5 Et in parte diſpoſitiua Rex ſe fundauit ſuper hoc facto, ibi *nos autem attentis &c.* & in primis renunciatione facta, vt aſſeritur per dictam filiam ſuam, iuris, & actionis in bonis paternis ſibi competentis, tanquam hæredi legitimæ ipſius Marchionis &c. & ſic recepit Marchio renunciationem à filia, vt diſponeret in extraneos, prout diſpoſuit. Et amplius euenit, quod conſiderauit *Minad.* quod tempore euenientis caſus, ſcilicet mortis D. Alexãdri, ſuſceperat D. Cornelia filios, qui fuiſſent proximiores D. Corneliæ, cuicumque etiam coniuncto, cui ipſa refutaſſet, quinimò prædeceſſit ipſa patri ſuperſtitibus filijs venientibus ex propria perſona, qui caſus eſt longè fortior, vt infrà, & ſic *Minad.* decidit in puncto caſum pro nobis, huiuſmodi renunciationem nullam eſſe ſine aſſenſu. Quomodo igitur ſubſtineri poteſt diſpenſatio fundata per Regem in renunciatione, quam aſſeruit D. Alexander ſe habere in forma valida, & reperta eſt in forma omninò nulla, & penitus inualida. Quod autem doctrina Minad. fundetur in ſolidiſſimis iuris principijs, apparet ex eo, quod cũ
6 filia dote recepta à patre renunciat in manibus patris viuẽtis, ſucceſſioni paternæ deferendæ, de neceſſitate non importat ſimplicem abſtenſionem, ſiuè abdicationem, ſed cum ſapiat ſucceſſionem, & partis legitimæ perceptionem, quia dotatio eſt anticipata ſucceſſio *D. Rouitus conſ. 46. nu. 16.* ideò de neceſſitate importat iurium tranſlationem, ceſſionem, & donationem, vt infinitis author. probat *Conſ. de Anna conſ. 45. ex num. 35. verſ. & in primis, cum ſeq.* & præſertim *num. 55. & ſeq.* vbi hoc probat decem medijs, & refert *num. 62.* quod ex hoc omninò neceſ-
7 ſarius eſt aſſenſus, iuxtà doctrinã *Minad.* in prædicto loco vbi *num. 62.* reſoluendo controuerſiã, dicit hanc eſſe comm. & ita iudicatũ in cauſa Beatricis Pignatellę, pro qua optimè ex iuris principijs per veros terminos ante *Fab. de Anna* allegauit, & obtinuit *Dominus Socer inter oratores noſtri tẽporis maximus Camill. de Medicis in ſuo conſ. 35. ex nu. 15. ad fin.* vbi comprobat doctrinã *Minad. & nu. 34.* fundat,

O 3 quod

Digitized by Google

quod nunquam renuntiatio hæredita-
8 tis deferēdæ valere poſſit ſine aſſenſu,
cum non poſſit eſſe ſimplex, & pura,
ſed ſemper neceſſariò ſit ſubintelligē-
9 da conditio, ſi hæreditas deferatur, vn-
de cum ſit conditionalis, ſiuè conuen-
tionalis, eſt impoſſibile, ipſam ſubſtine-
ri vti ſimplicem refutarionem, quæ nō
aliter valere poteſt, niſi ſit abſolutè
ſimplex, & pura, iuxtà not. *in cap.* 1. §.
*et ſi libellum de alien. feudi patern cum
ſimil.* fuit etiam virtus d. renunciatio-
nis ex alio annullata ex poſt facto, ſi-
quidem, cum ipſa, velut conditionalis
10 cenſeatur collata in tempus mortis
patris, quo tempore purificatur condi-
tio, cum viuente patre, renuntiatio non
potuerit ſortiri effectum, ex quo nullū
ius ſibi competere poterat, vt not. *in l.
qui ſuperſtitis ff. de acq. hæred. Dominus
meus Capyc. deciſ.* 159. *num.* 14. quem
citat *Dominus meus Socer conſ.* 98. *nu.*
5. *&* 16. & in puncto *doctiſſ. Regens
Rouitus conſ.* 46. *num.* 32. cùm ante
mortem D. Alexandri prædeceſſerit
D. Cornelia, ſuperſtitibus D. Fran-
ciſco Protonobiliſs. quem tuemur, &
alijs filijs, renunciatio omnino euanuir,
ac ſi nunquam facta fuiſſet, adeò vt D.
11 Franciſcus primogenitus venerit ex
propria perſona ad feudorum aui ſuc-
ceſſionem, quamuis fuerit hæres ma-
tris ſuæ, vt de comm. & magis comm.
12 & pluries iudicatum, & inconcuſsè
ſeruatum, teſtatur *D. de Franch. deciſ.
67. ex nu. 7. ad fin. Reg. de Ponte conſ.*
40. *num. 6. Conſ. de Georg. allegat.* 30.
num. 33. *& allegat.* 23. *poſt num.* 43.
*Morot. reſp. 22. in primo dubio, Conſ. de
Anna cōſ. 92. n.* 43. Vnde annullata, &
reſoluta virtute renunciationis, quæ
fuit fundamentum diſpoſitionis iuxtà
aduerſarij ſenſum, omninò diſpen-
ſatio corruere debet. Vltimo teſta-
mentum eſt factum die 13. Iulij
1622. tempore, quo prima conceſ-
ſio diſpenſationis teſtandi in vlteriorē
agnatum facta per S. Maieſtatem, erat
iam expirata, & reſoluta, ſiquidem di-
ſpenſatio conceſſa Neapoli pro faciē-
do regiſtro, & regiſtratio ſubſequens,
quibus erat conualidanda prima, &
originalis Regis diſpenſatio, ſubſequu-
13 tæ ſunt die 14. eiuſdem, vnde teſta-
mentum præcedens nulliter factum
nullo modo potuit ex ſolemnitate ſu-
peruenienti reconualeſcere *Surd. dec.*
278. *nu.* 30. *Marcobr. conſ.* 51. *num.* 48.

Nec etiam, ſi noua voluntas ſuper-
ueniſſet, quæ non eſſet ſolemnis corā
ſeptem teſtibus, adhuc eſſet nullum,
14 quando, ex inhabilitate teſtātis, vel in-
ſtituti diſpoſitio fieri non potuit *Bart.
in l. 1. §. ſed ſi filius familias ff. de leg.
3. & in l. filio nu. 35. ff. de iniuſto rupto,*
vnde, & ſi cōceſſerimus ſolemnitatem
eſſe effectiuam, nō autem eſſentialem,
quod negamus, dum teſtamentum eſt
factum ante adhibitam ſolemnitatem
reconualeſcete non poteſt.

SVMMARIVM.

1 Caroli V. Conſtitutio *recenſetur circa priuilegia à Regia Curia obtenta, & infrà annum Proregi non præſentata.*

2 *Eiuſdem Pragmat. optimus interpres fuit* D. Regens Ponte *in locis hic citatis.*

3 *Commemoratæ ſanctionis Imperialis verba deſcribuntur.*

4 *Literæ exequutoriales eiſdem priuilegijs poſt annum à Prorege impetratæ omnimodè nullitatis vitio laborāt, et de ratione, numer. ſequentib. iuncto num.* 39.

5 *Diſpoſitio quælibet ad certum reſtricta tempus, vlterius non progreditur idque multis illuſtratur ſimilibus, et num. ſeqq.*

6 *Permiſſio temporalis, probibitionem includit poſt tempus permiſſum.*

7 *Affirmatiua coarctata ad certum tēpus, eo elapſo inducit negatiuam.*

8 *Priuilegium interdum eſt temporale, & poſt illud tempus expirat, idque ampliatur.*

9 *Mora purgatio excluditur propter temporis*

Digitized by Google

poris limitationem à lege, vel Statuto factam, ſeu præſcriptam.

10 Ius omne remittere, ſeu renunciare cenſetur, qui non exequitur id, quod in tempore omninò debet adimplere.

11 Temporis lapſus, & renunciatio pari paſſu ambulant, ſeu æquiparantur.

12 Renunciatio tacita quandoq; pluſquã expreſſa operatur.

13 Temporis limitati à lege, vel ſtatuto, vel ab homine plures ſunt effectus, & num. ſequen. vbi nec de libertate curatur.

15 Solemnitas eſt duplex, vna ante actũ altera poſt actum adhibenda, & inter vtramque magnum intercedit diſcrimen, quod interdum ceſſat, vt infrà nu. 21.

16 Bart. traditio in l. vniuerſa num. 7. C. de precib. Imper. offer. circa teſtamenti inſinuationem, quo pacto intelligenda.

17 Temporis præfinitio formam importat, qua neglecta, ſtatim nullitas actus inducitur, & num. 34.

18 Contrahentes poſſunt recedere à contractu, non obſtante iuramento, non autem à forma per legem præſcriptam.

19 Subſtantia variatur etiam ex tempore.

20 Extenſio de tempore ad tempus, ceſſat etiam in fauorabilibus.

21 Forma à ſtatuto, quando inducta dicatur.

22 Tempus, quodcunque à ſtatuto requiſitum, eſt peremptorium.

23 Verbum ſtatuere, eſt noui iuris inductiuum.

24 Anni prædicti tempus, computatur à die datæ eorundem priuilegiorũ, ſicq; continuum eſt, & currit de momento ad momentum.

25 Super eodem articulo actus nulli, vel validi ob ſpretã ſolemnitatem à ſtatuto requiſitam, alia Bald. Iure Conſulti pariter, ac philoſophi eminentiſſimi, affertur traditio, quæ vti notabilis, & vera recipitur, & commendatur.

26 Pragmaticæ ponderatio in illis verbis intrà dictum tempus.

27 Participij, Gerũdij, ac relatiui, qui, quæ, quod, vis, atque natura.

28 Verba hæc nullius momenti, quid importent.

29 Vniuerſalis negatiua plus negat, quàm vniuerſalis affirmatiua affirmat.

30 Verba quædam recenſentur, formam inducentia, quæ non poteſt per æquipollens adimpleri, & num. 39.

31 Geminationis vis, atque effectus.

32 Verba futuri temporis in quo differãt à verbis præſentis temporis; verbi declaramus, natura.

33 Clauſula, ex nunc pro tunc, cuius ſit virtutis.

35 Pricicipis indignationem incurrens, qua pœna plecti poſſit.

36 Actus nullitas inſurgit vltrà pœnam à ſtatuto inflictã alicui facto, & de ratione.

37 Verba priuatiuà potentiæ, & poteſtatis, cuius ſint effectus.

38 Verbum præciſum eſt dictio omninò, cuius vis, atque natura expenditur.

39 Actus corruit, ſpreta forma etiam in minimo, idq; obtinet etiam in cauſis pijs, & fauorabilibus, & de ratione.

40 Clauſula citrà præiudicium iurium fiſci, & partium quid importet.

41 Succeſſorem legitimum interdum contineri tertij appellatione, non eſt nouum, nec extraneum.

42 Pragmaticæ prædictæ diſpenſatio à ſolo Rege obtinenda, cuius ſecunda iuſſio vulgo dicitur, le ſopracarte.

43 Doctori atteſtanti de conſuetudine aduerſus legem ſcriptam vigente extrà terram, quam inhabitat, non creditur, ſed de proprij domicilij conſuetudine teſtimonium ferenti, fides adhibetur, præſertim ſi is ſit Doctor inſignis num. 46.

44 Styli vis regulariter eſt magna, quæ interdum ceſſat, vt hic, & num. 48.

45 Conſuetudo iuri communi præiudicialis, vt inducatur, plura de neceſſitate exigũtur, quæ ex ordine hic recẽſẽtur.

47 Sta-

Digitized by Google

47 *Statutum vſu non fuiſſe receptum, alleganti incumbit onus plene probandi.*

49 *Vicarij generalis poteſtas interdum limitata.*

50 *Inferioris poteſtas, quando ceſſet, & num. 52. ampliatur, vt nec ſuffragetur conſuetudo, & 54. & 56.*

51 *Proregis poteſtas, in quibus præ cæteris reſtringatur.*

53 *Voluntas non attenditur, quando poteſtas deficit.*

55 *Superioris aditus, vel iuriſdictio, reſtringi, vel tolli non poteſt.*

57 *Inferiori nequaquam licet tollere legem ſuperioris.*

58 *Nec legato diſpenſare aduersùs Concilium, aut Statuta Papalia, niſi ſpecificè hoc ſit datum ſibi in mandato.*

59 *Dictio*, inuiolabiliter, *tollit facultatem diſpenſandi.*

60 *Dictionis*, omninò *eadem eſt natura.*

ARGVMENTVM.

In eadem materia ſolemnitatis requiſitæ pro forma ſubſtantiali, vt inueſtituræ priuilegia, conceſſiones, & reſcripta omnia, quæ ab ipſa Regia Curia promanant infrà anni ſpatium, exequutioni demandentur per ſupremum Collaterale Conſil. Neapol. adeò, vt illius omiſſio reddat hâc nullitatem inſanabilem, quæ nullo remedio reparari poſſit, niſi ab ipſomet Rege concedendo, vt vulgò dicitur, *le ſopracarte*, de diuerſis ſolemnitatum ſpeciebus, & præcipuè, quæ dicantur ſubſtantiales, & formam inducant de efficacia nullitatis inſurgentis ex lapſu temporis, & pœnæ adiectione, & omiſſione ſtyli, de clauſula irritanti, vniuerſali negatiua, vi geminationis, & poteſtate vicarij, & reſeruatis Principi, vtiliter agitur.

Pro eodem in eadem cauſa.

CONTROVERSIA XVII.

1 EO calamitas præſentis temporis peruenit, vt contrà expreſſa, & clariſſima verba *Imperialis Conſtitut. Caroli V. Cæſaris immortal. memoriæ*, qui, dilucida ſanctione, irritauit omnia, & quæcunque priuilegia, & ſcripturas à Curia Regis noſtri inuictiſſimi emanatas, quæ infrà certum anni ſpatium tempus præfixum, non fuerint Viceregi præſentata, & ab eo exequutioni demandata, prætenditur hodiè, priuilegium diſpenſationis obtemptum per D. Alexandrum de Montibus circà ſuorum feudorum ſucceſſionem, nullo modo infrà præfixum tempus, nec exequutoriatum, nec etiam in Regia Camera regiſtratum, & ſic obſtante duplici defectu, valere.

Nec erubeſcunt aduerſarij allegare, conſtitutionem prædictam non cótinere caſum, vbi priuilegium fuerit poſt annum ex diſpenſatione exequutoriatum: idq; Proregem, & Collaterale Conſilium Neapolitanum facere potuiſſe, & ſubſtineri diſpenſationem ex ſtylo Cancellariæ, & alia quoq; effundunt, quę aliàs, priſeo tempore, fuerunt allegata; ſed quæ adeò inania viſa ſemper fuerunt, vt etiam authoritate rerum pluries iudicatarum, reiecta, & exploſa, adeò vt ad inſtar allegãtium leges abrogatas, nedum reiciendi, ſed mulctandi ſint pro calliditate aduerſarij, ſaltim cauſæ amiſſione, &
2 licet Pragmatica prædicta ſit optimè in propoſito pro nobis explanata per *D. Reg. de Ponte in ſuis conſ. 3. à nu. 16. ad 32. & conſ. 5. à num. 32. ad 65. lib. 1.* qui ita refert iudicatum, & in terminis Pragmaticam prædictam, tametſi requirat ſolemnitatem adhibendam poſt actum, iam in eſſe deductum, tamen illius omiſſionem, ſtatuto tempore impor-

portare nullitatem actus, nedũ quoad effectum, ſed etiam ipſo iure, adeò vt nullo remedio reparari,nec reintegrari poſſit actus reſolutus, & funditùs extinctus.

Vt tamen omnis nebula ceſſet. Primò fundabimus pragmaticam expreſſiſſimè decidere præſentem caſum, vt nullo modo exequutoriatio poſt annum fieri poſſit, ipſamq; expreſsè, & dilucidè inducere nullitatem actus, nedum ab effectu, ſed ipſo iure ex pluribus,ita vt,neque ex vllo ſtylo præſertim inferioris,etiamſi aliquis adeſſet, vt verè non adeſt, actus extinctus reuiuiſcere poſſit, niſi ſolus Rex de nouo diſpenſaſſet, cum ſecunda iuſſione, vulgò dictæ, *le ſopracarte*, qui verus eſt ſtylus, & ita ſemper iudicatum,nec
3 vnquam cõtrariũ admiſſum. Et quoad primum verba *Pragmaticæ* fideliter refert *Regent de Ponte d.conſ.* 3. *poſt n.*16.

4 Quibus clariſſimè deciditur, vt poſt annũ nullo modo,aut q̃ſito colore poſſint concedi literæ exequutoriales à
5 Prorege,ſiquidem ea eſt vis,& natura diſpoſitionis cuiuſcunque ad tempus limitatæ, vt non extendi poſſit vltrà tẽpus præfixum, *l. Imperator ff. de poſtuland.l.*4.*ff. de ſeruitut.l.ſi ita quis ff. de vulg.& pupill.l.ſtatu liber* §.*ſticchus ff. de leg.*2. *l.Pater filium* 36.§. *fundum ff.de legat.* 3.*l.ſi minor.ff.de verb. oblig. l* 1. & 2. *C. de ijs,qui in exilium dati, vel ordine moti ſunt lib.*10.*cap. præſentium*, *de cler. percuſſor.* cum concord. *per Dec.conſil.*61. & protenus in fine *Pariſ. conſ.* 25. *num.*13. & 14. *in ſecundo,Prot.conſ.*61. *num.*14. & infinitos congerit *Tiraquell. de retract. conuent.*§.1.*gloſ.*2. *ex num.* 46. vbi latiſ-
6 ſimè probatur,permiſſum infrà certum tempus cenſeri poſteà omninò prohibitum,& *num.* 47. reddit rationem *ex*
7 *Bald.* quod affirmatiua limitata ad tẽpus, inducit negationẽ poſt illud, ſubdens,illum,qui errat in calculo,debere ſibi, imputare ſi tempus labatur, quia poſt remedium fruſtrà intentaret, & loquitur in tempore præfixo à ſtatuto pro validitate, & efficacia priuilegij,vt
8 finito, tempore priuilegium omninò expiret, idque fieri probat ipſo iure, ita vt, nec etiam fauore libertatis,tempus conſtitutum ad aliquod faciẽdum protrahi poſſit *ex tex. in l. Thais* §. *intrà tempora ff.de fideicomm.liber.* & *in l.ſticchus* §. *Titius ff.de ſtat.lib.*& id, in vniuerſum, & omni caſu procedere probat *num.*48.*in fine*,& alibi *DD.* dicũt,quod cum à lege, vel ſtatuto,tempus ſtatuitur, nõ admittatur q.s ad purgandam moram,etiamſi id in lege, vel ſtatuto adiectum non fuerit *l. vltima ff. de decret. ab ord. faciend.* & *l. hoc commiſſa C. de adulter*, *vt ex Innoc. Alberic. Bald. Angel Panor. Card. Anchar. Imol. Alexand. Guid. Pap. Felyn. Socin. Afflict.* & alijs innumeris probat *idem Tiraquell.* loquens de termino præfixo à lege, & fortiùs à ſtatuto *de retract.conſ.*§.3.*gloſſ.*4.*num.*2. & *ſeq.*
10 vtrobique probat,omittentem obſeruare id quod in tempore faciendum erat,cenſeri ius omne remittere, ſiuè
11 renunciare; quinimò temporis ipſius lapſum habere vim renunciationis,paria enim ſunt,quem excludi tempore, vel rununciatione *l.bonorum ff. rem*
12 *rat.hab.* & *in d.*2.*retractu*,§.1.*nu.*51. & 52. illud addit, magis nocere hanc tacitam renunciationem, quæ inducitur ex lapſu temporis propter legis authoritatem, quàm expreſſam,quod latiùs proſequitur idem *Tiraquel. poſt ll. cõnub.gloſſ.*7.*verbo ex expreſſ.ex n.*75. cum plur. ſeq.vbi pulchrè loquitur.

Tantaque eſt vis, & potentia temporis limitati adiecti in lege, vel ſtatuto requirentis, vt quid fiat infrà certũ tẽpus,vt illius virtus, & efficacia non proueniat ex vi argumenti à contrario ſenſu,ſed expreſsè ab ipſamet lege,vel ſtatuto, & verbis ipſius,& vt ipſius ſermonis limitati,in ſenſu ſcilicet directo non contrario,& ob id,hæc interpretatio admittitur etiam in ſtatutis, atque etiam aduersùs ius commune, & ad ipſius correctionem *Bald. in l.obſerua-*

re

re §. *proficiſci in* 3. *quæſt. num.* 5. *ff. de offic. proconſ.* extollit hoc latiſſimè exornans, *idem Tiraq. in d.* 2. *retract.* §. 1. *gloſſ.* 2. *nu.* 49. *verſ. & hæc quidem omnia, Menoch. in puncto conſil.* 151. *num.* 46. *&* 48. *lib.* 2.

Et ex recentioribus, vltrà congeſtos per *Tiraq. Surd. conſ.* 294. *ex n.* 5. *&* 6. vbi cumulat *Roland. Cephal. Beccium*, & cęteros moderniores *lib.* 2. & exemplis, comprobat, *idem Surd. Dec.* 75. *ex num.* 1. *ad* 7. *deciſ.* 207. *nu.* 18. *&* 244. *num.* 11. Idq; procedere generaliter tàm in ſtatutis, quàm in priuilegijs, in contractibus, & conuentionibus quibuſcunque, & in vltimis voluntatibus, & termino ad aliquid adimplendum conceſſo per teſtatorem, in decreto, vel ſententia Iudicis, & in omni prorſus diſpoſitione, probat latiùs diſcurrendo *Carrotius deciſ. ſeu caſu* 76. & cum his eruditiſſimè conuenit *Syluest. Aldobran. Pontificiæ prolis genitor, conſ.* 17. *num.* 3. *&* 11. *Affiict. Alban. Soccin. iun. Mantica, Menoch. Decian. Vaſquez Seraphin. Cardinal. Tuſcus, Peregrinus Leander Galganetius*, & alij quorum dicta longa ſerie recenſendo comprobat alter *Hyſpan. Caſtill.* 4. *tomo de coniectur. & interpr. vlt. volunt. cap.* 25. *ex nu.* 11. *vbi n.* 14. affirmat generaliter id accipiendum in quacunque diſpoſitione, in qua certũ, & taxatum tempus ſtatuitur ad aliquid faciendum, vt lapſo tempore, diſpoſitio ſit nulla, & excludatur priuilegiatus à beneficio ſibi conceſſo, etiamſi ageretur de libertate, & iterũ *cap.* 36. *ex num.* 11. *verſ. tempus* namque, vbi addit *Couarr. Ludou. Molin. Caſtell. Gregor. Lopez, Tellum Matthienſ. Sarmient. & Miereſ.* & tandem latiſſimè *cap.* 45. *ex nu.* 25. *ad finem*, & cum his nouiſſ. *Gratian. diſcept. l.* 3. *cap.* 526. *n.* 10. & in literis, & reſcriptis Principũ, vt iuſſum vno tempore fieri, vel vna die, ad alterã non producatur in term. *Rimin. iun. conſ.* 33 *poſt nu.* 15. *et verſ. et permiſſum lib.* 1. vbi *nu.* 16. *& ſeq.* pulchras reddit rationes decidentes caſum noſtrum, quia limitati temporis tanta eſt vis, vt eo lapſo, contrariam inducat diſpoſitionem, *vt ex Baldo, Angelo, & Surdo refert Giurb. deciſ.* 9. *num.* 3.

15 Nec obſtat, ꝙ ſolẽnitas requiſita poſt actum in eſſe deductum, ſiuè formatum non annullat actum ipſo iure, ſed tantũ quoad effectum, ex vulg. doctrin. *Gloſſ.* vbi *Bart in l. vniuerſa C. de precib. Imper. offer.* licet aliud ſit in ſolemnitate, ꝙ debet interuenire in ipſo actu à principio, quam diſtinct. dixit *Iaſ. ibidem num.* 8. ſequi totum mundum; ſiquidẽ hæc diſtinctio in primo ſcilicet capite non procedit, vbi lex, vel ſtatutum exigit ſolemnitatem, licet poſt actum, cum certi tamen, & limitati temporis præfinitione, ſiuè taxatione, vt præmiſſa diſputatione doctiſſimè reſoluit *Angel.* in ſuo ſolemni *conſ.* 36. pro deciſione quæſitorum, vbi poſtquam in principio, *vſque ad num.* 3. *verſ. ſecundò præmitto*, declarauit plena manu terminorum diſtinct. *in fin. ante num.* 5. *verſic. & redeundo*, hoc docuit diſtin-
16 guendo ſex tempora, & in ſpecie declarat dicta *Bart. in d. l. vniuerſa nu.* 7. *verſ. item hoc ſtatutum*, qui in exemplo ſtatuti, quod teſtamentum debeat inſinuari certis menſibus, alias non valeat, videbatur contrarium innuere, vt intelligi debeat *Bart.* exemplum, ante ſcilicet moram completam ex lapſu temporis præfixi, dum eſt in ſuſpẽſo, ſecus verò poſt lapſum temporis. cuius *Angel.* deciſio, & intelligentia ad doctrinã *Bart.* nedum eſt veriſſima, ſed neceſſaria, quia alioquin contradiceret concordi omnium *DD.* ſententię dicentium, tempus conſtitutionis, vel
17 ſtatuti importare formam, adeò vt ſi non obſeruetur, cenſeri in forma peccatum, & ideò actus indiſtinctè redditur nullus, *vt ex l. ſcire etiam oportet* §. *conſequens* ibi, *non aliter audietur, quã ſi obſeruaueris, conſtitutionis tempus, ff. de excuſat. tutor.* probat in ſpecie *Bald. in author. quæ ſupplicatio in fin. in* 3. *notab. C. de precib. Imper. offer. & in l.*

om-

omnes Populi poſt nu.26. verſ. itē nota ſubijcit hæc verba, *itē nota, quod à forma ſtatuti non eſt recedendum, vt in l. cōſtitutionibus in fin. ff ad municip.* vndè ſi ſtatutum requirit tempus, & tu require tempus *l. Titius ff. de milit.*
18 *teſtam.* & in puncto ſtatuti præcipientis, contractum regiſtrari infrà certum tempus, conſuluit *Bald.* adeò regiſtrationem eſſe de forma, vt partes poſſint à contractu recedere, non obſtante iuramento *conſ.411. caſus talis eſt lib.3.* pleniſſimè *Felyn. in cap. cum dilecta, de reſcript. poſt nu.6.* vbi explicando materiam formæ, poſtquam in *verſic. quæ autem ſolemnitas, & in verſ. ſextum ſignum,* retulit diſtinct. *Bart. in l. vniuerſa,* & comm. inter ſolemnitatē, quæ debet præcedere, & illam quæ poteſt ſubſequi, ſubdit in octauo ſigno, quod quando conſtitutio apponit tempus, qui non obſeruat tempus, dicitur non obſeruare formam, & multis comprobans, extollit *Cotta in memoriali, verbo tempus conſtitutionis, vel ſtatuti, cum in fin.* congeſtis *à Tiraquell. in primo retract. §. 3. gloſſ. 4. num. 3. & 4.*

19 Tempus enim inducit diuerſitatem in ſubſtantia *l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de verb. oblig.* & aliud eſt, quid tali die fieri, aliud alio, ſecundum *Bart. in l. is, qui reus ff. de public. iud. & in l. denun-*
20 *tiaſſe §. quid tamen ff. de adult.* & ob id in diſpoſitione quantumuis fauorabili, non fit extenſio, vt nec de vna die dictum, ad alteram producatur, vt de litteris Regijs limitatè diſponētibus pro biennio, vlterius nullo modo extendi ex *Alciat. Capyc. Curt. iun. & alijs* conſuluit *Hyppol. Rimin. conſ. 33. num. 16. 17. lib. 1.* optimè *Caſtill. locis ſuprà citatis,* & in ſpecie *d. cap. 45. num. 38.* vbi addit *Decian. Tuſcum, & Surdum.*

21 Secundò non procedit diſtinctio, an ſolemnitas præcedere debeat, vel ſubſequi poſſit, vbi nouè aliquid ad ſolēnitatem actus per ſtatutum inducitur, ſeù fieri iniungitur, præter, vel vltrà diſpoſitionem iuris ciuilis, ex hoc enim, quod ſtatutum inducit, illud de nouo, dicitur eſſe de forma, *Ancar. Soc. Crauett. & alij, quos citat Hyppol. Rimin. in in repet. l. poſthumo nu.634. C. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* vbi purificat ſolemnitatem, quæ requiritur tēpore actus, aut per cōditionem, *ſi,* cuicunq; ſolemnitati, quæ de nouo introducta ſit per ſtatutum, vt pariter omnes cenſeantur
22 de forma, & eſſentia actus, & quod tempus quodcunque requiſitum à ſtatuto, ſit peremptorium, ità vt ſi actus celebrētur poſt tempus, ſit ipſo iure nullus, ex *Salyc. Felyn. Neuiz. Pract. pap.* & alijs latiſſimè probat *Caualc. deciſ. 13. de iudic. poſt num. 57. verſ. quia tale tempus,* & maximè, cum in caſu noſtro, nedum conſtet de nouo, vel aliter ſaltim, & ſub diuerſa forma, introductam eſſe per hanc ſanctionem priuilegiorum, & ſcripturarum regalium à Curia emanatarum, exequutoriationem, vt clarum eſt, & patet ex verbis conſtitut. ibi *cenſemus, ſtatuimus, & ordinamus,* quæ ſingula, ſicut noui iuris
23 inductiua, vt de verbo *ſtatuimus* eſt *text. in clem. fin.* vbi *gloſſ. verb. ſtatuimus de reſcript.* cum concord. tradit *Barboſa iun. de diction. in verbo, ſtatui-*
24 *mus,* verùm non ſimpliciter ſtatuitur, vt obtineri debeant litteræ à Prorege intrà annum, ſed amplius additur, *computandum à die datæ eorundem priuilegiorum, &c.* & ſic cum potuiſſet incipere curſus anni à die ſaltim, quod in Regnum deferri, & tranſmitti potuerunt ſcripturæ, dempto ſcilicet, tempore tranſmiſſionis neceſſario, & tamen noluit, ſed vt curreret continuò à die datæ, ex hoc potiſſimè enixa colligitur voluntas Imperatoris, vt tempus eſſet cōtinuum, & curreret de momento ad momentum, vnde eò fortiùs, quo temporis adiectio eſt limitata, & reſtricta, vehemētiùs operatur actus nullitatem ſolemnitate in tempore non adhibita alioquin fruſtrà adijceretur, *computandum &c.*

25 Tertiò etiam ſolemnitas, quæ debet interuenire poſt actum, & debet conſeruare actum in eſſe productum, ſi nō adhi-

adhibeatur, reddit actum ipſo iure nullum, ſi lex procedit vlterius annullando, *Bald*.enim, qui ſuo ingenio ſublimi melius omnibus loquutus eſt in hac materia vſus terminis *Ariſtot.& Auer.* vt refert *Iaſ.* loco mox citando, is inquam *Bald. in l. hi qui ad ciuilia poſt num.7.verſ.conſidera, C.de appell.* docuit, quod ſi lex dat formā actui facto, quæ forma debet conſeruare rem in eſſe, tunc, aut lex vltrà procedit annullando, & efficitur nullus ipſo iure, aut non procedit vltrà annullando, ſed dādo dumtaxat modum annullandi, & tunc valet mero iure, niſi petatur, & hanc dicit eſſe theoricam *Din.* ſequitur *Iaſ. in d. l. vniuerſa, & poſt nu. 7. alibi idem Bald.* vndè cum Pragmatica vlterius expreſsè progrediatur annullando, non autem tradendo ſolum modum, & conſtat in *verſ. priuilegia & prouiſiones, ex quibus intrà dictum tempus &c.* ſequitur, vt omninò fuerint, lapſo tempore præfixo, ipſo iure nullæ, non autem annullandæ.

26 Ponderando primò, dum iterum repetit, *intrà dictum tempus*, vt oſtenderet vim totam conſiſtere in limitatione temporis, vt ſcilicet illa ſit cauſa annullandi.

27 Secundò, participia illa *intrà annū computandum, & ſcripturæ obtinendæ, ex quibus &c.* & fortius repetitum participium reſtringit diſpoſitionem, quia reſoluitur, ac ſi dixerit, *qui computabitur, & quæ obtinebuntur*, vnde ſicut relatiuum ſine copula reſtringit *l. ea tamen adiectio ff. de leg.3.* cum concord. per *Surdum deciſ.241. nu.4.* ſicut de gerundio, quod importare neceſſitatē præſumi facere cauſam finalem, & inducere formam *Tiraquell.tractatu ceſſante cauſa limit.1. ex num.79.* & in materia ſolemnitatis requiſitæ per ſtatutum, pulchrè conſuluit *Caldas conſ. 19.num.46.* & de participio, quod importet canonem latę ſententiæ, & ſic actus nullitatem, etiamſi aliàs verba hoc non paterentur, *ex Io. Monac. Archid. Io. Andr. Bart. Imol.* probat *Tiraquell. in l. ſi vnquam, verſ. reuertatur num.62.& 64.C.de reuoc. donat.*

28 Quartò principaliter eo maximè redduntur funditùs, & ipſo iure omninò nulla priuilegia ex lapſu anni, ex verbis, quæ in dicta conſt. ſiuè Pragm. ſubijciuntur ibi *nullius efficaciæ valoris, & momenti exiſtant, & pro talibus, & vt talia, ex nūc pro tunc declaramus*, ſi enim verba illa *nullius momenti*, important, & vim habent clauſulæ irritantis, quantò fortiùs adiuncta cū tot alijs verbis, quorū quodlibet de per ſe ſufficeret, vt diſpoſitio redderetur nulla ipſo iure, dictio enim *nullus* adiuncta cum verbo *cuiuſcunque temporis*, inducit nullitatem ipſo iure, *gloſſ.in cap. innotuit*, in verbo, *nullam eſſe, de electione*, cum concordantibus *per Tiraquell. in d. repet. l. ſi vnquam, verbo, reuertatur num.202.limit.75.C.de reuoc donat.* & de clauſula *nullius momenti*, cum ſit vniuerſalis negatiua, quę videlicet vniuerſaliter neget, & proinde qualicunq; tempore loquatur, importat nullitatem ipſo iure, & canonem latæ ſententiæ, non ferendæ, nam alioquin, ſi diſpoſitio ipſo iure valeret, non eſſet nullius momenti, ſed haberet aliquid momēti, *l. an inutilis ff. de acceptilat. gloſſ. in l. ſi quis plures ff. de iure patronatus*, cum infinitis *per Tiraquell.* vbi latè exornat in dicto verbo *reuertatur nu.81. limit. 24. vbi num.85.* hanc eſſe veriorem, & magis communem, profitetur optimè *Zuccard.* videdus *in repet. in d.l. poſthumo n.629. C. de bon. poſſeſſ. con. tab. Farinac. Gonzales, & alij*, quos ad hoc citat *Alexand. Barboſ. tract. de dictioni-*

29 *bus, & clauſulis cap.193.* vniuerſalis autem negatiua, quæ ſemper plus habet virium, & robotis, efficaciuſq; obligat, ac magis præciſè aſtringit, quàm affirmatiua, *Panorm. in cap. nouit col.12. verſ. ſecundò quæritur num.34. de iudicijs*, eius etiam eſt naturæ, vt omnem etiā diſpoſitionem impediat, & facultatem diſpenſandi tollat, vt infinitis probat *Tiraquell. in d. verb. reuertatur limit.22. num.78. vbi nu.79.* pro-

probat huiuſmodi clauſulas habere vim decreti irritantis, importare canonem latæ ſententiæ, & auferre poteſtatem di-
30 ſponendi, & verba illa *aliàs non valeăt*, importare præcisè formam, adeò, vt actus non poſſit impleri per æquipollens, latè probat *Tiraquell. ad ll. connub. gloſſ. 7. num.* 141.

31 Et tantò fortiùs, cum in caſu noſtro geminatis, & repetitis verbis, adijciatur hęc vniuerſalis negatiua, ſub illis verbis *nullius efficaciæ valoris, & momenti*, vt de verbo, *uiribus euacuatur, textus eſt in cap. ſi poſtquam de electione in 6. in cap. Clericis de Immunitate Eccleſiarum eod. libro.*

Vbi autem in eadem conſtitutione adijcitur duplex, ſiuè geminatū verbū, licet aliàs ex eorum natura non importarent nullitatem ipſo iure, neque canonem latæ ſententiæ, ſed ferendæ, tamen ex vi geminationis importat canonem latæ ſententiæ, & ſic nullitatē ipſo iure, *Cotta in memorial.* verbo *geminatio verborum*, & in altero incipiente. *verba futuris temporis*, latiſſimè *Tiraq. in d. verbo reuertatur nu.* 39. *in* 4. *limit.*

32 Quintò, non procedit diſtinctio ſolēnitatis antè, vel poſt actū, quādo lex vtitur verbis præſentis tēporis, tunc enim cadit diſputatio, an actus ſit ipſo iure nullus, & ſic irritus, vel inutilis, & ſic cum effectu, quando videlicet lex vtitur verbo *futuri temporis*, ſecus verò, vbi vtitur lex verbo *præſentis temporis*, quia tunc indiſtinctè actus ſit irritus ipſo iure, *gloſſ. in l. in criminali, C. de iuriſd. omn. iud. gloſſ. Bar. & DD. in l. iubemus nulli §. ſanè, ſi hæc C. de Sacroſan. Eccleſ. Iaſon.* optimè *in d. l. vniuerſa num.* 14. *in fine*, & quod verbum, vel participium pręſentis temporis ſit canon latæ ſentetię, latiſſimè *Tiraquell. in d. verbo reuertatur ex num.* 17. *vbi in fine*, teſtatur hanc eſſe frequentiorem Doctor. ſententiam.

33 Vndè, cum Pragmatica vtatur verbo, *declaramus*, q̃ eſt præſentis temporis, ex omni capite inducitur nullitas ipſo iure, etiam quia ea eſt natura verbi, *declaramus*, & aliorum quorumcunque verborum, quæ declaratoria ſunt, vt ſemper ſint latæ ſententiæ, *gloſſ. in cap. nouit, de his quæ fiunt à Prælatis*, cum alijs *per Tiraquell. d. verbo, reuertatur nu.* 58. *in* 14. *fallent.*

33 Sextò ſpecialiter ponderatur clauſula illa, *ex nunc pro tunc*, quia ſi ſola dictio, *ex tunc* eſt latæ ſententiæ *e. cupientes §. cæterum, cum gloſſ. in verbo, ſuſpenſos, de elect. in 6.* cum concordant. *per Tiraq. in d. verbo reuertatur, limit.* 43. *num.* 117. eò fortiùs iuncta, cum dictione, *ex nunc*, quo caſu operatur, vt tempus futurum retrotrahatur ad tēpus datę, operatur enim, vt futurum tempus inſit præſenti, & vt actus videatur purè factus ex nunc à principio, *gloſſ. in clem. nolentes, verbo, ex nunc, de hæreticis, Bald. & alij in authent., contra rogatus C. ad Trebellianum*, & ſic actus cenſetur factus de præſenti tempore, prout ex nunc, latiſſimè *Tiraquell. in* 2. *retract. §.* 2. *gloſſ. vnica. numer.* 86. *Gratian. diſceptat. forenſ. capit.* 239. *num.* 18. *Cenedus ſingulari* 14. *de dictionibus, Barboſa iun. de clauſulis c.* 26. *& plures Rotæ dec. apud Caſſiod. Puteum, Creſcent. & nouiſs. congerit noſter Camill. Borrel. in ſum. dec. orbis tit.* 20. *de benefic. num.* 382. *Marta de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 54. *& par.* 2. *clauſ.* 27.

34 Septimò, vbicunque contrafacienti iniungitur pœna, ibi nullitas actus inducitur ipſo iure, etiāſi alioquin verba id nō importarent, quia vbi lapſo tempore legis, vel ſtatuti, incurritur pœna, illud tempus dicitur de forma, *Bald. in auth. iubemus ad fin. C. de iudic. Felyn. in d. cap. cū dilecta in* 8. *ſigno*, ex quo eligitur ſolēnitas de forma *in fin. de reſcript.*

Vnde, cum in præſenti Pragmatica præcipiatur tàm Viceregi, quàm omnibus, & quibuſcunque Officialibus, ſub verbis valdè præciſis *in §. quapropter, vt non contrafaciant, vel veniant, ſeu contrafieri permittant ratione aliqua, ſiuè cauſa, ſi pręter iræ, & indignationis Regiæ incurſum, pœnam etiam ducatorum mille cupiunt euitare*, omninò per-

P neceſ-

neceſsè ſequitur; vt nullitas actus inducta cenſeatur ipſo iure, ſitque canonlatæ ſententiæ, ponderando illa verba, *Officialibus conſtitutis, & conſtituendis*, vt ſic ſemper loquatur lex præceptiua, & mox *dicimus, & diſtrictè præcipiendo mandamus*, quæ ſunt verba præſentis tẽporis, & ibi *pœna vnciarũ mille adiecta*, quæ magnam ſummam continet, vt iuxtà varios mores gentium, diſcurrit *Knichen in comment. de iure Saxon. c. 5. ex nu. 11.* & ibi *prater ira, & indignatio-*
35 *nis noſtræ incurſum*, quæ Principis indignatio, quam grauis, & atrox pęna cenſeatur, apud eos videre eſt, qui dixerũt ob contemptum, extendi poſſe vſque ad mortem incluſiuè, *Caualc. de bracch. Reg. par. 2. n. 256.* & multas ſeueras pœnas includit, *ex Fulg. conſ. 191. nu. 2.* latè
39 *Knichen. d. cap. 5. ex nu. 2. ad 9.* qui eodem *c. num. 35.* pro coronide addit, quod vbi ſtatutum pœnam adijcit, etiã ſoluta pœna, actum minimè valere, quia annullatio actus, & pœna concurrunt.
37 Octauò nullitas inducitur ipſo iure, cum lex vtitur verbo priuatiuo potẽtiæ, & poteſtatis, ad iudicem directo, vt hic in Pragmatica ibi *omnia ſingula in ea contenta firmiter teneant, & obſeruent, teneriq; et inuiolabiliter obſeruari faciãt, & non contrafaciant, ſeu aliquem contraire permittãt, &c. Bart. in l. 1. C. de dilation.* ꝙ in pũcto multis exornat, & cõprobat *Tiraq. vbi ſup.* amplians, etiamſi verba priuatiua potentię, non ad Iudicem, ſed ad partem referantur.
38 Nonò, & tandem, vbicunque omittitur obſeruatio actus extraiudicialis, etiamſi non ſit adiecta per legem pœna tituli reſolutiua, & vtatur lex verbis futuri temporis, tamen omiſsio ipſius actus inducit tituli nullitatem ipſo iure, etiam abſque ſententia, vbi adſunt verba præciſa, vt eſt dictio, *omninò*, vel ſimilis, vt de cõmuni reſoluit *Iaſ. in l. 2. nu. 14. verſ. quid tenendum, C. de iure emphit.* vbi dicit, iſtam eſſe communem, vbi additio *littera E.* hoc confirmat ex *Alexand. Dec. Clar. Roland. & alijs*, & ut ucram, & communem, eam profitetur *Tiraquell. in d. verb. reuertatur num. 49.* Vnde cum hic adſint tot uerba, & dictiones præciſæ, & repetitæ, cum pœnæ adiectione, non eſt quid ulterius immoremur.

39 Sed concludere oportet, ut cum hæc ſolemnitas exequutoriationis, licet poſt conceſſionem gratiæ adhibenda ſit de forma, quod abundè probatum exiſtimo, ipſius omiſſio, licet in minimo, actum omninò uitiet, etiam in cauſis pijs, & quantumuis fauorabilibus, cũ forma ſit de genere indiuiſibilium, & quælibet mutatio, ſiuè omiſſio, formam corrumpit, cum non poſſit per æquipollens adimpleri, ut latiſs. proſequitur *Tiraquell. in 1. retract. §. 1. gloſſ. 11. ex nu. 11.* idque latiùs explicando, quid ſit forma, idem *Tiraquell. eodem tract. §. 36. gloſſ. 2. n. 26. & de ll. connub. gloſſ. 7 n. 98. 158. & 188.* & ſpecificè impleri debet etiã in his, quę ſũt nororia, & euidentia, daro etiã, quod illud adimplere ſit ſuperfluũ *Caſſan. conſ. 12. nu. 7.* & de forma à ſtatuto præfixa, tenaciter, & ad unguem obſeruãda, plura in pulchro caſu *Caldas conſ. 19. ex n. 46. & in fin.*

Et tãtò magis, cùm in caſu noſtro agatur de priuilegio diſpenſationis exorbitãti aduersùs præſcriptũ, & conſuetum ordinem ſuccedendi in feudis, ex cõſtitionibus, capitulis, & grarijs, qua extraneus, licet de familia, præferendus eſſet propriæ ſoboli, filiæ ſcilicet, & digniſſimo nepoti, quod undequaque apparet odioſum.

Quibus non obeſt ſtylus Cãcellariæ Regni, quo prętẽditur ſolere diſpenſari, *vt lapſo temporis non obſtante &c.*

40 Quia fiunt diſpenſationes p̃dictæ, cũ grano ſalis, cũ clauſula, *citrà præiudiciũ iurium fiſci, & partium*, & ità ferè ſemper ſolere fieri notorium eſt, & intentio Regentium fuit ſemper, & eſt, nolle iuri etiã in legitima ſpe quæſito, ex cõmuni forma inueſtiturarum, & conſtitutionũ, ſiuè legum municipalium Regni derogare, in præiudiciũ uocatorũ ex tenore
41 inueſtituræ, & cõſtitutionis, & legitimũ ſucceſſorem comprehendi hoc caſu appella-

pellatione tertij, in ſpecie probauit *de Ponte conſ.5. nu. 63.* in prioribus ſcriptis allegatus.

Et ità idē p̄ Coll.& Sac.Cōſ.eēties declaratum fuit, & nouiſſimè in cauſa Marchionis Arpadij cum creditoribus de anno1621.referente Conſ.Pagano pœnes Galterium, ſiuè de Litto, & in cauſa Vincētij Caraccioli de Caſadarbore,cum D. Chriſoſtoma Carrafa Principe Tarſiæ,& alijs, nec aliter vn-
42 quam intentionis fuiſſe DD. Regentium diſpenſare derogādo dictæ Pragmaticę,teſtantur tres eminentiſſimi viri, qui omnes fuerunt conſummatiſſimi Aduocati, & demū Regentes in vtroq; Conſilio etiam Hiſpanico, ſcilicet de Pōte,& de Curte feudorum interpretes,alter verò D. Reg.Rouitus eūdem gradū meritiſſimè aſſequutus,q̄ omnes teſtantur, non eſſe aliter vnquam diſpēſatum Pragmaticæ, niſi ab ipſo Rege Authore Pragmaticæ, qui dùm hoc voluit,conceſſit diſpenſationes, *vulgò dette le ſopracarte*, quod ſolū remediū ſupereſſe dicit *de Ponte conſ.72. n. 32. & poſt n.33.& ante hos Precc.in prioribus ſcriptis citatus*, quibus omninò eſt credendum,velut in noſtro foro verſa-
43 tis,& in maxima culpa fuit D. Alex. ſi omiſſis inſignibus *DD.Neapol.* conſulere maluit *Maſtr. & Mutā*, licet alioquin doctis de moribus,& conſuetudine fori *Neap.aduerſùs l. ſcriptā*, non .n.extrà curiā regionis,in qua verſatur creditur Doctori atteſtāti de cōſuetudine,cumulat author. *Maſcard.to.1.de probat.concluſ.426. num 21. & 22.*

Nec diuerſū vnquā fuit iudicatū in cauſa Maioratus Marchionis Vallis, in qua prolixè ſcripſit pro validitate diſpenſationis *b.m. Præſ. Minadous*,quinimò fuit creditoribus ſatisfactū,& idē Marchio,ſiuè ſecūdogeniti cōſenſerūt, vt quoad eos, vita, & militia, & paragium liquidaretur iuxtà maioratum,& licet multa effunderint Aduocati contrà veros terminos,his non conſidera-
44 tis,obtinere non potuerunt.Stylus autē,& ſi magni faciendus ſit, vt copioſè *Theſaur.in 1.dec.ex n.9.* loquitur de ſtylo Cancellariæ, tamen non eſt tanti vigoris,vt attendēdus ſit,ſi iura præſertim prohibitiua refragentur, vt ex *c. cū olim de cōſuet.*in ſpecie de ſtylo Cācellariæ *Gomes de infirmis reſign.q.14.n.1.*
45 Et plura requiruntur ad hoc, vt conſuetudo,iuri cōmuni,vel ſcripto preiudicet,& inter alia,q̄ ſit rationabilis, & p̄ſcripta,ex certa ſciētia,nō per errorē, & eo animo, vt vtēs crediderit ſeipſū ius habere, vt in poſterum id faceret, aliàs nō p̄deſt, & ſic ſolæ vices nō inducunt cōſuetudinē,q̄a nō exēplis,ſed legibus iudicādū, itē ſciente illo,q̄ poteſt ius cōcedere, & legē abrogare, & q̄ ſit obtenta in cōtradictorio iudicio, & plura,quæ recēſet *Gloſ.quā ſeq.cōm. DD.in c.vlt.verb.legitimè de cōſuet. & in l.de quibus,vbi Iaſ.n.33. ff. de legib. Iſer.in § ſi ruſticus n.18.* vbi *Afflict.7. notab. de pace tenenda*, quæ omnia debet articulare,& probare is,qui legē p̄ contrariū vſū abrogatā,contendit, latè *Salaz.de vſu,& cōſuet.c.8.n.10.11. & 12.* & meliùs omnibus, quos viderim in propoſito *Carolus Ant. Puteus conſ. vnico poſt cōſ.Sfort. Oddi n.93.* vbi de cōm.requiri, q̄ non fuerit obſeruatum animo contrariū inducēdi,& q̄ in contradictorio iudicio pro contraria,contrà ſtatutum,vel nō vſū,fuerit obtentū, & iudicatū,& nō ſufficere,quod ita plu ries fuerit tranſactum,ſed quod per iudices id fuerit diffinitum,vbi *nu.94.ex Crauett.*ampliat procedere, etiā quoad interpretatiuā ſtatuti cōſuetudinē, non modo derogatoriam, vt in iudicio cōtradictorio, nō per trāſactionem ſit obtenta, *& n.97. in fin.* quod in hoc ſtā-
46 dū ſit Doctoribus famoſis loci,qui de ſtatuti obſeruantia, & vigore, ſuper illius interpretatione reſpondentes, fidē faciunt, latiſſimè etiam hoc tradit *Rimin.in princ. de teſtam. ex num. 146.*
47 *in 12.notab.vſque ad nu.177.* & quod allegans ſtatutum,vſu non receptum, id plenè probare debeat, latè *Crauett. conſ.811.ex nu.8.lib.5.vbi nu.9.* quod inter alia,probāda ſit domini,& ſic ſta-

tuentis ſcientia, & quod vſus legi, aut ſtatuto planè contrarius interceſſerit *n.* 11. *ex Bart. in* §. *cū anteà in proœm. ff. vbi*; abſit à ſeculo, inquit *ipſe Bart.* vt ſtatuto per non vſum abrogetur, vt refert pluries iudicatum *Viuius in Rot. Rom. & in S C. dec.* 338. *nu.* 7. *Berous q.* 77. *nu.* 3. *Natta conſ.* 245. *nu.* 6. *Carau. ritu* 182. *nu.* 1. *Knitben in comment. de ſaxon. non prouec. iure c.* 3. *nu.* 22. & licet ſciam multos tenere, non eſſe neceſſarium, vt conſuetudo firmetur ſententijs, in cōtradictorio obtentis, cuius contrariam expreſsè probatur in *tex. clariſſ. in l. tum de conſuetudine ff. de legib. quo vtitur Gloſſ. in d. c. fin. de conſuetud. Panormit. Alex. Aret. Pariſ. & alij*, qui affirmatiuam ſequuntur, tamen etiam admiſſa negatiua eorum, qui dicunt hoc non eſſe neceſſarium, declaratur tamen procedere in actibus merè extraiudicialibus, vt quæ non ventilantur in iudicio, nec à iudice dependent, vt eſt conſuetudo teſtandi, reſtituendi dotem, ſuccedendi ab inteſtato, quæ ſunt voluntatis poteſtatis, & extrà iudicium oriūtur & fiunt, nec pertinent, nec expedicda sūt à Iudice, vel Magiſtratu de aliqua iuris neceſſitate, ſecus verò in actibus iudicialibus, qui ad Iudicem pertinent, quia in iſtis, vt conſuetudo aduersùs legem, aut ſtatutum inducatur, requiritur, quod pluries in contradictorio, ita ſit obtentum, & iudicatum *Bald. formaliter conſ.* 210. *nu.* 1. *lib.* 1. *Salyc. & Aret quos ſequitur Viuius comm. concl. tom.* 1. *cap.* 162. *verb. conſuetudo debet eſſe obtenta in fin. Maſcard. de probat. tom.* 1. *c.* 427. *nu.* 4. & in extraiudicialibus taliter conſtare debet, quod indè colligatur interueniſſe tacitum populi conſenſum, vel maioris partis, puta, quod primogenitus ſolus ſucceſſit, vel maſculus excluſit fœminas, & ità iudicatum, vel extraiudicialiter fieri, præſente maiore parte populi, & approbāte *Rimin.* ita in ſpecie reſtringens negatiuam opin. quam enixè defendit ad *d. princ. de teſtam. poſt num.* 178. *et propriè num.* 185. conſuetudinem autem iudicandi ex bira iudicatura, induci aſſeruit *D. Præſ. de Franch. deciſ.* 91. *num.* 16.

48 Nec debet attendi ſtylus contrarius ſtatuto, niſi circa ordinatoria iudicij, non autem circa deciſoria *Panorm. in cap. cum cauſam num. de electiõ.*

Et inferior non poteſt introducere ſtylum cōtrà ſtatutum Superioris, nec etiam Iudices in eorum ſententijs, vt plura in terminis latis *Caualc. deciſ.* 13. 1. *par. num.* 57. 59. 60. *& ſeq.* vbi refert *Boer.* inuehi contra illos, qui dicunt, ità fuiſſe obſeruatum, *in cōſ* 4. *n.* 46. *et* 47. Vicarius etenim, licet generalis, non mutat ea, quæ ſpecialiter ſunt prouiſa per dominum *l. ſi hominem, vbi Bart. ff.*

50 *mand.* & cum ſuperior appoſuit manus, deficit poteſtas inferioris, vt ex *vulg. cap. vt debitus honor, de appell. & Roman. conſ.* 335. *nu.* 5. *&* 350. *nu.* 11.

51 in pūcto in Prorege, quod non potuerit nullo modo alterare ordinata per Carolum Cœſarem, tradit *Dominus meus ſocer conſ.* 54. *in fin.* & vbi quid ſpecialiter à Rege prohibetur, nullam poſſe Proregis authoritatem ad ea extendi, ſed neceſſariò adeundum eſſe Regem, & ita practicatum, licet de facto aliud quidem, Proreges obſeruauerint, malè tradit *Reg. de Ponte* loquens de licentia fabricandi in ſuburbijs, *de poteſtat. Proreg. tit. de abun. ciuit.* §. 4. *ex num.* 1. *& num.* 6. quod fieri non poſſe etiamſi aliter vicarius rem fęliciter, & proſpere gerat, exemplis Romanorum, probat *Surgens de Neap. illuſtr. f.* 432. *antè finem.*

52 Nullo etenim caſu inferior, in ſuperiorem poteſtatem aliquā, vel iuriſdictionem exercere poteſt, vſque adeò, vt conſuetudo contrarium diſponens non valeat, *Archidiac. in c. inferior* 21. *diſtinct. Roccus de Curte de conſuet. nu.* 225. *cum infinitis, Schrader. de feud. tom.* 2. *part.* 10. *ſectione* 1. *num.* 42.

53 Et hoc caſu, quando ſumus in inferiore, qui non habet poteſtatem derogandi legibus, vel dandi, alia lege, vel modo

modo, quàm priuilegium maneat, fru-
ſtrà ſine dubio conſideramus illius vo-
luntatem,cui poteſtas deficiat,iura cu-
mulat,& author. *Iſer. Minad.in repet.*
conſtit.ver.Comitum num. 55.

54 Quod in tantùm procedit,vt nec per
indirectum admittendum, ne ſub quo-
uis quæſito colore inferior poſſit de-
rogare ſtatutis ſuperioris, quia eſſet
derogare ſuperioritati & intromittere
ſe in reſeruatis ſupremo Principi *l. ſi*
optio ff. qui, & à quibus, vt in puncto
plura per *Oſaſc.deciſ.Pedem.* 101. *n.* 9.
*Menoch. conſ.*716.*num.*5. *lib.* 8.

55 Et ſi liceret Proregi diſpenſare, adi-
tus ad ſuperiorem tolletetur, qui nul-
latenus eſt præcludendus *cap. venien-*
tes de iureiur. cap.ex inſinuatione de
*appell.Roman.conſ.*437.*num.*8. *cum*
infin. alijs, quæ congerit optimè ad
propoſitum *Knichen Germ.in commen.*
*de iure Saxon c.*2. *& n.*70.*&* 72.ꝓbat
inferiorẽ nõ poſſe falcẽ imponere iuri,
vel intereſſe ſuperioris,neq; reſtringe-
re, ſiuè tangere ſuperioris iuriſdictio-
nem,nec quidem in conſequentiam,
nec quidem inducendo conſuetudinẽ,
nedum ſtylum *num* 68. *&* 76. cum
planè abſurdum contineat, idem *Kni-*
chen. de veſtit. pact. par. 2. *cap.* 3.
*numer.*96. *& par.*3. *cap.*2. *num.*233.
56 in prohibitis enim, & reſeruatis,
inferior nullo modò poteſt ſe intro-
mittere *Feder.de Sen.de permut. benef.*
cap. 1.*num.*3.*tomo* 15. *tract.par.*1.nec
aliter ſuper facto Principis *Bellam.eod.*
tract.de permut. par. 3.*quaſt.*1.*nu.*11.
eodem tomo,& par.

57 Et ſicut abſurdum reputatur, infe-
riorem habere poteſtatem abrogandi
legem ſuperioris *Alberic. de ſtatu q.* 7.
58 *num.* 2.*tomo* 2. ſic etiamſi ſit legatus,
non poterit contra concilium, aut ſta-
tuta Papæ diſpenſare, niſi ſibi ſpeciali-
ter concedatur *Clem. ne Romani de*
*electiion.*cum concord. *per Ludou. Go-*
*mez. tract.de gratijs expectatiu. nu.*44.
tomo 15.*par.*1. nec vſurpare, quæ ad
ſuperiorem ſpectant. *Card. Iacob. de*
*Concil.l.*3.*art.*1.*nu.*23. *tomo* 13.*par.*1.
nec pœnam à ſuperiori indictam tol-
lere *Anton. Roſell.de indulg. num.*46.
& 72. *to.*14. prout ſublata eſſet iſthæc
Pragmatica Caroli Cœſaris, cum pœ-
na indicta, ſi paſſim liceret Viceregi-
bus diſpenſare, & diſpenſationes pro-
deſſent, abſq; noua Regis munificẽtia,
& ſic tantus ordo,& formæ obſeruatio
vno verbo,in irritũ redacta eſſet, quod
non eſt dicendum, & maximè in caſu
præſenti, vbi ſpecialiter eſt in dicta
Pragmatica ſublata poteſtas, & facul-
tas Viceregibus diſpenſandi, non ſolũ
ex ijs, quæ ſuprà diximus ſub *verſic.*
quartò perſonaliter in fin. ſed etiam ex
59 illa dictione *inuiolabiliter*, quam tol-
lere facultatem diſpenſandi, quia aliàs
non ſeruaretur inuiolabiliter, ſi aliquo
60 caſu admitteretur, diſpenſatio, ad in-
ſtar dictionis,*omninò*,quæ ſimiliter ex-
cludit diſpenſationem, in puncto pro-
bat *Socin.conſ.*115.*circa primam q poſt*
*nu.*6.*lib.*1.*ſequitur add. ad dict. Alber.*
verſ.inuiolabiliter.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica Caroli V. de priuilegijs in-
trà annum exequutoriandis, diluci-
datur,ac multa de eius vſu, & obſer-
uantia diſſeruntur.*

2 *Deciſio in cauſa Marchionis Arpady
ad eiuſdem pragmaticæ obſeruantiã,
& intellectum,adducitur.*

3 *DD.Neapolitanis teſtantibus de eiuſ-
dem Ciuitatis ſtylo,& conſuetudine
credendum magis,quàm exteris.*

4 *Stylus,et conſuetudo,ad hoc, vt per con-
trarium vſum abrogetur,plura debet
habere requiſita.*

5 *Deciſio in cauſa Marchionis Vallis ad
hoc adducitur,et explicatur, ac multa
alia exempla.*

6 *Priuilegium Marchionis Vallis, non
exequutoriatum in tempore, nullius
fuit roboris,ac firmitatis.*

7 *Deciſio adducta pro Comite Policaſtri,
in contrarium retorquetur, et Prag-
maticæ fundat obſeruantiam.*

Digitized by Google

8 *Priuilegium eidem Comiti conceſſum fuit in renuntiationem ſeruitiorum, et ſine tertij præiudicio.*

9 *Rex in præiudicium tertij de ordinaria poteſtate, diſpenſare non poteſt.*

10 *Priuilegium conceſſum Comiti Policaſtri fuit gratioſum, ſecus in caſu noſtro.*

11 *Deciſio in cauſa Comitis prædicti, explicatur, eiuſq; affertur ratio per* D. Reg. de Ponte.

12 *Collateralis Conſilij Decanus, abſente Prorege, eius vicem gerit.*

13 *Priuilegium ſemel extinctum, prorogari non poteſt, ſed noua indiget conceſſione.*

14 *Priuilegium Comitis Policaſtri primo loco conceſſum, per ſecundum confirmatur.*

15 *Principis munificentia procedere debet in poſteros, habita ratione parentum.*

16 *Fiſcus pro ſuis partibus agendis ſemper opponit, licet aliquando eius oppoſitiones non ſubſiſtant.*

17 *Sententia lata in beneficium Comitis Policaſtri adducitur, ac de ea redditur ratio, per* D. Reg. de Ponte.

18 *Priuilegium alicui conceſſum, ſi iuſta de cauſa impeditum, illud in tempore non præſentet, non ſibi præiudicat, ſed poteſt poſt annum præſentare.*

19 *Stylus, vel conſuetudo non inducitur per conceſſionem ab inferiore factam ſine cauſæ cognitione.*

20 *Priuilegia cur ita facilè exequantur in Regia Cancellaria.*

21 *Priuilegium non regiſtratum in tempore, noua indiget confirmatione, adducitur ad hoc exemplum Bernardi* Mazzulli, *ac eius redditur explanatio.*

22 *Stylus vltimus, ad morē ſeruari debet, etiamſi aliter per prius fuiſſet ſeruatus.*

23 Deciſio *cauſæ* D. *Vincentij de Montibus pro conceſſione priuilegij Capitani* Mirloz *de Crū, adducitur ad eius confirmationem.*

24 *Priuilegijs, iuſtis de cauſis diſpenſari ſolet, et Caroli Imperatoris adducuntur exempla, ac conceſſionis verba.*

25 *Pragmatica Caroli Cæſaris, validiſſimo munitur argumento, et eiuſdem affertur obſeruantiæ ratio.*

26 *Aſſenſus conceditur, vel à Regia Maieſtate, vel à Collaterali Conſilio, ac de eorum differentia.*

27 *Præſidentes Regiæ Cameræ oculati eſſe debent in ferendis decretis, nè Fiſco Regio præiudicent.*

ARGVMENTVM.

Pragmatica Caroli V. de priuilegijs intrà annum exequutoriandis, fusè explicatur, ac multa ad eius intellectum, & obſeruantiam adducuntur exempla, quæ latè explanantur.

Diſcurſus, in quo plures caſus, & deciſiones in cōtrarium adductæ, dilucidantur, & explicantur.

CONTROVERSIA XVIII.

QVamquam ſcripturæ de nouo exhibitæ in Aula per D. Vincentium de Montibus, quibus nititur fundare, pragmaticam Caroli V. fœlicis memoriæ de priuilegijs intrà annum exequutoriandis, nunquā fuiſſe vſu receptam, vel ſaltim per contrarium vſū abrogatam, cū ſemper ei fuerit diſpenſatum ab Excellen. DD. Proregibus, & à Reg. Collaterali Conſilio, ponderantes in ſpecie ſententiam latam
1 in cauſa Comitis Policaſtri, & decretum, quod conſulatur S. Maieſtas in cauſa Marchionis Vallis; licet reſponderi poſſet vna tantùm conſideratio, quæ ſufficit ad tollendum omne ſcrupulum, & quod in contrarium eſt euidenti, cum dicta Pragmatica ſemper fuerit

fuerit

Digitized by Google

fuerit, & hodie præcipuè in ſua viridi
obſeruantia, vt præter quamplurimos
2 caſus, in ſpecie vltimo, in cauſa Mar-
chionis Arpadij.

Ita teſtantur ferè omnes moderni
Authores Neapolitani, de eius ſtylo,
3 & obſeruantia inſtructiſſimi, vt inter
alios *Frecc. Camillus de Curte, et Roui-
tus*; & ita præſumendum, cum non affe-
ratur euidens experimentum in con-
trarium; itaq; cum extent Doctores in
Regno rantæ exiſtimationis, non poteſt
haberi ratio *Mutæ*, *et Maſtrilli Siculo-
rū*, præterquā non teſtantur, niſi in cō-
fuſo de diſpēſationibus, & non de mo-
do, neque ad hoc concurrit aliquod ex
neceſſarijs requiſitis: vt lex abrogetur p
contrariū vſū, preter hoc in caſu Mar-
chionis Vallis, vbi fuerunt adducta
5 omnia exempla præcedentia Polica-
ſtri, cum diſpenſationibus factis pro
tempore poſt decretum, quod pars aſ-
ſert, in quo referente *Olcig.* licet in
duabus Aulis, fuit decretum, quod cō-
ſulatur S. Maieſtas 14. Iulij 1585. fol.
202. à tergo.

Fuit à Marchione ſimul cum Re-
gio Fiſco, vt declarare faceret vinculū
non ſubſiſtere, cum non fuerit in tem-
pore exequutoriatum priuilegium ob-
tentum *ab Alarcona*, quod, vt decide-
retur dictus articulus, quem Fiſcus di-
xit eſſe valdè exemplarem *fol.* 202. vni-
rētur Tribunalia S.C. & Regiæ Came-
ræ die 15. Septembris 1586. *fol.* 202. &
ſic non ſolum fuit ſuſpenſum dictum
decretum, nullumq; ſortitum eſt effe-
ctum, ſed ſemper deinde pro certo ha-
bitum eſt, nullum adeſſe vinculum, &
creditoribus ſatisfactum eſt ſuper di-
6 cto Statu, cum pro certo haberetur
vinculum fuiſſe annullatum, atque re-
ſolutum ob defectum exequutorij non
facti in tempore, vt patet in dicto pro-
ceſſu Marchionis Vallis, cum fratribus
penes *Scacciauent. fol.* 90. vbi legitur
decretum, quod cōſulatur S. Maieſtas,
à quo fuit reclamatum per Marchio-
nem, cum memoriali porrecto S. E. die
7. menſis Auguſti 1685. fol. 91. & fuit
obtentum aliud memoriale ſub die
15. Aprilis 1686. quod S. C. cauſam
expediat, abſq; alia ratione facienda
S. Maieſtati, fol. 92.

Et poſt diuerſas decretationes Re-
gij Collateral. Conſ. tandem poſt me-
moriale fol. 133. fuerunt lata plura de-
creta, quod procedatur ad ea, quæ
incumbunt in cauſa reclamationis à
decreto, quod cōſulatur f. 145. & 157.

Tandem ſub die 18. Martij 1609.
referente *Aibar.* fuit dictum, proceda-
tur ad ea, quæ incumbunt pro expedi-
tione cauſæ, abſq; alia conſultatione
facienda fol. 179. & confirmat in gra-
du reclamationis, fol. 188. à terg. 10.
Aprilis eiuſdem anni, referente eodem
Aibar. imò decreto S. C. referente
Conſ. de Georgio die 8. *Octobris* 1612.
fuit dictum, quod caſtra, bona, Terræ
Marchionis Vallis, afficientur nomi-
ne S. C. cum iuriſdictionibus, excepta
pro nunc iuriſdictione terræ Rendæ, in
qua habitat dictus Marchio, fol. 350.

Et hunc habuit euentum ſcriptum
Præſidentis Minadoi, qui innixus fuit
fundare pro dicto Franciſco filio dicti
Marchionis, vinculum ſubſiſtere, vbi
hodie pars totas ſuas fundat ratio-
nes, vt ſigillatim reſpondeam al-
legatis per partem incontrarium in
facto. Non obſtat primò ſimile addu-
ctū pro Comite Policaſtri, quia illud
retorquetur manifeſtè in contrarium,
& fundat incōcuſſam pragmaticæ ob-
7 ſeruantiam, quoniam præterquam in
illo caſu, non agitur de mera gratia fa-
cta à Sua Maieſtate, dum cōceſſit Ioā-
ni Carrafæ, & Petro Antonio eius fi-
lio Comitibus Policaſtri, annuos du-
catos quatuor centum, ſuper tractibus
Policaſtri ob maxima, eximiaq; ſerui-
8 tia à Carolo V. expreſſa, abſque vlla
legis prohibitæ, diſpenſatione, ac tertij
præiudicio, cui re, vel ſpe fuiſſet quæ-
ſitum ius, vt in re præſenti, vbi agitur
de diſpenſatione, & derogatione prag-
maticæ *nouem capitum* immutando,
& alterando naturam ſucceſſionis feu-
dorum, à conſtitutionibus præſcriptā,
&

& contrà formam, & tenorem inueſti-
turæ,in præiudicium, & damnum legi-
timi, & veri ſucceſſoris vocati,cui erat
quæſitum ius, ſpe conſiderabili proxi-
ma,& etiam re ipſa per mortem infrà
ſex dies, ſcilicet 19. Iulij 1622. qua
morte ſequuta, & dominio ipſo iure
quæſito legitimo ſucceſſori,deſinit eſ-
ſe res integra, & caſus eſt indiſpenſa-
9 bilis, etiam per ipſum Regem de pote-
ſtate ordinaria.

Et ſic inter caſũ, vbi agitur de præiu-
dicio tertij etiam ſucceſſoris in feudo,
cui præſertim eſt ius ſpecificè reſerua-
tum, vt fecit hic in diſpenſatione, &
caſũ, vbi agitur de ſolo præiudicio Re-
gis concedentis, quo caſu dummodo
verè, & propriè ſit beneficiũ,eſt maxi-
ma diuerſitatis ratio, vt in ſimili teſta-
tur, ob id diuerſa, quinimò contraria
deciſione fuiſſe hos caſus, aliàs termi-
natos, *Ioffred.*

Et ſufficit, ob id dare inſtantiam,
quod in caſu Comitis Policaſtri, age-
10 batur de ſimplici gratia, & beneficio,
nos verò ſumus in diſpenſatione odio-
ſa, vndè contrarius vſus,ſiuè limitatio
Pragmaticæ,non fundatur in terminis,
de quibus agimus.

Præterea non eſt verum,in facto in
dicto caſu fuiſſe iudicatum pro validi-
tate priuilegij, quamuis nõ fuiſſet exe-
quutoriatum in tempore, & in hoc ad-
uerſarius hallucinatur, imò retorqtur
exemplum contrà partem, quia benè
verum eſt, tria fuiſſe conceſſa priuile-
gia, ſeù gratias dictis Comitibus Ioan-
ni, & Petro Antonio,à Carolo V. di-
uerſis temporibus,eandem tamen gra-
tiam continentibus,annuorum ſcilicet
ducatorum 400. ſuper tractibus Poli-
caſtri,cum aliquibus ampliationibus.

Primum enim conceditur Comiti
Ioanni Validolici ſub die 22. Maij
1523. fol. 176. à terg. & fol. 179. cum
clauſula refectionis fol. 177. à terg.
quod licet exequutoriatũ ab Andrea
Carrafa Sanctæ Seuerine Comite, tũc
temporis Locumtenente generali ſub
die 1. menſis Februarij 1525. atque
adeò octo, vel nouem menſes poſt a..
num fol. 191. debitæ exequutioni de-
mandatur,cum Regiæ Cameræ reſcri-
pto, cuius erant partes abſq; Fiſci con-
tradictione, nec alicuius, 18. Maij eius
anni 1525. vt ex prouiſionibus Regiæ
Cameræ, quę incipiunt fol. 187. &
data fol. 192.

Atque hanc fuiſſe veram dictæ de-
ciſionis cauſam, inueni poſt hoc con-
11 fectũ notamentum, ita notatum manu
d.Reg.de Ponte in proceſſu Marchionis
Vallis, ſuper fideicommiſſo cum fratri-
bus, in banca de Scacciauento fol. 45.
à terg.

Attamen Comes Petrus Antonius
filius, ſecundum obtinuit priuilegium
ab eodemmet Carolo V. ſub data Hy-
ſpali 9. Aprilis 1526. in quo, cum ex-
poſuiſſet, primum priuilegium atque
gratiam conceſſam Comiti Ioanni Pa-
tri viuenti tunc temporis, & quod verè
fruebatur,& percipiebat dictos annuos
ducatos 400. de dictis tractibus, dura-
tura dicta perceptione, vita eius patris
durãte, cum clauſula refectionis, vt ſu-
prà fol. 184. & additur clauſula, *eo mo-
do, & forma, quibus prædictus Comes
eius pater melius, & plenius virtute ſui
priuilegij habet, tenet, & conſequenter
& habere valet, quod priuilegium, licet
hic non inſeratur, habere tamen de cer-
ta ſcientia, et dominica poteſtate pro in-
ſerto volumus, & iubemus, ac de verbo
ad verbum, ſpecificè declarato, fol.*188.
atque iubet, & diſponit, dictam gra-
tiam ampliari,& prorogari, ſicuti illam
conceſſerat, & prout, illa fruebatur, ac
poſſidebat Comes Ioannes eo viuen-
te, atque poſt mortem dicti eius patris
illam poſſideret, ac fruetur comes Pe-
trus Antonius, f. 184. à ter. in fin. & fol.
185. & à terg. cum data f. 186. in princ.

Quod ſecundum priuilegium in ſe
primum continens, fuit exequutoria-
tum Neapoli à Reg. Collater. Conſil.
ſub 13. menſ. Nouembris 1526. & hoc
intrà meſes ſeptem, quod fuit confectũ
à Reg. Collat. Conſ. tantùm, ac pro eo
à d. Regente Montaluo, tunc Decano
ob

ob abſentiam fortaſſe Excellent. Proregis, vt clarè eſt videre fol. 183. in principio, ibi *Carolus &c. eiuſq; Reg. Coll. Conſ. & f. 185. à terg.* vbi inſcri-
12 bitur Montaluus Regens pro Collat. Conſ. cum de Colle Reg. Cam. Locũtenenti, atq; Neapolitanæ, Vrbis Theſaur. General.

Et ita cernitur, quod præterquam primum priuilegium anni 1523. fuit mera gratia, & non diſpenſatio, quamuis fuerit exequutoriata poſt menſes octo ab anni lapſu, tamen fuit exequuta, & in poſſeſſione poſitus Comes Ioannes, cum obſeruatorialibus litteris Regiæ Cameræ, & abſque Fiſci contradictione.

Et deinde, quod liti finem imponit, fuit confirmatum, & ampliatum, vt exequeretur etiam pro vita comitis Petri Antonij, adhuc viuente comite Ioanne primo conceſſionario; & ſic re integra; atq; adeò hæc ſecunda gratia habuit maius robur, quã quodlibet aliud ſimplex reſcriptum, cum clauſula, *cuius tenor habeatur pro inſerto*, vt ſuprà. Et vt demoſtretur menſem ipſius Imperatoris, ac verba, vnita fuiſſe confirmare etiam primam gratiam, legantur verba ibi, *tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, deliberatè, conſultò, ac motu proprio, & ex gratia ſpeciali, & cum matura Cõſ. deliberatione, ampliamus, protendimus, prorogamus, damus, donamus, cõcedimus, ac gratioſè elargimur, inueſtientes ipſum, ex nunc poſt obitum eius patris, ipſi Petro Antonio ad eius vitam obſeruetur &c.* quibus clauſulis, & verbis, *prorogamus*, Imperator confirmauit, ac roborauit etiam primã conceſſionem, volens ſecundam eſſe primæ continuationem, & quod ab illa ſumeret robur, aliàs enim quod extinctum eſt, ampliari, protendi, nec pro-
13 rogari poteſt *vulg. l. ſed etſi manente ff. de prec. & l. dies cautioni ff. de damno infect. cum ſimili*.

Quin vltrò proceſſit res, nã Imperator Carolus V. tertium conceſſit priuilegium eidẽmet Comiti Petro Anto-
14 nio, quo illi ampliauit dictam gratiam annuor. duc. 400. ad vnum hæredem filium, vel generum per eum in vita, vel mortis articulo nominandum, fol. 180. à terg. ſub claris verbis, quæ etiã reſpiciebant confirmationẽ primi, Comiti Ioanni, eiuſdem patri conceſſi, vt ex prooemio, ibi *Principis eſt id, quod*
15 *vita pradurante, parentes habent in eorum liberos mirificè protendere fo.* 180. *ſub dat. Aſpurch.* 5. *Iun.* 2530. *fol.* 182.

Sed quia dictum vltimum priuilegium non fuit in tempore regiſtratum Comes Ioannes Baptiſta filius dicti Petri Antonij Comitis, & nepos ex filio dicti Comitis Ioãnis, in anno 1567. nihil aliud prætendit, niſi ad ipſum vti hæredem dictorum eius patris, & aui ſpectare annatas, quæ à ſuis authoribus debebantur, fol. 176. virtute dictarum clauſul. expreſſarum reſectionum, vt ſuprà.

Et licet fiſcus, qui ſępè ad ſe exonerandum opponit quicquid ei videtur oppoſuit, quod gratia nõ erat exequuta infrà annum fol. 192. in fin. quod &
16 benè quoad primam, & Comitis procurator Ioannus Antonius Vecchius antiquum ſe præbuit virum, non penetrando veram, & germanam reſponſionem, ſed fundauit ſe in ſtylo diſpenſationum, quarum protulit faſciculũ ſub anno 33. & 34. quas *d. Minad.* in ſcripto pro filio Marchionis Vallis dixit eſſe caſus 64. vt ex replicatione dicti procuratoris Comitis fol. 192. à ter. & fide *offic. regiſt. ex fol.* 193. tamen ſentẽtia referẽte D. Præſ. Fabr. Villano facta relatione in Collat. Conſ. ſub die 27. Iunij 1573. meritò condemnauit ex ſupradictis rationibus Reg. Fiſcum, ad ſoluendum annatas decurſas viuentibus Comitibus Ioanni, & Petro Antonio; ad beneficium comitis Ioannis Baptiſtæ hæredis, non obſtantibus op-
17 poſitionibus, per Regium Fiſcum factis fol. 200.

Non alia adducti ratione, vt ſententia neceſſariò intelligatur lata ex cauſa ex qua ferri debebat, cũ vnica præſer-

tim

tim reddi poſſet, & nõ alia, & ꝑut iuris
erat, eãq; fuiſſe verã cauſã teſtatus eſt
Reg. de Ponte ꝓpria manu in margine
proceſſus Marchionis Vallis fol. 45.
à tergo; quia primum priuilegium fue-
rat confirmatum, & ordinatum exequi
per ſecundum, conceſſum Petro Anto-
nio, à quo apparebat enixa Caroli V.
volũtas, qui ampliãdo, & prorogando
illud in perſonam Comitis filij, neceſ-
ſariò iubebat, vt inconcuſsè obſerua-
retur Comiti patri. Et hoc clarè ſi-
gnificat, atq; oſtendit Suæ Maieſtatis
reſcriptum, miſſum pro hoc negotio
Duci Alcalà anno 1570. dum dicit;
*viſto las difficultades, que los de la Ca-
mera haçen nella eſequutoria del pri-
mer priuilegio, y aunque las razones,
que apuntan los Regentes en fauor del
dicho Conde &c. ſe ordina ſe haga entero
complimento de Iuſtitia, f. 199. & à ter.*

Et hoc totum confirmatur, quia cer-
nitur tertium priuilegium conceſſum
Comiti Petro Antonio anno 1530.
pro ampliatione dictæ tractæ, ad vnum
hæredem filium, vel generum fol. 182.
quia in tempore nõ fuit exequutoria-
tum, nullum habuiſſe effectum, quoniã
ex hoc perſpicitur, Comitem Ioann.
Baptiſtam eius filium, adeò illud priui-
legium, nullum & inualidũ habuiſſe,
vt neque illi viſum fuerit poſſe illud
prætendere, ac proinde petijt ſolum
reditus decurſos, viuentibus Comiti-
bus Ioanne auo, & Petro Antonio pa-
tre, vt ex inſtantia anni 1567. dicto
fol. 176. & ſentẽtia Villani anni 1573.
fol. 200. quia nullo modo agitur de
tractis, quas prætendere poterat ipſe
Iaonnes Baptiſta, vti filius, vigore ter-
tij priuilegij, quia non fuit in tempore
exequutoriatum.

Quamquam prętendere potuiſſet
18 iuſtam habuiſſe cauſam, Comitẽ, Petrũ
Antonium illud non exequutoriandi
infra annum, tamquam rebus bellicis
impeditũ, quæ eodem tempore fuere,
vt ipſemet Imperat. teſtatur, narrans
eximia ab eo patrata ſeruitia in Lygu-
ria, dum victus, ac captus fuit Rex Frã-
ciſcus, vbi ſuum amiſit germanum,
fol. 184. quoad Regni Neapolitani in-
uaſionem, dum nuper ab hoſtibus in-
uaderetur, bonamq; eius partem occu-
parent, fol. 180. à terg.

Nec obſtat fides confecta à Domini-
co de Magiſtris, regiſtri ſcriba, qui re-
ſtatur, quod, perquiſitis libris Regiſtri
à tempore Excell. D. Petri de Toleto
ab anno 1530. vſque ad tempus Ex-
cellentiſſimi Proregis Alcalà 1568.
reperijſſe 64. caſus, in quibus per Re-
giã Cancel. Regni Neap. fuerunt con-
ceſſæ exequutoriæ, elapſo anno f. 193.

Quia reſpondetur primùm, quod
licet concedatur Neap. ab inferiore
exequatur ſimpliciter, priuilegijs, ac
ſcripturis, à Suprema Regis Curia
19 expeditis, elapſo anno, ad partium pe-
titionem, abſque cauſæ cognitione,
& abſque diſpenſę formula, & abſque
clauſula, *non obſtante tali lege*, dum
obſtat lex Imperialis, ſiuè Regia ita
præciſa, non ideò aliquo modo dero-
gatur ipſi legi, neque inducitur ſtylus,
ac conſuetudo, prout fusè probatũ eſt
ſuperioribus allegationibus.

Et hinc cernitur, confectas fuiſſe,
abſq; vlla cõſideratione, niſi ad ſimpli-
cem petitionem cuiuſmodi ſolent cõ-
20 cedi Reg. exequatur priuilegijs ſu-
premæ Curiæ, ac potuit etiam indu-
ci abuſus, ne priuetur Regia Can-
cellaria emolumentis, & quia ſępè
ſępiùs, cum non agitur de tertij præ-
iudicio, vlla adeſt contradictio, vel
quãdo agitur de mera gratia, res abſq;
vlla difficultate pertranſit.

Reſpondetur ſecundò in multis di-
ctorum exemplorum, erratum eſſe ſub
diei appoſitione, in formandis, ac exẽ-
plandis fidibus, prout in 5. 13. 27.
58. 60. 61. quibus cernitur, fuiſſe exe-
quutoriatas infrà annum, & in decima,
in qua agitur de priuilegio conceſſo
etiam à Carlo V. Neapoli 1536.

Et in omnibus ferè, ſi indagaretur
id, quod priuilegia continerent, in qui-
bus agitur de legitimationibus; ſimpli-
cibus gratijs, & officiorum prouiſioni-

bus

bus Reg. aſſenſibus alijſq; rebus gratioſis, in quibus nulla adeſſe poterat contradictio, nec tertij præiudicium.

Tertiò, in quamplurimis agitur de paucorum dierum exceſſu, uel ſaltim menſis, prout in 31.36.37.47.50.51. ad 57.& 64.

Quartò cõuincitur ab exemplo 62. fol. 198.à terg., in quo idem Scriba, qui fecit dictã fidem, dicit in priuilegio Bernardi Mazzulli, expedito in Suprema Regis Curia ſub die 5. Martij 1567. ob defectum nonnullorum mẽſium, fuiſſe ab eadem Curia expeditũ reſcriptum 5. menſis Maij 1568. quo fuit ordinatum, *quod lapſu temporis*
21 *non obſtante, exequutioni mãdaretur*, & fuit expedita exequutoria intrà annũ ſub die 18. Aprilis 1569. licet deinde obſignatum, ac regiſtratum 22. Iunij anni prædicti fol. 198. à terg.

Ex quibus apparet, vltimus ſtylus atque mos, qui debet præ-
22 ualere, & ſi prius alius fuiſſet in contrarium, qui uerè nũquam fuit, & iuxtà conſuetudinem, de qua teſtantur *DD.* noſtri inſignes, neceſſarium eſſe Regis reſcriptum.

Quintò hoc probatur, ac ualidis firmatur rationibus alio exemplo exhibito à D. Vincentio de Montibus, atque aſſumpto à ſcripturis productis à Marchione Vallis in eius proceſſu, f. 203.
23 & 206. à terg. in quibus cernitur, quod dum cõceſſiſſet Carol. Quintus ob maximorũ ſeruitiorũ remunerationẽ, Capitan. Mirlot. de Crù ann. duc. 200. Madrid 20. Ianuarij 1535. f. 205. quia priuilegium prædictum præſentari non potuit Neapol. uſque ad 1552. non modo fuit neceſſe reſcriptũ ipſiuſmet Carol. V. uerum etiam in
24 in illo exprimitur urgentiſſima cauſa diſpẽſationis, & ſimul teſtatur expreſſe Imper. ſuam pragmaticã anni 1518. neceſſariò eſſe obſeruandam, atque eam eſſe in ſuo robore, adeò quod neceſſe erat in eo caſu, iuſtis de cauſis diſpenſare, eiuſque uerba ſunt hæc, *Nò hà podido preſentar dentro del año ſegun, que por diſpoſition de nueſtra real pragmatica, era obligado al priuilegio, che deſſo le mandamos deſpacchar por hauerſe ſiempre occupado deſpues en coſas de nueſtro ſeruitio, y porche no es razon, che por eſto dexe de conſeguir la merçed, què por ſus ſeruitios le hezieramos, os encargamos, que el dicho priuuilegio le ſia admettido, bien aſſi dentro del agño l'huuieſſe preſentado, nõ emergante la dicha conſtitution, aunque lo preſente dentro d'otros ſeis meſes, y ſe cuẽten de la feccha deſta en adelante, dãdo aſſi miſmo orden, que le corra des del dia della data de ſu priuilegio.*

Ac fuit expeditum hoc reſcriptum 30. Ianuarij 1552. & exequutum 21. April. dicti anni fol. 205. à terg. & 206. Aque hoc Imperiale reſcriptũ maius eſt, quàm renouatio obſeruantiæ ipſius pragmaticæ, & ex hoc cernitur, teſtari Imperatorem dictum Capitaniũ fuiſſe obligatum illud præſentare intrà annum, & quod iuſta de cauſa diſpen-
25 ſauit, quod neceſſarium non fuiſſet, ſi conſuetudo derogaſſet dictæ pragmaticæ, & tanta noſcitur obſeruantia, vt neque annus, ſed tantùm ſex menſes conceſſi fuerint.

Nec obſtant diſpenſationes factæ in regiſtro Regiæ Camer. quia quotquot pars producit, fueræ confectæ ab Excellentiſs. Proreg. & ab eius Coll. Conſ. vt regiſtrentur aſſenſus expediti ab ipſiſmet, quod non negatur, quoniam verum eſt, dictum regiſtrum, non fieri virtute alicuius pragmaticæ, ſed vigore clauſularum apponi ſolitarum in aſſenſibus importantibus translationem dominij.

26 Et hi, vel ſunt aſſenſus dati à Rege cum dicta clauſula, & ijs non prodeſt diſpenſatio Proreg. & Collat. Conſilij, vel ſunt expediti à Reg. Coll. Neapol. & hæc ſunt exempla, quæ pars adducit, in quibus non negatur, hoc fieri poſſe, atque eas eſſe omnes diſpenſationes ſuper aſſenſibus ab ipſis Vicarijs, clarè patet ex fidibus exhibitis, confectis à Sergio

Cor-

Conſeruatore, & ab vnaquaq; earum videlicet, fol. 210. 213. 215. à tergo, tamen ferè, vt plurimũ ab ocularis Præſidentibus ſemper addita eſt
27 clauſula, *citrà præiudicium iuriũ ſiſci*, vt legitur in decreto, referente Præſidente Dauid in caſu Fabritij Sellaruli die 23. Iun. 1569. fol. 213. *f.* 216. à terg. & 217.

DECISIO.

HVic Controuerſiæ, magna quidem votantium altercatione, varijſque ſententijs inter definiendum, exagitatę multitudo tandem, vt poſteà audiui præbuit euentum, qui profectò parum abfuit, quin longè alius eſſet. Votantes enim in ea fuere duodecim, nouem ſcilicet ex S. Conſ. tres verò Regentes Collateralis, incluſo Pręſide S. C. D. Valenzuela, & ſic die Iouis 30. Maij 1624. referente, tunc Conſiliario, nunc digniſſimo Regente D. Scipione Rouito, iunctis Aulis in Collaterali, fuit deciſum. Abſoluatur Don Vincentius de Montibus conuẽtus à petita immiſſione, ſaluis iuribus in petitorio. Non interuenerunt Domini Regẽs Enriquez Marchio Campiæ, nec quond. Reg. Brandolinus, illa die infirmi, pendet reclamatio.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio in cauſa proceſſum perficit.*
2 *Reclamatio non debet declarari deſerta ob lapſum fatalium de iure comm. nec de ſtylo Tribunalium Regni, & ita in dubio iudicandum num.* 51.
3 *Fatalia non currunt in Conciſtorio Principis, idque ſpeciale eſt multis rationibus nu.* 13.
4 *Sententia S.Conſ. & Reg. Cameræ, habent exequutionem paratam ad inſtar ſententiarum Præfecti Pratorio.*
5 *Inſtantia introducenda, nec finienda appellationis, non currit in Conciſtorio.*
6 *Intellectus* authen. ſed & lis C. de tempor. appell. *procedere non ſolum in lite, quæ inferri ſperatur, ſed etiam in lite illata.*
7 *Deciſiones* in Curia Romana, & Camera Imperiali, *nu.*8.
9 *Tempora appellationum obſeruanda in S.Conſ. circa fatalia reſtringenda ſunt ad appellationes ab inferioribus, non autem in reclamationibus, & num.* 10.
11 *Stylus, vt excludatur deſertio, eſt conformis iuri communi. Et eſt comm. opinio* DD. num. 12. *& ita ſeruabatur in S. Conſ. tempore* Domini Capycij, & num. 17. *& hic ſtylus præualere debet num.*21.
15 *Decretum* Sac. Conſ. *de anno* 1539. *quod Pragmatica Reg. Ferdinandi I. ſeruetur etiam in cauſis reclamationum, quomodo ſit accipiendum.*
16 Grammaricus in ſua deciſ. 13. *refert in caſu ſuo fuiſſe excluſam deſertionem, non obſtante dicto decreto inſerto inter Pragmaticas.*
18 *Decretum prædictum, & caſus relati* in deciſ. de Franchis 646. *declarãtur, & diſtinguuntur, & nu.* 22.
19 Loffred. conſ. 14. *teſtatur, dictum decretum non eſſe vſu receptum.*
20 *Caſus plures vltrà* Loffred. *afferuntur cum deciſionibus in diuerſis proceſſibus, quibus idem probatur.*
23 *Fatalia ſunt in triplici differentia.*
24 *Decretum prædictum procedere poteſt in primo, & ſecundo genere fatalium, in quibus negligentia imputari poteſt reclamanti, ſecus in* 3. *vbi instructo proceſſu, ſtetit per Iudicem, & nu.*25.26.27.28.
29 *Diſtinctionis huius auctor* Guido Papè, *quem plures ſequũtur nu.* 30. *&* 32. *& ita ſeruari in* Camera Imperiali, & Senatu Pedemont. num.30. & 31.
33 *Deſertio reclamationis impeditur iuſtis de cauſis, & quæ ſint nu.* 34.
35 *Concluſio in cauſa operatur, ac ſi ſententia eſſet lata quoad proceſſus inſtructionem.*

36 Cita-

36 *Citationis ad ſententiam omiſſio, facta concluſione, non vitiat ſententiã, & quid ſeruetur in Hyſpania n.* 38.

37 *Citationis ad ſententiam omiſſio, eſt ſolemnitas iuris poſitiui.*

39 *Monitio ad dicendum, ſucceſſit loco citationis ad ſentẽtiã, & vnica ſufficit.*

40 *Monitiones ad dicendum ſucceſſiuè factæ in cauſis reclamationum, idem operantur, quod reiteratæ proteſtationes, requiſitæ de iure.*

41 *Monitio vnica perpetuat inſtantiam ad triennium.*

42 *Diligentiæ requiſitæ de iure, ad euitãdum curſum fataliũ, debent intelligi, vt ſtrictè procedant in appellatione non autẽ ita rigidè in reclamatione.*

43 *Reclamatio, & appellatio pari paſſu ambulant, niſi vbi diuerſa ratio concurrit, &* 44. *Et quæ ſit diuerſa ratio, in caſu præſenti num.* 45. & 46.

47 *Obſeruantia ſubſequuta, & practicata, inter curſum priorum, & tertij fatalis in Tribunalibus Neapol. iuxtà prædictam caſuum diſtinctionem non nihil confirmat diſcrimen præd. à DD. diſtinguentibus factum, & num.* 48. *referuntur caſus deciſi.*

49 *Fides habita à practicantibus, probat ſtylum Tribunalis, &* 50.

52 *Fatalia vtrum currant in decretis interloquutorijs.*

53 *Quid pendente verbo faciendo à decretis M. Curiæ.*

54 *Decreta interloquutoria non tranſeunt in rem iudicatam, quoad iudicem, ſed quoad partem.*

55 *Fatalia non currunt, vbi non datur terminus, nec compilatur proceſſus.*

ARGVMENTVM.

Fatalia, quando, & quomodo currant in cauſis appellationis, & reuiſionum per viam ſupplicationis, quas reclamationes appellamus, tàm de iure cõmuni, quàm de ſtylo, & obſeruantia ſuperiorum Regni Tribunalium, & præciſè Sacri Conſilij, & Reg. Cameræ. Et quomodo decretum Sac. Conſ. de anno 1539. inſertum inter Pragmaticas, quod fatalia currant in Sac. Conſilio, etiam in cauſis reclamationum, declarari, & reſtringi debeat ex ſubſequuta obſeruantia, cum diſtinctione inter primum, & ſecundum, & tertium fatale, quæ, diſcrimen à pluribus DD. traditum, vti iuri conforme ptobauit, euidenter oſtenditur, ponderando plures deciſiones, quæ optimè theoricam, cum praxi, coniunxerunt.

Pro Domino Duce Andriæ.

CONTROVERSIA XIX.

POſt varia impedimenta oppoſita pro parte D. Principis Sancti Seuerij, aduersùs expeditionem cauſæ reclamationis interpoſitæ per Dominum Ducem Andriæ à ſententia Regię Cameræ lata ſuper euictione Caſalis de Tre caſe. Confugit tandem ad exceptionem deſertionis reclamationis, aſſerens ex lapſu, nedum primi, & ſecundi, ſed etiam tertij, & vltimi fatalis, D. Duci in ſua notoria iuſtitia, eſſe audiẽtiam denegandam. Verùm pro D. Duce fundabimus, reclamationem fuiſſe infrà legitima tempora interpoſitam, introductam, & proſequutã, vſq;
1 ad concluſionem in cauſa, ex qua proceſſus integrè perficitur, & ſucceſſiuè fuiſſe inſtarum pro cauſæ expeditione ex monitionibus ad dicendum, adeò
2 vt nec de iure, nec de ſtylo noſtrorum Tribunalium, præſertim verò Regiæ Cameræ, huiuſmodi reclamatio poſſit prætendi deſerta, quominùs ad reuiſionem procedatur: de quo iure ſi-
3 quidem communi clarum eſt in conciſtorio Principis, cuiuſmodi conſtat eſſe S. noſtrum C. & Reg. Cam. In qui-
4 bus ſententiæ habent exequutionem paratam, ad inſtar ſententiarum Præfecti prætorio, non currere fatalia *l. fin. §. ſi tamen C. de tempor. appell.* vbi in

Q S.

S. Cōciſtorio perpetuari inſtantiā appellationis,conceditur, cum iniquū ſit
propter occupationes florentiſſimi ordinis,cauſas hominum deperire, idēq;
apertiùs *in autben.ſed & lis C.eod.* vbi
lis, quæ ſperatur in cōnciſtorium Principis inferri,abſq; damno moræ remanere debet intacta, donec ipſe faciat
eam introduci, & à proceribus, ſecundum morem,dirimi ; & ſic nō currit in-
5 ſtantia introducendæ, nec finiēdæ appellationis, ſi enim Imper.tantūmodo
dixiſſet, *donec ſit introducta*, videretur
innuere,quod poſt introductionem fatalia currerent, ſed addendo expreſsè
donec ſuerit dirempta, oſtendit quod
antequam cauſa expediatur,nullū patitur temporis præiudicium, vt poſt
Fulgoſ. in d. autb.ſed & lis. & Panor. in cap.& ratione n.6.verſ.ego euitando,
vbi *Dec.nu.* 22. dicit cōmunem de appel.& authoritate *etiā Gloſſ.in* §.1.*verſ.*
ſi verò neuter verbo,*occurrit autb.de bis,qui ingred.ad appell.* ꝓbat *Ruyn.cōſ.*
172.*col.pen.n.*11. *lib.*4.*Burſat. conſ.*2.
*nu.*4.*lib.*1. & optimè *Natta reuidēdus*
*cōſ.*383.*vertitur dubitatio* ꝗdꝗd dixetit *Rolād.* loquēs cōtra expreſſa verba
*d.autb.ſed & lis cōſ.*15.*lib.*2.*Sfort. cōſ.*
11.*n.*11.cōtra quos ſtat etiā *dec.Guid.*
Papè 135. *in fin.* vbi aduertit, quod
6 licet *in d.autb.*fiat mentio de lite, quæ
ſperatur inferri, idem tamen de ea ,
quæ iam eſt illata , & notificata, & *addēt.nouiſs.ibi in* 1.*addit.* ꝓbat *ex Spec.*
in 2.*p.tit.de ſupplic.*§.*effectus*, ex peculiari vi ſupplicationis Principi oblatæ,
& reſcripti ſuper illa emanati, ꝑpetuari inſtātiā vſq; ad triginta , vel quadraginta annos, & aliorū velut indubita-
7 ta,*et cū opin.Nattæ* fuiſſe deciſū *in Curia Rom. de Anno* 1573. teſtatur *Card.*
*Seraph.dec.*997 *n.*8. & ſic pariter *Im-*
8 *periali deciſione* id fuiſſe terminatū de
anno 1586.in cauſa Dominorū de Valperga,teſtis eſt *Alex.raudēſis*,ꝗ tametſi
ꝓ deſertione iuxtà vulgatas regulas fataliū,latiſs ſcripſiſſet in ei⁹ *cōſ.*30.*vol.*1.
attamē in calce refert copiā Imperialis
decreti , quo reiecta fuit deſertio, &
admiſſa appellatio : de ſtylo verò noſtri
Neap.Senat⁹,ꝗdquid fuerit de iure cōmuni, clarū eſt *Prag. Regis Ferdinadi I.*
qua fuit ſtatutū *Cōſt.Reg.appellationū tē-*
9 *pora* ſeruari deberi etiā in S.C.circà fatalia,ꝙ eſt 1.prag.ſub tit.de appel.ex antiqſſima interꝑtatione fuiſſe receptū,habere locū dūtaxat in cauſis appellationū,ꝙ ad S. C. ab inferiorib⁹ Curijs , &
Regni iudicib⁹ introducebātur, nō autē
10 in cauſis reclamationū,à sētētijs eiuſdē
S.C.de quo ſtylo, & obſeruantia plenè
teſtatur *Afflict.dec.*78.qui in fine , dicit
ꝙ ſuo tēpore fuit de dicto ſtylo capta informatio à practicātibus, & ita fuiſſe declarata prag.ſeruatū, & deciſū,tempore
Regis Federici Aragonei,*& Vrſill.ibid.*
*poſt n.*3.*verſ.ſed circūſcripta* aduertit,ꝙ
citrà diſpoſitionē nouæ prag.anni 1539.
11 de qua infrà,hūc ſtylū eſſe cōformē iuri
cōmuni,& cōcordare cū traditis ꝑ *DD.*
12 *in d. c.ex ratione*, ſubdēs hāc eſſe cōm.
opin.à qua *Dec.* ibi non auſus fuit recedere , cuius nō eā verā rationē tradit,ꝙ
difficilis ſit aditus ad Principē,ſed quia
ſpeciale eſt, ꝙ cauſa introducta in ipſius
13 cōciſtorio,fatalia nō currāt,& ꝗa minimè sūt mutāda, ꝙ antiquā interꝑtationē
receperūt,quāuis aliàs , & meliores rationes,potuiſſet *Vrſill.*aſſignare, de qb⁹
14 infrà,& iuxtà ſtylum *Afflict.* iudicari in
S.C.ſuo tēpore, velut indubitatū,*ſupponit D.Capyc.dec.* 109.*nu.* 5.& de *Afflict.*
meminit *Rebuff.* ſupponēs idē ſeruari in
*Frācia de ſupplicat.q.*9.*in præfat.n.*57.&
quāuis *Grām.in dec.*13.dicat ſuo tpe de
15 anno 1539.fuiſſe decreto S. C. ꝓuiſū,
ꝙ Prag.Regis Ferdinandi I.circà fatalia
ſeruetur etiā in cauſis reclamationū à sētētijs eiuſd. S.C.ꝙ decretū eſt hodie inſertū inter *Prag.de off.S.C.c.*54.& de eo
meminit *Vrſill.d.dec.*78.*in princ.*attamē
in caſu ſuę *dec.Grām.*adhuc refert fuiſſe
16 deciſū,vt reclamatio nō cēſeatur deſerta,iuxtà ſtylū ab *Afflict.*relatū,tametſi in
d.caſu Pirrhus Cāpanilis reclamās,ſolū
ꝓcuraſſet cōmiſſionē reclamationis,quā
nec ꝑsētauit,nec reclamationē ꝓſequutus fuiſſet, ob quod omnia fatalia erant
decurſa, vt ipſe retulit in principio.

Cum

Cum igitur vſq; ad annũ 1539. in-
concuſsè fuerit ſeruatus ſtylus, de quo
17 meminit *Afflict.* q vel eſt omninò iuri
cõm. cõformis, ſecundũ opin. *Fulg.* quá
tuentur, *Ruyn. & Natta*, vel ſaltim ap-
probauit alterá, ex diuerſis DD. opin.
& ſic fuit ſtylus interpretatiuus; nó au-
tem iuri communi contrarius.

Reſtat ſolum reſpondere ad decre-
tum prædictũ anni 1539. & nouiſs. ad
18 relata per *D. de Franch. deciſ. 646.* vbi
refert, in multis cauſis fuiſſe deciſũ, &
practicatũ, quod fatalia currãt in S. C.
& pro reſolutione aduerto primò, q in
pdicto decreto, ſiuè pragm. nõ eſt tãta
19 uis faciẽda, ſiquidẽ inſignis *Loffred. in
cõſ.* 14. poſtquã plurima tradidit circà
deſertionem, ſubijcit hæc verba, *quam-
uis in ipſa Pragmatica non inſiſtam, ex
quo in cauſa Alphonſi de Gueuara, cum
Mattheo Stendardo, fuit per S. C. decla-
ratum, Pragmaticã nõ procedere in ſup-
plicatione à ſentẽtia Regia, ſed in appel-
latione ab inferiori de anno* 1556. & ſic
apertè conſtat, ex tanti uiri teſtimonio
contrà Pragm. prædictã, longè poſt an-
num 1539. fuiſſe deciſum poſt annos
ſexdecim, & ſic in effectu, nõ fuiſſe vſu
receptam, eiq; derogatum, ex contra-
ria deciſ. eiuſd. Senatus.

Et cum poſteà, antiquioribus, & no-
uiſſimis temporibus, tàm ante, quàm
poſt, caſus relatos per *D. de Franchis*
fuerit, adhuc non obſtante prædicto
20 decreto, deciſum, fatalia non currere
in S. Conſ. vt in promptu exhibentur
caſus, & deciſiones.

Ex hoc, vel omninò præualere debet
21 ille ſtylus, qui fauet reclamationi, &
excludit deſertionẽ, ſi cõcedamus, fuiſ
ſe diuerſo modo ſeruatum, & deciſum,
vt voluit in ſpecie *Ludou. dec. Peruſ. 96
nu. 22.* vel, & meliùs hoc decretũ anni
1539. & caſus deciſionũ, relati per *D.
de Franch.* veluti iuri communi, & anti-
22 quo ſtylo Sac. C. contrarij, debent re-
ſtringi, & limitari, vt minus lædant
ius antiquum, quàm ſit poſſibile, & de-
cretum ipſum coarctari debet, vt pro-
cedat iuxtà limites facti, & caſuum,
in quibus fuit practicata deſertio re-
clamationis, non extrà; cõcordãdo om-
nia, fędere diſtinctionis, deductæ ex iu-
ris principijs.

23 Cùm enim fatalia ſint in triplici dif-
ferentia, quædam enim ad interponen-
dam, quædam ad introducendam, corã
iudice appellationis, poſtrema verò
ad finiendam appellationẽ ſpectant, vt
pleniſs. proſequitur *Gail. lib. 1. obſeru.
cap. 239. in princ.* & ſequitur *Raud.
conſ. 30. num. 2. in fin. lib. 1.*

Concedimus, vt ex dicto decreto ſit
24 introductum in Sac. Conſ. vt fatalia
currant in primo, & ſecundo genere,
vbi quis ſcilicet, vel reclamationem
infrà biennium ſaltim, non interpoſue-
rit, vt quia non procurauerit, cauſam
25 committi, quod hodie faciliter fieri
poſſe *Vrſill.* aduertit *in d. deciſ. 78. nu.*
26 1. *et* 2. vel reſcriptum commiſſionis nõ
præſentauit, nec parti intimandum cu-
rauit, & ſic proceſſum non inſtruxit, vt
erat in caſu *deciſ. Grammat. in d. deciſ.*
13. tunc enim, ſi velit poſt multum
temporis, reclamationem proſequi, ex
quo per ipſum ſtetit, reſcriptum obti-
nere, præſentare, & proceſsũ inſtruere,
quæ de facili fieri poſſe, & à ſola recla-
mantis voluntate pendere, experien-
tia ipſa docet, tunc in ipſius negligen-
tis odium, & pœnam, meritò deciſum
27 fuit, fatalia currere, at ſecus, vbi quis
poſt interpoſitã reclamationem, omnia
ad inſtructionẽ, & proceſſus cõpilatio-
nẽ neceſſaria, vſq; ad monitionẽ ad di-
cẽdũ incluſiuè, fieri curauerit, qa ſi de-
inde cauſa nõ fuerit expedita, id recla-
manti imputari non debet, cum id, ob
28 multitudinem negotiorum, vel ob iu-
dicum numerum, in Principis conci-
ſtorio eueniſſe, credendum eſt, quod
partibus nocere non debet, quomi-
nus earum ius pereat; ita hanc di-
29 ſtinctionẽ ſatis rationabilem conſide-
rauit *Guid. Papè magnus practicus
in tract. de appell. quæſt. 101. nu. 67. in
5. tom. trac.* his verbis, *de ſtylo Curiarũ
præſentis patriæ Delphinatus, facta
aſſignatione ad diffiniendum in cauſa*

etiamſi reſtaret cauſa in dormitorio,per decē annos, appellatio nō dicetur deſerta, quia tunc non ſtat per partem, ſed per Iudicem appellationum, quominus ſentētia appellationis diffiniatur, ita ſemper vidi ſeruari à trigint atribus annis citrà,à quibus incepi practicare,idem probat *Gail. lib. 1.cap.* 141.
30 *poſt num.6. verſ. in Camera Imperiali, neque huiuſmodi fatalia appellationis proſequendæ, nec etiam fatalia primæ inſtantiæ, habent locum in Camera, idque propter multitudinem cauſarum, ſed tantum tempora interponendæ, & introducendæ appellationis diligenter attenduntur*, facit quod regulariter in Conciſtorio Principis,non currant fatalia proſequendæ appellationis, propter rationem prædictam,iuribus per eū citatis, & ſic fundat *Gail.* obſeruantiam in iure communi, vbi
31 etiam fundat *Theſaur.* eandem obſeruantiam in ſuo Senatu *deciſ.*10. *n.*15. *in fin.* idemque *Anton. Fabr. defin.*15. *ſuper tit.C.de tempor.appell.* ſic etiam *Lanfr.Balbus deciſ.*128. dicens, quod
32 proteſtationes nō ſunt neceſſariæ, ſed deſeruiunt ad maiorem cautelam, vbi proceſſus eſt inſtructus, ita declarans doctr. *Bald. in auth. ſi appellatione C. de tempor.appell. & probat Azeued. in lib.4. tit.18.l.11.in fin.*

Et quod tàm multitudo cauſarum,
33 quàm multitudo iudicum, ſint iuſtæ cauſæ impedimenti, ne reclamatio deſeratur,de prima eſt *tex. in d. l.fin.* §.*ſi tamen C.de tempor.appell.*& tradit *Alexand. in l. properandum* §.*ſi autem vtraq; C.de iudic.poſt Roman.in* §.*de viro, fall.*45.

Et de ſecunda meminit *Afflict. in Conſtit.ſepè contingit, nu.*3.dicens hoc
34 impedimentum multitudinis iudicum eſſe omiſſum à *Doct. in cap.ex ratione*, dum alia impedimenta deſcribunt, de quibus poſt *Theſaur.d.dec.*10. *Caſtill. deciſ. Sicil.* 47. & vtranque cauſam tradit *Reg. de Ponte*,citans *Afflict. in d. conſtit. conſ.*142. *num.*8. *&* 9. 2. *vol.*

Et comprobari poteſt etiam hæc diſtinctio authoritate *Paridis de Puteo de ſindic. verb.inſtantia cap.2.nu.3. verſ. tamen ego*,quem ſequitur *Vant.de nullit.ex defec.iuriſdic.ordin.n.*116.*in fin.*

Nec mirum videri debet, quod inualuerit ex ſtylo S.C. vt fatalia currāt in cauſa reclamationis, antequàm fiat concluſio, ſecus poſtquam eſt in cauſa
35 concluſum,quia paria ſunt,eſſe cōcluſum in cauſa,& ſententiam eſſe latam, ſaltim quoad reclamātē, vt per *Afflict. & Vrſill.dec.*396. *cum alijs per D. de Franch. deciſ.*296. adeò, vt poſt concluſionem, vtrique parti intimatam
36 omiſſio citationis ad ſententiam, non redderet ſententiam nullam, cum ſit
37 ſolemnitas de iure poſitiuo, quæ non attenditur in conſiſtorio Principis, vt per *Afflict. deciſ.*283.*num.*6. *Vantium de nullit.cap.fin.num.*107.& ob id in
38 Hyſpania ſufficere concluſionē in cauſa abſque alia citatione ad ſententiam tradit *Gonzal. ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.* 9. *in adnot. contr. nullit. & attent. num.* 155.
39 Et fortiùs, vbi poſt concluſionem ſaltim vnica ſit monitio ad dicendum, quæ ſucceſſit loco citationis ad ſentētiam,vt aduertit *Vrſill.ad Afflict.d.dec.* 283.*num.*13. cum hic,non vnica, ſed plures ſucceſſiuè ſint factæ monitio-
40 nes, quæ idem operari, quod proteſtationes ad excludendam deſertionē innuere videtur *Alex. in l. de pupillo* §. *ſi quis ipſi prætori, poſt nu.*4. *ff. de oper. noui nūt.* & ita quotidie videm9 practicari,& ſufficere monitiones ad dicēdū
41 & ex vnica monitione perpetuari inſtantiam,vſque ad triennium, quinimò nouennium,tradunt *D. de Franch. deciſ.* 643. *de Ponte d. conſ.*142. *nu.* 5. *in* 2.

Idque eò fortiùs eſt admittendum
42 in reclamatione,cum omnia iura, quæ ſic rigidam,& ferè ſcrupuloſam diligētiam, ad euitandum curſum fatalium exquiſiuerunt, de quibus poſt *Oſaſc. dec.*12. 28.109.*& Becciū conſ.*171.*lib.* 2. loquuntur in appellatione, nō in re-
43 clamatione,q̄ etſi regulariter pari paſſu

ambu-

ambulent,vt notauit *Iſern. in cap. Im-*
perial. §.*præterea ,ſi inter duos nu.*81.
44 *in fin.* id non procedit,exiſtente diuer-
ſitatis ratione , vt ex *Roland.* concedit
Sola ad Cõſtit.Sabaud. de modo ſuppli-
candi gloſſ.ſec.n. 14. & amplè habetur
apud *Rebuff.in præfat.tract.de ſupplic.*
45 Ratio autem diuerſitatis in præſen-
ti caſu,euidens redditur ab *Imper. in*
§.1.*ſub verſ.ſcimus enim* ibi, *& victo-*
ri omninò erat inexplicabilis victoria,
nõ valenti,neque ijs, quæ erant iudicata
frui per appellationem authen.de ijs,qui
ingred. ad appel. q̃ ratio ceſſat in recla-
46 matione,quæ nõ admittitur,etſi prius
exequuta ſententia, vnde mirum,ſi vi-
ctus reclamans,qui grauatus in vno ,
vt ſtatim ſententia exequatur , releue-
tur,vt non ſic rigidè currant fatalia ,
victore iam poſſidente.

Et ſi deficerent iura, & authoritates
DD. diſtinguẽtium, inter curſum prio-
rum , & poſtremi fatalis, in ſententijs
Senatus , hoc declarauit ſubſequuta
47 obſeruantia, quæ potuit declarare, &
reſtringere decretum anni 1539. ad
latè tradita per *Fab. de Anna conſ.*40.
*num.*7.*& conſ.*129.*num.* 39. *&* 45.
48 Authoritas enim, & vſus ſubſequẽs
rerum iudicatarum,declarauit curſum
fatalium attẽdi in S. Conſ. vbi in tem-
pore non eſt reclamatum , vel non eſt
compilatus proceſſus; & ita procedunt
caſus relati à *D.de Franchis deciſ.*646.
in cauſa Dominorum de Carrafa cum
D. Marchione Mariliani, ſecus verò,
cum in tempore reclamatio fuit inter-
poſita,& inſtructus proceſſus, quamuis
poſteà diù tacuerit,vt fuit deciſum in
cauſa Virginij Mõtalto, cũ Marchione
Argentij,Iuliæ de Reſtaino,cum Laui-
nia de Morra,Iacobi de Bononia,cum
Sed ili Nidi , & alijs multis. Et nouiſ-
49 ſimè fuit facta fides ampliſſima à pra-
cticantibus , & Officialibus Reg. Ca-
50 meræ,qui ſtylus velut particularis eſt
attendendus,cum agitur de cauſa ver-
tenti in ipſa Reg. Camera, & in dubio
51 ad excludendam deſertionẽ,iudicãdũ
eſſe,latè fundat *Surdus conſ.* 238.*n.*14.

52 Vtrum autem fatalia currant in de-
cretis interloquutorijs , aliàs de anno
1622.dubitaui;dũ pro Odoardo Cica-
la defenderem nullitatem venditionis
terrę Angri, cõtrà Marc.Ant.Doria in
banca Cioffi . Et licet *Vrſill. deciſ.*
42.*nu.*2. dicat eadem tempora ſeruari
citans *Afflict. in Conſtit.appellationum*
*tempora num.*13. qui nihil dicit,& ite-
rum idem *Vrſill.deciſ.*78.*num.*7.dicat
43 non currere fatalia, pendente verbo
faciendo à decretis Mag. Curiæ;tamẽ
veritas eſt, quod non currunt fatalia
in interloquutorijs,quia vbi non datur
inſtantia formata, nec tela iudiciaria
ibi non currunt fatalia . Et quia nun-
54 quã decreta interloquutoria tranſeũt
in rem iudicatam quoad iudicem,licet
benè trãſeant quoad partem , & quod
dicit *Vrſill.deciſ.* 42. *&* 79. procedit
quoad deſertionem, ſi infrà decendiũ
non appellatur,*vt in cap. non ſolum* 7.
de appel. in 6. ſecus verò,interpoſita
appellatione , quia vbi non datur ter-
55 minus,nec compilatur proceſſus, fata-
lia non currunt,vt colligitur ex *Roma-*
*no conſ.*501. Et dictum *Vrſill.d.deciſ.*
78. *nu.*7. eſt veriùs indiſtinctè in om-
nibus interloquutorijs .

D E C I S I O.

DIe Iouis 22. Decembris 1616.poſt
multas ſeſſiones , referente Domi-
no tunc Præſide, hodiè meritiſſimo
Regente D. Ioanne Enriquez, in pro-
ceſſu R. Cameræ, penes Magnificum
Franciſcum Bolinum,nunc Reg. Ca-
meræ Secretarium , cuius acta conſer-
uantur hodie per Ioannem Angelum
Scaleſium;fuit deciſa cauſa in fauorem
D.Ducis noſtri meritiſſimi clientis,in
Reg. Camera, cum quinque adiunctis
Sac. Conſ. quod procedatur ad deci-
ſionem cauſæ reclamationis , non ob-
ſtante deſertione allegata , ſed cum ab
hoc decreto reclamaſſet D. Princeps
Sancti Seuerij Paulus Sangrius , fuit
in gradu reclamationis mutatis aliqui-
bus ex iudicibus die Lunæ 15. Ianua-

rij 1618. decretum reuocatum, & deciſum obſtare deſertionem, habent ſua ſydera cauſę.

SVMMARIVM.

1 *Stylus, & obſeruantia Tribunalium etiam poſt annum* 1539. *quo tempore ſcripſit* Gram. deciſ. 13, *excludit deſertionem.*

2 *Reclamatio interpoſita, cum proceſſu compilato intrà legitima tempora excludit deſertionem.*

3 Deciſiones relatæ per D.de Franch. deciſ.646. *procedunt, quando reclamatio non eſt commiſſa, aut nõ proſequuta.*

4 *Fatalia in Reg. Camera, non currunt de particulari ipſius ſtylo, & præſertim in cauſis, in quibus interponens reclamationem, fuit impeditus illam proſequi, num. 5.*

6 *Deciſio curſus fatalium, ſiuè deſertionis, in cauſa nullitatis venditionis terræ Meriliani, inter Vincentium Carrafam, & D. Cęſarem Gonzagã ponderatur.*

7 *Deciſio circa deſertionem reclamationis Iulij Cęſaris Lamæ, diſcutitur.*

8 *Deciſio conſimilis in cauſa inter Ducem Sueſſæ, & Marchionem Turris* Maioris, *perpenditur.*

9 *Deciſionis ratio inter Virginiũ Montalto, &* Martium Carrafam *ſuper relaxatione Terræ Argentij, quare fatalia reclamanti, non obfuerint, explicatur.*

10 *Deciſio inter Iuliam de Beſtaino, & Lauiniam de* Morra, *in medium affertur, & ſic pariter altera.*

11 *Deciſio inter Iacobum de Bononia, & & Sedile Nidi, cum alijs conciliatur.*

12 *Deciſio inter Fabritium Mormilem, & Io. Antonium Naue, cæteris connectitur.*

13 *Deciſio inter Lucretiam Pitera, & Io. Alphonſum Suſanna, quare deſertionem excluſerit, dilucidatur, & cum ipſa, altera.*

14 *Deciſio inter* Baldaxarem, *& Io. Antonium Gambacurta, coniungitur.*

15 *Deciſio inter Lauiniam Petralbes, & quoſdã de Pace ex vna, contrà Principem Hoſtiliani, pro deciſione tertij puncti, in medium affertur.*

16 *Deciſio conſimilis inter fiſcum, &* D. *Ioannem de Gheuara Bouini Ducem, item alia.*

17 *Deciſio inter Horatium de Loffredo, et particulares Conſentinos, declaratur.*

18 Decretũ *per Iudicẽ domi latũ, & decretũin Tribunali, exequãtur quoad hoc vt pari modo tranſeant in rem iudicatã, Fatalia currunt eodem modo in interloquutoria, ſicut in diffinitiua cum declaratione: Inſtantia, vbi non datur, nec compilatur proceſſus, ceſſat curſus fatalium.*

19 *Deſertio in caſu præſentis Cõtrouerſiæ inter Ducem Andriæ, & Principem Sancti Seuerij, eſt excludenda, ob extremas diligentias adhibitas ex parte reclamantis, & ob moras, & infinitas propè dilationes, allatas ex parte reclamati, & tandem additur pro coronide alia.*

20 *Deciſio inter eundem Ducem Andriæ, cum Reg. Fiſco, vbi non obſtante longa mora fiſci lis viua pendet mortis neſcia in Reg. Camera*

DECISIONES.

Diſcordes concordatæ.

VT antiqui veteris ſupremorum Tribunalium ſtyli, atque vſus eluceſcat veritas, & intelligatur, quàm optimus inter eos, & legum diſpoſitionem fuerit conſenſus, ijs potiſſimum in Tribunalibus, in quibus niſi eminẽti doctrina viri, ac ſapientiſſimi, præſident, qui ab ipſa legum medulla ſtylũ eruunt, viſum eſt, quod ab antiquis, diuerſiſque vtriuſque Tribunalis, proceſſibus

ſibus extraximus, hic annotare. Quo fit, vt cognoſcatur, quã benè præteritarum deciſionum varietas, facti diuerſitati concilietur.

Pro eodem in eadem cauſa.

CONTROVERSIA XX.

DVx Andriæ, vt prætenſam reclamationis deſertionem, à Principe Sancti Seuerij oppoſitam, & fatalium lapſum funditus euertat, fundat in
1 promptu, ſtylum, & obſeruantiam, etiã poſt decretum anni 1539. relatum à *Grãmatico in deciſ.* 13. viguiſſe, vt infrà pleniſſimè probabitur, idque clareſcere iiſdem exemplis, à Domino Prçſidente allatis in *deciſ.* 646. aliiſque proceſſibus, & decretis ante, poſtque latis.

Primò, quia in Sac. Conſ. eiuſmodi deſertio nunquam fuit, nec admiſſa, nec vſu recepta, quando reclamatio
2 intrà legitima tempora eſt interpoſita, & proceſſus compilatus, licet poſteà cauſa, longo temporis interuallo non fuerit expedita, aut de expeditione inſtatum.

3 Secundò, quia exempla in deciſ. à Domino Præſidẽte relata, & alia quæuis afferantur, tùnc procedunt, quando aut non commiſſa reclamatio, aut proceſſus nõ fuit opportuno tempore cõpilatus, quod vtique, nec ſẽper quidẽ fuit obſeruatum, niſi vbi longa in compilando proceſſu, mora, ſummaque negligentia interceſſit.

Tertiò, quia in Regia Camera, vel iis in cauſis, quæ inter partes aguntur, eſt de peculiari ſtylo, vt quoties tem-
4 pore opportuno fuit reclamatum, permitteretur, reclamationes procedere, licet proceſſus, non fuerit in tempore compilatus.

Quartò, quia huiuſmodi Cameræ
5 ſtylus, eò magis eſt in caſu noſtro admittendus, quod plures, eæque præcipuæ rationes concurrunt, veluti adiunctorum iudicũ alterius Tribunalis, numerus, & diuerſitas: ſummæ Ducis diligẽtiæ: penè infinita reſcripta, & iuſſiones Proregis, fruſtrà ꝓ expeditione impetratæ: Demũ eiuſdẽ Cam. decreta, & capta, de cauſa expedienda conſilia. Quæ omnia, ob extremas, exquiſitiſſimaſq; partis dilationes, nihil ad rem contulere.

Adducta à Domino Præſidente exempla ita rem exprimunt. Et primò,
6 quidem in proceſſu nullitatis venditionis Mariliani, ſententia contrà Vincentium Carraſa actorem, ad fauorem D. Cœſaris Gonſaga, fuit lata 14. die Octobris anno 1572. referente Scalaleone fol. 131.

De ea reclamatum fuit in forma die 21. Octobris eiuſdem anni 1572. fol. 131. & à terg. in fin. Sed pars reclamãs conticuit vſque ad menſem Iunium anni 1576. in quo cauſam committi curauit, & ſupplicationem intimari, fol. 136. & 137.

Idcircò, cum ei oppoſita fuerit deſertio per annos quatuor, nedum per duos, die 10. Iulij 1576. fol. 138. quia cauſam nõ proſequuta fuit, nec proceſſum compilauit: cum non liceret de facto negare, iuſta ſe impedimenta habuiſſe allegauit fol. 138. in fin. & 143.

Et quia eiuſmodi impedimẽta haud admittenda eſſe cenſuit Sacrum Conſilium, nudo remanente articulo, referente de Franchis, in Collaterali fuit decreto prouiſum his verbis. *Vltimo Iunij* 1578. *reclamationem interpoſitam à ſententia lata* 24. *Octobris* 1577. *forè, & eſſe deſertam, fol.* 252. atque ita patet, deſertionem ex eo ortam, quod proceſſus quatuor annorum interuallo, non fuit compilatus.

Secundò in proceſſu reclamationis
7 Iulij Cœſaris Lama penes de Felice ſententia fuit lata anno 1569. vt videre eſt in decreto deſertionis ann. 1596. fol. 91. à terg.

Et

Et licet interpoſitæ reclamationis tempus non appareat; certum eſt tamen, eundem Iulium Cœſarem, cũ ſe reclamaſſe affereret, obtinuiſſe, vt reclamatio prædicta cõmitteretur mẽſe Iulij 1586. fol. 1. atq; intimaretur contrà ſupplicata menſe Auguſto eiuſdem anni fol. 2. à tergo. Et licet ſtatim, & immediatè curauerit dari terminum, ad non poſita ponendum die 25. Settembris 1585. fol. 4. & proceſſum cõpilauerit menſe Maij anno 87. fol. 23. à tergo, nulla inrerpoſita mora, quinimò poſt compilatum proceſſum, non modo ſingulis annis, verùm ſingulis quibuſquę menſibus, fieri monitiones pro expeditione, curauit, vt re ipſa cõplures, ac diuerſi actus interceſſere: veluti cauſæ cõmiſſiones diuerſis Cõſiliarijs: commutationes Commiſſariorum fol. 50. 52. 60.: decreta, quod audiantur tertij comparentes fol. 46. Tribunalis translatio fol. 77. proteſtatio fol. 55. ac Proregis pro expeditione, mandata fol. 79.

Quia tamen, quoad proceſſus compilationem, non eſt in tempore proſequutus reclamationem, idcircò, referente Conſiliario Veſpulo, fuit decretum mẽſe Februarij annno 1596. atq;, cum myſterio dictum, auditis partibus ſuper exceptionem deſertionis, viſiſq; pro vtraque parte ſuper prædictis, & in eorum ſcriptis allegatis, reclamationem à ſententia lata in anno 1569. fuiſſe, & eſſe deſertam ob lapſum fatalium.

8 Tertiò, exemplum cauſæ Ducis Sueſſæ contrà Marchionem Turris Maioris, eſt lõgè à caſu noſtro diuerſũ: quia licet Dux, ſtatus relaxationem, vel Fiſcum condemnari ad refectionẽ prætenderit, fol. 52. & 95. à tergo: fuerunt tamen Marchio, & Fiſcus abſoluti in Collaterali 10. Nouembris 1552. fol. 101. à tergo, his verbis. *Viſis litteris Suæ Maieſtatis, expeditis 22. Martij 1518. non eſſe procedendum in cauſa prædicta, ſed dicto Duci eſſe imponendum perpetuum ſilentium, & Fiſcus abſoluatur.*

Et poſteà per aliud Collateralis decretum 9. Octobris die 1564. fuit dictum, non eſſe recipiendas ſcripturas, quas procurator Ducis præſentare intẽdit, ſed eſſe publicãdũ decretum, intimatum Ducis procuratori 11. Octobris 1554. fol. 102. De quo reclamat Dux infrà biennium 8. menſis Octobris 156. fol. 102. in fin. à terg. ceſſat poſteà reticens per biennium, & reclamationis cauſam committi curat per S. Maieſtatis, litteras, datas 23. Maij 1558. fol. 113. & 117. in fin.

Menſe Octobris 1559. pluries pro Marchione, monetur, requiriturq; Ducis procurator, iterata impoſitione ſilẽtij contrà partem aduerſam, fol. 133. à ter. & monitione à. Reuertera firmata, fol. 134. à terg. Ioannes Antonius Torno Ducis procurator, plures, variaſque opponit dilationes, nempè ob aduocatorum obitum: petitq; terminum ad denuntiandũ Hyſpanijs f. 135. & à ter. ad hoc pro Marchione replicatur, quod ipſe reclamauit, & ipſe cauſam protrahit fol. 136. locis ſignatis; conceditur illi terminus dierum ſex, ad inſtruendum aduocatos, vltimo Octobris 59. fol. 136. & 137. & 138. vbi interceſſere plures hinc inde, partium replicationes, Die 20. Nouembris 1558. inſtante Marchione fuit decretum: Procedatur ad expeditionem cauſæ reclamationis, oppoſitis non obſtantibus fol. 139. vbi replicat à ter. quod certiorauit, Ducem principalem ad finem deliberandi, ſi opus eſſet petere terminum ad non poſita ponendũ fol. 141. ac denuo per Marchionem pro expeditione inſtatur 15 Decembris 1559. fol. 140. à tergo. Et quamquã anno 1560. inſteterit Dux, vt declararetur, num Regentes, vti delegari, an vt ordinarij interuenerint f. 142. hoc tamen 28. Martij 1560. fuit decreto declaratum, interueniſſe ſcilicet, vti ordinarios fol. 144. Poſteà nihil agens, reticet vſq; ad 24. Aprilis 1563. quo tempore petit terminum, ad non

poſita

poſita ponendum, fol. 144. à terg. & iterum 12. Iulij 1563. fol. 146. quo etiam tempore addit nonnulla, & de nullitate dicit; & licet deinde menſe Septẽbris 1584. proteſtetur de fatalibus fol. 172. à tergo, & 173. hoc tamen illi, poſt tantam moram non prodeſt: atque ita poſteà 1. Iulij 1585. fuit declaratum in Collaterali, obſtare lapſum fatalium, & deſertionem, fol. 260. *in 3. volum.* Ducis Sueſſæ.

Quò verò ad alterum punctũ: nimirum, quod diuturna taciturnitas, & negligentia non officit, ſi fuerit, reclamatum in tempore, & proceſſus cõpilatus, affertur.

9 Primò, quod, cum Martius Carrafa Arientij Marchio fuerit abſolutus à relaxatione eiuſdem terræ, petitæ à Virgilio Montalto, vltimo Iunij 1568. fol. 688. penes Burrellum.

Et Virgilius de ſententia reclamaſſet, fuiſſetq; ſtatim cõmiſſa reclamatio Cadenæ, mẽſe Septẽbris 1568. f. 689. & à ter. inſuper facta concluſio f. 690. à tergo, & expedita citatio ad dicendum Iunij 1570. fol. 691. nec non introducta cauſa 2. Iunij 1570. fol. 692. licet Virgilius reclamans toto nouenniuo reticuerit vſq; ad 4. Martij anni 1579. in quo illi intimari curauit monitionem ad dicẽdum fol. 694. & licet dictæ monitioni oppoſitum fuiſſet, reclamationem eſſe, non ſolum deſertam, ſed deſſertiſſimam.

Et etiam poſt dictam oppoſitionem per integrum biennium tacuerit, in quo nouam monitionem intimandam curauit, fol. 695. & à tergo. tamen latum eſt Sac. Conſilij decretum 24. Nouembris 1581. *Procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cauſæ reclamationis non obſtante allegata deſertione fol.* 699. à quo decreto, cum reclamatum eſſet per dictum Marchionem Arientij, fol. 700. fuit tamen confirmatum referente Conſil. de Haro fol. 716.

10 Secundò affertur, quod, cum Iulia de Reſtaino, quadam de ſententia anno 1560. lata ad fauorem Lauiniæ de Morra, reclamaſſet, fuiſſetq; terminus aſſignatus, ac proceſſus compilatus, & facta monitio anno 1565. fol. 703. licet poſteà ſilens per ſex annos quandam monitionem anno 1571. fieri curauerit, vt videre eſt ex ſcribæ relatione, à proceſſu extracta fol. 703. in fin. menſe tamen Octobris 1572. referente Villanoua, fuit decreto, admiſſa reclamatio, fol. 702. à ter. & 703. à ter.

Verùm, quia reclamans noua deſidia torpuit, cum per alium, & integrũ triennium reticuerit, 20. Martij 1576. fuit, referente Orificio, declaratum, reclamationem eſſe deſertam fol. 703. à tergo in fin. & 704. penes Figliolam.

Tertiò, cum Sedile Nidi, & familia
11 Bononia, referente Conſiliario Mãzo, fuerint abſoluti à prætenſione Iacobi de Bononia, Scipionis patris, 8. Iunij 1561. fol. 697.

Cumq; Iacobus reclamaſſet, ac reclamationis proceſsũ in tempore cõpilaſſet, vt colligitur ex decreto introductionis in S.C. 12. Iulij 1566. referẽte Cõſil. Vinc. de Franch. dicto f. à ter. & cùm deinde longo temporis interuallo deſidens, cauſæ expeditionem prætenderet, opponeretur; illi præfatum Nidi Sedile, allegans, reclamationem eſſe deſertiſſimam, ob aſſiduam duodecim annorũ ceſſationem f. 697. à tergo, cuius oppoſitionis præſentatio legitur fol. 698. in princ. cui adhæſit familia de Bononia.

Tamẽ iunctis Aulis, referente Cõſil. Cadena, vltimo Martij 1579. exortum eſt decretum, *quod non obſtante deſertione, procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione, apud Cioffum.*

12 Quartò in reclamatione Fabritij Mormilis, de ſentẽtia, mẽſe Iulij 1569. lata ad fauorem Ioannis Antonij Nauis, reclamat Mormilis, ac Septembri 1570. obtinet ſtatim, quod reclamatio committatur, fol. 245. & à terg. vt ex copijs in proceſſu Terræ Mariliani, poſteà 12. mẽſis Iulij 1571. aſſignatur.

Digitized by Google

gnatur terminus,dicto fol. 245. à terg. & vlteriùs non fit progreſſio, tacuit deinde Mormilis per integrũ quinquẽnium,& anno 1576. obtinuit, vt reclamatio,ob Quadrę obitum,denuò committeretur Conſiliar. Cadenę fol.248. oppoſita eſt ei per Nauem deſertio, his in ſpecie verbis : *Tùm, quia non fuit interpoſita, tùm etiam,quia non fuit proſequuta infrà legitima tempora* : hoc tamen non obſtante 24. Maij 1577. referẽte d. Cadena, ſequitur decretum: *terminus aliàs datus currat nõ obſtante deſertione allegata d. fol.* 244. quo decreto patet, verum eſſe, non fuiſſe Mormilem in tempore, reclamationem proſequutum.

13 Quintò in reclamatione à Lucretia Pitera interpoſita de quadam ſententia,anno 1534. referẽte D. Cicco Loffredo, latą ad fauorem Ioãnis Alphõſi Suſanna,cùm dictus Suſanna oppoſuerit deſertionẽ, aſſerens, quod licet Pitera reclamauerit in tempore, non tamen in tempore proſequuta eſt reclamationem, ſed reticuit vſq; ad annum 1587. fol. 1. in proceſſu magno iuncto,f.88. referẽte tũ Põpeo Salernitano 11. Ianuarij 1588. fuit decreto S.C. prouiſum: *terminus in cauſa, exceptionibus ac merita reſeruatis fol.* 84. *à ter.* confirmatur 16. Februarij 1588. fol. 95. à tergo, & licet non dicatur in ſpecie, *non obſtante deſertione*, hoc tantũ oriri potuit,quod in ſupplicatione, fol. 1. additæ fuere aliæ quoq; prætenſiones: & nonnullæ etiam aliæ exceptiones fuerunt oppoſitæ: ſed dubio procul eſt,inter cęteras fuiſſe reiectam deſertionis exceptionem, & in ſpecie fuiſſe proceſſum in cauſa reclamationis.

14 Sextò tandem allatum eſt S.C. decretũ, iunctis aulis in reclamatione à Baldaſſarre Gambacurta interpoſita, quo,non obſtante deſertione, nedum oppoſita, verùm etiam ex calendario proceſſus probata à Ioanne Andrea Gambacurta,fuit tamen iuſſum, ad expeditionem procedi penes Carbonũ, & ſic prima nouiſſimis vniũtur exẽpla.

Quoad tertium punctum, quod ſcilicet in Camera, nulla habita ſit ratio fatalium lapſus, apparet exemplis in proceſſu Mariliani productis.

15 Primò,quod cùm ij de Pace, & Lauinia Petralbes, de quadam ſententia in fauorem Principis Hoſtiliani, referente Eſcobar, cum adiunctis de Cõſilio (vti prorſus eſt caſus noſter) lata 22. Februarij 1565. reclamaſſent in tempore 9 Decembris 1566. fol.247. per annos octo ſilent reclamantes vſq; ad Iunium 1574. quo tempore fuit facta quædam monitio, & licet per Principem fuerit in ſpecie replicatum de deſertione, quando ſpatio nouem annorum, quadruplicata fatalia lapſa fuere,dicto f. à ter. ſequitur tũ Cameræ decretum,referente Pra ſid. Moles, cum adiunctis de Conſilio, Antonio Orificio,& Vitello 9. Februarij 1576. *quod non obſtante deſertione, procedatur ad expeditionem, penes Marcellum de Amato*.

Secundò, quod cum pro fiſco con-
16 trà D. Io. de Gheuara, per Cameram in Collaterali, referẽte Præſid. Pignone, lata eſſet ſententia 11. Martij 1551. ſilet D. Ioannes vſque ad 27. Martij 1576. quo tempore Bouini Dux comparet proſequens reclamationem fol.249. à terg. in fin. & fol. 250. & licet fiſcus ſtatim deſertionem obijceret 5. tũ Iunij 1577. referẽte Præſ. Dauid exortum eſt decretum, quod oppoſita deſertione non obſtante, detur terminus,ad non poſita ponendum fol.251. ante fin. penes Eufremum de Petrillis.

Tertiò affertur,quod cum 1. Decẽ-
17 bris 1601. pro Horatio de Loffredo contrà particulares Conſentinos, fuerit in Camera pronunciata ſententia, & in calce illius per eoſdem Conſentinos reclamatum, fol. 250. licet prædicta ſententia fuerit confirmata 16. Maij 1602. poſt biennium, tamen 7. Iulij 1604. impetratum eſt, vt reclamatio committeretur, fol. 505. & quia vſq; ad annum 1607. non dum erat

pro-

proceſſus compilatus, opponitur illis deſertio, Februario 1607. fol. 539. & à terg. per Dominum Montaluum 22. Martij 1607. fuit domi prouiſum, quod procedatur in cauſa reclamationis, oppoſitis non obſtantibus.

Quod decretum, cum de eo non fuerit appellatum, vti latũ de Cameræ ſtylo, tranſiuit in rem iudicatam: nullũ
18 enim eſt diſcrimẽ quoad tranſitum in rem iudicatam, inter decretum domi latum, & decretum latum in Tribunali, fatalia enim currũt eodem modo in interloquutoria, ſicut in diffinitiua, *Vrſil. deciſ. 42. num. 2. & deciſ. 79. nu. 6.* quod tamen procedit quoad deſertionem, ſi infrà decem dies non appellatur, ſecus verò, interpoſita appellatione, quia vbi non datur inſtantia, nec compilatur proceſſus, ibi nõ datur curſus fatalium, cum præſumatur ſtare per Iudicem, & quod non currunt fatalia ab incidentibus, idem *Vrſill. deciſ. 78. nu. 6. & 7.* vbi licet loquatur, pendente verbo faciendo à decreto M. C. ratio tamen eſt generalis.

Quo verò, ad quartum punctum, dicitur in caſu noſtro prorſus non poſſe, neque debere de deſertione agi, varijs de cauſis, iiſq; præcipuis, nimirum ob moras, dilationeſq; penè infinitias à parte allatas: ob extremas aſſiduaſque diligentias à Duce adhibitas: ob cõplura Cameræ de expeditione decreta: ob infinitas Proregis epiſtolas, & mandata; ex quibus clarum eſt, maximo adiunctorum, diuerſorumq; iudicũ numero, quibus erat decretationi interueniendum, fieri non potuiſſe, vt cauſa definеretur, ſententia contrà pu-
19 pillum Ducem, fuit, referente Valcarcel prolata 26. Nouembris 1597. fol. 273. de qua, cum intrà decem dies reclamaſſet Dux, dicto fol. à terg. in fin. & 274. impeditus poſteà exequutione, de qua agebatur, haud potuit reclamationem proſequi: & tandem coactus quatuordecim millia ducatorum depoſuit, quod cum menſe Martij 1598. fuerit parti intimatum, fol. 292. & 293. depoſita pecunia fuit liberata Duci Turris maioris, ac ꝑ eo Principi Hoſtiliani fol. 295. verùm facta exequutione prædicta, ſtatim Dux reclamans cauſam reclamationis committendam curat Domino Mõtoyæ: mẽſeq; Aprelis 1598. omnes, quorum interereat, fuere citati, menſe Maij fuit facta proceſſus apertura, datuſque terminus ad non poſita ponendum, anno 1599. ac demum non obſtante aduerſæ partis oppoſitione, quod non poterat procedi, niſi demandata exequutioni ſentẽtia, etiam pro intereſſe fol. 3. à ter. & 4. fuit facta examinatoris electio, atque alia nõnulla acta, vt aiunt, ordinatoria, de quo licet aduerſarius reclamaret, diceretq; de nullitate, fol. 7. à tergo, & non obſtante fiſci oppoſitione, fol. 11. menſe Martij 1600. examinatur, cum eiuſdem fiſci interrogatarijs fol. 17. completurq; examen fol. 33. à tergo, & 35. menſe Aprelis 1600. fuit in cauſa facta publicatio, & petita repulſa conceſſa fol. 37. fuit etiam facta cõcluſio, & ad dicendum 3. & 10. Iulij 1600. fol. 38. & 39. cum monitione fol. 40. ardentiſſimè tandem Dux reclamans iudicium, & reclamationis expeditionem proſequitur; vtq; partis aduerſæ prolationes, & moræ penè infinitæ remouerentur; fuit neceſſe, vt pluries interloquutorio Cameræ decreto, prouideretur, quod procedatur ad expeditionem cauſæ, fol. 42. à terg. atque etiã alio decreto, domi lato anno 1602. vbi declaratur, nullitates oppoſitas, nõ militare fol. 55. à terg. de quo, cũ obtinuiſſet aduerſarius, verbum fieri, f. 56. facto poſteà verbo in Camera 5. Decembris 1602. fuit dictum, bene prouiſum; verùm terminus repulſæ currat ab hodie, fol. 62. & quia pars aduerſa nouos adiunctos petendo, ſemper cauſæ finem impediebat, fuit prouiſum ad inſtantiam reclamantis, quod expediatur cauſa ſine adiunctis fol. 60. & 61. atq; ita varijs à Duce reclamante Proregis epiſtolis, compluribuſq; ad dicẽdũ monitionibus, à parte verò aduerſa diuer-

diuerſis prolationibus, ac nouis,iiſque notorijs ad differēdum inuentionibus pergitur vſque ad Decembrem 1609. fol.133.& 136. legatur quęſo epiſtola in fol. 133. & 136. ex eo enim intelligitur, fuiſſe neceſſarium,vt iudicio dies conſtitueretur poſt meridiem, cū fieri non poſſet, vt mane Conſiliarij in Cameram conuenirent, verùm quidem eſt, anno 1610. non apparere factam monitionem ad dicendum,cùm fortaſſe amiſſa ſit anno 1611. reclamans petit adiunctum ad complendum numerum quinque adiunctorum, cum ad inſtantiam partis aduerſæ fuit declaratū, eſſe neceſſarium fol. 99. à tergo, qui quidem adiunctus, vt ex memoriali patet, fuit petitus, ne cauſæ curſus impediretur,fol.37.& fuit dictum,intimetur parti,vt fuit intimatū 23.Februarij. & cum,multas poſt replicationes, fuerit prouiſum, vt interueniret Dominus Altenſius, intimatur 14. Martij 1611. fol. 138. licet à parte fuerit pro ſuſpecto allegatus,f.135.deinde anno 1612. & 1613. non apparent monitiones, quę quidem,aut amiſſæ,aut procuratoris negligentia, non ſunt factæ, anno 1614. Dux Andriæ ſupplicat Proregi, vt in locum Ioannis Sances defuncti ſufficiatur alius adiunctus, ne anſa prębeatur parti, cauſæ curſum impediēdi, quod prout iuſſum eſt,ipſi parti intimatur,menſe Nouembris 1614. fol. 140. anno 1615. mādato Proregis, die Veneris,& Sabbati,aliàs deſignati,quoad cauſa expediatur, iterum cauſæ iudicio conſtituuntur, fol.123. cum noua monitione, f.124. cum alia Proregis epiſtola, in quo iubetur fieri iudicium à meridie, & cum alia Proregis de quatuor adiunctis epiſtola, fol.125.& ſeq.

20 Addo poſt hæc vidiſſe proceſſū inter eundem noſtrum Ducem Andriæ in diuerſa cauſa,ſcilicet,cum Regio Fiſco ſuper augumento foculiariotum, in quo obſeruaui,quod cum die 12. Iunij 1585. referente Præſidēte Dauid,fuiſſet Fiſcus abſolutus car.158.& deinde in cauſa reclamationis, cum Iudicibus adiunctis, referente Præſide Caſtellet Fiſcus condemnatus 21. Iulij 1590. car. 178.à quo decreto,cum Fiſcus reclamaſſet,ibidem à tergo, oppoſita deſertione per Ducem 27. Septembris 1594. fol.192. fuit latum decretum, referente Præſide Montoya 28. Februarij 1598. quo fuit prouiſum, deſertionem non obſtare fol.21.& poſteà dato termino ad non poſita ponendū de eodem anno 1598.fol.202. à terg. tametſi Fiſcus tacuerit vſq; ad annum 1605. fol. 203. adhuc de anno 1619. tractata fuit reclamatio,pro cuius expeditione, ego tanquam Fiſci patronus inſteti, fol.216. à tergo, proceſſu Regiæ Cameræ, penes Franciſcum Faſanum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium mutuantis ad rem emendam,conceditur ſuper re empta, non ſuper alijs bonis debitoris.*

2 *Priuilegium Fiſci pro tributo, & retētione pro melioramentis, non extenditur vltrà prædia tributoria.*

3 *Prioritas temporis non conſideratur inter plures mutuantes ad rem emendam quoad ſortem, & de ratione nu. ſequent.*

5 *Conditione ſimul exiſtente in re obligata duobus, ſub conditione ambo cōcurrunt.*

6 *Prior in tēpore potior eſt iure, nō ex priuilegio, ſed ex rigore iuris innixo cōuentioni, etiamſi primo obligetur res debita, ſecundo iam effecta propria num. 8.*

7 *Hypotheca retrotrahitur ad diem cōtractus in creditores, conditionali.*

9 *Pupillus in re empta ex propria pecunia, præfertur creditoribus anterioribus, quatenus ex eius pecunia ſit ſolutum.*

10 L.licet C.qui potiores in pign. *cauſā, & conuentionem requirit, in perſonis non priuilegiatis, vt anterioribus tēpore præferantur.*

11 *Mutuas ad refectionem, & in rei emptio-*

ptionem quoad prælationem æquiparantur, & in vtroque eſt neceſſaria expreſſio cauſæ, ex qua oritur priuilegium, & num. 12. & 40.

13 *Creditor mutuans ad reſectionem, an habeat hypothecam, etiamſi de ea non conueniat, an cauſa, & conuentio propter cauſam requiratur, & n. 14.*

15 *Cauſa, ob quam pecunia mutuò datur ſi nõ exprimitur, ſuperfluum eſt probare in eam rem uerſum eſſe.*

16 *Vſuræ non ſortiuntur priuilegium* l. licet 7. C. qui potior. in pign. *& quare, & num. 19. & 46.*

17 Mutuans ad reſectionem, *nõ conſequitur priuilegium vltrà ſummam neceſſariam reſectionis.*

18 *Prior in tempore pro ſorte, erit etiam anterior pro vſuris, quod non procedit in potiore ex cauſa, num. 19. neq; in vſuris, quæ de per ſe, non acceſſoriè debentur, num. 25. & 34. neque in potiore ex priuilegio, num. 33.*

20 *Hypotheca tacita competens pro dote debet extendi etiam ad intereſſe ex identitate rationis, & num. 22. & quid, quoad ipſius alimenta, & n. 21.*

23 *Aſſenſus conceſſus ſuper hypotheca feudi pro dote, extenditur ad intereſſe debito ex iuris diſpoſitione, ſecus ex promiſſione, & pacto hominis, & nu. 24.*

26 *Aſſenſus ſuper ſorte extenditur ad vſuras, quando ſtat in forma ſimplicis gratiæ, & beneficij, ſecus, vt diſpenſatio.*

27 *Aſſenſus ſuper ſorte non extenditur ad intereſſe, quando bona in certam tantùm cauſam obligari permittuntur, & agitur de præiudicio tertij.*

28 Mutuans *ad reſectionem præfertur pro ſorte, non pro pęna, ſiuè intereſſe, quod procedit fortiùs in tertijs conuentis nu. 36.*

29 *Vſura pœna eſt, præſertim in pęna, quatenus cum intereſſe concurrit, & dicta de pęna procedunt in vſuris, & nu. 31. & 32.*

30 *Argumentum de pœna ad vſuram, validum.*

34 *Intereſſe, ſiuè vſuræ acceſſoriè debentur, introitus verò principaliter, ideò intereſſe tertiarum, non autem vſurarum, debetur, & nu. 35.*

37 *Mutuans ad rem emendam, ſi cum ipſa ſorte emit à debitore annuos introitus, non eſt ſimpliciter potior pro ſorte, & tunc ceſſat regula* l. Lucius 19. ff. qui potior. in pign.

38 *Poſterior tempore præfertur anteriori ex priuilegio à iure inducto, non autem ex rigore iuris, & num. 39. 42. & 43.*

41 *Creditor poſterior, ex cuius pecunia res emitur, non eſt prior, ſed tamen potior ex cauſa, inducente priuilegium.*

44 *Debitor in quærendis poteſt præiudicare creditoribus, & venditor conuenire, cum emptore, vt in re acquirenda ius ipſis non quæratur, & nu. 47.*

45 *Creditor anterior conuentione præfertur in re quæſita debitori, tẽpore, quo vterque reperitur creditor.*

48 *Creditor in re, ex ſua pecunia emenda, an pactum aliquod conſtituere poſſit, et debitor in illa, ex ſua conuentione anterioribus creditoribus præiudicare, an valeat.*

49 *Creditor ad rem emendam, ex pacto inter ſe, & debitorẽ, vt res ſit ſpecialiter obligata, & ſi venditor non interuenerit pro pecunia credita, præfertur; ſuper augmento tamen anterioribus creditoribus, non poteſt præiudicare, et num. 51.*

50 *Augmentum rei emptæ ex pecunia poſterioris creditoris, potioris tamẽ ex cauſa, ſiuè perueniat ex tempore, ſiuè ex induſtria, quod præſumitur, cõmunis debitoris eſt.*

52 *Pretium feudi, ſi iterum ad emptorem redeat, ad beneficium creditorum reuertitur.*

ARGVMENTVM.

Mutuans ad rem emendam, vel reficiendam, an ſicut pro ſorte mutuata prioribus creditoribus præfertur, ita quoque

præferatur ꝓ vſuris,& tertijs. Latè agitur de vero ſenſu *l.licet 7.C.qui potior.in pign.* & quomodo ſit ſanè intelligendum vulg. axioma, quod anterior pro ſorte ſit anterior pro vſuris, ſeù intereſſe ad *text. in l. Lucius 19.ff. qui potior.in pign.* Tertiæ, an differant ab intereſſe, quid in pœna. De pactis inter creditorem mutuantem, & debitorem,an præiudicare poſſint creditoribus debitoris,& alijs.

Pro Domino Petro Feo Raymundo patritio Ianuenſis dominij,ſuper liberatione depoſiti Terræ Theanæ.

CONTROVERSIA XXI.

PAulus Franconus pro emenda Terra Theanæ,vẽdita ſub haſta,vrgẽtibus creditoribus Andreę Frãconi ꝓ ducatis ſexaginta millibus,vẽdidit prius de anno 1600.annuos introitus Alexãdro Raymũdo ꝓ pretio ducatorũ triginta milliũ,& quingẽtorũ,& poſtmodũ Ferdinando de Palma, ſiuè alijs,alios annuos introitus ꝓ diuerſis ſũmis ad cõplemẽtũ ducatorũ 54.milliũ,reſtantes verò ducatos ſex mille ꝓ integro p̃tio ſoluit de propria ſubſtantia; vẽdita verò iterũ Terra ad inſtantiã creditorum Pauli emptoris,Marco Antonio de Sãctis,qui vltrà idẽ pretiũ ducatorum 60. milliũ, reſpectu corporũ feudaliũ, obtulit ſoluere alios duc.3500. ꝓ pretio burgenſaticorũ, quæ verè poſſidebat Paulus emptor titulo particulari priuſquam emeret dictam Terram, cũ pretiũ peruentũ non ſufficeret pro ſoluenda ſorte principali, & tertijs debitis creditoribus prædictis, qui dederunt pecuniam ad rem emendam,Dominus Conſil. Georgius, cauſæ Commiſſarius, liberauit omnibus creditoribus ꝓ rata, quantitates ipſius pro ſorte debitas vſque ad prædictam ſummam ducatorum 54.millium.

Verùm pro eredito tertiarum orta eſt cõtrouerſia inter Dom.Petrũ Raymundum hæredem Alexandri, qui primo loco credidit in rei emptionẽ, & cæteros poſteriores,prætendente Raymundo, quod quamuis pro ſorte coactus fuerit concurrere, diuerſum fore reſpectu tertiarum, in quibus ceſſante priuilegio, omninò eſſe attendẽdam regulam iuris generalem,vt prior in tempore, &c.

Et vt antequam oſtend ere incipiam prætenſionem Raymundi, ſolidiſſimis iuris fundamentis deductis ex veris iuris principijs inniti, illud animaduertere libuit, nos quæſtionem proponere ſuper caſu magis dubitabili, nempè quis ſit præferendus ſuper pretio eiuſdẽ Terræ, ſcilicet,ſi ꝙ adeſt in præſenti caſu, fortè maius pretium peruentum ex augmento temporis, etiam intrinſecè cauſato ex eademmet re; ſiquidem quoad ducatos duos mille, qui adhuc ſuperſunt liberandi ex reſta ducatorum ſex millium, quos pro complemento integri pretij implicauit Paulus emptor, idemq; debitor de propria ſubſtantia, nec non quoad aliam ſimilem quantitatem, quæ adhuc ſupereſt de pretio burgenſaticorum, ſi Sacrum Conſilium, prout ſperatur,iudicabit bona illa fuiſſe quæſita Paulo, titulo particulari, longè ante emptionem, quod in particulari facti nota deduximus. quoad has ſummas abſque vlla probabili controuerſia Raymundus ex ſola temporis prioritate erit potior cæteris, neque in iſto caſu opus erit diſpungere iuris articulum, cum abſolutum ſit de iure,priui-
1 legium mutuantis ad rem emendam, de quo *in l. licet, C. qui potior. in pign.* non concedi, niſi ſuper re empta, non autem ſuper alijs bonis eiuſdem debitoris, vt in terminis adnotat *Couarr. variar.lib.1.cap.7.num.2. verſ.* pra-

2 *præter hæc*, ſicut etiam priuilegium fiſci pro tributo, & retentionem pro melioramentis, non extendi, vltrà prædia tributaria, & bona meliorata, pluribus comprobat *Surd.deciſ.*311.

Vt igitur deueniam ad punctum circà prioritatem quoad tertias, ſiquidem quoad ſortem nullam poſſe con-
3 ſiderari temporis prærogatiuam, inter plures mutuantes ad rem emendam, ſed omnes concurrere, probari videtur, *in l.idemq;* 7. *verſ.quare, ff.qui potio. in pign.* & in ratione ſui, *in l. priuilegia, ff.de priuileg. cred.* & ratio eſt,
4 quia non poteſt ius aliquod creditori quæri, niſi in vltimo puncto, & tota pecunia neceſſaria etiam ab vltimo mutuata, & ob id cenſetur vnus contractus, *arg. notat.per Afflict. deciſ.*306. *in fine*, *D.de Franch. deciſ.* 369. & optimè *per D. Conſil. Georgium allegat.* 22. *num.* 44. *et* 46. quod probat etiam *text.* apertus *in d.l. idemq; §.fin.et in l.fin. ff. eodem*, vbi ſi duobus, res obligatur ſub conditione,
5 quæ ſimul exiſtit, ambo concurrunt, quod propriè euenit in huiuſmodi ſpecie, vbi tacitè ſubintelligitur conditio ſi res ematur, facit *text. notab.in l.*1. *ff. commun.prædiorum*, prout ipſum inducit, & explicat *Camer.in cap. Imperialem car.* . . & nouiſſimè *Reg. de Ponte de feudis lectione* 11.*num.*57.

Quoad tertias præmitto vulgatā iu-
6 ris reg. qui prior eſt tempore, ideſt, cui prius obligata ſunt bona, is potior eſt iure, & præfertur alijs, *c.qui prior, de reg. iuris, in 6.l.potior, ff.qui potio. in pign.l.quoties vtriuſq; ff.de reg.iur.* non fundari in aliquo priuilegio, ſed in rigore iuris, innixo ſolæ cōuentioni, quā quis ex propria diligentia pignus acquirendo quæſiuit, quæ conuentio ad faciendum anteriorem creditorem, etiamſi cauſa debiti tempore conuentionis non ſubſiſtat, futura tamen ſit, vt in creditore conditionali, ad cuius
7 beneficium, hypotheca trahitur retro ad diem contractus, *l.qui balneum* 9. *ff. qui potio.Bald.in notab. caſu in rub. extra de ſumma Trin. et Fide Cathol. col.* 3. cuius dictū explicat *Rebuff.lib.*2. *ad cōſtit.Gall.tit.de cōſtit. redit.art.* 1.*gloſſ.* 8.*nu.*9. *et* 10. quinimò adeò conuentio ſola āttenditur, vt ſi primò oblige-
8 tur res debita, ſecundò iam effecta propria, prior in tempore ratione conuentionis præferatur, *l.creditor* 3. *§.*1. *vbi Bart. ff.qui potio.in pign.* à qua regula, ex iuris rigore, nunquam recedēdum eſſe, lex ſtatuit, vt poſterior tempore, priori præferatur, & ſic potior fiat, niſi ratione cauſæ, ex qua lex concedat priuilegium, vel in perſonis priuilegiatis ratione ſolius cauſæ, vt in pupillo, qui in re empta ex ſua pecunia præfertur creditoribus anterioribus, quatenus tamen ex eius pecunia ſit ſolutum, & non vltrà, *d.l.idemque* 7. *cum gloſſ.*2. *magna*, & dictis *Bart. ff. eodem tit. Neguſant.in* 2.*memb.* 5.*par. num.*19.*Rebuff. vbi ſupra num.*22. vel in alijs perſonis non priuilegiatis, in quibus tamen duo requiruntur, ſcili-
10 cet cauſa, & conuentio, & ita procedit *l.licet, C.qui potior.in pign.* non quidem cōuentio pro anterioritate tēporis, de qua in hoc caſu, nullam eſſe rationem habendam, ſtatuit I.C. *in l. priuilegia, ff.de priuil. cred.* ibi, *priuilegia non ex tempore æſtimantur, ſed ex cauſa, et ſi eiuſdem tituli fuerint, concurrunt, licet diuerſitates temporis in his fuerint*, ſed quia conuentio eſt neceſſaria, vt hypotheca quæratur ei, qui priuilegium nō habet ex propria perſona, nō ob aliud, niſi vt de cauſa conſtet, & appareat ad hunc finem pecunia credita, quæ alioquin efficeretur debitoris per conſumptionem, iuxtà *Gloſſ.in l.*1.*§.fuit quæ-*
11 *ſitum, ff.ad Trebell*, vt tàm in mutuante ad refectionē, quàm in rei emptionem, qui in hoc æquiparantur, optimè probat *Bar.in d l.interdum* 5. *in princ.* his verbis *ratione cauſæ poſterior poteſt eſſe potior priore veluti ſi ad rē cōſeruādā poſterior creditor debitori crediderit, et n.*5. *verſ. ſecundò quæro*, ſubijcit idm in eo, qui mutuauit ad rem emendā, vt ſit neceſſaria cauſa, & conuētio.

Conſtat enim inter hos creditores
12 ſaltim quoad hoc nullam eſſe à iure cõſtitutam differentiam, cum pariter in vtroque ſit neceſſaria expreſſio ipſius cauſæ, ex qua oritur priuilegium, *l. procuratoris, 5. §. planè ff. de tribut. Neguſ. in d. 2. memb. 5. par. num. 15. verſ. & iſta prima, Rebuff.* vbi ſuprà *num. 15.* ſed in alio tantùm eſt differentia, vt
13 mutuans expreſsè ad refectionem, etiamſi de hypotheca non conueniat, ſequuto effectu, habebit hypothecam, quam tamen non haberet mutuans ad rem emendam, niſi de ea expreſsè conueniſſet, ſecundùm opinionem *Gloſſ. 2. in l. quod quis 18. ff. de priuileg. credit. & Bart. in l. interdum n. 4.* ſed contrarium, vt etiam in iſto, & ſic indiſtinctè in omnibus creditor ad emendam rem æquiparetur creditori ad refectionem, vt idem conſequatur priuilegium tacitę hypothecæ, etiam non conuentæ, firmat *Gloſſ. in auth. quod quis, C. qui potior. in pign.* quam authoritate *Bald. Ang. Alexand. Iaſ. Cãpeg. Caſſan. Nauarr. & Greg. Lopez,* contendit eſſe magis communem, veriorem, & ęquiorem: & in Hiſpania firmari lege particulari, *Hieron. Ceuall. pract. qq. commun. contra comm. c. 744. num. 4.*

14 Et quod requiratur vtrumq; ſcilicet cauſa, & conuentio, quinimò conuentio non ob aliud, niſi propter cauſam, probat apertè *text. in l. quamuis 17. vbi Gloſſ.* citat pro concord. *text. in d. l. procuratoris 5. §. planè, ff. de tribut. actio. & text. in l. quamuis,* citat ad hoc in ſpecie *Gloſſ. in d. l. licet, in verſ. conuenit, & Gloſſ. 2. in d. l. quod quis in fin.* & plenè *Neguſ. de pigno. in 4. memb. 2. par. num. 163. in 16. caſu*: cum enim
15 nulla ſit mentio in contractu de cauſa, ob quam res emitur, vel pecunia mutuò datur, ſuperfluum eſt inueſtigare quid de pecunia actum ſit, & probare in eam rem verſam fuiſſe, vt optimè ex *Salyc. in auth. quo iure, quaeſt. 7. C. qui potior. in pign. Bar. Fulg. & Salyc. in d. l. interdum,* exornat hoc etiam exemplis *Morotius reſponſ. 54. num. 3. & 4.*

Si igitur, vt ſit locus diſpoſitioni *text. in l. licet*, duo pernecesſè copulatiuè requiruntur, cauſa ſcilicet, & conuen-
16 tio: quamuis in vſuris, ſiuè tertijs concurrat vnum ex requiſitis, quia habent ex conuentione creditoris, cum debitore, anterioritatem: cum tamen manifeſtum ſit, nõ habere cauſam priuilegij, ſeqtur, vt nullo modo vſurę poſſint potiri priuilegio *d. l. licet, arg. text. in l. ſi hæredi plures, ff. de condit. & demonſtrat.*

17 Quod autem cauſa priuilegij hoc caſu non extendatur, niſi ad quantitatẽ pecunię creditę tantùm, & nõ vltrà, licet de ſe pateat, probatur *in l. fin. ff. de exercit. actio.* vbi mutuans ad refectionem, nullum conſequitur priuilegium pro illo pluri, quod vltrà ſummam neceſſariæ refectionis mutuauit, quod pleniùs *in d. l. fin. explicat Caſtr. & Ripa in l. ſi ventri, §. 1. num. 4. ff. de priuil. cred. Neguſant.* optimè *in 2. memb. 5. par. num. 15. verſ. quarto reſtringe, Rebuff.* vbi ſupra *art. 1. Gloſſ. 8. num. 19.* addens ad id *cap. relatum*, ibi, *iuxtà ſeruitij meritum, de teſtam. c. quod quibuſdam, de fideiuſſ. & ſing. Gloſſ in d. l. idemq;* 7. verbo *comparata, & Bart. ibi num. 7.* dum ſubijcit ea verba, *quatenus ex eius pecunia eſt ſolutum.*

Et ſic patet reſponſio ad *tex. in l. Lucius 19. ff qui potior. in pign.* ille enim *text.* benè procedit in caſu ſuo, in
18 creditore anteriori in tempore, vt ſit anterior etiam in vſuris, & intereſſe, vt illum sũmat *Bart.* & tradunt *DD.* congeſti à *Maſtrillo dec. 119. n. 11 p. 2.* nõ autẽ in creditore potiore ex cauſa, quia id, quod intereſſe, tanquam acceſſorium ſequatur naturam ſortis principalis, non procedit, quãdo diuerſa eſt ra-
19 tio inter vnum, & aliud, quia cum cauſa priuilegij, quæ eſt in ſorte, non militet in vſuris, creditor potior pro ſorte, nõ erit potior pro vſuris, vt ita *d. l. Lucius* in indiuiduo, declarant *Socin. conſ. 41. num. 26. verſ. poſſet quis, lib. 4. Zaſius in l. qui autem, in 5. notab. ff. de priuileg.*

priuileg. credit. quod pluribus iuribus comprobat *D.de Franch.deciſ.*502. *n.* 22. & plenius *deciſ.* 613. *num.* 13. *& num.* 16 *verſ.d. auth.* vbi ita declarat *d.l.Lucius*,authoritate *Butrig. Aret. Tiraq. Melchior.Palaez, Burgos de Paee,Cannet. Cumiæ,& aliorum*, ex qua ratione diuerſitatis in caſu noſtro, reſoluitur quoque obiectio, quod tacita
20 hypotheca competens pro dote, & ſic ex priuilegio, extenditur quoque ad vſuras, & intereſſe dotis, quinimò ad ipſius alimenta, ſecundum opinionem *Iacob.de Arena in l.vnica*, §. *& vt pleniùs,C.de rei vxor.actio.& Bart.in l. ſi cum dotem* 22. §.*ſin autem in ſeuiſſimo, nu.*7.vbi omnes,*ff.ſolut.matrim. Neguſant.de pign.in* 4.*memb.*2.*par. n.*47. quia tametſi,contrariam,& negatiuam opinionem probent, poſt *Guid. de Suzar. & alios antiquos,idem Bart. in altera l.Lucius* 12.*num.vlt ff.de aliment. & cibar leg. & in tract.de alim.in fin.* quam aſſerit communem *Ludou. Rom. in d.l.ſi cum dotem* §.*ſi maritus, nu.*26. *& conſ.*454.*num.*28. & pro communi eam tradunt *Matth. Gribal. Eman. Suarez, Anton.Gabri.*& alij relati per *Matth. Colerum de alim. lib.*1.*cap.*10. *num.*47. *in fin.* quam negatiuam opin. veriorem quoque, licet non ita communem eſſe,contendunt *Surd.de alim. tit.*8.*priuil.*49. *& Barboſa in l.*1. *par.* 3.*nu.*28.*ff.ſolut. matrim.* ſed eam veriorem, & magis communem, ſi rectè enumerentur *DD.* quos pro vtraque parte citat,probat ſaltim quoad vſuras,
21 & intereſſe dotis, quidquid ſit in alimentis,vti ipſi doti perpetuò annexis. *D.de Franch.in d.deciſ.*613.præſertim *num.*14.*et* 15.ex quo refert, quod priuilegium *auth.res quæ,C.comm. de leg.* non habet locum in intereſſe dotis, *num.*7.*cum ſeq.* cum qua opin. reſidet *num.*16. & poſt *num.*19. quamuis dicat S.C. non decidiſſe art.

Tamen,etſi eſſet verior, & commu-
22 nior opinio affirmatiua, nō alia ratione illā admittit *DD.* niſi quia omninò eſt eadem ratio in dote, quæ in intereſſe, & alimentis, vt poſt *Surd.d.priuileg.* 49. optimè probat *Colerus* in id expendens *text.in l.aſſiduis,in d. c.* 10. *num.*15.*ad fin. verſ.eum enim*, cuius contrarium eſt in caſu noſtro.

Et ſic etiam reſoluitur illud, quod
23 aſſenſus conceſſus ſuper hypotheca feudi pro dote, extenditur ad eiuſdem dotis intereſſe, & alimēta, quia quamuis hoc non ſit omninò expeditum, ſiquidem aſſenſum non extendi ad intereſſe, tenuit *Afflict. in l. Imperial. in* 12. *notab. quæſt.* 8. *de probib. feud. alien.*cuius opin.latè,iuribus, & rationibus, quæ ſatis ad rem noſtram conferunt,defendit *Freccia lib.*2.*quæſt.*20. per totum, & præſertim illa,quod priuilegiū ſuper ſorte nō operatur, quoad intereſſe,& vſuras, *ex l. fin.*§. *Lucius Titius,ff.de cond.indeb.* qui in pluribus cauſis ita deciſum teſtatur, nec contrarium voluit idē *Marin. d.lib.*2. *q.*2. *num.*11. quia dum perfunctoriè retuliſſet *DD.*tenentes communem, ſubijcit hęc verba *poteſt de hoc in Regno dubitari*, quaſi noluerit tunc deliberare, & hanc opin. magis communem eſſe, concedit *Surdus*,latiſſimè de hoc agēs, *de alimen.tit.*9. *quæſt.*31. *nu.*38. *verſ. quibus ſic*, licet contrarium ipſe defendat, tamen ijdem *DD.* qui affirmatiuā tuentur opinionem, inter quos eſt *Camer.in d.l.Imper.fol.*51. *col.*4. *verſ. ex*
24 *quibus*, eā tamē declarat procedere in vſuris, ſeu intereſſe debitis ex iuris diſpoſitione, quæ reputantur vnum, & idem cum ſorte: ſecus verò in his,quę non veniunt à natura obligationis rei, ſed ſtant de per ſe,vt ſeparata,& debētur ex promiſſione, & pacto hominis, quod licet *Camer. exemplificet in pęna d.loco,& f.*52.*col.*1.*littera C. verſ.quādo aliud*, idem eſt in tertijs, vt infra dicemus, quod latiùs refert, & comprobat *Surdus d.quæſt.*31. *n.*36. 65. *et* 69. *verſ.tertiò dico*,qui addit *num.* 68. opinionem cōtrariam procedere, cum diuerſa ratio militat inter ſortem, &
25 vſuras, ſecus vbi eadem,& quod *text. in l.Lucius*,procedat tantùm in vſuris,

quæ acceſſoriè debentur,non autem in alijs, quæ de per ſe ſtare poſſunt, probant in ſpecie *Ripa in l.priuilegia, num.*15.*& Burſat.conſ.*103.*num.*22.*lib.*1.

Inſuper ijdem *DD.*concedũt,quod
26 tunc aſſenſus ſuper ſorte extẽditur ad vſuras, cum aſſenſus ſtat in forma ſimplicis gratiæ, & beneficij, quia nihil derogatur iuri communi, ſed tollit tãtùm dominus ſuæ voluntatis impedimentum pro ſuo intereſſe, ſecus verò cum aſſenſus conſideratur, vt priuilegium, ſiuè diſpenſatio,quia tunc aſſenſus nullo modo extenditur ad intereſſe,& vſuras dotis, *Surdus d. loco n.*39. *&* 40. *cum ſeq.* quamuis eſſe apprimè fauorabiles, probat idem *Surd. nu.*63. 64. *&* 66. vndè cum creditor ad rem emendã præferatur ex priuilegio contrà regulas iuris; priuilegium pro ſorte non deberet extendi, ad tertias, nec ad ſimplex intereſſe, & hoc eſt, quod propriè voluit *D. de Franch.* qui reſpondendo ad doctrinam *Camer. in*
27 *d.deciſ.*613.*num.*15. in indiuiduo determinat caſum noſtrum, vt nõ procedat *opin. Camer.* in caſu, vbi bona in certam cauſam obligari permittuntur, *& num.* 16. ſed quando tractatur de bonis in omnem caſum obligari permiſſis, & de præiudicio ſolius obligantis,ſecus de præiudicio tertij, & addit *in verſ.aut ſunt,* quia debitor non potuit transferre in tertium plus iuris, quàm ipſe habet, in præiudicium eius, cum quo primo loco contraxit, & ſic non poterit creditor poſterior, vltrà pretium neceſſarium ad rei emptionẽ anteriori creditori præiudicare.

Ex quibus veriſſima redditur doctrina *Caſtr.in l.ideò* 17.*ff.de compẽſ.* dum
28 in indiuiduò docet mutuantem ad refectionem præferri pro ſorte, non autẽ pro pœna, & ſequitur *Iaſ.in l.creditor*
29 *num.*4.*ff.ſi cer.pet.* quorum dicta in vſuris quoque procedere ſine dubio cenſuit *Ripa*, qui apertis oculis materiam de priuilegijs creditorum deguſtauit *in l.ſi ventri,* §.1. *num.*4.*ff. de* *priuileg. credit.* ſequitur *Cannet. in extrauag.Volentes, cap.at non erit otioſa, num.*4. idemque ſentit *Rebuff. d.tract. de conſtit.reddit.art.*1. *Gloſſ* 8. *nu.*20.

Nec mirum,quia pœna vſura eſt, *l. pignoribus,C.de vſur.l.lecta, vbi Alex.*
30 *& Iaſ.*dicũt de pœna ad vſuram valere argumentum, *ff.ſi cert. petat.* quod defendit, & communiter recipi teſtatur *Caſſan. ad Conſuet. Burgund. rub.* 4. *in text. des le terme, num.*6. *verſ.*
31 *ſed nunquid,* & patet, quia naſcitur ex mora, *l.mora;ff.de vſur. l.traiectitiæ,* §. *de illo, ff.de act.& obligat.*mora autem eſt culpa, *l.omne delictum, ff. de re milit. DD.in l.quod te,ff.ſi cert.pet.* vndè ſi vſura oritur ex mora, quæ eſt culpa, & delictum,ergo vſura eſt pœna, *l.ſan-*
32 *cimus, C.de pœn.* & hoc præſertim procedit in pœna,quatenus cum intereſſe concurrat, quia in eo nil aliud eſt, niſi ipſum intereſſe, iuxtà latiùs tradita *per Afflict.& Vrſill.deciſ.*135.quod in indiuiduo confirmat *Dionyſ.Gottifred.in annot. ad d. l. Lucius*, ex cuius verbis clarè colligitur,in ſimplici prioritate
33 temporis concurrere vſuram,cum ſorte, ſed in prælatione ex priuilegio, vt in Fiſco exemplificat *Gottifred.* nõ dari prælationem in vſuris, vt in ſorte; quæ omnia ſi procedunt in vſuris, ſiuè
34 intereſſe, quæ ſecundum aliquos acceſſoriè debentur, & reputãtur vnum, & idem, vt latiſs. tradit *Surd. d.q.*31. & in pœna, quam & ipſam ſubrogari loco rei, probat idem *Surd. deciſ.* 35.
35 *num.*10.*& deciſ.*304 *&* 306. quantò fortiùs in annuis introitibus, ſiuè tertijs conuentis, quas certum eſt non acceſſoriè,ſed principaliter deberi, *ex Bald.in l.eos,*2.*oppoſ. C.de vſur.* probat *Socin. d.conſ.*41. *nu.*4.8. *&* 10. & hac de cauſa deberi intereſſe tertiarum, quia de per ſe ſtant, & conſiderantur, vt ſeparatæ,non acceſſoriè, tradunt *D. de Franch.deciſ.*254.*n.*14. *Piſanellus, et Vrſill. ad Afflict. deciſ.*291. *Lanar. conſ.*79.*num.*6. *Conſ.de Anna conſ.*48. *num.*13. nam alioquin eſſet dare vſurarum vſuras,vel acceſſionem acceſſionis

Google

nis contrà iura, quæ congerit *Peregrin. de iure fiſci lib.6.tit.7.num.31.*

Ex quo ſequitur, quod tametſi doctrina *Caſtr. in d.l.ideò*, intelligenda eſſet ſolum in pœna, quæ conſideratur, vt ſeparata, nō in vſuris, adhuc ꝓcede-
36 tet in caſu noſtro in tertijs conuentis, in quibus militat eadem ratio ex vi comprehenſionis.

Et tandem aliter poſſet reſponderi *ad l.Lucius*, prout reſpondet *Socin. d. conſ.41.num.26.verſ.vel reſpondeo*, &
37 non cōtradicit, quod creditor, qui dat pecuniam ad rem emendam, non ſimpliciter, ſed cum illa ſorte, emit à debitore annuos introitus, non eſt ſimpliciter potior in ſorte, quia eſt in poteſtate debitoris nūquam ſoluere ſortem, ſoluendo annuos introitus, quod maximè procedit in Regno, *ex Bulla, et Pragm. de cenſibus*, vnde ceſſat *reg. l. Lucius*, quando à principio, non eſt contracta obligatio efficaciter, vt ſors repeti poſſit, quæ eſt, non minùs ſubtilis, quàm vera ſolutio.

Ex quibus manifeſtè apparet, quàm latè pateat eorum lapſus, qui dum cōtrarias partes tuentur, dicere audent, omnem deceptionem contrarium ſententium, conſiſtere in eo, quod credūt diſpoſitionem *text. in l.licet*, fundari in priuilegio, & non in iure communi, in virtute ſpecialis hypothecæ, eoſq; hallucinari, & ſimilia, ex prædictis enim, & infrà dicendis apparebit, vter eorum ſit deceptus, & hallucinatus.

Quod igitur ferè tota diſpoſitio, *l. licet* fundetur in ſpeciali priuilegio à iure inducto, iam ſupra probauimus ex conuentione oriri priotitatem, & poſterioritatem temporis, ſed in caſu, de quo agitur, poſterior tempore, præ-
38 fertur anteriori, igitur non eſt conuētio ſola, ſed priuilegium, quod cauſat prælationem, conſulamus, I.C. reſpōdet *interdum poſterior, ſcilicet ex conuentione l.2.C qui potio.in pign. potior eſt priore, ſcilicet ex priuilegio, vt puta ta, ſi in rem ipſam conſeruandam impēſum ſit*, & ſi interrogetur, quare hoc, vltrà, quod dixit, *vt puta ſi in rem impenſum ſit*, meliùs demonſtrat *in l. ſequen. huius enim pecunia ſaluam fecit totius pignoris causã*. Ecce igitur, quod ex cauſa, ex qua inducitur priuilegiũ, *d.l.priuilegia*, non ex tempore, quod inducitur ex conuentione *d.l.2. C. qui potio.* prælatio inducitur, & *Gloſſ.1 in d.l.interdum*, in medio, ibi *item hoc*, vt declararet, id totum tribuendùm eſſe
39 priuilegio, ſubdit, id non procedere, ſi prior haberet hypothecam, & etiam priuilegium inter perſonales, vt in dote, quaſi dixerit ex concurſu pariter priuilegiatorum priuilegia confundi, & attendi tunc ſolum prioritatem cōuentionis, vt rectè explicat *Rebuff.* vbi ſupra *num.21.* & alia *Gloſſ. ſequens in verbo credidero*, nedum dicit id fieri ex priuilegio, ſed tria conſiderari priuilegia, quæ ibi explicat.

Nec quis dicat illam *l.* loqui in creditore ad refectionem, non autem in
40 terminis *l.licet*, nam I. C. decidit hoc dubium æquiparando vtrumq; *in l.qui in naue, ff.de priuil.cred.* ꝗ non potuit negare *D.R.de Pōt.* hui⁹ opin. acerrim⁹ oppugnator in eius *dec.n.51.* & ex huiuſmodi conſideratione diluitur conſequentia, qui eſt prior pro ſorte, eſt
41 prior pro vſuris, nam conceditur, ſed creditor ex cuius pecunia res emitur, non eſt prior, ex *d.l.interdum*, dum is vocatur poſterior pro ſorte ex cauſa inducente priuilegium, quæ militat pro ſorte, non pro vſuris, ex quibus, nec res reficitur, & denique conſula-
42 tur *Imper.* reſpondet *in d.l.licet, iiſdem pignoribus multis creditoribus diuerſis temporibus datis priores habeantur potiores* tamen (ecce fallentia) *eum, cuius pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori eſſe ſpecialiter obligatum conuenit* (ecce conuentio) *omnibus anteferri iuris auctoritate declaratur*, ſcilicet non ex ſola conuentione, ſed ex priuilegio, quod iuris auctoritate, non conuentione nititur ſœpiùs *alleg. l.priuilegia*.

Sed miſſas faciamus rationes, & iurium

rium inductiones, nõ e omnibus *DD.* de hac materia loquentibus, obuiam fit nouiſſima *Conſt. Iuſtin. in* §. *his conſequens, auth. de æqual. dotis,* vnde de prompta eſt *authen. quo iure, C. qui potio. in pignor.* citatq; à *Gloſſ. in d. l. interdum,* & ab omnibus *Gloſſis, et Doctoribus* in ſupracitatis iuribus, ibi, *his cõſequens eſt, & illud decernere, quod in caſibus huiuſmodi dubitatum nouimus antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas præponere iuniores exiſtentes;* quomodo autem hoc fiat, iure cómu-

43 ni, vel priuilegio ſtatim ſubdit *ex priuilegijs à legibus datis,* qui auté ſint iſti caſus, mox ſubijcit *quale eſt, quãdo aliquis proprÿs pecunÿs procurauerit nauem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forſan ædificare, aut emere agrum, aut aliquid horum,* ecce quomodo declaratur hypothecam, quæ competit tàm pro pecunia data ad rem reficiendam, quàm ad rem emendam, præferri ex priuilegio, & ſequitur, *in his enim omnibus priores exiſtunt poſteriores creditores, quorum pecunÿs empta, aut renouata res eſt ÿs (qui etiam multo antiquiores sũt)* ecce quomodo clarè patet, prælationem non oriri ex eo, quod efficiantur anteriores in iſta re, vt conantur probare DD. ex aduerſo, ſed reputãtur, prout verè sũt, poſteriores, ſed ex cauſa, ſcilicet, *quorum pecunÿs* efficiuntur priores ex priuilegio, quod confirmat, dum loquens *Imper.* mox de dote, cuius hypothecã conſtat eſſe priuilegiatam, ſubijcit *in quo etiam hoc ſeruetur priuilegium, ſicuti prædictum eſt, ſcilicet in l. aſſiduis, vt Gloſſ.* ſubijcit, idemq; repetit ibi *veniat autem, & alter creditor poſterior quidem, prætendens autem pecunÿs ſuis emptam, aut reparatam nauem, domum, aut agrum, & competere eum in his rebus, quæ eius pecunÿs emptæ, aut reparatæ ſunt habere præd. priuilegium,* & deinde *his autem cedere, quoniam ex eorum ſubſtantia res acquiſita eſt,* & tandem apertiſſimè *in verſ. vndè volumus, vt ſi quis domum renouaſſet, aut etiam agrum emiſſet, non poſſit talia priuilegia mulieribus opponere,* vbi non video quomodo apertiùs *Imper.* oſtẽdere potuerit tàm mutuantem ad rem emendam, quàm ad reficiendam pariter mero iuris priuilegio inniti, & iterum *in* §. *ſeq.* vt oſtenderet totum tribuendum eſſe cauſæ, ex qua oritur priuilegium, ſubdit, *& oportet eos, qui in has crediderunt cauſas proponi,* ex quo propriè naſcitur potioritas, ſcilicet ex cauſa, & priuilegio, cum prioritas naſcatur tempore.

Quibus ita iactis, nõ obſtat id, quod obijcitur, rem emptã ex pecunia creditoris tranſire affectam in poſſe debitoris, onere hypothecæ ex conuentione tàm pro ſorte, quàm pro vſuris; ideoq; creditores anteriores tempore ſuper illa re minimè poterunt conque-

44 ri, ex quo in quærendis poteſt debitor præiudicare creditoribus, *l. qui autem ff. quæ in fraud. cred.* etiam ex doctrina *Bald. in l. hac edict.* §. *his illud, n. mihi 9.* vbi probat, quod prælatio oritur ex cõuentione, non ex poteſtate dominij, & ad id probandum affert, quod in re acquirenda per debitorem, poteſt conueniri, vt non acquiratur ius creditoribus anterioribus, ex *Neguſant. par. 4. num. 33. & 41.*

Quatenus enim in argumento ex aduerſo dicitur, quod tranſeat affecta res ex conuentione, in poſſe debitoris confirmatur noſtra concluſio, ſiquidẽ ſi ex conuentione, hæc cõuentio, quia poſterior, conuentione inhita, cum anterioribus creditoribus, nõ poteſt operari, vt hæc hypotheca poſterior, præferatur priori contractæ, cum anterioribus creditoribus, & ſic retorquetur

45 doctrina *Bald in d.* §. *his illud,* dum ſuper re in futurum acquirenda omninò præferri voluit anteriorem creditorẽ, licet dominium ſit quæſitum eo tempore, quo vterque reperitur creditor, ſcilicet, prior, & poſterior, docens, quod hypotheca naſcitur ex conuentione, non ex dominio, vndè conuentio ſit prior in priore creditore, is eſt

præ-

præferendus, licet debitor antequam acquirat alteri, obliger rem acquirendam, & ſic hæc ſola doctrina *Bald.* quæ confirmatur *ex l.ſi fundus,* §.1.*ff. de pignor.* quam *Bald.* non citauit, poſſet determinare caſum noſtrum: & ſi di-
46 ceretur, non ex conuentione tantùm, ſed ex priuilegio, vt verè procedere *text.in l.licet,* conſtat, tunc dicemus, cauſam priuilegij eſſe in ſorte, non in vſuris; ſæpè citata *l. vlt.ff.de exercit.* & facit, quod de penſione domus ad rem conſeruandam, vt intelligatur de neceſſaria ad conſeruationem rei; ſecus de penſione domus conducta ad habitationem, tradit *Bart.* in ſæpè citata *l.interdictum, num.*2.

Dum verò in reliqua parte augmenti, dicitur poſſe fieri conuentionē, vt in acquirēda re, creditores anteriores nihil iuris habeant, non negamus
47 hanc cōuentionem fieri poſſe per vēditorem rei, & ſic dominum cum emptore, eodemq; debitore; ſiquidem dominus in traditione rei ſuæ poteſt apponere legem, quam vult, *l.traditionibus, C.de pact.* & ita loquitur expreſsè *Neguſant. in d.par.4.in princ. n.*33. & meliùs *num.*34. *et* 41. ibi, *quia dominus rei vendendo in traditione, etc.* ac dum applicari prætenditur hæc cōcluſio caſui noſtro, in quo agitur, an hæc conuentio initi poſſit inter creditorem mutuantem, & debitorem, qui accipit pecuniam ad rem emendam, caſus eſt omninò diuerſus, nec vllo modo creditor in re, ex ſua pecunia emenda inferre poterit pręiudicium anterioribus creditoribus, cum nec ante, nec poſt
48 emptionem ſit futurus dominus, cum non ſuo, ſed debitoris nomine ematur, *l.1.l.penult et l. vlt.C.ſi quis alteri, vel ſibi, Bart. et* Bald.*in l. mancipia, C. eod. tit. Paul.et Salyc. in l.*1. *C. eod.* & proinde pactum aliquod, ſuper re illa non ſua, conſtituere nō poteſt, *l.ſicuti,* §.*Ariſto,* cum concord. *in Gloſ.ff.ſi ſeruit. vendic.* nec minùs debitor ex ſua conuentione, anterioribus creditoribus pręiudicare poterit, *l.debitorum, C. de pact. Bald. in d.l. hac edictali* §.*is illud,* & ſic apparet manifeſta diuerſitas inter dominum, & creditorem paciſcentem.

Et quamuis ſufficiat pactum inter
49 creditorem, & debitorem, qui vult rē emere, vt res emenda ſit ſpecialiter obligata, ſcilicet pro pecunia credita, tametſi non interueniat venditor, vt concedere videtur *Neguſ. in d.2.mēb. 5.par. num.17. verſ. ſecundò fallit,* & latè probat, & deciſum teſtatur *D.de Franch.deciſ.97.* ea ratione, vt inquit *D.Præſ.num.3.* quia ex hac receptione pecuniæ, & emptione facienda, nullum infertur præiudicium anterioribus creditoribus, cum illa res non eſſet futura in bonis debitoris, niſi mediante pecunia iſtius creditoris; non poterit tamen creditor mutuans prohibere acquiſitionem hypothecæ ad beneficiū anteriorum creditorum, quibus licet ſuper re, pro concurrenti quantitate pecuniæ creditæ, præferatur poſterior creditor ex priuilegio, ſuper augmento tamen rei, vel tempore, vel ex induſtria, quod vtrumque ad communem debitorem pertinet, nullo iure fundari vnquam poterit, poſſe creditorem poſteriorem, cum debitore, præiudicare anterioribus.

Et ex hoc tollitur, quod poſtremò obijciebatur, creditores anteriores nihil amittere, ac in nullo penitus lædi eorum conditionem, cum niſi ex pecunia huius ſecundi creditoris, res empta eſſet, profectò in dominio debitoris nō eſſet, ex *Bart. in d.l. idemque, num.1. verſ. nam debitor, et D.de Franch. d.deciſ.97. poſt num.3.*

Dicimus enim de hoc non poſſe haberi rationem, niſi pro quantitate pecuniæ, quæ fuit neceſſaria ad emptionem rei, pro qua lex induxit priuilegium: & hoc eſſe verum, patet, quia aut dicimus valere rem ipſam tanti quanti fuit empta, & tunc ceſſat controuerſia; ſiquidem creditor nō poteſt ſibi ſatisfieri, niſi pro ſorte, pro qua omnibus præfertur: aut valet, ſeu venditur

50 ditur pluſquam empta ſit,& tunc, ſiuè
augmentum pretij proueniat ex tem-
pore,ipſum communis debitoris eſt, *l.
ſi voluntate,C.de reſcind.vẽdit.*ſiuè indu
ſtria emptoris, prout de iure præſumi-
tur,*l.*3. §. *diui fratres, ff. de iure fiſci*,
*Gloſſ.et DD.in l.ad reſcindendam,C.de
reſcind. vend.* ſemper ipſius debitoris
eſt *l.*1.*C.de peric.et comm. rei vend.* &
51 ex conſequenti abſolutum eſt ad an-
teriorem creditorem ſpectare,prout in
terminis, vltrà receptas deciſiones S.
Conſ.relatas per *D.de Franch.dec.*38.
*num.*5.*et* 456.*num.*8. probat authori-
tate *Bald.Salyc.Aret.Couarr.et Garzia
Morottus in qq.de iure offer.*poſt reſpõ-
52 ſa, *num.*70. *et* 71. inde ſequitur, vt
de pecunia ex qua fit emptio Caſtri,
ſiuè feudi de propria ſubſtãtia empto-
ris, feudo iterum vendito,ſit habenda
ratio, vt pecunia cenſeatur reuerſa ad
patrimonium debitoris ad beneficium
ſuorum creditorum, quaſi redeat in
priſtinã cauſam, ex traditis *per D. de
Franch.deciſ.*64. *nu.*5. *et tradunt DD.
citati per Maſtrill. deciſ.*118.*num.* 31.
*par.*2.

DECISIO.

HAec vtique Controuerſia non fuit per ſententiam deciſa; etenim poſteriores creditores, dum ſumma ope nitebantur, vt vigore priuilegij præferrentur,viſis rationibus,quas ipſe pro Domino Raymundo in conſpectũ attuli, maximè de cauſæ interitu dubitantes, permagnam pecuniarum ſummam, ac debita quantitate paulò minorem,ex quibuſdam reditibus perſoluendam obtulere. Dom. Raymundus oblatione denique accepta,prædictos reditus emptioni oppidi Roccæ Imperialis implicuit, proceſſus eſt penes Cioffum.

APPENDIX

Pro defenſione huius opin. aduersùs ſcripta per D.Regẽtem de Ponte deciſ. 34. poſt num. 54.

ADdam hoc loco pro coronide nõnihil, quod quemadmodum æquo lectori futurũ arbitror, non ingratũ, irà mihi certè atq; Auunculo meo Scipioni de Curte Reg. Cõſ.Ferrazzani Comiti iuſtiſſimæ defenſionis loco haberi poterit,vniuerſoq; Regiorum Cõſiliariorum ordini,amplum,atque honorificũ; cum enim olim pro mei clientis,iuſtiſſima,vt ſemper exiſtimaui, cauſa tuenda, quæ paulò ante cõmemoraui, ſcripſiſſem,Regentis Ioannis Franciſci de Ponte deciſiones in lucem prodiere, qui cum in eandem iuris Controuerſiam,deciſione 34. fortè incidiſſet, parum ſatis ſibi factum putauit, contrariam omninò ſententiam latiſſimè tueri, niſi etiam cõtraſentientes,probris, contumelijſque vexaſſet. Audiui, inquit, nouiſſimè,&c. vſq; ibi. *Et præiudicialis*. Deus immortalis? in tantam hominẽ ſcribendi licẽtiam prorupiſſe, vt ampliſſimorum, ac doctiſſimorum virorum iudiciũ,irridere,proſcindere, non dubitauerit; *viſa*,inquit, *mihi fuit magna determinatio*. Quid ni? Illi magna,hoc eſt,audax, ac temeraria; alijs; iiſque non paucis, ac ſapientiſſimis viris,etiam æqua, ac iuſta, nihil eſt igitur,cur magnam illam determinationem, non ſine amara quadam imiſſione,appellet,multòq; minùs,cur ad omnium Tribunalium congreſſum, pro iſtius Controuerſiæ, definitione prouocet. At ea deciſio nouam legem ſtatuit, vel ſaltim veterẽ denuò interpre-

pre-

pretatur. Quis hoc inficietur? at neutrum ſapientiſſimorum Iureconſultorum munus, authoritatemque, prætergreditur. Addit eam interpretationem declarationi, atque interpretationi ex communi vſu hactenus receptę, aduerſari, adeòq; nimis eſſe damnoſam, ac præiudicialem. Vide quæſo, bone lector, nè nimis confidenter, ac tumidè iſta dicantur, ſcilicet ea tantùm, quæ venere illi in mentem, ex Apollinis tripode exaudita ſunt, quę cæteri etſi ſapientiſſimi viri cenſuere falſi, non ſuſpitionem modo, ſed præiudicium habent. Hic certè ſi, quod ille facere non eſt veritus, licere, aliqua ex parte etiam mihi putarem Eccleſiaſtem ſcilicet, ac concionatorem agere, plurimis, tùm è Sacris litteris, tùm è Sanctorum Patrum monumentis, petitis teſtimonijs, Chriſtianæ illum fortaſſe modeſtiæ, admonerem, quæ ſcilicet, adeò magna, ſentire de ſe quemquam vetat, vt aliorum placita, iudicio ſuo tam facilè poſthabeat. Denique quod in ſuorum temporum calamitates inuehitur, quod ſcribas, quod actorum magiſtros, quod forenſium cauſarum patronos, quod ampliſſimorum etiam ordinum, iudices, ac Senatores, contumelijs laceret, atq; proſcindat, quod illorum vitio vertat, ſi litigatores, quamuis cauſam obtineant, impēſarum grauitate oppreſſi, miſeri decoquant, id non intemperantis (vt leuiſſimè dicam) licentiæ ſolum eſt, ſed ergà dilectiſſimum clientem, aduerſarium olim meum, etiam effuſæ commiſerationis. Quamquam, autē illius nomini parcendum prudenter exiſtimaui, lectorem certè admonendum putaui; id ei non ſine diuini numinis iudicio, iuſtiſſimaq; vltione accidiſſe, quod causā ſcilicet per iniuriam, ac fraudem obtinuerit, vno iudicum, non exigua pecuniæ vi corrupto, qui deinde Regis iuſtiſſimi iudicio, hanc ipſam pręcipuè, ob cauſam exauthoratus, Magiſtratū, abdicare, coactus eſt, vt non immeritò Auunculus meus vir ſapientiſsimus æquè, atq; incorruptiſſimus Camillus de Curte, operis feudalis, priore parte, de iniqua illa ſententia differens, eo iudicio, perſonas iudicatas fuiſſe, non cauſas, æquiſſimè pronunciauerit.

SVMMARIVM.

1 *Vnio, vel ſeparatio fundorum, non arguitur ex locatione ſimpliciter facta vni colono de per ſe nominatim, ſecus ſi iunctim ſoliti ſint poſſideri, locari, & ſub vnico nomine appellari, & num. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 12. 19. 22. quod non tantum in vltimis voluntatibus, ſed etiā in contractibus locum habet, num. 18. imò in qualibet conceſſione, num. 10. & fortiùs ſi ſit concepta, cum adiectiuo,* totius corporis *num. 23.*

4 *Adiectum, vel detractum ex fundo legato poſt teſtamentum, adiectum, & detractum cēſetur ex legato, niſi probetur teſtatorem detraxiſſe gratia commodioris culturæ nu. 12.*

9 *Vendito Caſtello, & podere datis certis finibus, & cum toto territorio, & diſtrictu, veniunt prædia etiam exiſtētia in diuerſo territorio, ſi ſub dicto podere, et Caſtello poſſidebantur, et de ratione num. 14. & 15.*

16 *Denominatio pluriū fūdorū vno nomine, nedum arguit vnionem, ſed quod vna pars ſit principalis, reliquæ acceſſoriæ.*

17 *Vnio probatur, non tantùm denominatione ſub vno nomine, verùm etiā ex prꝍeminentijs, ex reſidentia in alterutro, ex fama, ex pretio rei vēditæ, reditibus, et alijs, et num. 27.*

20 *Legatum poſſeſſionis delle Caſe noue comprehendit etiam loca ſeparata, et diſtincta, ſi ſub vno nomine denominauit teſtator, et num. 21.*

24 *Clauſulæ,* cum integro ſtatu, *vis quāta ſit, et quod reſpiciat factum, ſicuti cum dicitur, cum pertinentijs, quæ ab homine deputantur, non à iure.*

25 *Vnio prꝍdiorum reſultat ex vnica, et vltima denominatione, ſi diuerſimodè*

dè vſus ſit teſtator, et ſola voluntate domini mutatur, et num. 26.

18 *Scire præſumitur Princeps ea, quæ ſui Miniſtri, et Officiales ſciunt.*

ARGVMENTVM.

Conceſſio dohanæ certi loci, nùm comprehendat iuriſdictionem dohanæ, & fundaci, nedum infrà diſtrictum eiuſdem loci exiſtentis; verùm etiam illam, quam alibi ſub vnica denominatione, Regia Curia exercuit.

Pro Excellentiſs. Donna Olimpia Aldobrandina Roſſani Principiſſa.

CONTROVERSIA XXII.

IN quæſtione vertente inter Regium Fiſcum patrimonij, cum Dom. Principiſſa Roſſani, Don. Olimpia Aldobrandina nepte Clementis VIII. Pontificis maximi, vtrum in cõceſſione, & venditione Dohanæ Roſſani cõprehendatur iuriſdictio dohanæ, & fundaci, quam nedum infrà diſtrictum Roſſani, ſed in alijs quoq; terris adiacentibus, Regia Curia per ſuos miniſtros, & officiales dohanæ iuriſdictionem exercuit, ſub vnica denominatione Roſſanenſis dohanæ, prout eodem modo, & forma, translata fuit in Don. Olimpiam emptricem, vigore contractus venditionis factæ de mandato inuictiſſimi noſtri Regis, & hodie ipſam dohanam tenet, & poſſidet, vt omnibus, quæ pro Fiſco actore afferri poſſunt, & motiuis doctiſſimorum iudicãtium ſatisfiat.

Conſidero, Iureconſultos, duos caſus in hac materia diſtinxiſſe, tàm in materia vnionis, quàm ſeparationis, vt exinde poſtea cenſeri debeat facta venditio, legatum, vel alia quælibet diſpoſitio, iunctim, vel ſeparatim.

1 Primus, quidem caſus, quando diuerſæ poſſeſſiones, ſeù plures fundi agri, vel domus ſunt ſolùm ſimpliciter locati vni colono de per ſe nominatim, & tunc non ex hoc ſolo iudicatur, quod teſtator habuerit vtrumque fundum pro vno, & eſt ratio quia vnita, vel ſimul iuncta locatio plerumque fit ſub vno magis, quã alio modo, gratia commodioris culturæ, vel facilioris exactionis, & proindè, neque ſimul iuncta plurium agrorum locatio, nec diuiſa vnius fundi, arguit de neceſſitate vnitatem, vel ſeparationem fundorum, nec perpetuam deſtinationem, ſed

2 ſi (& eſt ſecundus caſus) ita iunctim, & vnitim ſolitus ſit poſſidere, vel locare diſponens, quod ſub vnico nomine appellabat, tenebat, ſiuè locabat; ex hac vnica denominatione vnius fundi inſurgit legitima, & neceſſaria probatio, quod diſponens habuerit vtrumq; pro vno, & quod ex pluribus fundis etiam æquè principalibus, & diſtantibus, vnus ſit factus taliter, quod appellatione fundi Seiani (ſi ita diſponens ſolitus fuerit præcipuum fundum nominare) cæteri, vti appendices, & adiacentes, & inſeparabiliter cohærentes, quouſque dominus voluntatem in cõtrarium declarauerit, in qualibet diſpoſitione cenſeantur contineri, tanquam vnum, & idem corpus.

3 Ita materiam hanc declarauit *Alex. conſ. 169. viſo themate, num. 9. et ſeq. lib.* 5. vbi id probant *Natta, et damn. auth.* q. dicit plura ſcripſiſſe *in Conſuet. Pariſ.* §. 1. *Gloſſ.* 5. *num.* 15. *cum ſeq.* & ſequitur vniuerſa *DD.* ſchola, vt ex infrà dicendis patebit. Et verè fuit di-

4 ſtinctio ex verbis, & medulla legũ deprompta; cum enim *I.C. in l. quod in rerum* 24. §. *ſi quis poſt ff. de legatis* 1. ſtatuerit, adiectum, vel detractum de fundo legato poſt teſtamentum, adiectum cenſeri, vel detractum ex legato, cũ noſtra deſtinatione, fundorum nomina, & domus, non natura, conſtituã-

tur

tur,vbi *Gloſſ.verb.& domus, et in l.plané 1.§.vlt.ff.de leg.1.et l.ſi quis duas §. ſi quis partes ff.comm.prædior*,quæ iura ad feuda extendit *Iſern. in cap.1.in addit.num.2.qualiter vaſall.iurar. deb.*
5 *fidel.*ſtatim *in l.Caius* 88.§.*Titius*, declarauit,quod ſi fundum Seianum,quẽ ipſe pater familias quoad viuebat vno quidem nomine vniuerſum habuit, & poſſedit, quamuis eum diuerſis partibus locaſſet,vniuerſum ſub vno nomine in legato comprehendi, niſi hæres de qua parte ſenſerit,euidenter probauerit, & ſic oẽs partes cõprehendũtur in diſpoſitione,ſi ſub vno nomine vniuerſũ habuit teſtator,tametſi diuiſũ lo-
6 caſſet,ſic etiã *Papin. in l.prædijs* 89.§. *Titio Seiana ff. de leg.*3. vbi legatis Titio prædijs Seianis;ſicuti cõparata ſũt,nõ comprehenduntur Gabiniana, quamuis ſimul cum Seianis vnico pretio comparata, niſi ſub vocabulo Seianorum Gabiniana quoq; contineri ex teſtatoris vſu,& appellatione, probetur, vt *Gloſſ. ibi verb. et rationibus,et verb.*
7 *continentur*,aduertit,quod probari idem I. C. ſignificat, ſi vtriuſq; poſſeſſionis conſuſi reditus, titulo Seianorum acceptolati eſſent, vbi *Gloſſ.* optima *in verb.acceptolati*, quod & iterum repetit,& probat *I.C.in eadem l.§. balneus, et § fin. in fin.* ibi, *et vtriuſq; penſiones ſimiliter acceptolatas rationibus oſtenderetur*,vbi *gloſſ.quoq; fin.*notat ad idẽ *tres §. d. l.cum ſuis concord.* facit *l.cũ fundus nominatim* 10. ibi, *ſi modo teſtator eam partem non ſeparatim poſſedit,ſed vniuerſitati prioris fundi adiunxit,ff.de leg. 2. et l.ſi cui ædes* 30. ibi, *ſi in vſum alterarum conuerterit, atque ita bis vſus fuerit, ff.de legat. 3.* vbi *Gloſſ.in verb.accedet* notat ex vſu teſtaſtatoris eius voluntatem colligi,citans *l.damnas eſto* 15.§.*ſi.ff.de vſufr.legato*, ibi, *vt hac forma in agris ſeruetur, quæ viuo teſtatore obtinuerit*, ex quibus adnotauit *Surd.conſ.*195.*num.*15.*lib.*2. iura non tàm reſpicere ad intẽtionem, quàm habuit teſtator,quando rẽ emit, quàm ad vſum, in quo frequenter rem habuit, & ſequitur *Gratian. cap.* 126.
8 *diſcept.forenſ.num.6.lib.*1.& *in l. Seiæ* 20.§.*Tirannæ ff. de fundo inſt.* fundi appellatione etiam paſcua, quæ ſimul, cum fundo peruenerunt, & quæ ſemper in vſibus huius poſſeſſionis teſtator habuit,ita demum contineri,reſpõdit *Sceuola,ſi prata fundo Graciano, ita coniunxiſſet, vt ſub vna fundi appellatione haberentur*, vbi concord. *Gloſſ. in verb. quæ ad eum, et in §. inſtructis eadem l.* dicit ea verba, *uti poſſedi* ita interpretari, vt non de iure, ſed de facto quæratur, & ſic,vt omnia adiacẽtia includantur, ſi ita in diem mortis teſtator poſſedit etiam de facto, vt *Gloſſ.* ibi verbo *non de iure*,explicat,& *Bart.* ibi notat, & ampliat ſub legato poderis comprehendi quidquid vno nomine nuncupatur, licet ſimul non
9 ſtet,ſed adſit aliqua ſeperatio. Et hęc non minùs procedere in contractibus, quam in vltimis volũtatibus, & in ſpecie in venditione eſt *tex. in l. ſi venditor* 39.§. *fin. ff. de action. empt.* vbi dicitur,hæc in venditione comprehendi,etiamſi nihil de ea re emptor, neq; venditor cogitauerint,vt plerumq; in eiuſmodi rebus euenire ſolet, ubi *Gloſſ.vltim.*citat *l ſi aqueductus* 47.*cũ l.ſeq.*ubi *Gloſſ.* notat ratione acceſſionis aliqua nobis deberi *ff. de cõtr. emptio.*& optimus *text. in l.creditor* 54. §. *vltimo,ff.de actio.empti*, ubi demus eo modo uendita uti à uenditore poſſeſſa fuit, eodem iure cenſetur uendita,quo fuiſſet priuſquam uenitet, ut,omnia acceſſoria, & appẽdices includantur,ubi
10 *Gloſſ. in verb. veniret* addit id procedere, & in alia qualibet conceſſione citans *l.teſtatrix* 20.§.*fin. ff. ſi ſeruit. vendic.* ubi regula firmatur omnia in emptorem,uel legatarium tranſire ..., quæ ſpecialiter non ſint excepta ..
11 Et quod in dubio, ex ſola patrisfamilias adiectione, uel dettactione,augeatur, uel diminuatur fundus,ſi pars addita,uel detracta ſub alterius fundi appellatione ſit denominata, niſi expreſsè probetur,teſtatorem detraxiſſe gra-

Digitized by Google

tia commodioris culturę, iuxtà *d. l. Caius* in ſpecie probat *Alexand. conſ.* 171. *accuratè perſpectis, num.* 6. & per totū
12 *lib.* 5. & ob id *Caſtrenſ.* in explicatione *d. l. Caius* §. *fin.* docuit ideò in caſu quem refert, non venire cætera loca, quia non erat aliquod nomen vniuerſum conueniens toti fundo, ſed aderāt plura nomina diuerſa conuenientia diuerſis partibus, ideò legando ſub expreſſione vnius nominis ex illis, cenſetur de vna parte ſenſiſſe, expreſsè aliud ſentiens, ſi omnes partes ſub vno nomine vniuerſali, ſub quo reliquæ partes nuncupari ſolitæ, legatę fuerint, ex-
13 preſſo generali nomine, & ita in terminis *Bald. conſ.* 422. *ſuper quibus, etc. lib.* 4. vbi vendito podere, & Caſtello poſito in contrata, & diſtinctu Caſtri Aquependentis, datis certis finibus, & cum toto territorio, & diſtrictu, veniūt etiam alia prædia exiſtentia in diuerſo territorio, quę ſub dicto podere, & Ca-
14 ſtello poſſidebantur, & reddit *Bald.* plures rationes, quæ rogo legantur, qa determinant caſum noſtrum, & præcisè, quod adiectio finium non reſtringit venditionem totius, nec excludit, quod partes integrantes, nec adiacentes excludantur, ſed tantùm reſtringit latitudinem poderis principaliter venditi, & addit, hoc maximè colligi argumento ſumpto ex quantitate pretij, & reditus: & ſic licet ſit vendita principaliter Ciuitas Roſſani, cum pertinentijs, & diſtrictu, non ex hoc excluduntur partes adiacentes, & integrantes dohanam Roſſani in venditione incluſæ, etiam extrà territorium Roſ-
15 ſani, & idem in exemplo per eum tradito in *l. emptorem num.* 9. *ff. locati*, vbi ſimiliter in venditione, ſeù locatione comprehendi docet fundos, & prædia diuerſa nomina habētia, & poſita extrà cōfines rei venditæ, quæ tamē paterfamilias conſueuerat locare ſub vno nomine collectiuo, vel vniuerſo, puta Bic-
16 chonij; quæ denominatio ſub uno nomine, nedum arguit, & probat unionē, ſed quod una pars ſit principalis, reliquæ uerò acceſſoriæ, & pediſſequę, & proinde de his partibus acceſſorijs nō curatur, nec de ipſis expedit mentionē fieri *Anchar.* optimè *conſ.* 114. *pro impetrante, num* 2. *verſ. ſecundo caſu*, vbi
17 in fine ſubdit, probari vnionem acceſſoriè ex coniecturis, puta ex denominatione, ex præeminentijs, ex reſidentia in alterutro, ex fama, & alijs, ſequitur *Natta conſ.* 58. *nu.* 5. quæ omnia hic concurrere in hac dohana denominata à Ciuitate Roſſani tanquam à capite, ſub qua reliquæ terræ uelut membra contineri conſueuiſſe plerūq; ſub uno nomine principali (dohanæ Roſſani) & interdum ad uberiorem declarationem adiunctis uerbis *eiuſq; iuriſdictionis, et diſtrictus*, & rationibus ſimul pro omnibus reditis ab officialibus dohanæ Roſſani, ſatis liquet,
18 & ante *Bald. Paul. et Alexand.* hanc diſtinct. inter uenditionem factam ſub nomine uniuerſali, uel collectiuo, ſub quo paterfamilias conſueuit alia quoque licet diuerſa, & ſeparata prædia poſſidere, uno nomine omnia appellando, & partes, quas non cōfusè, ſed ſeparatim ſuis diuerſis, iiſdéq; proprijs nominibus denominate conſueuit, ut primo caſu omnia in uenditione comprehendantur, ſecus in ſecūdo, optimè ex citatis iuribus docuit noſter *Iſern. in cap.* 1. *verſ. circa quod ſi dicas, vſque ad num.* 3. *de capit. qui cur. vendit.* vndè cum Rex uni nomini ſubiecerit has terras, ſcilicet, *alla dohana de Roſſano*, & nominando dohanam Roſſani uoluit comprehendere cæteras terras, dū officiales creauit, & officia ad hæredes prorogauit, & ſimul rationes per eius miniſtros exegit, dubi-
19 tari non poteſt, quin prædictas terras conſtituerit adiacentes, & appendices loci principalis, ſub cuius nomine, & appellatione comprehendi ſunt ſolitæ, ut docuit apertè *Gloſſ. in conſtit. ſi quis Baro*, & declarat pulchrè *Tiraquell. in* 1. *retract.* §. 36. *gloſſ.* 3. *nu.* 4. & iterum *de primogen. quæſt.* 73. *nu.* 3. *et* 4. *Dec. conſ.* 573. *num.* 7. *Caſſan. conſil.* 18. *num.* 21.

num.21. Ruyn. conſ.13. num.9. lib.4.
comprobantur prædicta ex traditis per
recentiores,& in primis, ex Cephal.qui
in conſ.144.præciſè ex num.15. & per
totum lib.1. latè reſpondit ſub legato
poſſeſſionis delle Caſe noue comprehē-
di etiam loca ſeparata, & diſtincta,
extrà locū delle Caſe noue, ex eo quod
ſub vno nomine poſſeſſionis delle Caſe
noue, ea ſolitus fuiſſet denominare te-
ſtator,præſertim quia vendiderat cum
ſuis pertinētijs, quo caſu omnia inclu-
duntur, quæ ei accedunt, quoquo mo-
do,niſi ſint ſpecificè excepta,vt per eū
21 num.27. & legatis poſſeſſionibus Vil-
lenouæ comprehendi terras etiam al-
terius villæ, quas omnes ſimul teſtator
habebat,& appellabat terras,& poſſe-
ſiones Villenouæ, latè poſt Alexand.
conſ.150.lib.7. & Beroum Ruyn. Burſ.
& alios optimè probat Simon de Prætis
de interpr.vlt.volunt.lib.4.dubit.7. ex
22 nu. 39. ad 47. accedat ſolemne conſ.
Menoch. 337. ex num.17. ferè vſq; ad
fi.lib.4.præſertim n.22.& 26.vbi opti-
mè loquitur,& extollit diſtinct. Alex.
in d.conſ.169.lib.5. & ideò reſpondet
in caſu ſuo non comprehendi poſſeſſio-
nem illam de Trecenta, quia non erat
ſub eodem nomine Bagnoli poſſeſſa à
teſtatore,ſed ſub nomine diuerſo,quod
ſecus eſſe dicit, ſi contineretur ſub no-
mine vniuerſali, quamuis ſingula cor-
pora prædiorum haberēt nomina par-
ticularia,idem latiſs.proſequitur Sfort.
oddus conſ.21.ex num.25.& latè Surd.
deciſ.241.ex num. 10. vbi in fine, dicit
ita Senatum iudicaſſe,Caputaquenſ.de-
ciſ.342.par.3.poſt Alexand. conſ. 223.
lib.2.Barboſ. in l. cum prætor.12.§.fin.
23 num.242.& 244.ff.de iudic. quod eo
fortiùs erit iudicandum in caſu præſē-
ti, vbi conceſſio concipitur cum illo
adiectiuo totius corporis dohanę, quod
ſuaptè natura importat totum, vel vni-
uerſale, vel integrale, vt multis probat
24 Surd.deciſ 78.nu. 12. & additur clau-
ſula,cum integro ſtatu,cuius quàm ma-
xima ſit uis habetur in l.ſi quando, vbi
Gloſſ. dicit hoc vnum verbum pro in-
tegra oratione, & pro vna integra co-
lumna apponi ſolere in conceſſionibus
C.de bonis vacant. l.10. quod ſubſtan-
tiuum ſtatus refertur ad factum, cum
pertinentij quæ,& ſic ad poſſeſſionem,
non autem ad ius, ſicuti cum dicitur
non à iure, ſed ab homine deputantur,
vt in puncto vtrumque docuit Iſern.
in cap. Imperialem num.90. de prohib.
feud.alien.& omnia comprehendit idē
Iſern.in d.cap.1.num. . . de capit.qui
cur.vend.& per Iſern. in cap.1.num.5.
25 vbi Afflict.quid ſit inueſtitura.& quo-
niam vnio prædiorum, quæ ex vnica
denominatione reſultat,ſola voluntate
domini mutatur, vt per Iaſ.in l. cætera
§.ſed ſi parauit nu.15.ff de leg.1. Surd.
26 conſ.195. num.13. ideò ſi diuerſimo-
dè vſus ſit teſtator,attēditur vltima cō-
ſuetudo Surd. d.conſ.195. in fin. lib.2.
& conſ.207.num.9.in fin. & 10. lib.2.
Gratian.d.cap.126.nu.8. lib.1. & in
ſpecie in conceſſione officij de Ponte
videndus deciſ. 37. num.5. & ſeq. no-
uiſſimè autem,quod integra hęc doha-
na ſit vendita, non ſolum colligitur ex
antiquiſſimo vſu, in quo fuit per Regiā
Curiam habita,& ex verbis, & clauſu-
27 lis ampliſs. ſed ex quantitate pretij, &
redituum aſſignatorum,tàm in prima,
quàm in ſecunda conceſſione,qui non
correſponderent conceſſioni factę,
nec maiori pretio declarando, niſi in-
tegra dohana cēſeretur vendita, quod
eſſe argumentum irrefragabile,apparet
ex traditis per Bart. in l.cum tabernam
ff.de pignor. cum alijs quæ in puncto af-
fert Menoch.d.conſ.337.num.28. lib.4.
optimè, & latiſs. Fontanell. de pactis
nuptial.tom. 1.clauſ.4. Gloſſ.18.par.1.
ex nu.29. cum ſeq. nec dicatur, quod
hic non adeſt ſcientia Regis,ſed mini-
ſtrorum, qui rationes exegerunt, &
paſſi ſunt officiales dohanæ Roſſani eo
modo officia exercere, quia imò con-
trarium apparet ex Pragmatica de offi-
cijs ad R.Maieſt.collationem ſpectanti-
bus, vbi nuncupatim deſcribuntur ſub
num.114. en la tierra de Roſſano l'offi-
cio di Vice ſecreto,& l'officio di Creden-

tis,cum eorum ſcribis,qui à principali actorum magiſtro dependent, et num.33.

23 *Dohanæ iuriſdictio in toto Regno, ſed diuerſo modo.*

24 *Actorum magiſter eiuſdem dohanæ alius deputatur in Ciuitate Aquilæ Aprutij vltrà, vbi dohanerius per ſuum Vicarium iuriſdictionem exercet.*

26 *Membra ſunt à capite regulanda.*

27 *Appellatio interponi conſueta, ſimbolū eſt relationis,ſuperioritatis, et dependentiæ.*

29 *Acceſſoria comprehenduntur appellatione principalis, etiamſi adſit aliqua ſeparatio, maximè gratia commodioris adminiſtrationis.*

30 *Feudum, et Baronia poſſunt habere membra in alieno territorio.*

31 *Dohana eſt nomen generale continens diuerſa iura.*

32 *Dohana Neapol. continet diuerſa, et extenditur ad varia loca.*

34 *Tribunalia omniaq; exiſtentia in eodem territorio conſtituere vnum forum, quomodo ſit accipiendum.*

35 *Copulæ natura eſt,vt augeat,et ampliet orationem.*

36 *Procuratoris factum in quæſitis non nocet domino.*

37 *Poſſeſſionis apprehenſio rei, vel iuris in parte conſeruat ius in toto, vigore priuilegij, ſecus in præſcriptione.*

38 *Scientia procuratoris non nocet domino.*

39 *Vſus,et obſeruantia interpretatiua requirit decurſum alicuius temporis cōſiderabilis.*

40 *Interpretatio priuilegij, vel conceſſionis non ſemper neceſſaria eſt, vt fiat ab ipſo Principe, ſed nonnunquam fit à iudice,quod diſtinctionis fœdere explicatur,nom.41.*

42 *Regalium conceſſio non ſemper eſt ſtrictè interpretanda.*

43 *Deciſio facta per Reg.Cameram, referente auctore, iuncto ſupremo Collaterali Conſilio in præſenti Controuerſia.*

ARGVMENTVM.

De interpretanda Regis conceſſione. Vtrum appellatione redituū officij actorum Magiſtri dohanæ menepecudum Apuleæ, comprehendantur reditus eiuſdem officij dohanæ minoris, quam dohanellam Aquilæ appellant,ſubordinatæ, & annexæ, cum capite dohanæ, quæ reſidet Foggiæ, ex eo, quod Rex vti dominus, & paterfamilias illam vnitè poſſederit,& p vnica habuerit, an ex poſſeſſione partis,vel capitis,cenſeatur apprehenſa poſſeſſio totius,uel ſaltim quæſitum ius, ſiuè titulus apprehendendi. Plura de dohana Apuleæ,illius Tribunali, & forma regiminis; & dohanæ nomen eſſe generale,plura iura ſub ſe cōtinens, & quod habere poſſit membra in alieno territorio ad inſtar feudi.

CONTROVERIA XXIII.

Cum deciſione Reg. Cam. & Collateralis Conſil. in conſimili articulo.

Die Veneris 29. Octobris 1632. me referente, cum Tribunali Regiæ Cameræ in Collaterali, abſque interuentu Excellentiſſimi Comitis Montis Regij Proregis, eum de eius propria cauſa ageretur.

Sacra Regis noſtri Maieſtas, anno 1623. conceſſit dicto Excellentiſſimo Comiti ad tres uitas ipſius .ſ.Comitis, & aliarum duarū perſonarum ſucceſſiuè,officium Actuariç Ciuitatis Cōſentiæ,necnon,& reditus,ptouentuſque Actuariæ, ac Secretatiæ menepecudum Apuleæ,eos ſcilicet prouentus,& reditus, qui de ſumma,ſeù quantitate ducatorum 5927.diuerſis conſignatarijs conceſſorum ſuperſunt: poſtea ue-

rò aduecta Comitis noua acceſſerũt promerita, eaq; maxima, quippè qui non modo magno cum diſpendio proprij patrimonij Reg. Coronæ inſeruiuit apud Aragoniæ Curiam, verùm etiam in obſequijs præſtandis Sereniſſimo Principi de Cales, nunc Angliæ Regi, cum in Hiſpania apud ipsũ Regem noſtrum moraretur, ac demum Ducem eundem Sereniſſimum in Angliam redeuntem, ſummo rerum apparatu, maximiſq; ſumptibus, ſplendidè, ac magnificentiſſimè comitatus eſt quamobrem volens Sua Maieſtas eidẽ Comiti pro nouis ſeruitijs, nouam etiã Regiæ ſuæ munificentiæ beneficia rependere; eandem conceſſionem, trium perſonarum vita limitatam, ad eiuſdẽ Comitis hęredes, & ſucceſſores protẽdit, aſſerẽs multò quidem maiora Comiti deberi: his vtique priuilegijs, & conceſſionibus, Excell. Duce Albæ Prorege, exequutioni demãdatis; Comitis abſentis tamen procurator per incuriã non exegit reditus officij actorum magiſtri reſidentis in Ciuitate Aquilę, penes Locumtenentem Dohanerij dohanæ Apuleæ, verùm Comes, qui paucos ab hinc annos regias in hoc Regno vices ſumma cum prudentia, ac vigilãtia regit, certior factus, reditus dicti officij actorum magiſtri dohanellæ Aprutij, omninò comprehendi appellatione redituum Actuariæ menepecudum Apuleæ, ſub qua ipſa dohanella tanquam ipſius pars dependens, & cohęrens continetur, & vti acceſſoria, vnita, & pediſſequa includitur, huius rei procuratorem ſuum commonuit, qui poſtea precibus à ſupremo Collaterali contendit, vt ſibi liceret exigere omnes, & quoſcunq; reditus, & emolumenta, quę perueniunt ex omnibus prouincijs, & locis ſubditis iuriſdictioni ipſius dohanæ, quæ exercetur per Dohanerium, ſuoſq; locumtenentes, ſubſtitutos, & miniſtros, vbiq; locorum iuriſdictio dohanæ extenditur, & præcipuè in Prouincijs, quas peculiari quodam modo appellant ſubditas, inter quas conſtat eſſe vtrumque Aprutium, & cum per Collaterale fuiſſet iam decretũ iuxtà petita, & exinde expeditum reſcriptũ, ſubſcriptione omnium quatuor Regentium munitum, Dominorum. ſ. Tappię, Enriquez, Lopez, & Rouiti ſub die 20. Septẽbris proximi 1632. regio inſuper ſigillo vallatum; tametſi potuiſſet Comes, ſiuè eius procurator petere ſimpliciter d. decretũ annotari, & regiſtrari in libro patrimonij Reg. Cameræ, quod ſi Fiſco non opponente, factum fuiſſet, nihil vlterius fuiſſet agendum; attamen ratus cautiùs agere, ſi hoc per Regiam Camerã decideretur, Fiſco audito denuò petijt in Collaterali, vt mandaret Regiæ Cameræ deſcriptionem dictorum redituum in libris patrimonij pro exequutione dicti Regij decreti ipſius Collateralis, per quod, cauſa mihi cõmiſſa, fuit prouiſum, quod Reg. Cam. prima die relationem faceret in Collaterali, & facta relatione die 29. Octobris 1632. coràm eiſdem quatuor Regentibus de ſtatu, & meritis negotij, audito Dño Io. Camillo Cacacio Fiſci patrono doctiſſimo, & integerrimo, qui propoſitis Fiſci iuribus, & ſuo ſenſu explicato, pro ſua modeſtia enixè rogauit iudices pręſertim eos, qui Ritus, & negotia dohanæ Apuleæ percallebant, quippè in illius moderatione, & regimine erant longa experientia verſati, vt ſupplerent, quæ ipſi fortè deeſ-
2 sẽt; aliqui ex dominis dixerunt, cõceſſis reditibus officij magiſtri actorum dohanæ menepecudum poſſe de iure cenſeri conceſſos, non ſolum reditus, qui ex officio actorum magiſtri reſidẽtis Foggiæ, percipiũtur, ſed etiã Aquilę, quippè, cum vnicum, & idem ſit corpus dohanæ reſidentis vtrobique, & ſub vnica denominatione dohanæ menepecudum Apuleæ, continentur integra dohana tàm illa, quæ exercetur Foggiæ per Dohaneriũ, tanquã ipſius caput, quàm Aprutij per ipſius vices gerentem, qui ab ipſo principali dohanerio eligitur: deputatur, & dependet,

hoc

hoc enim ſibi locum vendicat in quacunq; diſpoſitione, & conceſſione tàm principis, quàm priuatorum, ſemper
3 enim appellatione dohanæ Apuleę integra, & vniuerſa dohana continetur, cum ſuis partibus integralibus, & integro ſtatu, & præcipuè dohana Aprutij, quæ inſignis eſt eius pars, & ſequela neceſſaria, niſi nominatim excipia-
4 tur, totum enim infert quamlibet ſuam partem de neceſſitate, ſiuè ſit totum integrale, vt domus, ſiuè vniuerſale, vt grex, peculium, ſiuè generale, vt veſtis, ornamentum, ſiuè etiam ſit totum quantitatis *l. ſi quis cum totam ff. de except. rei iudic.* quò enim ad vim com-
5 prehenſiuam attinet, procedit argumẽtum à toto vniuerſali ad partem ſubiectiuã, ſiuè prædicamentalẽ affirmatiuè, vt legato grege, vel peculio, continetur animal, vel res particularis, q̃ ſub illis ſunt *l. Lucius ff. de fund. inſtr. l. grege ff de legat.* 1. vt dictiſs. & latè explicat *Euerard. in Topic., loco, à toto ad partem num. 9. & num. 11. cum ſeq.* vndè ſi appellatione dohanæ Apuleæ contineatur etiam in vulgari denominatione, dohanella Aprutij, tanquã ipſius pars acceſſoria, & dependens ab ipſo capite, neceſſariò conſequitur, vt conceſſis reditibus, & emolumentis officij Magiſtri actorum, ſeù ſcriptoriæ eiuſdẽ dohanę Apuleæ, non minùs comprehenduntur reditus Actuariæ Aprutij, quàm Actuariæ Foggianæ, cuius dohanæ principalis Apuleæ vtrumque officium eſt acceſſorium, & dependẽs, quoties enim pater familias, cuiuſmo-
6 di cõſtat eſſe Regem in feudis, officijs, & iuriſdictionalibus, vt per *Iſern. in cap. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feud. ex reg. l. quod in rerum* §. 1. *& l. planè in fin. ff. de legat.* 1. cum alijs locis eiuſdẽ *Iſern.* adductis *per Dominum meum Regentem de Curte in 1. par. tract. feud. c. 6. in fin.* ita iunctim, & vnitim ſolitus eſt poſſidere, concedere, vendere, aut loca re, quod ſub vno nomine tenebat,
7 & de eis diſponebat, tunc inſurgit neceſſaria probatio, quod habuerit omnia pro vno, & cætera tanquam adiacentia, & inſeparabiliter cohærentia, quouſque contrarium non declarauerit, iuribus, & authoritatibus à me citatis in præcedẽti cõtrouerſia pro Principiſſa Aldobrãdina ſup dohana Roſſani, ſexdecim ab hinc annis, quibus addi poteſt *text. in l. Sempronio* 33. §. *codicillis ff. de vſufr. legato*, ibi *reſpondi verbis, quæ præponerẽtur, id petitum, vt ad eum modum paterentur hæredes ibi eos eſſe, ad quem modũ ipſa patiebatur*, iũcto eo, q; notat *Bart. in ſummario poſt gloſſ. vlt.* quæ citat plures concord. exornat modernus *Hiſpanus Queſeda diuerſarum qq. iuris cap.* 20. *num.* 12. & innumeros cumulat nouiſſimè uiſus alter *Hyſpan. Caſtillus Sottomaior lib.* 1. *quotidian. controu. de vſufructu cap.* 22. *ex num.* 10. *cum ſeq. & cap.* 37. *n.* 8. *eod. lib* conferunt etiam ea, quæ dicunt *DD.* in materia acqui-
8 rendæ hęreditatis, vt ingreſſus vnius ex rebus hæreditarijs operetur, vt vniuerſum ius hæreditarium translatum cenſeatur in hæredem *l. gerit, et l. pro hærede ff. de acquir hæred. l. reſtituta ff. ad Trebell.* quinimò fortiùs etiam quo
9 ad acquirendam poſſeſſionem pleriq; voluerunt, vt quando vna res plura ſub ſe cõtinet, vt eſt Caſtrum, ſub quo cõprehenduntur ædificia, territorium, & iuriſdictionalia, per apprehenſionem poſſeſſionis de parte Caſtri, totius videtur accepta poſſeſſio *Bart. in l.* 3. *in fin. princ. ff. de acquir. poſſeſ.* & idem in palatio, vt ex poſſeſſione vnius Cameræ, integri palatij videatur quæſita poſſeſſio, idemque in domo etiam quoad mobilia, & ſuppellectilia, in rectore ingrediente poſſeſſionem Eccleſiæ, vel beneficij, vt videatur omnium rerum Eccleſiæ poſſeſſionem nancisci, & in Caſtro Ciuitatis, aut Capella Eccleſię principali ſubiectis, & in Principe ingreſſo poſſeſſionem Ciuitatis Metropolitanę, quod illa poſſeſſio, quoad membra Prouinciæ ſufficiat, conſtat ex relatis per *Dominum meum Capyc. deciſ.* 1. *num.* 10. vbi addentes, & ita fuiſ-

ſe

21 actorum Notarius dohanæ reſidens Foggiæ Secretarij nomine cohoneſtatus, vbi caput dohanæ reſidet Dohanerius, ſub quo continentur pleriq; ſubſtituti Actuarij, & Scribæ reſidētes, apud cauallarios ordinarios, & extraordinarios, qui iudices, ſiuè defenſores deputantur pro locatis, nedum in Prouincia Capitanatæ, cuius vna eſt Me-
22 tropolis dohana Foggiæ, ſed in Prouincijs Barij, Hydrūti, Comitatus Moliſij, & etiam Baſilicatæ, vbi per ſuum locumtenētem dohanerius, & per ſubſtitutum Actorum magiſter hic emolumenta, & reditus Actuariæ, ille verò iuriſdictionem exercet, etiam in toto Regno, alter verò deputatur Acto-
23 rum magiſter in Ciuitate Aquilæ, vbi idem dohanerius vniuerſæ dohanæ Præſes, & Rector, cum non valeat de perſona vtrobiq; intereſſe ob loci diſtantiam, & negotiorum multitudinem per ſuum Vicesgerentem iuriſdictionem exercet. Quod ſi dohanæ Apu-
24 leæ appellatione integra, & vniuerſa dohanæ iuriſdictio apud omnes pereq; continentur, vnione vera, reali, & neceſſaria integralis corporis, & deſtinatione Regis patris familias, & domini, qui ita dohanam erexit, denominauit, & gubernari mandauit per ipſos dohanæ Rectores, Aprutium, cum Apulea vti capite ab initio erectionis coniungens, & vniens; cur diuerſè ſit ſtatuendum quòad reditus, & prouentus Actuariæ, non videbatur recta ratione ſuaderi.

Quinimò, ſicut conceſſa, vel deno-
25 minata dohana, vniuerſum corpus quòad iuriſdictionem, & gubernium contineri nemo negabit; ſic pariter cōceſſis reditibus actuariatus, q. fructus ſunt & prouentus ipſius iuriſdictionis, & ab ipſa procedunt, & fluunt, neceſſariò dicendum eſt comprehendi, tùm
26 ex regula, quòd acceſſorium, & membra ſint regulanda à capite *Dec. conſ.* 389.*num.*7. tùm ratione pariformis, & æqualis determinationis reſpicientis plura determinabilia *vulg. ll.*

Accedit etiam, quod à Locumte-
27 nente Aprutij appellatur ad ipſum dohanæ Præſidem Dohaneriū Foggiæ reſidentem, ex quo etiam relatio ſuperioritatis, connexionis, & dependentiæ euidenter oſtenditur, per ea, quæ dicit *Bart. in l. cum apud ff. iud. ſolui col. fin. in vlt. quæſt.* vbi diſtinguit, & *Franch. deciſ.* 601.*num.*12.& 13. Quibus ſtantibus ad motiua, quæ pro parte Regij Fiſci fuerant in diſcuſſione controuerſiæ cōſiderata, dicebatur, poſſe reſpōderi, quatenus enim primò argueba-
28 tur, quod licet iuriſdictio dohanæ ſit vnica, nihilominus actuariatus erant diuerſi, & omninò officia diſtincta, & ideò ſub cōceſſione reditium, & prouentuum officij actorum magiſtri, menepæcudum non continebātur reditus dohanelle Aprutij, quia ſeparatè locātur, ſicut etiam in Prouincijs creantur quidam, qui Cauallarij vocantur inferiores iudices in cauſis locatorum, cū eorum ſcribis, nec ſequi conſequentiā, dohana eſt eadem, ergo idem in actuaria, quę diuerſa eſt, cum diuerſis locetur, ſicut in ſimili, licet Sac. Cōſilium, & Reg. Camera ſint loco vnius Tribunalis in eadem Ciuitate ſub eodem Rege, & vnum corpus de per ſe, diuerſa tamen vnumquodque ex dic. Tribunalibus habet ſcriptorias, & officia actuariarum ſeparata, & diſtincta.

Secundò etiam addebatur in priuilegio contineri reditus Actuarię, & Secretarię Apulę, quaſi ex illo adiuncto (Secretarię) declaretur, Regem de ſolis reditibus actuariæ Foggiæ reſidentis intellexiſſe, vbi magiſter actorū Secretarius quoque nuncupatur.

Tertiò id declarari etiam ex vſu, & obſeruantia ſubſequuta, qua attenta videtur id non fuiſſe comprehenſum in principio.

Quartò hanc declarationem Regij priuilegij ad ipſum Regem ſpectare, vel de hoc iudicium ordinarium eſſe inſtituendum, fiſco citato, & legitimè compilato proceſſu.

Et quintò hoc non eſſe Principis benefi-

beneficium latè interpretandum; ſed
conceſſionem de ipſo patrimonio, &
iuribus regalibus Principis, ſtrictè pro-
pterea interpretandum *ex Camerario*.

Ad hæc enim omnia motiua in cō-
trarium pro veritatis cognitione exci-
tata, dicebatur ſigillatim reſponderi
poſſe.

Ad primum etenim patet reſponſū
ex ſuperioribus: quia comprehendun-
29 tur acceſſoria, etiamſi adſit aliqua ſe-
peratio, maximè quando illa ſit gratia
commodioris culturæ, ſiuè adminiſtra-
tionis: ut in præſenti caſu; eſſet enim
impoſſibile, quod unus actorum Ma-
giſter exerceat in diuerſis Prouincijs
diſtantibus eodem tempore: ſi enim
30 unum feudum, uel Baronia poteſt ha-
bere membra in alieno territorio, *Iſer.
in c.1.in add.qualit.vaſal.iur. deb. fidel.*
cū infinitis cōgeſtis *per Giurb.dec.* 50.
*n.*14.*Andreas Knich.de veſtit.pact.p.*2.
*cap.*5.*num.*141. quantò fortiùs doha-
na, quod nomen eſt generale, continēs
diuerſa iura noua, & vetera, & mēbra,
32 vt in ſimili de dohana Neapolis, cuius
iuriſdictio extēditur ad varia loca pro-
xima, & remota, quippè vſq; ad Regni
extremas partes vltrà Aquilam ex riti-
bus Reg. Cameræ, obſeruauit *D. de
Franch.deciſ.*397.*nu.*11. & exemplum
33 deſcribis Cauallariorum retorquetur,
cum conſtet, omnes dependere à Ma-
giſtro actorum Foggiano, & eidē cor-
reſpondere de dirictibus, & appellatio-
nes ab eorum decretis, & grauamini-
bus ad dohanam deferri; & ad ſimile
de actorum Magiſtris S.Conſ. & Reg.
Cameræ eſt manifeſta ſolutio, ſiquidē
illa non ſunt ſimilia, & æqualia; ſed di-
ſtincta, diuerſa, & ſub diuerſis regulis
inſtituta, & denominationibus appel-
lantur, ideo ut ex diuerſis ceſſat illatio,
licet enim *Caſtrenſ.in authen. qua in
Prouincia nu.*4. *C.vbi de crim.ogi opor.*
(à nemine ex Dominis allegatus) di-
34 xerit, Tribunalia omnia exiſtentia in
eodem territorio cōſtituere vnum fo-
rum, licet ſint diſtinctæ iuriſdictiones,
vt Eccleſiaſtica, ſecularis, attamen hoc
ſanè intelligendum eſt quòad diſtin-
guēdos foros vnius Prouinciæ, vel Re-
gni ab alijs, ſecus quoad veram exiſtē-
tiam, & denominationem, præſertim ſe-
cundum diſponentis vſum loquendi
iuxtà quē regulari debet q̄libet diſpo-
ſitio, ſiuè Principis conceſſio de ipſis
loquens, *ad Bar.in l.labeo in fi.ff.de ſup
pel.legata cū alijs à Surd.dec.*241. *n.*17.

Ad ſecundum dicitur, illud adiun-
ctum, *& Secretariæ*, non reſtringere;
ſed potius ampliare, & augere, vt eſt
34 de natura copulæ *l.ea tamen adiectio,
ff.de legat.*3. *cum concord. per Euerard.
loco à natura copulæ in prin.* vltra enim
reditus Actuariæ ipſius dohanæ, ſub
quo nomine omnes reditus ad ipſum
officium Magiſtri actorum in genere
ſumptum ſpectantes comprehendun-
tur, conceduntur etiam reditus, ſi qui
vberiores percipiuntur ex ipſa ſecre-
taria, quæ potius nomen eſt honoris,
quàm alicuius exiſtentiæ, & cuius fru-
ctus cohærent Actuariæ Foggianæ, vbi
reſidet Dohanerius cum collegis, aliàs
enim inducta in augmentum operarē-
tur diminutionem cōtrà iuris regulas.

Ad tertium fuiſſe id declaratum ex
vſu, & obſeruantia ſubſequuta contrà
ceſſionarium. Primò dicitur factum
36 procuratoris ad exigendum non po-
tuiſſe præiudicare domino, præſertim
in quæſitis *l. contrà iuris ff. de pact. l.
quicunq; §. item ſi inſtitor. ff.de inſtito-
ria, cum concord. per Afflict deciſ.*129.
*num.*11. vt iam fuiſſe quæſitum ius do-
minij patet ex ſupradictis, quinimò
etiam poſſeſſionem, ſecundùm veriorē
ſententiam, quæ ſaltim etiam ſi fuiſſet
neceſſaria apprehenſio ſpecialis per
actū facti quoad hoc mēbrum, attamē
37 ex apprehenſione rei, vel iuris in par-
te, conſeruatur, & retinetur ius in om-
nibus, cum quis innitur priuilegio, l3.
aliud in p̄ſcriptione ad doctr. *Bar.in l.*1.
§.ſi quis hoc interdicto ff.de itiner.actuq;
38 *priuato*, nec etiā ſciētia procuratoris no-
cet domino, vt *per Affli.d.dec.*129. *nu.*
10. *vbi Vrſill. num.*6. *cum ſeq.Surd.de-
ciſ.*181. *num.*10. ſecundò, vt nocere
poſſit

39 poſſit vſus,vel obſeruantia interpreta-
tiua etiam vbi dominus eſt ſciens, &
præſens, licet non requiratur tempus
longiſſimum, requiritur tamen lapſus
alicuius temporis conſiderabilis *Cra-
uett.conſ.*118. *num.*2. & 3. *Raudenſ.
reſponſo* 18.*num.*38.qui hic non inter-
uenit,cum vix triennium interceſſerit
à tempore,quo fuit conceſſio exequu-
tioni demandata,& ſtatim,cum ad no-
titiam Domini Comitis res deuenit,
cóq̃ſtus eſt de negligẽtia procuratoris.
Ad quartum,quod interpretatio pri-
uilegij ſpectet ad concedentem Prin-
cipem, dicitur, recurrendum eſſe ad
40 Principem, quando dubitatur de va-
liditate ipſius conceſſionis, vel ſi eſſet
arduum dubiũ, & inexplicabile, vel ſi
41 eſſemꝰ in cõflictu,vel ageretur de varia
tione,q̃ interdũ ſemel ꝑmitti ſolet,ſecꝰ
ſi agatur de ſẽſu priuilegij inter partes
quòad ipſarum pręiudicium,& in quã-
tum ad ius litigatoris pertinet; quia
iſta non ſolùm fieri poteſt, ſed debet
per iudicem;etenim iudex magis de
illius, qui priuilegium allegat,quàm
de iure priuilegij pronunciare intelli-
gitur,quia iudices etiam inferiores ha-
bent poteſtatem interpretandi iura in
præiudicium litigantium *Felyn. in cap.
inter alia,in princ.de ſentent. excom. &
in cap.paſtoralis* 8. *de fide inſtrument.
Bald.in cap. cum veniſſent,in princ.vbi
Dec.latiſſimè num.*3.4.& 5. *de iudicijs,
Ripa reſponſo* 5. *de probation. Acaius de
priuileg.lib.*2.*cap.*2.*num.*20. *cum ſeq.
Brunus conſ.*133.*in fin.lib.*2.fusè *Gra-
tian.diſcept.forenſ.cap.*927. *nu.*18.19.
20.*cum ſeq. lib.*5.
Ad vltimum de ſtricta interpretatio-
42 ne facienda in conceſſione regalium.
Primò dicitur, illud procedere in du-
bio,ſecùs,vbi ex verbis, & mẽte Prin-
cipis conſtat de contrario, & legitima
interꝑtatione iuris. Secũdò hic nõ eſſe
cõceſsũ officiũ ipsũ, q̄ eſt de regalibꝰ;
ſed quod ſupereſt ex reditibꝰ ipſius, q̃
cõſiderãtur tãquã ſeparati. Tertiò fue-
runt reditus conceſſi pro ſe, hæredi-
bus, & ſucceſſoribus liberè, & ſic in
allodium, quo caſu militat indubiè di-
ſpoſitio, *l.fin.ff.de conſtitut.Principum,*
quam procedere etiam in feudis ve-
rius eſt,ex *Raudenſi de analogis cap.*15.
*num.*1. *Iaſ.Roſental. & Scrbad. apud
Gratian. diſcept.lib.*3.*cap.*456.*nu.*77.

DECISIO.

VNde ex his,die initio citata,fuit re-
ſolutum, & deciſum,in dictis con-
43 ceſſionibus comprehendi etiam redi-
tus Actorum magiſtri dohanellæ Aqui
læ,tàm pro futuro, quàm etiã pro prę-
terito à die conceſſionis,ſiuè exequuti
priuilegij, & captæ poſſeſſionis,me re-
ferente vti Commiſſario, cum inter-
uentu quatuor DD. Pręſidentium to-
gatorum,cum D.Locumtenente Mon-
taluo, & quatuor Regentibus ſupremi
Conſilij Collateralis, vt ex actis, &
prouiſionibus regiſtratis in Regio pa-
trimonio per Dom. tunc Rationalem
Ioannem Iacobum Mercurium, hodie
meritiſſimum Præſidem Militarem, &
ſucceſſiuè penes Magnificum Ratio-
nalem Fabritium Cenamum, qui in
negotio fuit ſubrogatus.

SVMMARIVM.

1 *Feudum cuius qualitatis ſit, ad Regiã Cameram iudicandum remittitur num* 5.11.12.& 17. *ſecus ſi agitur de qualitate feudi dignoſcenda,etiam ſi ſit mutata,vel alterata qualitas innata noua Regis aſſenſu,& num.*18. *et ita iudicatum in cauſa Ducis Vallis Regiæ, vbi ex hæreditario prætendebatur fuiſſe effectum ex pacto,nu.* 22. 23. & 25. & *alijs num.* 37. 38.

2 *Inueſtiri de feudo, an quis debeat,vel ne ad Regiam Cameram ſpectet vigore Regiæ Pragmaticæ, quæ interpretata eſt quoad ſolutionem releuij,nu.* 40. & 41.

3 *Fiſcus cum ſequeſtrum feudorum obtinet,citari debet per eum,qui immiſſionem illorum prætendit, niſi ſit ipſo iure nullum,num.*50.

4 *Fi-*

4 *Fiſcus, an ex perſona debitoris dicatur habere intereſſe in lite inter partes vertente; conuenire autem poteſt debitorem debitoris in ſubſidium, tribus cumulatiuè concurrentibus, & in lite prædicta poteſt tantùm aſſiſtere, num. 59. & 60.*
6 *Allodium à ſolo Deo recognoſcitur.*
7 *Fiſcus ſcire debet, quæ feuda ab immediato Regis dominio detinentur, vel non immediatè.*
8 *Adoha, & releuium pro feudis quaternatis tantùm fiſco competunt, Baroni verò pro quaternatis ſecundùm quid.*
9 *Feudum quaternatum ſecundùm quid, dicitur mixtum, & alienatur cum* Baronis, *et Regis aſſenſu.*
10 *Feuda in Regno in quinternionibus deſcribuntur, vt ſciat fiſcus, qui ſint vaſalli, quæue tenentur in feudum.*
13 *Fiſci intereſſe feudum eſſe potiùs de iure Francorum, quàm Longobardorum, in quibus verſetur, & num. 14.*
15 *Procurator Regis poteſt impedire diuiſionem iuriſdictionis, & Caſtrorũ, & in his aſſentire Proreges prohibentur, & num. 16.*
19 *Fiſci patroni ſpecialis inſtantia eſt de forma, vt cauſa remittatur ad Regiam Cameram.*
20 *Intereſſe Regij Fiſci præciſum apparẽs, & multæ conſiderationis fundare debet Fiſcus, vt cauſa remittatur ad Regiam Cameram.*
21 *Regia Camera vacare debet conſeruationi, & augmento patrimonij, & lites inter partes impedire non debet.*
24 *Vincentius Coriionus meritiſſimus Fiſci patronus.*
26 *Feudum remanet in ſua propria natura qualitate maſculinitatis, vel temporali excluſione fœminarũ ſuperaddita, & num. 27. quicquid in contrarium ſenſerit* Franciſcus de Amicis, *cuius opinio confunditur, num. 28.*
29 *Succeſſore carere dicitur, qui caſtè natus eſt, vel probabiliter de filijs eſt deſperatus.*
30 *Aſſenſus præſtitus venditioni factæ ab eo, qui non habet filios, ſed habere poteſt, ſuſtinetur etiamſi decedat ſine filijs, ratione incertitudinis, et nu. 31. 32. 33.*
34 *Feudum nouum faciliùs deuoluitur, quàm antiquum, ſed an nouum, vel antiquum ſit, Sac. C. cognoſcit, & num. 35.*
36 *Feudum nouum cenſetur in qualitate addita, ſed non in reliquis.*
39 *Cauſa ſucceſſionis Status Biſiniani fuit remiſſa ad Regiam Cameram, quia fiſcus in omnibus, aut refutatarius, aut hæres fuit.*
42 *Inueſtitura non expeditur in Regno, ſed loco ipſius expediuntur litteræ aſſecurationis, & n. 43.*
44 *Capitulũ Regni* ex præſumptuosè *ceſſat, vbi non dubitatur feudatarium, cum ſucceſſore deceſſiſſe, & nu. 57.*
45 *Poſſeſſorium, ſiuè adipiſcendæ, ſiuè retinendæ inter ſucceſſores, non inter fiſcum, & feudatarium in feudo, agitandum in S. C. licet agatur de alteratione qualitatis feudi, & num. 46. 47. 48. & 49.*
51 *Sequeſtrum, vt ritè, et rectè fiat de feudo, debet ſaltim ſummariè conſtare do iure illius, qui ſequeſtrum petit, & audita parte, concurrentibus, nu. 52. & decerni per iudicem etiam competentem num. 53. & 56 & ad inſtantiam partis, cum ſummaria cauſæ cognitione, num. 54. & 55.*
58 *Sequeſtrum inuoluntarium etiam ex legis, vel iudicis authoritate non priuat quem ſua poſſeſſione.*
61 *Succeſſore in feudis declarato, remanent ſalua iura creditorum, & fiſci.*
62 *Conſentiens, ſiuè non contradicens, quominus vnus ex creditoribus in lite audiatur, non ſibi præiudicat quoad alios, etiam ſi fiſcus ſit.*

ARGVMENTVM.

Cognitio, an ſit feudum, vel allodium, & ſi ſit feudum, an illud ſit quaternatum ſimpliciter, vel ſecundum quid, aut planum, & de tabula, fiſco inſtante ad Regiã Ca-

Cameram ſpectat : ſi verè de poſſeſſorio adipiſcendæ, ſiuè retinendæ inter ſucceſſores, etiamſi qualitas feudorum alteretur ad Sac. Conſ. pertinet.

Pro Dom. Mutio Pi-nello, contra Dom. Principem Ieracis.

CONTROVERSIA XXIV.

DOminus Princeps Ieracis, vt immortalem reddat expeditionē articuli immiſſionis in poſſeſſionem, quã p̃tẽdit Mutius Pinellus feudorũ Aprutij, quę emit bon. mem. Cardinalis Pinellus patruus, à Comite Celani de ſua propria pecunia, pro perſona Paridis Pinelli ex fratre primogenito nepotis, præuio aſſenſu obtento à Rege noſtro, in quo decedente dicto Paride abſq; filijs maſculis, voluit, vt ſuccederent filij maſculi Ioan. Auguſtini, excluſis fęminis, fortè deſcendentibus ex Paride, & fortiùs ipſius Paridis ſororibus, vnde ſpecialiter cenſetur vocatus, & nominatus Mutius, & excluſa Benedicta Pinelli ſoror, quamuis non ſint nominati p̃ nomẽ p̃priũ, ſed p̃ nomẽ appellatiuũ, dum neceſſariò in illis diſpoſitio effectũ ſortiri poteſt, non in alijs; & altero aſſenſu ſubſequuto, quo emptio præcedens confirmatur ſub eadem cõditione prioris aſſenſus, illo addito ad maiorem declarationem, vt fœminæ cenſerentur excluſę dumtaxat temporaliter, quouſque maſculi deſcendẽtes ex filijs Io. Auguſtini ſup̃eſſent, q̃bus deficiẽtibus nõ cẽſerẽtur excluſæ fœminæ ſuperſtites inuentæ, quæ iuxtà leges Regni in gradu ſucceſſibili vltimo poſſeſſori maſculo reperirentur : ſuſcitauit & incitauit Fiſcum, vt litem ſimplicis poſſeſſorij inter partes ad Tribunal Reg. Cameræ traheret : quinimò fiſci, huculque pro Aduocati aſſumpti religione, tacentis, arbitrium vſurpando, prætendit inſtantiam à Fiſco fortè neglectam, partis aduocatus pro clientis deſiderio ſupplere : intereſſe autem Fiſci ex pluribus verſari, ſuadere conatur.

Primò, ſcilicet ex notoria praxi, quod ſicut cum controuertitur, an ſit feudum, vel allodium, articulus paſſim, & indiſtinctè, inſtante Fiſco, remittitur ad R. C. ſic etiã pari ratione, vbi decla-
1 rato eſſe feudum, dubitari contingit, cuius qualitatis ſit feudũ; an ſcilicet ſit feudum quaternatum ſimpliciter, vel ſecundùm quid, aut verò planum, vt in cauſa Torcini inter Card. Aldobrandinũ, & Ducem Andriæ, an verò feudum francum, vel Longobardum; vt in cauſa Antredoci, inter Marchio. Bandini, & Principes Sabellios, vndè cum in præſenti caſu Mutius Pinellus fateri cogatur, eſſe in aliquo alteratam naturam feudorum, vt de fœminino feudo effectum fuerit maſculinum, ex quo, & aliud contendit reſultare, vt ſaltim ex hoc dubitari poſſit, vtrũ hæc feuda, ex hæreditarijs ſint effecta ex pacto, & prouidentia, vel ſaltim fideicõmiſſo ſubiecta, ex quo excludi poſſunt creditores, quod ex hac duplici alteratione qualitatis feudorum, ex qua formatum intereſſe R. Fiſci oriri poteſt, vtpotè cuius interſit in caſu deuolutionis libera feuda ad ipſum Fiſcum eſſe peruentura, remiſſio denegari non poſſit, vt in caſu, an feuda fuerint, necnè fideicommiſſo ſubiecta, allegatur in cauſa Status Biſiniani, cauſam ad Cameram remiſſam.

2 Addit ſecundò, quod cum agitur de controuerſia inueſtituræ, an ſcilicet ſit inueſtienda, ſiuè in poſſeſſionem mittenda Benedicta Ieracis Principiſſa, vel Mutius ex aſſenſibus, hæc inueſtitura ſolũmodo eſt tractãda in R. Cam. ex Pragm. 19. ſub titulo de feudis cuius loco ſucceſſit hodie ſolutio releuij ex *Iſern. & Capyc. relatis à D. Rouito in in prag. 4. de feud. num.* 90.

3 Tertiò dicit Fiſcum obtinuiſſe ſequeſtrum ſtatim mortuo Paride, imò poſſeſſionem cepiſſe feudorum; vnde, qui prætẽdit immiſſionem, Fiſcum ci-

tare, & audire debet, veluti poſſeſſorẽ, ſiuè ſequeſtrarium, ex vulgatis regulis, actorem forum rei ſequi debere.

4 Quartò allegat, Fiſcum eſſe creditorem Marcelli Barracchæ Arrendatoris ſalis, & cum barraccha ſubſtituerit Anellum de Guido, qui dedit in fideiuſſorem pro cautela Barracbæ, quon. Marchionẽ Pinellum, prætendit, Fiſcũ ex perſona debitoris ſui debitoris, habere intereſſe in bonis remãſis in hæreditare d. Marchionis, & poſſe defendere ſuum debitorem.

Sed quæſo ſupremi iudices conſiderent, quàm ſint hæc inania, & abſq; iuſtitiæ fundamento, & quo animo, & ad quem finem iſta tendant, vt ſcilicet nullus ex concurrentibus, hac feudorũ immiſſione potiatur, ſed fructibus conſumptis patrimonij, valor à creditoribus abſorbeatur, fruſtrata defũcti Cardinalis voluntate, & legitimi ſucceſſoris debita ſucceſſione.

Quoad primum verum eſt, articulũ,
5 an ſit feudum, vel allodium de iure, & inueterata conſuetudine, ſiuè ſtylo, inconcuſsè remiſſum, tàm ante, quàm poſt Regiam Pragmaticam Ducis Oſſunæ aui de anno 1585. 63. ſub titulo de offic. procur. Cęſar. fuit enim interpretatum, concurrere in hoc articulo requiſita per dictam Pragmaticam in 4. caſu in verſic. *& quãto alle cauſe*, ibi *ſe vi fuſſe alcuno preciſo, & apparẽte intereſſe del Fiſco, & di molta conſideratione*, & iuſtiſſimè quidem, quis .n. nõ uidet maximum intereſſe Fiſci verſari, an ſit feudum, vel ſimplex allodiũ, præſens quidẽ ob ſeruitia, adhoam, ſcilicet, & donatiua, quę quantum creuerint hodie ex extraordinarijs collationibus, nouerunt Barones, ob releuia vltrà deuolutiones, & cætera iura do-
6 minicalia, quorum aliquid, de præſenti, nec in futurum fiſcus ſperare poteſt ex allodio, quod à ſolo Deo recognoſcitur *Bald. in c.1. §. inter filiam, ſi de feudo controu. fuer. Knichen de ueſtit. pact. par.1. cap.1. nu.105.* intereſt autẽ
7 pariter fiſci ſcire, quæ ſunt feuda, quæ ab immediato Regis dominio detinẽtur immediatè, & in capite, vt ſunt feuda quaternata, & quæ in capite, licet non immediatè, vt ſunt feuda quaternata ſecundum quid, quæ conceduntur à Rege tenenda à Barone, de quibus in *Conſtit. poſt mortem*, vt diſtinguantur à feudis planis, & de tabula, quæ ſimpliciter tenentur à Barone, idque eadem, & pari ratione, ob exactionẽ ſeruitiorum, ſcilicet, & adohæ, q̃ hodie ſub donatiuo exigitur, ſiquidem parum Regis intereſſet, eſſe feuda, niſi
8 eſſent quaternata, cum pro his tantùm feudis quaternatis competant Fiſco Regis noſtri iura prædicta, & cætera alia dominicalia, vt sũt deuolutiones occaſione lineæ finitæ, vel culpæ; in feudis verò planis omnia prædicta iura integrè ad Baronem, ſub quo tenentur, ſpectarent, ſicut etiam in feudis quaternatis ſecundùm quid, quod eſt impropriè quaternatum, pro quo ſeruitium, & releuium præſtatur ſimiliter Baroni, & non Regi, vt docet *Frecc. libr. 2. in 5. auth. num. 2. in fin. Camer. in capit. Imperialem car. 67. colum. 4. littera S. in fin. & alibi*, prout ſcripſi in Controu. in cauſa Torcini pro Cardinal. Aldobrand. *nu.31.*
9 licet ex eo, quod eſt mixtum, adhuc ad Regem pertineat cõfirmatio iuxtà *cap. Papæ Honorij, de quo per Iſern. in c.1. in 2. addit. n.12. in fi. de cap. Corradi*, vnde dicitur vtriuſque etiam aſſenſum requiri in ipſius alienatione, vt p *Iſer. in c. Imperialẽ n.9. vbi Lipar. lit. L. v. vtriuſq; de prohib. feu. aliẽ.* finis .n. & præcipuus effectus, exquo inter eſt Regis eſſe bona feudalia, non allodialia, eſt, vt ſint feuda quaternata,
10 & adhoc eſt adiuncta hæc in Regno noſtro feudorum in quinternionibus deſcriptio, ob intereſſe ſcilicet Regis, vt ſciat Fiſcus, qui ſunt vaſalli, & quæ ab eis teneantur in feudum, vt dixit *Freccia ex Iſern. in tit. quis dicatur Baro num.3. in fin. lib.2.* refert *Cumia in cap. volentes, verſic. in capite n.5.* ſcripſi in dicta controu. *pro Cardinal.*

dinal. Aldobrand. num. 57. & pro-
11 inde iuſtè in dicta cauſa Torci-
ni inter Cardinal. Aldobrandinum
Abbatem della Ferrara, cum Du-
ce Andriæ conuento, licet fuiſſet
prius deciſum, territoria eſſe feuda-
lia, fuit iteratò remiſſus articulus
decidendus, an eſſent feuda quater-
nata, vel plana, & de tabula, quia
in hoc conſiſtebat vis, & punctus
cauſæ, in qua agebatur de nullitate
alienationis ex defectu aſſenſus Re-
gij, ſiquidem ſi fuiſſent feuda pla-
na, nullus Regis aſſenſus fuiſſet ne-
ceſſarius, cum reſpectu intereſſe
Regis, paria ſint bona eſſe allodia-
lia, vel feuda plana, nec ipſe, qui
partes Cardin. defendi, negaui re-
miſſionem eo caſu fieri non deberi,
ſed dicebam iam ex primo decreto
fuiſſe declaratum per Regiam Ca-
meram, quæ dum decreuerat ter-
ritoria feudalia, pariter declarauerat
eſſe quaternata iuxtà petitionẽ,
& tamen ſuccubui, idem eadem de
cauſa ob notorium fiſci intereſſe,
me cauſas Fiſci tunc agente, obti-
12 nui in cauſa Antredoci articulum
qualitatis feudi, an eſſet feudum
indiuiduum, & ſic de iure Fran-
corum, vel diuiduum, de iure ſci-
licet Longobardo, remittendum ad
Regiam Cameram, non eſt ſolum
de cauſa, quod vbicunque agitur
de cognoſcenda, ſiuè diſcernenda
qualitate feudi, quod articulus
ad Regiam Cameram ſit remitten-
dus, ſed vt ex allegationibus, qua-
tum vigore obtinui, clariſſimè patet,
fundaui, maximum intereſſe Fiſci
in hoc verſari, quod feuda ſint in-
diuidua.

13 Primò ad vitandam opin. eo-
rum, qui dicunt *Conſtitut. Regni, vt
de ſucceſſionibus* qua eſt reſtricta
ſucceſſio vſque ad tertium gradum,
quę de iure communi extendebatur
vſque ad ſeptimum, procedere
tantum in feudis francis, ſecus in
Longobardis, quod voluit ſub ob-
ſcurè *Afflict. in d. Conſtit.* ſed latiſs.
firmauit *Frecc. de differ. inter feud.
regal. & nobil. cap.* 10. *car.* 433.

14 Secundò, quia per diuiſionem
minutatim diuiſo obſequio, domi-
nus ſeruitio debito defraudatur, vt
in puncto *Oldrad. conſ.* 237. *num.* 2.
& ex hoc peculiari intereſſe domini
ſiuè Fiſci fuiſſe introductũ ius Fran-
corum in Regno, nè feuda ex diui-
ſione deſtruantur, corrumpantur, &
ad nihilum penitus redigantur, cum
maxima domini iactura, latè proſe-
quitur *Minad. conſ.* 1. *ex num.* 14. *ad*
21. *& n.* 24. *cum ſeq.* & proinde di-
cebat *Auth. damn. ad Alexan. conſ.*
25. *nu.* 6. *&* 27. *verſ. præterea lib.* 5.
15 quod procurator Regius poteſt im-
pedire diuiſionem iuriſdictionis, &
caſtrorum, latiſs. *Giurb. deciſ.* 50. *ex*
16 *n.* 3. & ob id per Pragm. nouem ca-
pitum anni 1531. inhibitum eſt Pro-
regibus aſſentiri feudorum aliena-
tionibus, ex quibus, diuiſio, ſiuè
diſmembratio feudorum inducitur.

Et his bene diſcuſſis, & ponde-
ratis citrà notorium intereſſe Regis
17 noſtri, & Fiſci, fuit deciſum ar-
ticulum eſſe remittendum ad Re-
giam Cameram, qui propediem
me partes Marchionis Bandini de-
fendente, eſt decidendus in Colla-
terali Conſilio.

18 At vbi licet agatur incidenter, vel
etiã principaliter de qualitate feu-
di dignoſcenda, vel etiam ſi ſit al-
terata, vel mutata ex nouo Regis
aſſenſu qualitas innata à principio
generationis, ſiuè erectionis ipſius
feudi, in quo tñ paruũ, vel nullum
vertitur intereſſe fiſci, vel ſaltim
non concurrit, *alcuno preciſo, & ap-
parente intereſſe del Fiſco, & di mol-
ta conſideratione*, iuxtà quartum ca-
ſum Pragmaticæ, in hoc caſu, licet
agatur de qualitate alterante feu-
dum, nulla eſt facienda remiſſio
ad Regiam Cameram etiam pe-
19 tente Fiſci patrono, cuius ſpecialis
inſtantia eſt de forma, vt ex d. Prag.

ibi *petente l'Auuocato Fiſcale*, ideſt ſi petierit, cum in præſenti caſu nulla hucuſque appareat petitio Fiſci, ſed partis calumnioſè inſtigantis, non enim ſimplex cognitio, an ſit feudum, vel allodium, vel cuius qualitatis ſit feudum, operatur, vt Excellentiſs. Prorex arbitrari debeat cauſam, ſiuè articulum ad Regiam Cameram remittendum, ſed intereſſe Fiſci, præciſum apparens, & multæ conſiderationis, igitur hoc eſt quærendum, & fun-
20 dare debet Fiſcus, & ſic eo ceſſante, ceſſare debet remiſſio, vulg. iuribus, & quia qualitas fundans iuriſdictionē, ſi allegata negetur probari debet *Afflict. & Vſill. dec. 297. Mynſiger. obſeru. lib. 2. cap. 9.*

Et hoc eſt quod iniunxit Philippus Secundus Rex ſapientiſſimus, & mandauit ſeruari Duci Oſſunæ auo cū ſuis litteris ſub data 24. Aug. 1584. q in illarū exequutionē promulgauit Pragm. die 5. Octobris 1584. quæ eſt 62. de offic. proc. Cœſar. ex cuius proœmio apparet
21 enixa Regis intentio, vt non impediatur Tribunal Cameræ, quod vacare debet conſeruationi, & augmento patrimonij, in cognitione litium inter partes, in quibus Fiſcus, aut non habet intereſſe, *ò ſe ce ne fuſſe alcuno è futuro, & non di quella qualità, che per le antiche pragmat. è conſiderato*, adeò vt reſtrinxerit remiſſiones ad tres tantum caſus, & deinde additus fuit quartus in Pragmatica 63. edita de anno 1585. vt ſupra, in cuius arbitrij declaratione debent ita prudenter (vt aſſolent) ſe gerere Domini Regentes, nè omnes cauſæ ad Regiam Cameram remittantur, ita vt noua generali prouiſione Regis opus ſit, qua iterum cauſæ redeant ad Sacrum Conſilium maximè his temporibus, in quibus plus ſolito ex tēporum calamitate Tribunal Cameræ medelæ patrimonij vacare debet. Hoc autem pluties reperi-
22 tur in terminis deciſum, ſed in puncto in caſu noſtro, quinimò in longè fortioribus terminis ſolēnis eſt deciſio in cauſa Ducis Vallis regiæ, cū enim iſte poſſideret plura feuda in Aprutio acquiſita à Michaele de Afflicto ſeniori Reg. Cam. Locumtenente Triuenti Comite ſub conſueta natura, *pro ſe & hæred. ex corpore*; & deinde prætendiſſet ipſe Dux ab eodem Michaele acquirente fuiſſe donata contemplatione matrimonij Thomæ eius filio cum Camilla de Capua, pro ſe, & hæredibus maſculini ſexus, & amplius fuerint additæ duæ clauſulę; primò, quod in dicto Comitatu maſculi ſuccederent, ſemper fœminis excluſis, & altera, quod dictus Comitatus ſit, & eſſe debeat illorum de domo de Afflicto maſculini ſexus tantùm. Impetrato ſup d. donatione aſſenſu ab ipſo Rege de anno 1511. & ex his ptendiſſet ipſe Dux D. Michael iunior, ex qualitate maſculinitatis, fœminis ſēper excluſis, & ex vocatione domus, ſeù familiæ fuiſſe inductū perpetuum fideicōmiſſum, & ex cōſequenti excludēdos eſſe omnes creditores anteceſſorum, & ſup hoc dīt inſtructo proceſſu, cū creditoribus, exhibitiſq; ſcripturis omnibus, Fiſcus ſpecialiter petijſſet à Prorege cauſam prædictam debere re-
23 mitti, tùm ex cauſa prætenſionis dicti fideicommiſſi, ex qua oriebatur alteratio naturæ, ſiuè qualitatis feudi, vt hæreditariū efficiatur ſimpliciter ex pacto abſque vlla qualitate hæreditaria, quod erat vtile Fiſco, ad quem feuda deuoluebantur abſque onere, & mole ingenti creditorum, libera.

Et inſuper addebat Ducem carere ſucceſſore, & proinde intereſſe eſſe præſentaneum, & præciſum iuxtà quartum caſum Prag. ex proxi-

proxima ſpe probabili deuolutionis,
24 iuxtà millies deciſa, vt ex memoriali manu Domini Vincentij Corcioni aduocati eiuſdem Ducis, qui ex tunc cœpit pro Fiſco patrocinari, idem forte præſagiens aduocatus Principis, fol. 79. in proceſſu d. Ducis Vallis regiæ cum credit. in banca Borrell. cum iuſſiſſet Collaterale Conſilium cauſæ Commiſſarium relationē facere in ſcriptis de ſtatu, & qualitate cauſæ, Iunij 1616. fol. 79. à terg. & produxiſſet caſus ſimiles, in quibus ratione proximæ deuolutionis ex defectu ſucceſſorum, fuerunt cauſæ remiſſæ ad R. Cam. vt in cauſa creditorum Comitis Sanctæ Seuerinę, referente Domino de Franchis 12. Decēbris 1587. Act. Figliola, & in Reg. Cam. Decio quinque, fol. 80. & alijs exemplis à fol. 85. ad 87. Facta relatione in ſcriptis de dicto Statu cauſæ per Conſil. Georgium Commiſſarium, vbi latiſſimè omnia prædicta recenſentur, à fol. 81. ad fol. 84. vbi adeſt reiterata inſtantia Fiſci clarior, & plenior, nihilominus
25 fuit deciſum in Collaterali, ſub die 16. Septembris 1616. viſis ſigillatim inſtātijs, & audito Dño Petro Iordano Vrſino, Fiſcum agente tūc Præſide R. C. natalium ſplendore, virtute, moribus, & doctrina inſigni, poſtea ſupremi ordinis Cōſiliario, & Reg. Cancellariam Regente, nunc verò Sac. C. dignifs. Præſidente, & Vice Protonotario, quod procederetur in dicta cauſa in Sac. Conſ. cum interuentu Fiſci patroni, fol. 90.

Et licet paulò poſt, ducta vxore per dictum Ducem, ac eidem nato filio maſculo, creditores, quibus diſplicebat Fiſci aſſiſtentia, quæ obeſſe ſolet celeri cauſarum expeditioni, inſtetiſſent ex filij natiuitate eſſe reuocandam Fiſci aſſiſtentiam, vt ex memoriali, fol. 102. facta tamen relatione, fuit ordinatum menſe Aprilis 1617. quod Fiſcus nihilominus aſſiſtat. fol. 103. ſiquidem durabat eadem cauſa, ex qua iuſſū fuerat, Fiſcum aſſiſtere, ſcilicet diffiniendi qualitatem feudi, quæ ſola fuerat in cauſa, vt concederetur, Fiſci aſſiſtentia in S.C.

Quæ deciſio à fortiori, vt dixi, includit præſentem caſum, vbi qualitas maſculinitatis non eſt introducta perpetuò, ſed ad tempus, quouſque maſculi ex deſcēdētibus Io. Auguſtini ſupſint,
26 & ſic fœminæ temporaliter ſūt excluſæ, nec ſunt vocati maſculi de familia in perpetuum, ſed qualitate maſculinitatis ſuperaddita, remanſit feudum in propria natura, vt tenent Regnicolę pro indubitabili iuxtà *Loffredum conſ.* 1. *nu.* 43. D. meus *Capyc. in inueſtit. rub. feudor. genera, verſic. hæreditarium concl.* 1. *fol.* 235. & nouiſs. alter D. meus auunculus, & magiſter *Reg. de Curt. de feud. p.* 1. *c.* 14. *§. multoties n.* 54. & in pūcto,
27 quod ex temporali excluſione fœminarum, nihil cēſeatur in reliquis antiqua, & propria natura feudi immutata, niſi tantùm in perſonis expreſſis; quod & generale eſſe, probat in pūctò *Reg. Lanar. in conſ.* 60. pro D. Victòria Caietana ſuper fideicommiſſo Comitis fundorum *num.* 137. *in fin. num ſeq.*
28 quidquid aliter, & malè ſenſerit *Frāc. de Amic. in rub. de his qui feud. dare poſſ. §. facit iſte diſcurſus col.* 2. cuius opin. confunditur *ex deciſ. S. C.* 7. *de Franch.* infrà citanda, quod indubitatiſſimum axioma à feudiſtis ſæpè inculcatur, probat *Zaſ. de feud. par.* 12. *de feud. degen. in princ. Knichen de veſtit. pact. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 22.

Nec ad rem facit, quod Fiſcus allegauerit in dicta cauſa, Ducem Vallis Regiæ ſucceſſore carere, & nihilominus remiſſionem obtinere non potuiſſe, ſiquidem Dux non erat de filijs deſperatus, ſed iuuenis, habilis; prout exitus acta probauit, dum ducta vxore paruo temporis interſtitio liberos genuit, de iure autem certum eſt, cum
29 cēſeri ſucceſſore carere, qui caſtè natus eſt, vel probabiliter de filijs eſt deſperatus, ſecus autem in eo, qui licet nō habeat, habere tamē poteſt, natura iuuante *Iſern. in §. præterea ducatus*

ante n.37.Affl.n.3.de prohib.feud. aliē.
30 *per Fed.* vnde aſsēſus pſtitus venditioni
feudi,factæ ab eo,qui non habet filios,
ſed habere poteſt, ſubſtinetur,etiamſi
decedat ſine filijs *Iſern. in cap. 1. qui*
ſucceſſ. tenent. il primo,poſt nu.6. verſ.
ex præmiſſis, cū concord. *per Afflict.de-*
ciſ.112.num. 7. quia cum filios habere
potuiſſet, ratione incertitudinis, & du-
bij euentus, cenſetur remota omnis
fraus, idem *Iſern. in §. ſed nec alia iu-*
ſtior, n. 38. quæ ſit prima cauſa beneficij
amitt. de Pont. de aſſenſib. reg §. 3. n. 10.
& 29. cum ſeq.

Ex qua conſideratione dubij euen-
tus, qui facit omnem diſpoſitionem
licitam, optimè corroborātur aſſenſus
obtenti à Rege noſtro per Dom. Car-
din. pro filijs Ioannis Auguſtini, dum
in locum filiarum, & ſororum Paridis
ſuccedere voluit maſculos Ioānis Au-
guſtini, vnde ex caſu, qui euenit, nullū
generatur præiudicium Fiſco, dum in
locum Benedictæ ſororis Paridis, quæ
filios habet, ſubrogatur Mutius, qui
filios habere poteſt, ita vt vanum ſit, &
planè ridiculum ponderare, quod ex
vna parte ſint plures ſucceſſores, quā
ex altera.

Vndè, quod fuit in Collaterali di-
ſcuſſum, fuit illud ſolum, vtrum ex eo,
quod agebatur de immutanda quali-
tate feudi, ex hæreditario ſcilicet, in
feudū ſimpliciter ex pacto, potuerit ex
hoc Fiſcus obtinere remiſſionem, eo
quod allegabat ipſius intereſſe verſa-
ri, vt in caſu deuolutionis feuda libera
peruenirent, quod vti intereſſe futurū,
& leuis conſiderationis, non fuit ad-
31 miſſum, idemq; in pluribus alijs cau-
ſis inconcuſsè obſeruatum, vt licet in
illis ageretur de mutatione, & altera-
tione qualitatis ipſius feudi, tamē cau-
ſę ſemper fuerunt tractatæ, & deciſæ in
S. Conſ. inter quas notiſſima eſt cauſa
creditorum Marchionis Triuici, vbi
non obſtante aſſenſu obtento per Cic-
cum Loffredum Præſidentē S. Conſ. &
Beatricem Caracciolam coniuges à
Carolo Cœlate, ex quo dicebat Mar-
chio, fuiſſe mutatam naturam feudorū,
& ſubiectam maioratui, nihilominus
fuit deciſa per Sac. Conſ. in tribus au-
lis, & determinatum, extare maioratū
in feudis Cicci, ſecus in feudis Beatri-
cis, me cum alijs, creditores defendēte
denegata prius remiſſione ad R. Cam.
quam Marchio enixè optauerat, idem-
que in cauſa maioratus ſuper feudis
Regentis Sigiſmundi Loffredi, Cicci
fratris, feudiſtæ maximi, ex quo deſcē-
dit Marchio Montisfortis, qui ſimili-
ter in Sac. Conſ. obtinuit excluſionem
creditorum.

32 Et in ſucceſſione Principis Montis
Caueoſi ſimiliter Loffredi deſcenden-
tis ex eodem Sigiſmūdo, qui obtinuit
aſſenſus, adeò alterātes feudorum ſuc-
ceſſionem, vt excluſo fratre, & nepoti-
bus, quos ipſe cum alijs defendi, ſucce-
deret vxor D. Beatrix Vrſina, nunc
Grauinæ Duciſſa, non ideò minùs de-
clinari potuit iuriſdictio Sac. C. quin
fuerit immiſſa in poſſeſſionem vxor, re-
luctantibus agnatis, Alexand. ſcilicet
fratre, & Marco Antonio nūc Maidæ
Principe, idque totum ea ratione,
quia nullum vertitur in hac alteratio-
ne qualitatis, intereſſe Regij Fiſci con-
33 ſiderabile, idēmq; iñ maioratu; ſiue
fideicommiſſo famigerato de Alarcon
inter March. Vallis, & D. Franciſcum
34 filium, & creditores; & licet Fiſcus ha-
beat aliquod intereſſe, quod feudum
ſit potius nouum, quàm antiquū, pro-
pter faciliorem deuolutionē, quæ im-
minet in feudis nouis *D. Rouitus in*
pragm. 1. de fide memor. num. 3. tamen
35 an ſit feudum nouum, vel antiquum
ex qualitate addita, cognoſcit Sacr. C.
36 quod iudicauit cenſeri nouum in qua-
litate addita, & non in reliquis ex cō-
mun. Feudiſtarum ſententia, vt teſtis
eſt *D. de Franch. deciſ. 7. in fin.* qui
etiam indicauit *Conſtit. in aliquibus*
cōprehēdete ſucceſſionem fœminarū
etiam in feudis planis, in princ. *d. deciſ.*
quinimò aliàs dum eſſet obtenta aſſi-
ſtentia ſuper feudo Caſecanditellæ
poſſeſſo per Dom. de Valignano, &

fuiſſet

Digitized by Google

fuiſſet ex parte Troyli Valignani poſſeſſoris oppoſitum ſeudum eſſe francũ, & ideò nullum ius competere creditori, qui non habebat primogenitum obligatum, fuit decretum die 7. Iulij 1615. procedatur ad ea, quæ incumbunt pro exequutione decretorum Sacr. Conſil. artic. verò denuò propoſitus per Troylum prætenſæ indiuiduitatis feudi remittatur ad Regiam Cameram, verùm ex hoc non impediatur exequutio prædicta, Sarrus Actuarius.

37 Sed magis in puncto eſt altera deciſio Sac. C. iunctis aulis, referente D.Meliore, dũ enim Octauius Viſconte primogenitus prætenderet immiſſionẽ in poſſeſſionẽ Caſtri Luſeti contrà Horatium ſecundogenitum inſtitutum, qui ad impediendam immiſſionẽ oppoſuit, Caſtrum prædictum eſſe de iure Longobardo, quo non obſtante die 18. Nouembris 1616. fuit immiſſus Octauius primogenitus, non obſtãte teſtamento paterno, ſalua prouiſione facienda ſuper petita remiſſione ad Reg. Cameram, Fiſco, & partibus plenius auditis, idque me primogenitum defendente, confirmatum fuit in gradu reclamationis 25. Febr. 1617. Act. Carbonus.

Et ſic etiam in caſu, vbi Fiſcus habet probabile intereſſe in declaratione qualitatis feudi, non debet impediri immiſſio in beneficium legitimi ſucceſſoris, qui claro, & aperto iure vocatur ex oppoſitione partium, vel Fiſci circa qualitatẽ feudi, imò illa reſeruari decidenda poſt cõceſsã immiſſionem, & hæredem declaratum, ante enim, quod declaratur legitimus ſucceſſor, iudicatum conſiſtere nõ poteſt, cum nullus ſit hæres, ideſt dominus feudorũ declaratus, & nouiſſimè cau-
38 ſa immiſſionis in poſſeſſionem inter hæredem ſcriptum per D. Alexandrũ de Montibus, qui vocauit coniunctum de familia de Montibus, licet in gradu inſucceſſibili ex prætenſa Regis diſpẽſatione derogante Conſtitutionibus Regni, & legitimæ ſeudorũ ſucceſſioni iuxtà tenorem inueſtituræ, nonnè fuit tractata, & iudicata, diebus non longè decurſis, contrà D. Franciſcum Protonobiliſſimum legitimum, & verum ſucceſſorem, vti nepotem ex filia, quem ego enixè defendi, & ſuccubui, referẽte doctiſs. Reg. Rouito iunctis aulis in ſupremo Collaterali, licet pendeat reuiſio.

Quæ deciſiones fundari quoq; potuerunt, quod nõ debeat impediri curſus deciſionis cauſæ præparatę, vel diſpoſitę, ex obiectione qualitatis feudi requirentis altiorem indaginem, quæ reſeruãda eſt ſuo tempore; nec meruit allegari remiſſio ad R.Cam. in cauſa ſucceſſionis Status Biſiniani, ſiquidem
39 in illa cauſa, primò controuerſum fuit, an inuictiſs. Rex noſter potuerit, & decens fuerit, ipſum acceptare refutationes ipſi Regi factas à Principe per quatuor publica inſtrumenta Neapol. & Ferrariæ rogata, ſuper quo Rex mãdauit expediri cõſultationem per Miniſtros Regni in vtroque Conſ. Collaterali, ſcilicet Caſtri Capuanæ, & R. Cam. & tranſmitti vota, & quod potuerit, & decens fuerit, ſcripſit pro Fiſco, quond. Præſidens Sallutius: deindè mortuo Principe, fuit ſimiliter ex ordine S. Maieſtatis mandatũ cauſam immiſſionis prætenſæ per D. Iuliam cum concurrentibus, tractari p R. Cam. & S. C. demptis ſuſpectis, vt teſtatur *D.Rouit.conſ.9.* vbi Fiſcus opponebat ſe dominũ ex refutationibus: mortua verò D. Iulia fuit lis inter Comitem Saponariæ, & alios ex diuerſis cauſis petentes, immiſſionem; ego autem defendi Ducem Grauinæ ad excluſionem Fiſci hæredis inſtituti, de quo extat meaq; prima controuerſia edita pro reſolutione eorum, quæ latè ſcripſit *D. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg.* & Comite Saponariæ, extant plura reſponſ. *D. Rouit. in 1. vol. & D.*
40 *de Ponte in 2.* vnde in omnibus præd. caſibus fuit Fiſcus, vel refutatarius, aut hæres, vnde non video quid ex hoc colli-

colligere poſſit aduerſarius.

41 Ad ſecundum, quod cum agitur de expeditione, vel controuerſia inueſtituræ, cauſa pertinet ad R. Cam. vigore *Pragmaticæ* 13. *de offic. procur. Cæſar. in §. & perche nelle inueſtiture*, dicimus

42 illud ex notoria, & digeſta praxi eſſe interpretatum quoad ſolutionem releuij, quæ eſt facienda in R. Cam. præuia liſta introituum dāda per ſucceſſorem in feudo, & loquitur Pragmatica de expeditione inueſtituræ, quæ fit abſq; litigio ex quadā facti notorietate, conſtito enim de antiqua, & primordiali cōceſſione, ſiuè inueſtitura feudi, quæ reperitur regiſtrata in quinternionibus, filius, vel agnatus tenetur denūciare mortem in R. Cam. dando liſtam introituum, & de hac inueſtitura extraiudiciali loquitur Pragmatica prædicta, vt patet ex eius verbis ibi *il qual in queſta Reg. Cam. denuntia la morte del ſuo predeceſſore, & ſi hà da dechiarare la quantità del relieuo*, &c. & propte-

43 rea impropria inueſtitura, quinimò in Regno non expeditur inueſtitura, ſed loco inueſtituræ expediuntur litteræ aſſecurationis, ſecundum *Iſer. in c. ſancimus num. 2. in fin. quo tempore miles, vbi Lipar. lit. M. verbo inueſtitura, Afflict. & alij in cap. 1. quid ſit inueſtit.* ſecus verò cum agitur inter plures aſpirantes ad feudi ſucceſſionem, & inter ſe collitigantes, & petentes immiſſio-

44 nem in caſu, præſertim vbi non dubitatur, feudatarium cum ſucceſſore deceſſiſſe, & ſic ceſſat omninò *cap. Regni ex præſumptuoſę*, quinimò concurſus plurium ſucceſſorum, quorum aliqui ſunt habiles effecti ex Regis aſſenſu, alij de iure cōmuni, & municipali Re-

45 gni; quod enim harum controuerſiarum, & iudiciorum poſſeſſoriorū, ſiuè adipiſcendæ, ſiuè retinendæ inter ſucſucceſſores, non ſit iudex competens S. Conſ. & quod proinde ad R. Cam. ſint remittenda, ex quo in beneficium victoris poſteà in R. Cam. ſint expediendæ inueſtituræ, vereor ne hoc minimè dicere potuerit inſignis aduocatus ex aduerſo, niſi ex vehementi erga Fiſcum propenſione, cum contrarium ſemper ſit practicatum, & quotidiè ſeruari videamus, ideò vt pro nobis ſit notorietas facti permanentis, & in puncto videatur D. Reg. de Ponte diſtinguēs has duas ſpecies inueſtiturarum, inter priuatum, ſcilicet, & Fiſcum; & inter concurrentes, ad feudum inter ſe, vt per eum *nu. 20. in fin. & iterum n. 27.* vbi dicit, ad obtinendum poſſeſſionem oportere docere, petentem ſe eſſe legitimum ſucceſſorem, non inter Fiſcum, & feudatarium, ſed inter ſucceſſores inter ſe, & ita in fine illius Conſ. refert iudicatum pro Comite Triuenti per S. C. facta relatione in Collaterali, & fuit in eadem cauſa, de qua ſupra, anteceſſoris ſcilicet Ducis Vallis Regiæ,

46 vbi vigore eiuſdem fideicommiſſi cū aſſenſu fuit prælatus Ferdinandus de Afflicto, vti maſculus Thomaſinæ ſorori, vt patet *d. num. 20. 22. & 23.* ſic S. C. iudicauit de immisſione in poſſesſionem, licet ageretur de alteratione qualitatis feudi.

47 Et *in eod. conſ. 62. nu. 19.* refert deciſionem conſimilem in cauſa immiſſionis in poſſesſionem Terræ Cariſij, & aliorum feudorum, iudicatam in fauorem Laudonię Como meæ auiæ cōtrà Lucretiam ſecundogenitam ad relationem Iudicis M. C. de Vello in Collaterali, cum interuentu aulæ Re-

48 gentis Cadenæ Decani, *& in conſ. 10.* idem Regens de Ponte refert itidem iudicatum per Sac. C. iunctis aulis, pro Beatrice Vitella Vrſina, contrà Virginiam Vitelliam ſecundogenitam, idem

49 in cauſa ſucceſſionis Marchionis Cluſani pro Pompeo Tomacello contrà Marcū Ant. Capyc. Galeotā fratrē vterinū, ſuper qua cōſuluit Conſ. de Anna in cauſa delli Moles, in qua allegauit *D. Georgius allegat. 12.* & in ſucceſſione quondam Cicinellæ Baroniſſæ Friſolonis vxoris Regentis de Pōte pro Dom. de Quadra nepotibus, contrà D. Fabium Cicinellum, referēte D. Rouito iunctis aulis, & ſi quis per-

percurrat harum deciſionum ſunt pleni libri noſtrorum ſcrib. Regni maximè modernorum, ita vt diutius in hoc immorari me pudeat; maximè quia ſi de cauſis ſucceſſionum ad feuda vti de cauſis inueſtiturarum R.Cam. cognoſcere deberet, de ſolis graduationibus, & concurrentijs eſſet S.C. iudicium, & R. Cam. ad alios patrimonij curam remittere cogeretur.

Tertium de ſequeſtro facto à Fiſco, 50 dicimus nihil penitus obſtare, ſiquidē fuit ipſo iure notoriè nullum, ita vt reſciſſione, vel reuocatione nō indigeat, & cum nullum ius ex eo ſit fiſco tributum, nec legitimo ſucceſſori præiudicatum in aliquo, cum tritum ſit ex actu penitus, & omninò nullo, nullum ſequi effectum, & paria cenſeri, non eſſe, vel eſſe, & eſſe nullū, adeò vt de actu nullo, nulla ſit facienda mentio, cumulat iura, & author. *Afflict. deciſ.* 366. *nu.* 10. *vbi Vrſill. nu.* 4. conſequens eſt, vt nec reus ſit fiſcus, nec opus ſit, vt per R. Cam. reuocetur ſequeſtrum.

51 Primò eſt nullum, quia oportet antequam decernatur ſequeſtrum, conſtare ſaltim ſummariè de iure illius, q ſequeſtrū petit, *l. eū proponas C. de bon. author. iud. poſſid.* nā ſi is, q ſequeſtrum petit nihil iuris habeat, ſeqſtrū nō fiet vnde ante ꝓductionē titulorū petentis fieri non poteſt *Rebuff. ad Conſtit. Gall. tom.* 3. *de ſequeſtr. art.* 1. *Gloſſ.* 1. *nu.* 21.

52 Secundò pars, & concurrentes vocari debent, aliter ſequeſtratio nullius eſt momenti, & ita fuiſſe iudic. in Senatu, teſtatur *Rebuff. ibidem num.* 22.

53 Tertiò neceſſariò debet decerni à iudice, vnde aliter factum nullo modo tenet *Rebuff. vbi ſupra num.* 23. *in fin.*

54 & debet fieri ad petitionem partis, ſi iuſtà cauſa ſubſit, *Rebuff. d. art.* 1. *Gloſſ.* 1. *n.* 10. *verſ. quartò ad petitionē*, & cū cauſæ cognitione partibus auditis, vnde, ſubdit *Rebuff. ſequeſtrum factū non auditis partibus, nullum fuit declaratū, & probibuit Senatus Secretarijs, et alijs, ne litteras ſubſcriberent, per quas apparitoribus mandaretur, vt ſequeſtrationē faeerent, cum in hoc cauſa cognitio verſetur*, nec fieri debere, niſi præcedente ſummaria cognitione, ex legibus, & *DD. author.* inter quos *Rebuff. d. art.* 1.

56 *gloſſ.* 2. citat *Afflict. dec.* 98. & nedum a iudice, ſed à competenti iudice eſſe faciendum ſequeſtrum, alias eſt nullū, firmat ex multis *Milan. deciſ.* 11. *num.* 25. *&* 26. *par.* 1. *Giurba deciſ.* 25. *num.* 8. in hoc autem ſequeſtro defecit fundamentum iuſtitiæ, vt notorium eſt, ſiquidem non potuiſſe fieri ex defectu ſucceſſoris, cum non vnus, ſed

57 plures ſunt, & ſic non potuiſſe inniti ſuper diſpoſitione *cap. ex præſumptuoſe*, quod locum habere, quando ſucceſſor deficit, qui veniat claro, & apto iure, patet ex tradit per *Reg. de Ponte de regal. impoſit.* §. 6. *ex num.* 39. *ad* 43. *poſt Afflict. deciſ.* 197. *in fin.* nedum autem non fuit citata pars aliqua, ſed nec à Reg. Cam. nec ab vllo iudice iudicialiter, nec cauſa cognita, conceſſum, ſed extraordinariè obtentum ſub nulla figura iudicij, vnde idem Princeps, qui mandauit illud expediri, prouiſo ſuper immiſſione, inſtante victore, poterit mandare tolli impedimentum, præſertim cum ſequeſtrum inuoluntarium, etiam ex legis, vel iudicis authoritate, non priuet quem ſua poſſeſſione *Bart. & DD in l. intereſſe ff. de acquir. poſſeſſ. Rebuff. d. tit. de ſequeſtr. art.* 1. *Gloſſ.* 1. *nu.* 19. & ſic non fuit ex hoc priuata hæreditas, quę vicem defuncti gerit aliquo iure.

Vltimò non obſtat, Fiſcum vti aſſertum creditorem hæreditatis Marchionis Pinelli, poſſe cauſam hanc immiſſionis ad ſuū iudicem trahere, ſiquidē aduerſario deficit factum, & ſi eſſet verū, ꝙ ſupponit, nulla ex hoc cōpeteret fiſco remiſſio litis, de qua hodie agitur: prætenditur enim Fiſcum locaſſe arrendamentum ſalis Marc. Barracche Marcellum autem ſublocaſſe partem Anello de Guido, pro cuius Barracche cautela prætenditur Marchionem obligaſſe quoddam corpus fiſcalium, quod tenebat ad vitam cum Regia

gia Curia ſpecialiter expreſſo corpo-
rè fiſcalium functionum, quas Regia
Curia ſciebar, vel ſcite debebat tene-
re Marchionem ad vitam, vnde extin-
cto corpore fiſcalium per mortẽ Mar-
chionis, ad nihilum tenetur eius hære-
59 ditas, ſed omiſſo, quod plura requi-
runtur, vt Fiſcus conuenire poſſit de-
bitorem ſui debitoris, cum id non per-
mittatur, niſi in ſubſidium, & tribus co-
pulatiuè concurrentibus *ad text. cum*
Gloſſ. in l. 2. C. quando fiſcus, vel priu.
Surd. deciſ. 306. nu. 15. & conſ. 4. nu. 9.
lib. 1. Pereg. de iure fiſci lib. 4. tit. 6. in fi.
num. 46. in præſenti, iuxtà aduerſarij
intentionem, qui prætendit Mutium
velle ſuccedere ex proprio iure fidei-
commiſſi, Principiſſam verò vti hære-
dem, quæ teneretur agnoſcere debitũ
Marchionis, ſi quod eſſet, verificaretur
propriè caſus conſideratus *à Peregrin.*
d. lib. 4. tit. 6. in fin. num. 47. quod vbi
60 inter duos priuatos contenderetur, Fi-
ſcus creditor vnius illorum poteſt pro
ſuo intereſſe liti aſſiſtere tantùm non
aliud, cum & priuatus, vt ait *Peregr.*
idem facere poſſet, & ita iudicatum
facta relatione in Collaterali, referen-
te Regente Lopez, refert *Dominus*
Reg. Rouitus ſuper Pragmat. 64. num.
2. & 3. de offic. procur. Cæſar. & iterum
poſtea confirmatũ decretũ, ſed veritas
eſt hodie de nullo intereſſe Fiſci tra-
ctari, etiamſi eſſet certus, & liquidus
creditor ſuper bonis hæreditatis Mar-
61 chionis, ſiquidem hodie agitur de de-
clarando ſucceſſore, ſiuè legitimo hæ-
rede Marchionis, quod eſt neceſſariũ
præambulum, vt deinde liquidato ſuc-
ceſſore, creditores ſciant, quem conue-
nire, & ſic agitur de legitimanda per-
ſona, contrà quam poſtea creditores, &
cæteri oẽs actiones inſtituere poſſint;
legitimata autẽ pſona veri ſucceſſoris
inter litis cõſortes, & cõcurrẽtes iuxtà
praxim traditam *à Reg. de Põt. d. cõſ. 62.*
tunc ſalua erunt iura omnium credito-
rum, & fiſci, ſi inter creditores connu-
metari poterit, qui verè non eſt credi-
tor, ſed ſuppoſitus ab aduerſatio, & tũc
diſceptabitur de eius credito, & ſi po-
terit pro modico credito reſpectu ma-
gnæ hæreditatis totam cauſam ad ſe
trahere.

Nec ex eo, quod Mutius, vt ſe non
62 impediret, non contradixit, quominùs
quidam ex prætenſis creditoribus au-
dirẽtur, dum tempus inutiliter conte-
rere noluit, ex hoc ſibi præiudicium
generauit quoad fiſcum, & alios q de
nouo compaterenr, contrà quos ſalua
ſibi remanent iura *ex tex. in l. fin. ff. de*
63 *inter. action. cum ſimil.* Et hic caſus
propriè eſt deciſus *in deciſ. D. Præſid.*
de Franch. 117. quod cum de uiribus
priuilegij tractaretur in S.C. & erat de
eodem lis in Regia Camera inter Fi-
ſcũ, & alterã ex partibus, ex præd. fuit
denegata remiſſio per Fiſcum petita.

DECISIO.

huius Articuli.

DIe 7. Auguſti 1624. facta relatione in ſupremo Collaterali Conſilio per Dominum Regentem Didacum Lopez Xuarez, cũ interuentu ſex Dominorum de Sacro Conſilio adiunctorum, fuit decretum. Quod procedatur in Sac. Conſilio non obſtante dicta remiſſione petita ad Tribunal Reg. Cameræ. Verùm liceat Fiſco aſſiſtere, quando voluerit car. 116. in proceſſu, immiſſionis Statuum D. Marchionis Pinelli, Actorum magiſter Mondellis, hodie Fabritius Solatius pro Curia.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus in allodio ſola oſtenſione teſtamenti non aboliti, nec cancellati immittitur in poſſeſſionem bonorum defuncti ex edicto diui, & lõgè potentiùs in feudis, vigore inueſtituræ interdicto adipiſcendæ.*

2 *Aſſenſus Regis inueſtituræ vim habet maximè addita à Rege, noua, vel cer-*

ta

ta forma ſucccedendi, & tunc dicitur nouum feudum, ratione noua qualitatis, & num. 3. & 4.

5 Conſtitutioni, in aliquibus *derogatũ cenſetur ex conceſſione feudi pro ſe, et hæredibus maſculis, & his deficientibus, fœminis; etiamſi non conſtet de intentione Regis, de ipſius derogatione, & num. 6.*

7 *Fœminæ ſi ex priuilegio, vel aſſenſu incapaces ſint ſucceſſionis feudorum, pro maſculis etiã remotioribus, tàm in petitorio, quàm poſſeſſorio, ſolo tenore inueſtituræ attento, iudicandum etiam ad excluſionem filiæ primogeniti, & num. 8. & 10.*

9 §. Inter filiam *diſpoſitio ceſſat, ſi agnatus in promptu doceat de iure ſuo, & fœminis reſeruantur iura in petitorio.*

11 *Succeſſio feudorum dicitur deferri, claro, & aperto iure, ex priuilegio, & num. 12.*

13 *Hæres incontinenti, claro, & aperto iure docere dicitur, ſi ſit nominatus in teſtamento, ſiuè inueſtitura.*

14 *Nominatus per nomen appellatiuum, dicitur ſpecialiter, et in indiuiduo nominatus.*

15 *Secundogenitus in ſucceſſione feudorum dicitur primogenitus, ſi primogenitus ſit clericus.*

16 *Emptio feudi, donatio, ſiuè contractus, cenſetur factus vigore, & in executione aſſenſus tractatus, vel procuratoris præcedentis, & num. 17. 18. 24. etiam ſi ex aſſenſu præcedenti, cum ipſius natura alterata num. 25. & etiamſi fuiſſet contractus celebratus, reſeruato aſſenſu, & non aliter, num. 26. & 27. niſi expreſsè conſtiterit, velle partes contrahere, nouo aſſenſu impetrando, num. 28. & 34. & ita deciſum per Sacrum Conſilium nu. 29.*

19 *Poſſeſſio apprehenſa cenſetur ex præcedenti titulo, ſi animus interceſſerit.*

20 *Error præſumitur, ſi in tractatu aliquid fuerit expreſſum, & in actu, vel omiſſum, vel aliter geſtum reperiatur, & num. 21.*

22 *Iuri quæſito alicui ex facto alterius, nec ipſe idem, per quem fuit quæſitũ, præiudicare poteſt.*

23 *Pactum præcedens, cenſetur repetitum in ſequenti actu, licet nil ibi dicatur, etiam ſi ex interuallo ſequatur.*

30 *Conſentire, nec ſcire dicitur, qui præſens eſt actui, qui poteſt, eo inuito, fieri.*

31 *Notarius præſumitur fideliter ſcripſiſſe verba, à parte prolata.*

32 *Reſeruationis natura, eſt reſeruare ius reſeruanti competens.*

33 *Notarius debet ab vtroq; ex contrahẽtibus rogari, niſi in actu, qui dependet à ſola vnius voluntate.*

35 *Confirmatum continetur de neceſſitate in confirmante, ſicut relatum in referente.*

36 *Agens alieno nomine. nudum miniſterium præſtat, & nominus videtur actu facere.*

37 *Aſſenſus præſumitur impetratus ex præcedenti reſeruatione, & ab ipſo, cuius expenſis impetrandus erat, & nu. 38.*

39 *Aſſenſus non dicitur, ſed priuilegium, cum natura feudi alteratur, et ex impetratione aſſenſus in forma gratiæ, non intelligitur renunciatum priuilegio obtento, et nu. 40.*

41 *Aſſenſus ſuum ſortitur effectum à die conceſſionis, etiãſi non dũ ad manus partium deueniret, et ad notitiam peruenerit, et num. 42. et ampliatur num. 33.*

44 *Pacta quæcunq;, et conditiones in traditione rerum, ac donatione facta Eccleſiæ, adijci poſſunt.*

45 *Inuitis, quæ fiunt, etiam ignorantibus fieri valent.*

46 *Scientia præſumitur non tantum in domeſtico commenſali, vel vicino, ſed fortiùs ex ſanguinis coniunctione, conuerſatione, et familiaritate.*

47 *Hæres præſumitur habere notitiam facti ardui, defuncti, maximè eorum, quæ in Curia Regis tractantur.*

48 *Sien-*

48 *Scientiam quis habere præſumitur eorum, quæ inquirere tenetur, quia ad proprium commodum, vel etiam ad ſocium pertinent.*

49 *Scientia præſumitur ex productione ſcripturarum, priuilegiorum, et aſſenſuum.*

50 *Scriptura, ſi iuxtà illā fuerit iudicatū in vno, probata intelligitur quoad omnia.*

51 *Sētentia lata, præſentatis vinculis, et acceptata præiudicat ſucceſſoribus etiā ſingularibus.*

52 *Foeminæ vocatę intelliguntur in Regno ex inueſtitura* pro ſe, hęredibus, & ſucceſſoribus ex corpore.

53 *Verbum* hæres *in iure feudorum, intelligitur de hæredibus, qui ex natura rei, vel forma priuilegij præcedentis, aut ſubſequentis, vocātur, quia æquiuocum eſt in iure feudorum.*

54 *Immiſſio in poſſeſſionem bonorum feudalium, remorari non poteſt ex prætēſione æſtimationis illorum, aut exceptionis illiquidæ, vel intricatę, oppoſitione, maximè, non exiſtente aduerſario in poſſeſſione, num. 55.*

56 *Aeſtimatio feudi, etiam ſimpliciter hæreditarij antiqui, non debetur quando diſpoſitio ſit callidè in fraudem agnati, et aſſenſus deſuper obtentus non valet.*

57 *Pecunia erogata pro emendo feudo debetur à ſucceſſore, in illo, atque etiam à domino, feudo deuoluto.*

58 *Aeſtimatio feudi non debetur, cum non eſt quæſitum diſponenti illius, vtile dominium, vel ſuccedens non ſuccedit, vt hæres in feudo.*

59 *Factum acquirentis feudum, ſi eius occaſione ſequentes ſunt habituri feudū illis nocet, ſecus ſi propria contemplatione.*

60 *Affectio cadit in iam natis.*

61 *Alienatio ſi permittitur in vita feudatarijs, in morte tamen non permittitur, et in hoc non valet argumentum de feudo ad emphiteuſim.*

ARGVMENTVM.

Immiſſionem feudorum cōcedēdam, vigore priuilegij, vel aſſenſus continentis nouam, & certam formam ſuccedendi in fauorē maſculorum, qui inueſtituræ vim habent, emptio, ſiuè contractus de feudo, cenſetur factus in exequutionem aſſenſus præcedentis.

Aſſenſus, à quo die ſortitur effectum, ſi non dum venit ad notitiam contrahentium.

Aſſenſus, & priuilegium, in quibus diſtent. Scientia ex quibus præſumatur. Aeſtimatio in feudis, quando debeatur, & quando ipſius petitio immiſſionem, impediat, vel ipſa oppoſitione non obſtante, retentio permittatur.

Pro Domino Mutio Pinello Marchione Ciuitæ Sancti Angeli, ſuper ſucceſsione feudorum quondam Marchionis Paridis.

CONTROVERIA XXV.

Verè hæc cauſa iuris allegatione non eget, ſi etenim habens inſtrumentum pro ſe, dicitur habere caſum legis, & probationem probatam, adeò vt nefas ſit contrà inſtrumentum decernere, quantò fortius pronunciandū erit pro exhibente duos, inuictiſſimi Regis noſtri, aſſenſus, qui intermediū contractum de re feudali fouentes, ac fortiſſimo præſidio vallantes, præcipiunt, vt Mutius Pinellus immittatur in poſſeſſionem Marchionatus Ciuitæ Sancti Angeli, Aprutinæ Prouinciæ.

Abſit igitur, vt à grauiſſimo Senatu, &

& doctiſs. Patribus non ſit obtemperandum Regijs præceptis; vt qui velut dominus directus,eſt in feudis paterfamilias,ita vt, Regis aſſenſu interueniẽte, de feudis liberè diſponi poſſit, ſicuti de bonis liberis allodialibus.

Et quoniã ex breui facti cõpendio,de iuſtitia immiſſionis petitæ pro D. Mutio ſatis liquere credo,ſubijciam dumtaxat infrà ſcriptas,etſi notiſſimas iuris concluſiones, vt factum veſtiatur iuris cohærentia.

1 Prima concluſio,ſicuti hæredi inſtituto in allodio ad ſolam oſtenſionem inſtrumenti, teſtamenti non aboliti, nec cancellati, competit immiſſio in poſſeſſionem bonorum omnium defũcti,ex edicto *l.fin.* fortiori ratione ſucceſſori in feudo,vigore inueſtituræ cõpetit interdictum adipiſcendæ, longè potentius,quàm hæredi inſtituto,vigore teſtamenti, *Iſern. Petr.de Rauenn. Aluar. Præpoſ.*& reliqui *Feudiſtæ in* §. *inter filiam,ſi de feud.defunct.mil. Roland. Goẓad.* & alij, quos refert *Caualcan. deciſ.*36. *num.*452. *lib.*3. *Surdus conſ.*484.*num.*14.*verſ.tertius tamen*, *lib.*3. & nouiſſimè *D. Præſid. Amatus cõſ.*100.in cauſa ſucceſſionis Pediſmõtis pro Duce Laurẽtiani; in qua etiam, ipſe, vt collega interueni *nu.*89. alios etiam,vt *Bald.Campeg.Dec. & Camer.* addit *D.Reg. Rouitus* infrà citando *cõſ.* 1.*num.*23.*verſ. & quod proximior.*

2 Secunda concluſio, aſſenſus Regis habet vim inueſtituræ *Afflict. in cap. Imperialem in* §. *præterea, il primo,nu.* 1.*de prohib.feud. alien.per Feder. Reg. Lanar.conſ.*8.*num.*15.*conſ.*13.*num.*5. *in fin.conſ.*18. *num.*6. vbi citat *Iſern. in cap.*1.*col.*4.*qui ſucceſſ.ten. & conſtit. Regni,fratribus, Bald.in cap.ſi factũ, poſt num.*2.*ſi de feud.def.militis*, alios congerit *D.Amatus d.conſ.*100. *num.* 87.

3 Et maximè quando per aſſenſum eſt addita à Rege,noua, vel certa forma ſuccedendi; tunc enim quaſi nouũ dicitur feudum, & nouiter erectum,ſiuè creatum, & in eſſe deductum, adeò vt ratione nouæ qualitatis additæ, reputetur nouum feudum,etiam ſi ſit paternum, & remaneat penes ſucceſſorẽ antiqui poſſeſſoris, vt ex *Oldrad. Bald. Caſtr. Franc. Aret. & alijs*, probat *Afflict.deciſ.*112.*num.*5. *&* 6.vbi aſſerit, feudum nedum inter viuos alienatum, ſed ſucceſſione q̃ſitũ, ſub nouis pactis, vel noua forma ſuccedẽdi,cũ Regis aſſẽſu,cẽſeri ſub noua inueſtitura acquiſitum, &in terminis propriè noſtris in

4 ſpecie, vbi ex tenore inueſtituræ, vel aſſenſus, maſculi, etſi remotiores præferuntur fœminis,tunc ad feudi ſucceſſionem admittendum eſſe maſculum remotiorem, excluſa, fœmina ex ſpetiali priuilegio, & prouidentia inueſtituræ, & quia feudi ſucceſſio potius fit ex contractu,ſeù pacto inueſtituræ,quã de iure, aut conſuetudine, ex *Calder.* inter *conſ. Bald.conſ.*137. *il ſecondo,incip.Dom.Iordanus lib.*2. *& Caſtr. conſ.* 300.*incip. viſo quodam proceſſu*, optimè inferendo de feudis ad maioratum, tradit *Gregor. Lopeẓ in l.*3. *tit.* 13.*par.*6.*in verſ.Mugeres, col.*6. *verſ. & nota.*

5 Et in terminis *Conſtit.Regni*,quod ſi Rex concedat feudum alicui pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis,& his deficiẽtibus,fœminis, prout in ſpecie voluit in caſu noſtro D. Card. Pinellus,vt ex poſteriori aſsẽſu declaretur primus,& quod ex hoc tenore inueſtituræ ſit ſublata admiſſio fœminarum, *ex Conſtit. Regni, in aliquibus*, latiſſimè *ex Iſern. in* §.*fin.num.*4. *verſ. quid ergo, de eo, qui ſibi, & hæred.ſuis,ex Socin.ſen. cõſ.* 252.*num.*17. *lib.*2. loquente in term. d.noſtræ Cõſtit. *& ex Minad.in d.Cõſtit. in* 3. *not. num.*14. *cum ſeq.*vſq; ad

6 *num.* 48. vbi ampliat,etiam ſi non cõſtaret expreſsè de intentione Regis, quod voluerit tollere, ſiue derogare d.Conſtit.quoad hoc ex ſimplici maſculorum vocatione, & his deficientibus,fœminis,ſit derogatum diſpoſitioni d.conſt. latiſſimè ex his,& alijs probat *D.Reg. Rouitus conſ.*1. *ex num.*13.

7 16. 17. *cum ſeq. & per totũ lib.*1. vbi ꝙ

Digitized by Google

ſi in priuilegio, vel aſſenſu ſit data noua forma ſuccedendi, puta, quod maſculi tantùm ſuccedant, vel altera, tunc non obſtante diſpoſitione iuris communis, vel municipalis Regni, ſolo tenore inueſtituræ attento, iudicandum eſt in fauorem maſculi vocati, nedum in petitorio, ſed in poſſeſſorio, ex apertiſſimis iuribus *in cap. 1. in fin. de feud. Marchiæ, & cap. 1. de beneſ. fratris*, idem *Rouit.* probat *num. 16. & 23.* vbi idem fundat ex *Gozad. Raud. &*
8 *alijs*, vbi quod fœminæ, tanquam inhabili, & incapaci ſucceſſionis feudorũ, nullum remedium poſſeſſorium competat aduersùs maſculum capacem, etiam remotiorem, idem *Rouit. nu.* 18. & quod fœmina, nõ niſi nimia erubeſcentia plena, contrà maſculum vocatũ ex inueſtitura, ſiuè priuilegio, inſtare poſſit pro immiſſione, *idem n. 11. in fin.* nec iuuari poſſit ex deciſ. §. *inter filiã*,
9 *cum ille tex. cum ſimil.* prorſus ceſſent, qñ agnat⁹ incõtinẽti docet deiure ſuo, q̃a tunc agnatus omninò eſt immittendus in poſſeſsionẽ, & fœminæ reſeruãda iura in petitorio, ſi quæ competere ſibi poſſunt, latè *DD. authoritate*, & reiũ planè toto orbe iudicatarum recẽſet *num.* 24. & ſufficere, fœminam eſse
10 excluſam per legem, conſuetudinem, vel per pactum familiare, ſiuè priuilegium, vt etiam filia primogeniti excludatur ab agnato maſculo remotiori, *ex Anchar. Couarr.* Molina, *Palat. Guttier. Cancer. Peralta, Sal. Auend. & alijs* probat doctiſs. feudorum interpres, & digniſſ. *Conſ. Georg. in repet. feud. cap. 49. num.* 14.

Nec eſt audienda ſoror Marchionis Pinelli, dicens aduersùs hos aſsenſus ſibi competere defenſionem; ſiquidem occurrit *Dominus meus Capyc.*
11 *deciſ* 77. *num.* 12. *&* 13. vbi inter ſuccedentes, claro, & aperto iure in feudis, connumerat ſuccedentem ex priuilegio, idque apparet veriſſimum; ſiquidem priuilegium de per ſe, abſq; alia probatione extrinſeca facit rem
12 notoriam, ita vt habens priuilegium, & maximè plura priuilegia, vt in præſenti, dicitur venire claro, & aperto iure ad ſucceſſionem feudi, aduertit *Afflict. deciſ.* 195. *num.* 3. & plures ſequuntur, quos recenſet *Dom. Rouitus dicto conſil.* 1. *num.* 28. vſque ad 31. vbi enim Princeps manus apponit, & prouidet, cenſetur, omnes inferiores Iudices iuriſdictione deſtituere, quoad illud negotium, *Andr. Knichen de veſtitur. pactíon. par. 3. cap. 2. ex num.* 110. vbi in termi-
13 nis; incontinenti autem probare dicitur fideicommiſsarius, ſiue alius ſucceſsor, & in promptu claro, & aperto iure docere dicitur, quando eſt nominatus in teſtamento, ſiuè inueſtitura, vt in puncto in caſu contrario ad excludendum fideicommiſſarium, hoc argumento vtitur *Dec.* in famoſo ſuo *conſil.* 424. edito pro D. Franciſca de Montebello Viceregina Neap. *num.* 18. *in fin. verſic. ſecundò reſpondetur, & num.* 19. quod non fuerit nominatus in diſpoſitione, & pro *Decij conſil.* in dicta cauſa fuiſse pronunciatum ex Aymone Publicio, qui vt Senator Sereniſs. Ducis Sabaudiæ votauit in deciſione cauſæ, refert *Burſat. conſil.* 234. *poſt num.* 15. *lib.* 3.

In caſu autem noſtro, nominatim excluſæ ſunt ſorores Paridis, ibi *excluſis fœminis, & præſertim dicti Paridis ſororibus*, & vocatus nominatim Mutius, ibi *necnon dicti Paridis fratres conſobrinos Ioan. Auguſt. filios habilitare, ac idoneos, & capaces reddere, et eidem Paridi ſuccedere poſſint, et valeant, ſucceſſoreſque no-*
14 *minentur, et ſint, excluſis etc.* nominati enim per nomen appellatiuum, videntur ſpecialiter, & in indiuiduo nominati *l. Titius ff. de liber. et poſthum.* cum alijs congeſtis à *Pereg. de fideicommiſſ. art.* 21. *num.* 34. nominatus autem cenſetur Mutius proprio nomine, dum conſtat primogenitum in huiuſmodi feudis ſuccedere,
15 quod eſt notorium, ipſumq; ex clericatu

ricatu D. Dominici fratris eſſe iam primogenitũ ex trad. p D. Reg. de Ponte deciſ. 4. ex num. 16. & D. Camill. de de Medicis meum ſocerum conſ. 2. ex nu. 114. quæ nominatio ſpecialis, cũ non potuerit concurrere in caſu Dom. Rouiti, in quo plura maximæ conſiderationis fuerunt obiecta aduerſùs illa antiqua priuilegia Illuſtriſs. Domus de Sancto Seuerino, non mirum ſi iuris concluſionibus, ab ipſo relatis, quæ pro veriſſimis habitæ fuerunt, vti poſſimus, poſthabita cauſæ deciſione, quæ ex diuerſitate facti nobis officere haud quaquam poteſt, vt conſtat ex 2. 3. 4. & 5. conſ. eiuſdem D. Rouiti, & ex his, quæ ipſe ſcripſi in eadem cauſa in Cõtrou. impreſſa pro Duce Grauinæ, ſuper dicta ſucceſſione Status Biſiniani. Quibus ita iactis, non obſtant, quæ aduerſùs hos aſſenſus per vtrumq; ex cõcurrentibus obijciũtur, ſcilicet quod emptio Status Aprutini fuit facta ab ipſo Paride, qui ab initio dominium pro ſe ipſo, & poſſeſſionem quæſiuit, & proinde quod Card. patruus non potuerit cum priuilegijs, ſiuè gratijs obtentis nocere Paridi in ſuo dominio liberè quæſito: & maximè cum emptio Status de anno 1608. non fuerit facta vigore dictorum aſſenſuum, ſed alterius obtenti à Prorege, cuius vigore cum Paris dominium quæſierit pro ſe, & hæredibus, neceſſariò, qui vult ad ſucceſſionem aſpirare, tenebitur, vt hæres eiuſdem venire, & ratum habere ipſius factum, ex vulgatis deciſ. Vtrumque enim motiuum, quod verè vnicum eſt, & vnum in alterum reincidit, atque reſoluitur, eſt falſum in facto, & magis in iure; ſiquidem procedere poſſet, vbi poſtquam Paris liberè acquiſiuiſſet feuda, ſuperueniſſet aſſenſus, alterando naturam feudi; at cum Cardinalis antè emptionem faciendam, totum factum ſigillatim expoſuerit in precibus S. M. porrectis, & ſignanter velle emere dictum Statum pro perſona Paridis nepotis, pro ſe ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & ſic ſub noua, & certa lege definita, & expreſſis con-
16 ditionibus, ſubſequuta emptione, facta, prout Regi fuerat expoſitum in perſonam Paridis, cenſebitur omninò facta vigore, & in exequutionem præcedentis aſſenſus, & tractatus de emẽdo ſub illa forma *l. 3. §. verum ff. de manumiſſ. l. qui aliena §. his qui putabat ff. de acquir. hæred.* eſt enim iuris
17 præſumptio, vt actus, qui ſequitur, cenſeatur factus vigore tituli præambuli, & proinde nullo modo requiritur, vt exprimatur, id fieri ex præcedenti tractatu, vel titulo habito, *gloſſ. in l. quæ-*
18 *dam mulier ff. de rei vend.* vt in puncto in procuratore conſtituto ad emẽdum, vel in emptione ſimpliciter facta à Titio, quod videatur facta communi nomine, vt inter Titium, & Seium priùs conuenerat, & ad multa etiam inferens *Alciat. reg. 2. cap. 24. de præſumpt. Surd. deciſ. 71. num. 9. deciſ. 170. num. 13. deciſ. 288. num. 33. & 325. nu. 7.* plura Pręſidẽs *Amatus conſ. 86. ex num. 15. & ſequent.* ſimiliter quoq; fructus præſumuntur percepti ex titulo præambulo *Ludou. deciſ. 92.* & factum quid præſumitur ex ea cauſa, ex qua fieri debebat, & referri debet ad cauſam neceſſariam, & ex ea factus præſumitur, *Surd. deciſ. 15. nu. 12. & 13.* idq; procedere, nedum in
19 acquiſitione dominij, ſed etiam in acquirenda poſſeſſione, in qua requiritur animus, vt videatur apprehenſa vigore præcedentis tituli, idem *Surd. conſ. 28. num. 38. & 39. l. 1.* & plura optimè *conſ. 202. num. 17. lib. 2.* vbi *num. 18. & 19.* addit rationem, quia quilibet etiam præſumitur perſiſtere in ea voluntate, in qua ſemel fuit, & eam mutare noluiſſe, & *num. 29.* quod ſi fuerit conuentum de faciẽdo actum, vno modo, ſi aliter reperiatur factus, præſumi debet errorẽ ineſſe, & ꝙ ſufficiat probare, aliquid fuiſſe dictum vel fuiſſe ordinatũ in præfationibus, &
20 poſtea omiſſum in actu, & errorẽ generaliter præſumi, quãdo in tractatu de

V 2 facien-

faciendo teſtamentũ, vel contractũ, ali-
quid fuerit expreſſũ, & poſtea in actu,
vel omiſſum, vel aliter geſtũ, *ex Bart. in*
l. Titia §. idem, reſpõdit, ff. de verb. oblig.
21 Et *nu. 20. ex Imol.* aduertit, id fortius
ꝓcedere, quãdo id nõ ſolùm in præfa-
tionibus fuerit exp̄ſſũ, ſed in cõuẽtio-
ne, vel in actu, ex quo alicui potuit eſſe
ius quæſitũ, vt conſtat ius fuiſſe quæſi-
tum ex Regis aſſenſu, ſiuè priuilegio fi-
lijs Io: Auguſtini, mediante facto Car-
dinalis patrui, ex doctr. Bald. *in c. 1. de*
noua for. fidel. Frec. de ſubfeud. tit. quis
dicat. Dux n. 68. cũ concord. *per Ma-*
22 *ſtrill. dec. 14. n. 28. cũ ſeq.* cui fortè, nec
ipſe idẽ, actu ꝑfecto, p̄iudicare poterat,
ex plenè trad. per *D. de Frãcb. dec. 269.*
& 541. quia tunc nullo modo videtur
à præcedenti actu receſſum per ſequẽ-
tem actum, etiã ex interuallo celebra-
23 tum, & quod pactum præcedens cen-
ſeatur repetitum in ſequenti actu, licet
in eo nihil dicatur, & etiam ſi actus ſe-
quatur ex interuallo, dum ex præcedẽ-
ti actu ipſi fuit ius quæſitum, quod cõ-
trahens non cenſetur per ſequentem
actum remittere, citans ad hoc *Imol.* &
Alex. monentes, hæc eſſe menti tenen-
da, quia poſſent de facto contingere, vt
ibi latiùs per *Surd.* vt verè à veroſimili
abhorret, ꝙ Cardinalis ius ſibi quæſitũ
ꝓ dignitate, & conſeruatione propriæ
familiæ, & mediante ſuo facto, radicatũ
ex Regis munificẽtia in beneficiũ ſuo-
rum nepotum, filiorum ſcilicet Io. Au-
guſtini, voluerit remittere, & priuilegijs
renũciare, quod nec etiã fieri potuiſſet
in ipſorũ p̄iudiciũ: vnde ſi Cardinalis
voluit, vt Status emeretur pro perſona
Paridis, in omnibus ſeruata forma an-
tecedentis aſſenſus præambuli, quẽ, ꝓ
ſuis meritis, & dignitate, etiam ſi fuiſ-
ſet immunis ab impenſa; non ſine ta-
men labore, & induſtria obtinuit ab in-
uictiſs. Rege. Paris autẽ nihil aliud vo-
luit, niſi acquirere dominium, & poſ-
ſeſſionem Status pro exequenda vo-
luntate Cardinalis patrui, & eo mo-
do, & forma, prout Cardinali placuit,
qui de ſua propria pecunia, tam in-
gens pretium ducat. 120. mil. vendi-
tori ſoluit; nec aliter velle poterat, ex-
pediebat, atque decebat, cum nullus
vnquam ſani capitis, & prudens in re
tam vtili aliter facturus eſſet, ſed in
omnibus ſe conformare, & obtempe-
rare voluntati Cardinalis, qui potiùs
patrem, quam patruum erga ipſum
Paridem ſe præbuit. Ex hoc ſequitur,
vt feuda, quorum natura ſtatim ab ini-
tio in alteratis, fuit mutata ordinatione
Regis, conceſſo aſſenſu, vel ſaltim ſe-
quuta emptione, non aliter acquiri po-
tuerunt Paridi, niſi ſub ea natura,
quam ab ipſo initio ante acquiſitio-
nem acceperunt ex aſſenſu, qui ex no-
ua qualitate ſuperaddita, habuit vim
inueſtituræ, vt ſupra.

Et ne deficiat deciſio in pũcto, in cõ-
tractu facto, impetrato priùs aſſẽſu, hoc
24 aduertit in terminis *Reg. de Põt. in duo-*
bus conſ. ſcil. 2. in fi. & iterũ *cõſ. 72. poſt*
n. 26. verſ. Tertius caſus, facto in eadẽ-
met cauſa ꝓ Alex. de Corradis, quod
ſi priùs impetretur aſſenſus, & deinde
fiat ſimpliciter cõtractus, licet de aſſẽ-
ſu p̄cedẽti nõ fiat mẽtio, actus ꝓculdu-
bio erit validus, & ſubdit verba aurea,
nec .n. reperitur iure cautũ, quod ſit ne-
ceſſaria expreſſio, quãdo quis donat, vẽ-
dit, aut alio modo de re feudali diſponit,
vt dicat hoc facere virtute aſſenſus, lex
.n. præſumit, qñ quis facit actũ, quod fa
ciat ualidum, eo modo quo poteſt, ut
dixi, igitur habendo aſſenſum, & demũ
donãdo, uirtute p̄cedẽtis aſſenſus, p̄ſu-
mitur donatũ, ac diſpoſitũ, & ꝓ ualidi-
tate act⁹, aſſẽſ⁹ exp̄ſſio nõ eſt q̄d intrin-
ſecũ, ſubſtãtiale, aut de forma act⁹; ſed
extrinſecũ, & de ſolẽnitate, vnde ſub-
lato obſtaculo aſſenſus, contrahentes
diſponunt, ut de re allodiali ſecun-
dùm *Andr.* & alios, quod latiùs ipſe
25 proſequitur. Et quoniam *Afflict. in*
cap. 1. in gloſſ. 4. num. 36. verſic. ex
quo infero, uiſus fuit hoc reſtringe-
re, niſi ex aſſenſu præcedenti eſſet
alterata natura feudi, ut tunc neceſ-
ſarium uideatur exprimere facere cõ-
tractum *virtute priuilegij ántecedentis.*

idcir-

26 idcirco *de Ponte d.conſ. 72. nu.27.* di-
cit malè ſenſiſſe *Afflict.* nec deciſiones
per eum allegatas facere ad caſum, ſi-
quidem quò fortiùs eſt neceſſarium
partes vti præcedenti priuilegio, eò
fortiùs eas vſas fuiſſe, præſumendum
eſt; quinimò addit *de Ponte num. 29.*
DD. ponere quæſt. in caſu fortiori,
quando quis habens aſſenſum aliena-
uit, reſeruato aſſenſu, & nō aliter, quod
etiam iſto caſu deſeruiat primus aſſen-
ſus, vt dicit *idem d.conſ.2.in fin.* vbi for
tiùs hoc procedere dicit in caſu, vbi
nihil de hoc reperitur dictum, vt in du-
bio nō videatur receſſiſſe ab eo, quod
poterat ex antecedenti aſſenſu facere,
vt actus magis vleat, & ipſe addo, vt nō
præſumatur, à priori, & deliberata vo-
luntate receſſum.

Verùm *Afflict.* non affirmauit præ-
dictam reſtrictionem, licet enim illam
pluribus ornauerit *à d.num.36.* vſq; ad
num.46. tandem verò, nedum non fir-
mauit, ſed *d num.46. verſ.ſed aduerte*,
dixit eam velle deſtruere, & contrariū
deliberatè conſtituit, ibi *ego dico con-
trarium*, dum deſtruxit doctr. *Bald.*
ſupra relatam *num.36.* ſuper qua ædi-
ficauerat, vnde non meruit *Afflict.* re-
27 prehendi; & hoc propriè voluerunt
Freccia, & Cam. citati *per Reg.de Pont.*
hic ſcilicet *in repet. cap. Imperial.car.
55.à terg. col.4. litteris Q. & R. verſic.
vnum supereſt*, vbi formando quæ-
ſtionem, vtrum ſi Rex dedit licentiam
genericè de vendendo, & poſteà, dum
vaſallus contrahit, non dicit ſe contra-
here ſub dicto aſſenſu cōceſſo, ſed cō-
trahit, reſeruato aſſenſu Regis, & non
aliter, & poſt multa reſoluit *Camer. in
fin.d.col.4.* ex dictis *Felyn. & aliorum*,
vt non videatur receſſiſſe ab eo, quod
poterat ex antecedenti aſſenſu facere,
& iterum addit *car.56.col.1.lit.*B.*par-
tes itaque ſi omninò volunt contrahere
virtute aſſenſus impetrandi, mea ſentē-
tia, apertis verbis hoc exprimere debent*,
quod fit, vt etiam ſuprà dixerat *Camer.*
quando partes, inter quas eſt illa, quæ
aſſenſum impetrauit, expreſsè ſe re-
ſtrinxerunt ad aſſenſum impetrādum,
ita vt ſic conſtet noluiſſe aliter, quàm
ſub nouo aſſenſu contrahere, idemque
latiùs *Frecc.lib.2. q.33.* vbi poſtquam
1. *col.* recitauit argumenta relata per
Afflict. & alia, ex quibus innui poterat,
videri receſſum à primo aſſenſu, *col.2.
verſ.dicebam*, diſtinguit duos caſus, &
in effectu conſtituit reg. cum *Camer.*
28 vt nunquam videatur receſſum ab aſ-
ſenſu primo loco obtento, niſi manife-
ſtè, & expreſsè cōſtiterit, noluiſſe par-
tes, contrahere ſub primo aſſenſu impe
trato, ſed ſolum ſub nouo impetrando,
nam alioquin, *licet reſeruetur aſſenſus
impetrandus, neque de eo, qui fuerat ob-
tentus, fiat mentio in contractu, non eſt
hoc arguēdū, ergo partes renūciauerūt il-
li gratiæ, et aſſēſui, qui perficit cōtractū;
fortè potuit omitti ex errore, vel ſuper eo
non fuit cogitatū, etc.* & paulò poſt *ſatis
videretur in veriſimili, eos neglexiſſe
aſſēſū, qui difficulter, & cū labore, et im
pēſa obtineri ſolet*, hæc *Frecc.* poſt alios
29 iuxtà quorum ſententiam iudicauit S.
C. iunctis tribus aulis, de anno 1614.
referente Conſ. Palatio pro Marchio-
ne Treuici contrà creditores, quorum
partes ego tuebar cum alijs, & ſuccu-
bui, de qua deciſ. meminit *Conſ. de
Georg. in ſuis feudal. repet. cap.10.*

Vndè cum in præſenti, neque pro
parte Card. neque Paridis, pro cuius
perſona fuit facta emptio, nullus vn-
quam omninò fuerit aſſenſus impetra-
tus ante, nec poſt contractum, ab ipſo
Prorege, ſed ſolùm pro parte vendito-
toris fuerit pro ſua, ſuorumq; pactorū
cautela, obtētus aſſenſus Neap. à Pro-
rege ſub die 1. Martij 1608. paulò an-
te contractū ſtipulatum ſub die 4. eiuſ-
dem menſis; ex hoc ſequitur, vt ſecun-
dùm prædictos DD. nulla coniectura
ex hoc elici poſſit, vt voluerint rece-
dere ab aſſenſu Regis prius impetrato,
quod indubitatum redditur ex aſſenſu
ab eodem Rege poſt contractum ob-
tento, vt infrà.

Et vt hoc pateat, rogo aduertatur,
quod bis in contractu fuit reſeruatus

aſſenſus, in priori reſeruatione facta poſt principium contractus in §. *& facta aſſertione prædicta*. Notarius refert verba venditoris tantùm in ſingulari numero, ibi, *talis, quo ſupra nomine non vi, dolo*, &c. *Regio aſſenſu,& beneplacito obtento, &c. & ad maiorem cautelam, quatenus opus eſt, & non aliter, de nouo obtinendo, ac impetrando, ſumptibus tamen D. Paridis, ſemper reſeruato, non aliter*, &c. *vẽdidit,alienauit, &c. vt fol*. . . in fine verò contractus ſub clauſula, *Pro quibus omnibus obſeruãdis* ſubijcitur *ambæ partes ipſæ,quibus ſuprà nominibus, & quælibet ipſarũ, dictuſq; Paulus etiã procuratorio nomine d. Card*. & infrà, *pro obſeruantia omnium,& ſingulorum in prædicto inſtrumento contentorum, ac pro conſequutione omnium damnorũ in caſu inobſeruantiæ Reg. aſſenſu pro feudalibus,deſuper obtento, et impetrato, ſeù de nouo ad maiorem cautelam impetrando, ſemper ſaluo, & reſeruato fol*. . . vnde licet in priori clauſula, vbi ſolus venditor loquitur, reſeruatio aſſenſus impetrati intelligi poſſit de aſſenſu Proregis, quem verè venditor ſolus impetrauerat per dies quatuor ante contractum, quod nocere nõ potuit alteri ex contrahentibus, ſcilicet emptori,qui nec aſſenſum à Prorege impetrauit, nec ſibi illud nominatim reſeruauit, nec prohibere potuit, quin vẽditor ſua cautela vteretur,vbicumq; enim actus, qui geritur,poteſt me inui-
30 to fieri, non dicor etiãſi præſens ſim, nec conſentire,nec ſcire, vt inducatur conſenſus,quia ſcire,& pati dicitur ſolùm, qui poteſt vetare, latè *deciſ.Genuæ* 14. *num*.83. attamen in poſteriori clauſula, vbi Notarius loquitur ex deliberata voluntate ambarum partiũ, & expreſsè atteſtatur, interuenire Paulum,vti procuratorem Card. verba reſeruationis ſunt talia, quæ reſpectu aſſenſus impetrati nihil prohibent, vt referantur ad aſſenſum Regis priùs obtentum,quinimò magis ad illum referri debent,vti validiorem ex perſona Regis concedentis ; & fortiorem ex pinguiori,& pleniori prouiſione; cum enim Notarius nihil ſcribere poſſit, nec præſumatur aliter ſcribere, quàm vt à parte rogante ſibi fuit iniunctum,
31 qa Notarius nõ præſumitur exceſſiſſe fines mandati,nec in minimo, ſed fideliter ſcripſiſſe,& in ſpecie ab ea parte,prolata verba præſumuntur, prout à Tabellione ſcripta reperiuntur, *Bart. Bald. Rom. Dec. Alciat. Ripa, Curt. Mandoſ. Gratus*, & alij, quos latè ad hoc congerit *Rimin.iun. conſ*.257. *nu*. 72.& 74. *cum ſeq.lib*. 3. proinde cum aſſenſus Regis fuerit ſolùm à venditore ipſo impetratus, iuſtè quidem ab eodem ſolo venditore fuit ſibi reſer-
32 uatus, vt eſt de natura ipſius reſeruationis conſeruare ius tantùm reſeruãti competens *Oldrad.Bart.& alij* apud *Surd.deciſ*.163. *nu*.17. & 18. *Franch. deciſ*.437. *in fin*.licet enim regulariter
33 neceſſe ſit,vtrumq; ex contrahentibus Notarium rogare, illud tamen declaratur procedere in ipſo cõtractu principali,ſiuè conuentione, quæ depẽdet ex conſenſu duorum, & quæ aliter,niſi vtroq; rogante,perfici non poteſt, ſecus verò in actu, qui pẽdeat à ſola voluntate vnius, vt eſt proteſtatio,denũciatio, & reſeruatio, quia tunc ſufficit, quob ab illa tantùm parte Notarius ſit rogatus, *Gloſſ*. pulchra *in* §. *nos autem verbo, iniungantur, authent. de Tabellion.verſ.ſed nũquid eſt neceſſe, Specul. Bart. Bald*.& alij, quos latè explicando tradit *Alexand. conſ*.110. *lib*.2. & reddit rationem,quia,à quo dependet cauſa rei, ab eodem depẽdet, & modus *l. videamus*, §.*pen.ff. de in litem iur*. ſequitur exornans *Boer. deciſ*.35. *et videtur primò*, & vt dicebat *Natta conſil*. 146. *num*. 9. illum ex contrahentibus, ſufficit rogare Notarium, qui habet actum ſuum in poteſtate; vnde venditor,qui impetrauit aſſenſũ à Prorege, meritò illũ ſibi reſeruauit ab initio, inferiùs verò vbi in concluſione pro obſeruantia contractus,Notarius loquitur ex voluntate ambarũ

cen-

cenſeri debet etiam reſeruatus aſſenſus Regis, qui etiam ab altera parte erat impetratus.

Et maximè, quia dum *Frec. Camer. & de Pōte* ſuprà relati formant queſt. non loquuntur de reſeruatione, quam
34 ſibi fecit vna partium, ſed quādo ambæ partes vnanimiter concordi voluntate adeò contraxerunt ſub nouo aſsēſu impetrando, quod expreſsè appareat, voluiſſe à præcedenti aſſenſu impetrato recedere, quod non operatur ſimplex reſeruatio vnius ex partibus, quæ non poteſt alteri præiudicare, vt ex *Alex ind. et Butr.* in locis citatis colligitur.

Accedat, quod dato citrà, veri præiudicium, quod verba illa *ſaluo aſſenſu impetrato* deberent referri ad aſſenſum ſolum Proregis, paucis ante diebus expeditum, non autem Regis, cuius contrarium omni iure præſumi debet ex prædictis, cum tamen in eadem verborum ſtructura, ſiuè clauſula expreſsè reſeruatus ſit aſſenſus de nouo obtinēdus, & impetrandus ſumptibus D. Paridis, illeque cum effectu fuerit impetratus infrà ſex menſes, ſcilicet 20. Septembris 1608. ab ipſo Card. qui pro Paride expēdebat, cum pretio ſiuè forte, etiam impenſas acceſſorias, ex hoc nedum infertur neceſſariò fuiſſe expreſsè reſeruatum poſteriorem Regis aſſenſum, qui iam ſuperuenit, & ſic partes nedum fecerunt mentionem, ſed expreſsè contraxerunt ſub reſeruatione ſequentis Regis aſſenſus, ſeu priuilegij poſterioris confirmantis: quinimò ex vi confirmationis contraxerunt, etiam contemplatione, & ſub commemoratione quoq; antecedētis aſſenſus Regis, ex eo, quia
35 confirmatum continetur de neceſſitate in confirmante ex ui præciſæ relationis, ſicut relatum eſt in referente, quoad ſubſtantiam, & qualitatem, vt latiſs. in mat. aſſenſus tradunt *Frec. lib. 2. quæſt. 15. num. 2. Reg Lanar. conſ. 40. nu. 8. & conſ. 92. num. item 8. Conſ. de Anna conſ. 112. ex num. 7. ad 12.*

Et amplius inde ſequitur, ex hoc colligi vltrà alia, notitiam, & ſcientiam Paridis, dum ipſius procurator Grillus fecit reſeruationem de aſſenſu impetrando expenſis Paridis, cuius deliberationem impleuit Card. cum d. ſecūdo priuilegio poſteriori, obtento de menſe Septembris 1608. pro ipſo Paride, & ſic Paris ipſe feciſſe videtur;
36 qui enim actum facit alieno nomine nudum præſtat miniſterium, nec ipſe geſtor, ſed dominus videtur contrahere, & actum facere *Gloſſ. & DD.* relati *à Surdo deciſ. 182. num. 17.* & ſubſe-
37 quens aſſenſus à Rege impetratus, præſumitur impetratus ex præcedenti reſeruatione de eo facta, & ex cauſa præcedenti, latiſs. *Surd. dec. 170. 288. & 325. num. 7.* quinimò cum nouus aſſenſus fuerit reſeruatus impetrādus, Paridis expenſis, & fuerit iam impe-
38 tratus, neceſſariò præſumitur impetratus ab ipſo Paride, cuius expenſis impetrandus erat, *Bart. in l. cum ſeruus ff. de verb. oblig. Socin. Ruyn.* & alij quos citat *Straccha*, qui etiam præcedentia firmat, *par. 3. de Mercat. tit. de nauib. §. poſtquam, num. 23. in fin.* inſuper aduertendū puto, q̄ *DD.* in prædicta quæſt. tractant, quando obtento primo aſſenſu, contrahentes, omiſſo penitus primo, cōtrahunt expreſsè ſub nouo aſſenſu impetrando, declarando ſaltim facto, velle à primo recedere at nos verſamur ſub altero, & diuerſo caſu, ſiquidem primus nō eſt aſſenſus, ſed priuilegium, prout tale eſt, cùm na-
39 tura feudi alteratur, vt probat *Camer. in d. cap. Imperialem, cap. 44. lit. L.* vnde tametſi vtraq; pars expreſsè petiiſſet poſt aſsēſum, qui ſimpliciter circa commutationem operatur, & circa alia pacta, quæ ex contractu deinde geſto innotuerunt contrahētibus, opus eſſe aſſenſu roborari, non eſt cur ex impetratione alterius ſimplicis aſſenſus in forma gratiæ inferri poſſit ad renūciationem alterius rei diuerſæ, & maioris, obtentę in forma priuilegij, quod
40 in puncto, conſtituendo hoc diſcrimen

inter

inter priuilegium,& aſſenſum,aduertit
Reg de Pnte conſ.3. in fin.num.91. &
plures diuerſitates inter priuilegium
Regis,& aſſenſum,in facto notauimus,
& quamuis ex antedictis appareat,non
fuiſſe neceſſariam ſcientiam Paridis ,
quod feudi natura fuiſſet in aliquo mu
tata,cum nec ipſe fuiſſet ex qualitate
prædicta adiecta,minùs feuda acquiſi-
turus; nec Cardinalis fuiſſet aliter
empturus in ipſius perſonam Statum
prædictum, & pretium de proprio ero-
gaturus , niſi ſub dicta conditione, vt
ipſi ſine maſculis decedenti, ſuccede-
ret Mutius, quem,eo repudiãte,in eius
locum proculdubio ſubrogaſſet, quod
41 & regulare eſt,vt aſſenſus ſortiatur ef-
fectum ſuum à die conceſſionis, & ſe-
cum omnimodam trahat exequutionẽ
etiam , quod nondum ad manus par-
tium,ſiuè contrahentium deuenerit,vt
ex pluribus latè fundat *Frec. lib. 2. q.
29.* vbi licet ab initio arguat, quod vi-
deatur requiri ratificatio, vel aliqua-
lis notitia, ex qua quædam acceptatio
inſurgat, & quia non data notitia aſsẽ-
ſus,nullum eſt ius quæſitum in feudo,
ex reg. cap. ſi tibi abſenti, de præb.in 6.
42 tamen *num.* 3. vſq; ad *fin.* validiſſimè
cõtrarium probat ex multis, quæ apud
ipſum reuideri rogo,vt dato aſſenſu ſu-
per contractu,etiam quod partes igno-
rent, illum eſſe à domino impetratum
perfectus eſt contractus. & irreuocabi-
lis,& lex operatur effectum ſuum, idq;
43 in fine verum aſſerit, tàm ſi aſſenſus
conſiſtat in habilitatione perſonæ ,
quàm in iuris communis relaxatione,
quæ fit ex gratia eius,qui poteſt facere
vtrumq; ſi vult ex plenitudine ſuæ po-
teſtatis,vt ſcientia non ſit neceſſaria,
ſed ſat ſit,dominum voluiſse, & maxi-
mè in caſu præſenti, vbi Paris voluit
exequi voluntatem Cardinalis, qui
hoc optauit, & tempore acquiſitionis
dominij inuenit,feuda hæc nouam na-
turam fuiſse adepta , & etiam ex natu-
44 ra rei, cum in traditionibus rerum
quæcunq; pacta, & conditiones adijci
poſse,manifeſtum ſit, *l. traditionibus,*
C.de pact. etiam in donatione facta Ec-
cleſiæ,*cap.verùm de conait.appoſ.* adeo
vt etiam inuito donatario poſſit appo-
ni pactum in traditione rei donatæ,ne-
dum ad commodum donantis. ſed al-
terius, idq; ad vnguem ſeruandum, *l.
quoties , C. de donatio.* quæ ſub modo
quatenus incontinenti addatur , latè
*Mantic.de tacit.conuent. par. 2. lib. 13.
tit.40.num.1. & 4.* vnde, quæ poſſunt
45 fieri inuitis, ergo & ignorantibus,reg.
qui poteſt inuitis,ff. de reg. iur. ex qui-
bus conditio adiecta in fauorem Mutij
in priuilegio Regis ante traditionem
etiam ignorante Paride, ſeruanda fuiſ-
ſet.

Sed ex abundanti, ſi ſcientia fuiſſet
neceſſaria, illa non defuiſſet , præſum-
pta ſiquidem,& vera ; præſumpta ex tã
arcta ſanguinis coniunctione, ex con-
uerſatione,cohabitatione, & familiari-
46 tate Paridis cum Card.ſi enim in do-
meſtico, vel commenſali, aut vicino
prǽſumitur ſciẽtia facti alieni, *l. octaui,
C. vnde cognati,l.ſi vicinis,C.de nuptijs
cap.quanto de præſumptio.* tantò magis
in nepote carnali,dilecto,& futuro hæ-
rede,Romæ cum patruo cohabitante,
vt eſt notorium, plura ad hoc cumulat
*Maſcard.de probatio.concl.1299.incip.
ſcientiam.per totũ.præſertim n.9.et* 18.

Accedat cõtinua correſpondentia ,
& nimia amicitia Paridis cum Paulo
Grillo, qui negotia omnia Regni pro
Cardin. agebat, & qui eodem die 26.
Febr. 1608. fuit Romæ conſtitutus
procurator à Paride ad emendum d.
Statum Aprutinum, & à Card. ad ſol-
uendum pretium duc. 120. mil. quæ
etiam notitia inſurgit ex qualitate fa-
47 cti, vnde etiam hæres præſumitur ha-
bere notitiam facti ardui, & grauis,de-
functi,& maximè eorum,quę in Curia
Regis publicè tractata , & Neap. exe-
quutioni demandata ſunt apud publi-
ca, Cancellarię,& Reg.Cam.documẽ-
ta,& regiſtra , vt latè per eundem *Ma-
ſcard. concl.1105. num.4. cum ſeq.* &
48 præſertim eorum, quæ quis inquirere
tenetur, vt quia ad proprium commo-
dum

dum, vel patrimonium ſpectent,quinimò,etſi ad ſocium pertineat, cum quo conſueuit vti familiariter, *Maſcard. ibidem num.* 15.16. & 18.

Vera autem notitia, & ſcientia Paridis priuilegiorum, & aſſenſuum prædictorum apparet,quia omnes ipſos aſſenſus demum produxit in iudicio cõtra Mutium, ad ipſum excludendum, etiam à ſucceſſione feudorum,tamen hoc non ſolum obtinere non potuit, ſed potius S.Conſ.probauit,& iudicauit iuxtà aſſenſus, ibi *ſeruata tamen forma Regiorum aſſenſuũ regiſtratorũ,*
49 *& in actis deductorum*, & ſic ex productione apparet ſcientia Paridis, *l. nõ eſt ferendus,ff.de tranſact.*cum cõcord. per *Maſcard.d.concluſ.* 1299. *num.* 17.
50 *&* 20.& ex ſententia, qua iuxtà illam fuit iudicatum in vno, & ſic probata quoad omnia,*Cyn.*inter *conſ.Bald. cõſ.* 400.*col.*2.*lib.*4. *Conſ de Anna cõſ.*108.
51 *num.* 4. vt in puncto de ſententia lata præſẽtatis vinculis,& acceptata, quod præiudicet acceptanti, & ipſius ſucceſſoribus,etiam ſingularibus;ita vt nõ poſſit amplius diſputari de vinculo, etiam non vero,ſed confeſſato;perbellè videndus *Reg. de Ponte deciſ.* 39. *num.*11.& 12.

Nec dicatur,quod nedum ex aſſenſu Proregis obtento per venditorem, ſed ex contractu ipſo emptionis colligitur emptorem acquiſiuiſſe feuda iu-
52 xtà com.formam,& vſum Regni,ſcilicet *pro emptore, et ſuis hæred. et ſucceſſoribus,* ex corpore ſub qua formula cõſtat in Regno vocari fęminas *ex Cõſtit. in aliquibus* & ſic diuerſo modo à primo, & ſecundo Regis priuilegio, *pro maſculis tantùm*; ſiquidem clara eſt reſponſio in facto, & certior in iure; in facto, quoniam nullibi in contractu fit mentio, quomodo in hoc transferatur feudum à venditore in emptorem, nec penitus in toto inſtrumẽto legitur dicta clauſula, quia nec poterat à venditore alia lege trãsferri,quam ipſe habebat,iuxta §. *profecto de lege Corradi,* vt contrahentes ſimpliciter contraxerunt iuxta ordinarium ſtylum *pro ſe, & hæredibus,& ſucceſſoribus,*vt omnes obligentur ad obſeruantiam contractus,& ſic fuiſſent vẽdita feuda nominatim cum d. clauſula *pro emptore, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore,* ſuppoſito, quod ſit facta venditio ſaluo aſſenſu,ſiuè priuilegio Regis im-
53 pẽtrãdo,cum dictio(hæres)in iure feudorum variè accipiatur, vel de maſculo de iure communi, vel etiam admiſſo de conſuetudine, aut aliter ſtipulatio interpoſita, intelligitur de illis hæredibus, qui ex natura rei veniunt cõprehenſi, vnde cum ſit verbum æquiuocum, nihil prohibet, vt intelligatur de ipſis hæredibus maſculis,qui ex forma priuilegij præcedentis, aut ſubſequentis reſeruati vocantur, ita *Camer.* in puncto *in c. Imperialẽ car.*22. *col.*2. *lit.H. & K.* ſequitur *de Ponte.conſil.*3. *num.*56.60. & 63.

Non obſtat tandem, quod licet ex prædictis aſſenſibus ſint effecta feuda maſculina,cum tamen non ſit immutatata qualitas hæreditaria, imò expreſsè in eiſdẽ aſſenſibus exprimatur clauſula *pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis,* quæ clauſula facit feuda hęreditaria, ergo ex hoc ſequitur,eum, qui vult, ſuccedere debere ſuccedere uti hæredem Paridis, & proinde teneri ad ſoluendum pretium, ſiuè ęſtimationem feudorũ in beneficium Ioſeph Pinelli, iuxtà diſpoſitionem factam in codicillis. Plures etenim, & promptæ ſunt reſolutiones. Prima hanc prætenſionem pretij feudorum nullo modo poſſe remorari petitam immiſſionem in poſſeſſionem bonorũ feudalium, ſiquidẽ diuerſa res ſũt feuda à feudorum æſtimatione, & ex hacmet, licet uaniſſima exceptione,fateri cogitur aduerſarius, ſe nullum ius habere poſſe ſuper ipſis corporibus feudorum;Igitur immiſſio nullo modo eſt impedienda, & deinde diſcutiendum de uiribus prætenſæ æſtimationis; tùm quia cõſtat, hanc exceptionem requirere altiorẽ indaginem, quæ altior in-

dago

dago non requiritur ex parte Mutij , qui habet pro ſe ſuos aſsẽſus, ſiuè pri-
54 uilegia clara, & aperta , unde allegans. exceptiones illiquidas, & intricatas , non poteſt impedire immiſſionem in poſſeſſionem in beneficium Mutij, ſed tradita ſibi poſſeſſione, diſcutienda ſunt iura in petitorio , ubi incerta, & altior illa indago dilucidari, & diffiniri poteſt, *Bald. in cap. Imperialem §. inſuper, nu. 3. de probib. feud. alien. per Fed. Afflict. Anna ſen. & Sibadr.* cum eorum caterua, relati per *D. Reg. Rouit. conſ. 1. num. 43. & 44.* &
55 maximè in caſu noſtro, ubi reſpectu Status Aprutini, nullam prætendere poteſt aduerſarius poſſeſſionem accepiſſe, quo caſu ceſſat prorſus retentio, quam pro æſtimatione prætendere poſſet, ſi poſſideret, non aliter, iuxtà dictum *Aluar. in cap. ſi vaſallus il ſecondo ſi de feud. def. mil. Frec. lib. 2. q. incip. à Regnicolis num. 55. Franch. deciſ. 163. num. 16.*

Quod autem prætenſio æſtimationis ſit exceptio, nedum intricata , ſed prorſus uana, & iniuſta, in prõptu apparet ex pluribus.

Primò, quia etiamſi eſſemus in feudo ſimpliciter hæreditario antiquo in perſonam Paridis, uel nouiter ab ipſo quæſito, & in quo nemo alio modo , quã ex perſona ipſius Paridis, ius prętendere poſſet, in quo *DD.* noſtri loquuntur, qui eſt diuerſiſſimus à caſu noſtro, ut infrà; adhuc tamen non ſem-
56 per debetur æſtimatio; illa enim non debetur, quando diſpoſitio fit callidè in odium, & fraudem agnati, & malo animo, quippè, licet aliquid à lege permittatur, non licet tamen illud in fraudem facere; adeò, ut etiam ſi Rex concedat aſſenſum ſuper actu faciendo, nõ ualeat aſsẽſus, ſi ille actus fiat in fraudẽ alicuius, plura *Camer. car. 6. col. 4. in fi. & car. 7. in princ. in repet. cap. Imper.* omnis enim diſpoſitio in feudo debet fieri ſincerè, bona fide, & ſine fraude, *§. ſed et res. Per quos fiat inueſt.* cũ multis ad hoc congeſtis per *Conſ. Georg. allegat. 20. nu. 39. & ſeq. vbi n. 42.* reddit rationem.

De deſiderio euertendi diſpoſitionem Card. in perniciem Mutij; conſtat ex infinitis in promptu, quinimo in toto vitæ curſu, non aliud niſi hoc intendit Paris, prout exitus demonſtrauit, & plura deducentur in termino petitorij ad perfectam fraudis probationem, ſi quid deeſſet.

Secundò prætenſio æſtimationis in præſenti caſu ad beneficium Ioſephi Pinelli redditur ex alio vana, quia cũ Cardin. qui in emptionem Status erogauit de proprio duc. 120. mil. vt Paris confitetur in inſtrumen. emptionis, & in aſſenſibus, voluit quod Paride decedẽte ſine maſculis, vocaretur Mutius: & deinde in teſtamento magis in ſpecie, ordinauit, *probibiamo coſi à Paris, et in* §. 4. & deinde *in* §. 5. *che detto Stato peruenga al figliuolo primogenito di Gio. Agoſtino*, circumſcriptis igitur aſſenſibus, nonnè ex hac diſpoſitione in teſtamento facta, ex eiſdem regulis, quibus aduerſarius innititur, & longè fortiori ratione deberetur æſtimatio Mutio, ſi non poſſet habere feuda ipſa; vnde concurrente Mutio ex diſpoſitione Card. qui pretium erogauit, & Ioſepho, qui habet cauſam à Paride, nõne potior eſſe deberet Mutius reſpectu pretij; quod Card. expendit pro Paride ab initio, ſub illa conditione adiecta in actu traditionis, repetita, & declarata in teſtamento, vnde licet Cardin. non quęſiuerit feuda ſibi, ſed emerit in perſonam Paridis, nihilominus cum pretium ſub conditione prædicta per ſoluerit, quis negare poterit, quin in concurſu non ſit præferendus Mutius, habens cauſam à Cardin. ipſi Ioſepho habenti cauſam à Paride, qui acquiſiuit ſtatum ex facto, & liberalitate Card. cum onere in ipſo actu acquiſitionis, pro quo pretio licet deeſſet aſſenſus, cũ tamen agatur de debito contracto occaſione emptionis feudi , quod aliter non potuiſſet acquiri emẽti, niſi mediante illo pretio, licet non

ſit

ſit feudum obligatum, eſt tamen creditum priuilegiatum, quia ſucceſſor eſt obligatus, & Rex tenetur aſſentire, & requiſitus habetur pro conſentiente,
57 & ideo tenetur omninò, nedum ſucceſſor, ſed etiam dominus, feudo deuoluto ad huiuſmodi pretij erogati ſolutionem, vt docuit *Alber. brunus conſ.* 104. dicens eſſe ſoluendum pretium à ſuccedēte in feudo, nō autē ab hærede in allodio, idq; non habere difficultatē, congerit alios *Reg. de Pont. dec.* 4. *ex n.* 28. *ad* 45. *in verſ. aut tertiò*, poſt eius gentilē *Regentē Lanar. conſ.* 80. *n.* 51. & *Camer. in cap. Imperialem cap.* 13. *col.* 2. *in fi. & car.* 14. *col.* 2. *in fi. &* 3.

Tertiò rogo Domini conſiderent quod in præſenti caſu verſamur omninò extrà terminos æſtimationis, quæ nullo modo deberi poteſt ex diſpoſitione tacita, nec expreſsa Paridis, ter-
58 mini enim præſtandæ æſtimationis ex diſpoſitione defuncti, ſupponunt liberè, & perfectè quæſitum vtile dominium, licet ſub natura feudi hæreditarij, ipſi diſponenti, & quod ſuccedere debens ipſi, immediato poſſeſſori, vt hæres in feudo ſuccedere debeat, & ita loquuntur omnes DD. quorum opinionem, modernæ deciſ. poſt *D. de Franch. deciſ.* 1. comprobarunt, reclamantibus tamen indelebilis mem. Fabio Marcheſio Aduocatorū maximo, & cum eo Floccaro, *Io. Vinc. & Fabio de Anna alleg.* 126. & ſequent. doctiſs. *Conſ. Georg.* feudorū interprete *alleg.* 19. *et* 20. & cū ipſis meo Dño, & auunculo *Reg. de Curte* à cuius digeſta doctrina feuda didici *in ſua* 1. *p. tract. de feud. cap.* 14. *num.* 83. *&* 95. quorū opin. vt verā, & communē contra opin. *Camer. Franch. Lanar. & de Ponte* latiſſimè ꝓbat Bambac. *in c. omnes filij ſol. mihi* 106. *cum ſeq. ſi de feudo defun. mil.*

At in caſu præſenti Mutius non eſt habiturus feuda contemplatione, Paridis, ſed ſui propria contēplatione, qui nominatim vocatus eſt ex diſpoſitione, ſi nō ex prouidentia Card. quo caſu non veniet, vt hæres Paridis, qui ſub ea conditione factus eſt dominus, vt ipſo moriente ſine filijs maſculis, Mutius ſucedat, excluſis Paridis filiabus fœminis, & fortius ſororibus; nec in aſsēſib⁹ dicitur, ꝙ Mutius ſuccedat, vt hæres Paridis, ſed clauſula *pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus* (vt clarè ex eorū cōtextu legitur) refertur ad ſucceſſores Mutij, vel ēt Paridis dēpto Mu-
59 tio nominatim, l 3. ſub nomine appellatiuo vocato ab ipſo Card. inter quos cas⁹ lōga eſt differētia, *ex doctr. Iſer. in* §. *& ſi libellum nu.* 13. *cum ſeq. de alien. feud. pater.* & præſertim *in fin.* vbi facit duo capita in primo acqrēte, ꝙ aut ſequētes ſunt habituri feudum occaſione primi, & tunc factum illius nocet ſequentibus; aut ſunt habituri ex propria contemplatione, quia ſic conſtat verè, vel præſumptiuè, & tunc factum primi non nocet ſequentibus, quod repetit *in cap. Titius ſi de feud. fuer. controu.* in vlt. verbis, explicat mirabiliter *Camer. in cap. præterea ducatus car. mihi* 97. *col.* 4. *verſ. ſed ſi Rex donaſſet patri*, & reaſſ. me⁹ D. ſocer *Camill. de. Medic. conſ.* 3. *in fin.* optimè, & mirabiliter idē *Camer. in cap.* 1. *an agnat. q.* 18. *n.* 125. vbi quod remanente feudo in ſua natura ſcilicet hæreditaria, diſpoſitio tantum interdicitur tenenti feudum, cum alterius ꝑſona eſt nominatim vocata.

Nec dicatur, quod Card. dedit licentiam alienandi, & hypothecandi in vita, quinimò ſupplicauit Regi, vt ſucceſſores, licet exteri poſſent alienare cū aſſenſu ſolius Proregis, nō obſtāte *Prag.* 16 *ann.* 1561. De feudis; igitur potuit Paris grauare in morte etiam Mutium ex propria perſona contemplatū: cum enim fuerit Mutius contemplatus ex ſua perſona propria, quia pariter coniunctus, & notus Cardin. ætatis tūc ſupra in fantiā licet minor Paride,
60 & ſic poterat cadere affectio, iuxtà *Iſer. in d.* §. *et ſi libellū. n.* 16. vndè ſi expſsè nō ꝑmiſiſſet Card. alienationē in vita, in nihilo potuiſſet Paris nocere
61 Mutio, nec in vita, nec in morte; eſto tamen, quod permiſerit alienare in vi-

ta,

ta, cuius contrarium fortè poſtea ex alijs probabimus contrà creditores; non tamen exinde conceſſum eſt alienare,vel grauamẽ apponere in morte, ex quo inutilis fiat Mutio feudorũ ſucceſſio, & ſic fallax argumẽtũ in feudis, & emphyteuſi,vbi faciliùs permittitur alienatio in vita,quã in morte,vt benè ꝓbat *D.de Med.*me° ſocer *cõſ. 166.n.* 113.Ex quibus oĩbus,cũ de aperta, & enixa voluntate Card multifariàm expreſſa, & repetita ante, & poſt contractum,& in qua vſq; ad mortem perſtitit,vt ex teſtamento liquet,iuſtiſſima ratione motus, iuxtà commune, & naturale omnium votum cõſeruandi hæc feuda in familia per ſuos nepotes maſculos,per quos familiarum decus etiã ad Reipublicæ ornatum, & publico fauore conſeruatur, iuxtà latiùs tradita per *Molin.* omninò Sacer Neap.Senatus in conciſtorio Principis, qui ſola facti veritate attenta, iudicat,reiectis aduerſariorum ſuperſtitioſis cauillationibus,iuxtà placitum *I.C.in l.pen.ff. ad exhib.* vbi monet,non oportere ius ciuile calumniari, neq; verba eius captari,& notat *Stracca de Mercat.p.3.tit. de nauibus* §. *poſtquam,num.23. in fin. fol.266.* pro Mutio erit pronunciaturus, pro quo voluntas expreſſa,& veriſimilis,rigor priuilegiorum, & æquitas vndiq; certant.

Deciſio huius Controuerſię.

DIe 18. Maij *1626.*facta relatione per Sacrum Cõſilium iunctis duabus aulis in ſupremo Collaterali, referente Domino Ioanne Franciſco Sanfelicio I. C. doctiſſimo,& integerrimo meo Cõpatre,cũ adiunctis, inter quos fuit tũc Conſ. D.Didacus Bern.Zuſia, hodie 15.Iun.1635.dũ hæc Typis dãtur,ad Supremũ culmẽ Collat.Cõſ. & Reg.R.Cãc.maximo omniũ plauſu ob ei° doctrinã,& inſignes virtutes euect° agente etiam tunc Fiſci partes Conſil. Ferdinando Brancia, poſtmodum meritiſſimo Regente aſſidente in Supremo Italiæ Conſ.fuit decretũ, quod immittantur in poſſeſſionem Terrarum Aqueuiuæ,& Ioiæ,Illuſt.Benedicta Pinella ſoror Marchionis defuncti, & Status, Ciuitę Sãcti Angeli, Marchionatus titulo decorati Mutius Pinellus, quem nos defendimus: bonorum verò burgenſaticorum Ioſeph Pinellus, & pro eo Dux Acheruntię pater; ſaluis iuribus eiſdem partibus ſuper omnibus hinc inde prætenſis: & cum fuiſſet dictum de nullitate,& petita in integrũ reſtitutio per dictum Ioſephum hæredem inſtitutum, iterum 6. Iulij *1626.* facta relatione in Collaterali, iunctis aulis,cum adiunctis, & fiſco: fuit prouiſum;non eſſe deferendum petitę reſtitutioni in integrum per dictum Ioſephum, & quintã nullitatẽ, cui adhæſit Principiſſa Ieracis, non obſtare, & depoſitum pro pœna liberetur Fiſco: verùm ſequeſtrum factum ad inſtantiã creditorũ firmum remaneat, car.250. in eodem proc. immiſſionis petitæ per dictum Ioſephum Pinellum, vti hæredẽ ex teſtamento quond. Marchionis Paridis Pinelli,act.mag.de Mõdellis.

SVMMARIVM.

1 *Filius renunciando hæreditati paternę, viuente patre,à petitione legitimæ excluditur,etiam per verba generalia, & ita limitatur* tex. in l. ſi quando 35. §. & generaliter C. de inoffic. teſtam. *ex ſententia* Cumani.

2 *Legitimæ renunciatio pluribus modis, & cauſis inducta cenſetur,remiſſiuè, & num.3.*

4 *Filius quamuis poſſit petere reijci grauamen pro concurrenti quantitate legitimæ,ſi tamen ipſe, vel eius hæres ſpatio triginta annorum tacuit, nec intra dictum tempus petijt grauamen à legitima eſſe reijciendum, non poterit amplius hoc petere,nec opponere.*

5 Bartoli *opinio* in l.ſi quis filium C.de inoffic. teſtam. *eſt quod ſufficiat tempus quinquennij, ad excludendum filium à petitione legitimæ, vel ſupplemẽti,vbi onus maioratus,vel fideicõmiſſi fuit iniunctum bonis donatis,ſiuè legatis filio.*

6 Maio-

6 Maioratus, vel fideicommiſſi onus poſt triginta annos durat, etiam quoad legitimam, quo tempore tollitur, & ipsũ ius petendi ligitimam eiuſq; ſupplementum num. 7.

8 Clauſulæ conſtituti, cum clauſula, ex nunc pro tunc ſequuta morte quid operentur, an extendãtur poſt mortẽ conſtituentis, declaratur num. 9. ex magis communi DD. opinione, et num. 14.

10 Poſſeſſio defuncti per eius mortem eſt mortua, & occiſa, & ideò eandem ſine noua acquiſitione in hæredem, vel alium tranſire impoſſibile eſt, cũ prima funditus fuerit extincta, nec dici poſſit medio tempore conſeruata.

11 Conſtitutum collatum poſt mortem illius, qui ſe alterius nomine poſſidere conſtituit, nihil operatur, et affertur ratio Angeli in l. quamuis §. ſi conductor. ff. de acquir. poſſeſſ. & aliorum.

12 Conſtitutum non ſolum poteſt conferri poſt mortem, quinimò etiam ſi ceptũ ſit in vita per conſtituentem poſſideri nomine conſtitutarij, per mortem conſtituentis extinguitur conſtitutum, ratione impoſſibilitatis naturæ.

13 Impoſſibile eſt conſtitutarium retinere titulem poſſeſſionem mediante perſona conſtituentis, qui amplius non eſt in rerum natura.

15 Alexandri opinio reijcitur, amplexa opinione Decij, dicentis clauſulam conſtituti, cum clauſula, ex nunc pro tunc ſequuta morte, operari non poſſe tranſlationem poſſeſſionis, deficiente habilitate extremi.

16 Decij opinio in conſ. 246. falsò à Tiraquello pro contraria opinione affertur.

17 Baldi doctrina in authen. contra cum rogatus num. 1. & 2. C. ad Trebell. & in cap. 1. de milite vaſall. qui cõt. eſt, et Gloſſ. declaratur, et temperatur ex doctrina Bart. communiter recepta in l. ſi is, qui pro emptore nu. 7. & num. 52. & 55. ff. de vſucapion. & num. 21. quod procedat quoad dominium, non autem quoad poſſeſſionem.

18 Cum de vno diſputatur cætera omnia præſupponuntur habilia.

19 Fictiones, vel ſpecialitates plures ſimul concurrere non poſſunt, quod ampliatur num. 20.

22 Dominium conſiderari poteſt penes hæreditatem, repræſentantem defunctum, ſecus verò in poſſeſſione, quæ per mortem defuncti funditus eſt extincta.

23 Deciſio D. Præſidis de Franch. 213. & Conſ. de Anna doctrina in cõſ. 1. male intellecta ab aduerſario; loquũtur enim de dominio, & non de poſſeſſione, & ita pariter Afflict. deciſ. 335. num. 6. & 10. vbi fundat præcarium nihil operari poſſe, quoad poſſeſſionem poſt mortem.

24 Alexandri conſ. 83. 2. volum. declaratur ex Loffred. conſ. 9. num. 13. & 14. vt procedat, quandò appoſita eſt clauſula ex tunc pro nunc, ſecus ſi adſint cõtraria verba ex nunc pro tunc, & affertur ratio diſcriminis.

25 Conſtitutarius, etiam cum clauſula ex nunc pro tunc, non dicitur poſt mortem cõſtituentis poſſidere, ſed poteſt tantùm agere, vt in poſſeſſionem immittatur, niſi aliud obſtet.

26 Neguſantij opinio declaratur.

27 Conditio ſi deceſſerit ſine liberis eſt vera conditio, & impleri debet in forma ſpecifica, nec impleri poteſt niſi ſequuta morte non autem ante, nec etiam cum quis mori cœperit, niſi anima à corpore omninò ſeparetur.

28 Conſtitutum, adiectum contractui conditionali, redditur conditionale, cum eius naturam ſequatur, & ab ipſo reguletur, & potius tolerandum erit, quod ſuperfluò ſit appoſitũ in contractu quàm quòd alteret principalem diſpoſitionem.

29 Actus ſi duo ſint repugnantes, quorum vnus trãsferat poſſeſſionem alter nõ transferat, de iure præualet ille actus per quem poſſeſſio non transfertur.

30 *Conſtitutum ceſſat per actum contrarium.*

31 *Iurium reſeruatio ad nihilum prodeſt cum actus eſt omninò repugnans.*

32 *Poſſeſſio, vtrum ſolo facto, aut voluntate cõſtitutarij amittatur, diſtinctione reſoluitur.*

ARGVMENTVM.

Filius, quando à petitione legitimæ eiuſq; ſupplemento remoueri poſſit: quomodo, & quanto tempore inducatur præſcriptio non petendi, quibuſue modis inducta ſit eius renunciatio, item quid operetur clauſula, *conſtituti*, cum clauſula *ex nunc pro tunc ſequuta morte*, an transferat poſſeſſionem abſq; conſtitutarij noua apprehẽſione, & de materia fictionis latiſſimè diſſeritur, & DD. varietas ad concordiam reducitur.

Pro Domino Alexandro Loffredo iure aperto vocato ad ſucceſsionem Principatus Montis caueoſi.

CONTROVERSIA XXVI.

DIſcurrendo per ſingula bonorum genera, & corpora remanſa poſt mortem Principis Mõtis Caueoſi Sigiſmundi Loffredi, ſuper quibus prætendit ius D. Alexãder Loffredus frater, quę ex diuerſa qualitate bonorum, & diuerſitate diſpoſitionum, diuerſam quoque exigunt iuris tractationem, quoad omnia ipſum eſſe in eorũ poſſeſſione conſeruandum, & quoad quędã immittẽdũ, excluſa penitus D. Dõna Beatrice Vrſina vidua Principis Montis Caueoſi, ex ſubſcriptis ſpero fore pronunciandum.

Et primò, quoad bona fideicõmiſſo Imperiali, ſiuè Regia authoritate ſuffulto, non erit ambigendum, ſiquidem quamuis in priuilegio non ſit facta ſpecialis, ſiuè indiuidua mentio de excluſione legitimæ, tamen in donatione facta per Regentem, Sigiſmundo filio adeſt expreſſa, & nominatim facta, ac pluries repetita renunciatio legitimæ, & licet de legitima non fuiſſet facta
1 mentio, adhuc tamen filius renunciando hæreditati paternæ, viuente patre, à petitione legitimæ fuiſſet excluſus, etiã per verba generalia, & ita limitari *tex. in l. ſi quando* 35. §. *et generaliter C. de inoffic. teſtam.* auctor eſt *Cuman. conſ.* 188. quem ſequuntur *Ruyn. Curt. iun. Tiraquell. Gabriel. Menoch.* & alij congeſti à *Rimin. iun. conſ.* 165. *num.* 20. *lib.* 2. & plerique congeſti à *Facchin. lib.* 3. *controu. iuris cap.* 25. *Morot. reſp.*
2 9. *nu.* 22. & alijs etiam modis, & cauſis cenſeri inductam renunciationem legitimæ, refert, & proſequitur *Ant. Gab. tit. de legitima concluſ.* 8. *nu.* 10. 13. 16. *et* 18. *Menoch. conſ.* 71. *num.* 10. *cum ſequen. volum.* 1. *Morot. reſpon.* 9. *n.* 23. quę omnes cauſæ poſſent hic applicari & hanc renunciationem paternæ, ſiuè
3 maternæ hæreditatis legitimæq; portionis, & eius ſupplementi valere, præſertim ex cauſa inſtitutionis maioratus accedente iuramento, etiam abſque Regia facultate, pleniſs. tradit *Molin. de Hyſp. primog. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 5. *cum ſeq.* & nouiſs. *Guttierez* poſt *Lopez, & Xuarez*, quos citat *in cap. quamuis pactum num.* 32. *et ſequen. de pactis in* 6. quinimò etiã ſi nulla renũciatio Marci Antonij filij interceſſiſſet, ex ſimplici donatione facta per patrem filio, cum onere fideicommiſſi, ſiuè maioratus,
4 quamuis filius potuiſſet petere reijci grauamen pro concurrenti quantitate legitimæ, iuxtà *l. quoniam in prioribus* 32. *C. de inoffic. teſtam.* tamen ſi filius, vel eius hęres ſpatio triginta annorum tacuiſſet, nec petijſſet intrà id tempus declarari, grauamen à legitima eſſe reij-

reijciendum, non poterit amplius hoc
petere, nec opponere, vt tradunt *Bald.
Salyc. et alij in l. ſi quis filium C. de inof-
fic. teſtament.* cum alijs, per *Alexand.
conſ.* 128. 4. *col. volum.* 1. *Balbus de
præſcrip. 4. par. principalis quæſt.* 23. in
5 *quo Bart. in d. l. ſi quis filium*, amplius
voluit tolli quinquennio, vt refert, &
latiſs. tradit, loquens in ſpetie de one-
re maioratus, ſiuè fideicommiſſi adie-
cto bonis donatis, ſiuè legatis filio,
6 quod poſt 30. annos duret, etiam quo-
ad legitimam, *Xuarez* videndus *in l.
quoniam in prioribus, num. 7. cum ſeq.*
7 & codẽ tẽpore tolli ipſum ius petendi
legitimã, nedũ legitimæ ſupplemẽtum,
tradit *Mynſing. obſeruat. cent. 2 c. 72.*

Secũdò quoad Terrã Boualini, to-
tum fundamẽtum aduerſariæ in eo re-
ſidere videtur, quod in prætenſa dona-
8 tione ſibi facta, adſit clauſula cõſtituti,
cum clauſula *ex nunc pro tunc ſequuta
morte, & præambula hora mortis,* ex
quo prætendit, ſtatim fuiſſe ſibi quæſi-
tum dominium, & conſtitutum quoq;
operari ab initio tempore habili, quã-
uis illius effectus ſit dilatus in tempus
mortis, & transferri ex eo poſſeſſionẽ
ante mortem, ideſt cum mori incœpe-
rit, non autem poſt mortem, quo ca-
ſu conſtitutum nihil operari, & ſic
dicit pars, ceſſare omnem difficultatẽ,
& conciliari opiniones contrarias ex
Oldrado conſ. 139. *Alexand. conſ.* 83.
num. 6. et 7. vol. 2. vbi *Natta in addit.
Iaſ. conſ. 247. col. 8. l. 2. Claud. Scyſell. in
l. quamuis §. ſi conductor ff. de acquir.
poſſeſſ.* & alios per *Tiraquell. de conſtit.
par. 3. Gabriel.* qui *Alexand. ſequitur
conſ.* 141. poſt *nu.* 4. & per totum *lib. 1.*
addent. *ad Dec. conſ. 246. in add.* incip.
*ſi ſine liberis, Natta cõſ. 453. n. 6. Surd.
conſ. lim. 2. num. 11. 171. in fin 2. vol.*
qui tamen non omninò videtur eſſe
9 huius ſententiæ, ſed rogo aduertatur,
quod ſi rectè ponderentur, & diſtin-
guantur dicta DD. in hac materia, cla-
rè apparebit, nedum veriorem, ſed ma-
gis com. opin. vt neque cum his clau-
ſulis valeat conſtitutum poſt mortem
conſtituentis extẽdi, & quatenus eſſet
magis com. opin. contraria, illam non
procedere in caſu noſtro. Pro quorum
intelligentia præmittam ſub ſcriptas
concluſiones.
10 Prima cõcluſio, quod poſſeſſio defuncti per
eius mortẽ eſt mortua, & occiſa, ideo
illam eandem in hæredem, vel alium
tranſire eſt impoſſibile, quia noua ac-
quiſitione opus eſt, per quam noua in-
ducitur poſſeſſio, quia illa prima fundi-
tus fuit mortua, & extincta, nec poteſt
dici medio tempore conſeruata, vt ex
l. cum hæredes §. 1. his propriè verbis
tradit *Angel. in l. qui vniuerſas* §. *quod
per colonum, num. 2. ff. de acquir. poſſeſ.*
11 Secunda, conſtitutum collatum poſt
mortem illius, qui ſe alterius nomine
poſſidere conſtituit, nihil operari, non
alia ratione, niſi ea, quam tradit *Angel.
in l. quamuis* §. *ſi conductor num. 1. ff.
de acquir. poſſeſſ.* dum ſubijcit, quia
dirigitur in tempus mortis, quo defun-
cti poſſeſſio penitus eſt intercempta, cũ
mortuus, qui alterius nomine neceſſe
eſt poſſidere, vt conſtituto locus ſit,
poſſidere non poſſit *l. 1.* §. *ſceuola ff. ſi
quis teſtam. liber eſſe iuſſ. fuer.* & ſequi-
tur *Alexand. in d.* §. *ſi conductor, et Iaſ.
in l. quoties num.* 17. *C. de reiuendic.
Afflict dec. 335. n. 6.* cũ alijs per *Tiraq.
de iure conſtit. par. 3. lim.* 1. *cum ſeq.*
12 Tertia, non ſolùm conſtitutum non
poteſt conferri poſt mortem, quinimò
etiam ſi cœptum ſit in vita per conſti-
tuentem poſſideri nomine conſtituta-
rij, tamen per mortem conſtituẽtis ex-
tinguitur conſtitutum; eadem ratione
impoſſibilitatis naturæ, cum impoſſibi-
13 le ſit, conſtitutarium amplius retinere
ciuilem, mortua perſona conſtituen-
tis, qui amplius nõ eſt in rerum natura
Roman. conſ. 189. *in fin.* cum alijs per
Gratum conſ. 63 *volum. 2.* hanc enim
opin. expreſsè tenuit *Raph. Cum. in l.
quamuis* §. *ſi conductor nu. 1. verſ. per
hoc dicit, Angel. ff. de acquir. poſſeſſ.* quẽ
ibi ſequitur, & latè cõprobat *Claud. Scy-
ſel.* vbi poſtquam firmauit, conſtitutum
collatum poſt mortem illius, qui ſe

alterius nomine poſſidere cõſtituit, nihil operari, cum mortuus, quem alterius nomine neceſſe eſt poſſidere, vt conſtituto locus ſit, poſſidere non poſſit *l.1.§.ſceuola ff. ſi teſtam. liber eſſe iuſſ. fuer.* dicens communiter probati, ſubijcit hęc verba, *et iſtud procederet, etiā ſi*
14 *in tali conſtituto eſſet clauſula ex nunc, prout ex tunc, et è contra,* ex quo extremum, ad quod idest tempus, in quod confertur conſtitutum, non eſt habile per reg. quæ traditur *in l. bonorum ff. rem ratam haber.* & ita dicit eſſe de mente *Bart.* & *DD. in l. qui abſenti* §. *1. ff. eod. tit. de acquir. poſſeſſ.* ſequitur *Hieronym. Gratus conſ. 75. num. 6.* vbi dicit, iure cautum non reperiri, quod huiuſmodi clauſulæ adiectæ in conſtituto operentur translationem poſſeſſionis, deficiente extremo habili in
15 eſſentia, & hanc opinionem contra opin. *Alex. conſ. 83. poſt num. 6. verſic. confirmatur hoc ampliſſimè lib. 2.* defendit *Dec. conſ. 246. in cauſa Magnifici Baronis, num. 2. verſic. nec obſtat, et num. 3.* vbi nuncupatim loquitur de hac clauſula *ex nunc pro tunc,* & è contra, & iterum poſt *nu. 3. verſ. quantum verò ad alia,* vbi optimè fundat, non eſſe verum, diſpoſitionem eſſe perfectam, ſed effectum tantùm ſuſpendi, nec eſſe poſſibile virtute dictæ clauſulę retrotrahi extremũ, ad quod penitus inhabile ad tempus cõtractus, & ſequitur *Ripa in l. 1. num. 5. in fin. ff. de pign.* relato *Dec. in d. conſ.* licet falsò ex impreſſoris vitio citet eum ſub *nu. 232.*
16 quem magis falsò in ſubſtantia citat cum *Tiraquell.* pro contraria parte *de iure conſtit. par. limit. 2. nu. 15. & Dec.* opin. probat etiam *Natta conſil. 189. num. 1. Alban. conſ. 103. Syluan. conſ. 97.* latiſſimè, & iuxtà hanc opin. veluti magis comm. & veriorem refert *Theſ. in Senatu Pedemont. deciſ. 38. nu. 2.* iuncto *num. 4. in fin.* dicens, rationes *Decij à DD.* probabiliores iudicari, eandéq; opin. ſequitur *Alciat. conſ. 75. num. 3.* &
17 huic opin. non obſtat doctrina *Bald. in auth. contra cum rogatus, in princ. nu. 1. et 2. C. ad Treb. et in c. 1. de milite vaſ. qui contu. eſt,* & ante ipſum *Gloſſ. in verbo, iudicium in fin. in l. 1. C. de codic.* cũ infinitis alijs congeſtis *a Tiraquell. de retract. connub. §. 2. n. 87.* quia *Bald.* & alij nihil aliud dicunt, niſi operari, vt præſens tempus trahatur ad futurũ, vel futurum in præſens, & ſic, vt vnum tempus inſit alteri, vt eleganter tradit *Surd. deciſ. 113. num. 10.* & vt ait *Bald.* operatur hæc clauſula, vt cõditio poteſtatiua, quæ regulariter non retrotrahitur, retro fingatur ex pacto, ſed id intelligunt, modò terminus ad quem ſit eſſentialiter habilis; vnde iſtorum omnium doctrina temperanda eſt à theorica *Bart.* communiter recepta ferè ab omnibus *in l. ſi is qui pro emptore, n. 7. verſ. expediti, et num. 52. et 55. ff. de vſucap.* quam fruſtra nititur ibi impugnare *Iaſ. nu. 344.* abſolutum eſt enim
18 vt cum de vno diſputatur, cætera omnia ſupponuntur habilia; alioquin
19 plura ſpecialia, pluresq; fictiones concurrerent, cõtrà *reg. l. 1. cum ſimil. C. de dotis promiſ.* ſcilicet, quod trãsferretur vera poſſeſsio per actum fictũ, & quod futurum tempus inhabile traheretur in præſens habile, & ſic ad producendum diuerſos effectus ad commodum
20 vnius, eiuſdemq; perſonę, quod ius nõ patitur, etiam vbi ſpecialitates manarent ex diuerſo fonte, vt latiùs per *Tiraquell. de iure conſtit. 2. par. ampl. 26. num 8. 11. et 12.* iunctis his, quæ idem *Tiraquell.* tradit *de retract. connub. §. 2. gloſſ. vnica, num. 78. et 88.*

21 Secundò doctrina *Gloſſ. et Bald.* debet intelligi quoad dominium, non autem quoad poſſeſsionem, inter quæ in propoſito maximam eſſe differentiæ rationem, tradit perbellè *Angel. in l. qui vniuerſas §. quod per colonum, num. 2. ad fin. et in l. quamuis §. 1. ff. de de acquir. poſſeſ.* & pulchram rationem di-
22 uerſitatis inter dominium, quod poteſt conſiderari penes hæreditatem repræſentantem defunctum, ſecus autem in poſſeſsione funditus mortua, & perempta per mortem conſtituentis

tradit

tradit *Seyſellus in d. l.quamuis* §. 1. *col.*
2.verſic. tamen ſubſtinendo , & ad hoc
fortè reſpexit *D. Præſ.de Franch. deciſ.*
213 *num.* 1 dum nuncupatim de hac
re loquens, non ſine maximo myſterio
dicit,fuiſſe habitũ pro vero per vtrũq;
Conſil.virtute huius clauſulæ, *ex nunc*
pro tunc fuiſſe translatum dominium,
ſed nihil de poſſeſſione meminit,& ꝑ-
23 inde minùs rectè authoritatem Dom.
Præſid.pro ſe adducunt aduerſarij, cu-
mulãtes ad id *DD.* congeſtos per *Cõſ.*
*de Anna conſ.*1.*num.*1.qui ſimiliter de
dominio , non de poſſeſſione loqui-
tur , ſicut perperam quoque citant pro
ſe *Afflict.deciſ.*335. qui *num.6. & 10.*
indiſtinctè fundat, præcariũ nihil ope-
rari poſſe quoad poſſeſſionẽ,poſt mor-
tem,prout ad hoc illum citat *Tiraq. de*
iure conſtit. 2.*par.ampliat.*13. *num.*2.
vbi *num.* 1.*&* 2. reddit rationem,citãs
plura iura. Nec pariter obeſt *d. conſ.*
24 *Alexand.*83. 2.*volum.* quia poteſt re-
ſolui, vt ad illud in ſpecie reſpondit
*D.Loffred.conſ.*9.*nu.*13. *&* 14. dicens
*Alex.*loq.,vbi in cõtractu adijcitur clau-
ſula,*ex tunc pro nunc*,quia eo caſu tem-
pus futurum mortis inhabile trahitur
ad præſens tempus habile, ſecus verò ,
vbi clauſula eſt adiecta per cõtrarium ,
vt in caſu noſtro,*ex nunc pro tunc*,quia
eo caſu , tanquam collata ad tempus
inhabile,nihil operatur , vt latiùs per
eum, quod eſt de mente *Bald.* & *DD.*
ſupra allegatorum , hic autem non eſt
dictum *ex tunc pro nunc* , ſed ſolùm *ex*
nunc pro tunc. Et ſic remanent pro cõ-
traria parte *Neguſ.de pign.in* 2.*memb.*
2.*p.n.*5.*Caſſan.& Guido Pap.* relati per
Tiraquell.in d 3.*par.*2. *limit. num.*15.
quibus ipſe non omninò accedit,dum
ſe remittit ad dicta per eum in *tract.*
retr.conu.§.2.*Gloſſ.vnica,n.*88. vbi id
dicit fieri ꝑ fictionẽ, ita vt planè appa-
reat,primã opin.eſſe cõmunẽ:& quoniã
25 hæc opin. temperari debet, vt conſti-
tutarius etiam cum dicta clauſula non
dicatur poſt mortẽ conſtituentis poſſi-
dere,ſed poſſit tãtũ agere,vt in poſſeſ-
ſionem immittatur, niſi aliud obſtet,vt
declarant *Menoch. de recuper.poſſeſ.re-*
*med.*14.*num.*67. *& Theſaur.in d. dec.*
38.*in fin.nu.*5. de quo tunc erit agen-
dum, cum aduerſaria hanc immiſſionẽ
petet,quam huculq; non petijt, vt eui-
denter pateat, in eum caſum obſtare
exceptionem, quæ omninò aduerſariã
excludet,dico etiã,data pro vera opin.
Neguſant. quod clauſula *ex nunc pro*
tunc , operetur translationem poſ-
ſeſſionis ante mortem;tamen id decla-
ratur primò procedere , modò con-
tractus,non ſit conditionalis, ſed purus
vel ſaltim cõditio poſsit adimpleri an-
te mortem,ſed hæc donatio eſt condi-
27 tionalis , *ſi ſine liberis donans deceſſe-*
rit , quæ eſt vera conditio *Gratus conſ.*
75.*num.*3.*lib.*2.quod pluries eſt repe-
titum , quæ conditio, cum debeat im-
pleri in forma ſpecifica , nec poſsit im-
pleri, niſi omninò ſequuta morte , &
poſt obitum, non autem ante,nec etiã,
cum mori inceperit, niſi omninò ani-
ma à corpore ſit ſeparata,vt ꝓbat in in-
diuiduo *Dec.d.conſ.*246.*num.6. verſ.*
*vlterius,& nu.*8.*verſ.& ex ſupradictis*
*etiam,Gozad.*optimè *conſ.*99. *num.*13.
& voluerũt etiã hoc *Signoroll. & Alex.*
in locis citatis à *Tiraquell. de iure con-*
*ſtit.par.*2.*ampliat.*17.*num.*9. & hanc
opinionem ſe in dicto loco firmaſſe
te ſtatur idem *Tiraquell. in* 3.*p.* 2.*lim.*
num. 14.*verſ. ſed tu hic vide*, quo tem-
pore amplius conſtitutum operari non
poteſt, reiecta opin.*Oldrad.in cõſ.*139.
quamuis eum ſequantur *Alexand. cõſ.*
83.*num.6. & 7.in* 2. vbi *Natta in ad-*
dit.Claud. Seyſell.in l.quamuis §. *ſi con-*
ductor ff. de acquir. poſſeſ.Hieron.Gab.
*conſ.*141. vbi latè in materia *volum.*1.
*Natta conſ.*453. *num.*6. poſt *Iaſonem*
conſ. 247.*lib.*2.cum quibus non omni-
nò videtur conſentire *Surd. conſ.*171,
in fi.in 2.*Pariſ.conſ.*11.*n.*102.*&* 104.
*lib.*1. ſequtur, vt in hoc caſu ,nec poſſeſ
ſio ſit penes D. Beatricẽ , nec cõpetat
ei actio, vt immittatur,præſertim, cum
cõſtitutum adiectũ cõtractui cõditio-
28 nali,& ipſum ſit conditionale,cum re-
guletur ab ipſo, iuxtà notata per *Bald.*

in cap. 2. de feudo dato in vicem l. com-
miſſ. & per *Alexand. & Iaſ. in l. 1. §.*
ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſeſſ. adeò,
vt potius tolerari debeat, vt conſtitu-
tum ſuperfluò ſit appoſitum, quàm,
quod alteret principalem diſpoſitionē
Natta d. conſ. 372. nu. 13. & 16. quod
potiſsimè ea ratione cōprobatur, quia
cum conditio, *ſi ſine liberis*, omninò
exigat, vt mors ſequatur, clauſula, verò
ex nunc pro tunc, vt poſſeſſio transfe-
ratur ante mortem, qui ſunt actus con-
29 trarij, & repugnantes, quorum vnus
trāsfert poſſeſsionē, alius nō transfert,
de iure præualet ille actus, per quem
non transfertur poſſeſsio *l. non ſolum*
§. fin. ff. de vſucap. cum alijs congeſtis
per *Nattam conſ. 372. num. 17.*

Secundò declaratur procedere,
vbi ex actibus ſubſequentibus contra-
30 rijs, non ſit a cōſtituto receſſum, vt hic
euenit ex mandato facto per Principē
vxori præſenti, & acceptanti, in quo
paucis diebus ante mortem, illam con-
ſtituit vicariam, & procuratricem ad
gubernandum, regendum, & admini-
ſtrandum, etiam ſequuto ipſius obitu
omnes terras, & feuda, & præcipuè
Terrā Boualini, cū poteſtate ſubſtituē-
di, quod mandatum fuit ab ea acce-
ptatum, eoq; cœpit vti, ex quo videtur
receſſum ab ipſo conſtituto, atque ita,
quæ prius ex conſtituto poſsidere po-
terat, tantùm poſtea detinebit ex man-
dato per *tex. in l. ſi quis ante ff. de ac-*
quir. poſſeſſ. iuncta *l. nō ſolum §. vltimo*
ff. de vſucap. cum ſeparatim ab eodem
ſit conſtitutum, & mādatum, ſiuè alius
contractus inhabilis ad poſſeſsionis
translationem, vt aduertenter de mo-
te tradit *Tiraquell. de iure conſtit. poſ-*
ſeſſ. par. 3. limit. 22. nu. 2. Nec prodeſſe
31 poteſt reſeruatio iurium, quæ præten-
ditur in mandato contineri, quia cum
actus ſit omninò præciſè repugnans,
ex quo procurator alienæ poſſeſsioni
miniſteriū præſtat *l. 1. §. per procurato-*
rem l. quod meo §. 1. & l. quarundam
ff. de acquir. poſſeſ. non poterat ſimul, &
ſemel poſsidere nomine alieno candē
tem, & nomine proprio; vnde reſerua-
tio, quę nihil reperit, quod reſeruet, ni-
hil operatur, ſicut nec proteſtatio con-
traria facto; ſiquidem certū eſt, huiuſ-
32 modi poſſeſsionem amitti facto, aut
voluntate conſtitutarij; intereſt enim,
an ſolo animo quæſita fuerit poſſeſsio,
quod fit per cōſtitutum, an etiam cor-
pore per veram traditionem; priore
ſiquidē caſu, ſolo animo perditur, po-
ſteriore vero contrà, quia ſaltim illa
aſinina detentatio remanet, quæ per
traditionē translata fuerat, cū ſit meri
facti *d. l. 1. §. ſi vir vxori*, vt doctiſs. *Ant.*
Faber latiùs explicat *defin. 13. & 29.*
ad tit. C. de acquir. poſſeſ. idemq; in ef-
fectu, quod non requiratur alia retra-
ditio, ſed ſufficiat mutuus conſenſus,
voluit *Tiraq.* poſt *Alber. Fulgoſ. Caſtr.*
& alios, quos citat *par. 3. limit. 29.*
num. 5. de iure conſtit.

DECISIO.

DIe 15 Decembris 1612. referente
D. Conſ. nunc Reg. digniſſimo eq-
te Calatrauę Ferdinādo Brancia, iun-
ctis aulis, fuit deciſum. Detur terminus
iuris in cauſa ad probandum incumbē-
tia, & interim Ill. Donna Beatrix Vrſi-
na Principiſſa Montis Caueoſi manu-
teneatur in poſſeſſione Terræ Bouali-
ni, & omnium bonorum burgenſatico-
rum remanſorum in hæreditate Prin-
cipis Loffredi viri, & Alexander Lof-
fredus deſiſtat à turbationibus illatis
in dicta Terra Boualini, & reſtituat il-
lud, quod fortè exegit in terra prædi-
cta, vt ex decreto continenti plura ca-
pita, & quoad bona Maioratus, eodem
decreto prouiſum fuit, quod Alexan-
der de Loffredo manuteneatur in poſ-
ſeſſione bonorum contentorum in
Maioratu olim inſtituto à quond. Re-
gente Sigiſmundo Loffredo (maxi-
mo illo I. C.) qui doctiſsima Conſi-
lia, & paraphraſes feudales edidit, pe-
nes Magnificum Annibalem Ceſa-
reum Secretarium: Io. Baptiſta Bor-
rellus Actorum Magiſter

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio, vel actus quilibet ſit conditionalis, vel modalis, non ex verbis dignoſcitur, ſed rei effectus ſpectatur, quod declaratur num.* 2.

3 *Verba* ea conditione *interdum modũ important.*

4 *Dictio,* ſi, *quandoque non ſuſpendit actum.*

5 *Diſpoſitio, vt ſit modalis, requiritur, vt quis grauetur aliquid facere poſt acquiſitionem quibuſcumque verbis concipiatur.*

6 *Habilitas perſonæ, vt ſit idonea, requiritur tempore nominationis, ſiuè electionis faciendæ; adeò vt ſuperueniẽs habilitas, ſiuè idoneitas nihil proſit nominato, vel electo.*

7 *Vaſallus idoneus, ſeù Domino acceptabilis, ille dicitur, qui eſt aptus, vt acceptetur, cum domino mittitur, vel præſentatur, ſecundùm declarationẽ* Iſern. *qui debet eſſe acceptabilis, & non odioſus, ſed gratus domino.*

8 *Actus, donec ſequatur, confirmatio, remanet in pendenti, & in ſuſpenſo.*

9 *Geminatio operatur, vt idoneitas perſonæ requiratur in ſupremo gradu.*

10 *Qualitas in primis probari debet, etiam in requiſitis in gradu poſitiuo.*

11 *Modus eſt moderatio quædam diſpoſitioni adiecta, eum qui honoratur aggrauãs in tempus diſpoſitionis perfectæ.*

12 Modi *natura eſt, vt poſt emolumentũ quæſitum impleatur, quod ampliatur num.* 13.

14 Modus *eſt ille, qui impletur, ſcilicet ſi expediat domino:* cõditio *verò impletur per modum excluſionis: quia ſi non impletur, excluditur ab initio cõtractus.*

15 D*iſpoſitio, quando dicatur conditionalis, affertur communis DD. diſtinctio.*

16 *Qualitas quando adijcitur diſpoſitioni, non poteſt in eſſe deduci ante implementum qualitatis.*

17 *Intellectus* ad gloſſ. in l. 2. ff. de in diẽ adiect.

18 *Actus, vt non ſit in ſuſpenſo, neceſſe eſt, vt præcedat diſpoſitio pura, & poſtea apponatur conditio circa exequutionem, quod exemplis declaratur remiſſiuè.*

19 *Aſſenſus ſortitur naturam diſpoſitionis, ſuper qua interponitur.*

20 *Legatum ſiuè ab initio ſub conditione fiat; ſiuè purè factum ſub conditione admatur, idem eſt; quia ſemper eſt conditionale.*

21 D*ifferentia inter contractum, & vltimam voluntatem quoad impediendũ effectũ diſpoſitionis; contractus enim purè celebratus ſtatim producit effectum, cui conditio appoſita non impedit natiuitatem, ſed reſoluit: ſecus verò in vltima voluntate, quæ non ſtatim ſortitur effectum, ſed in morte.*

22 *Conditionis implementum præcedere debet in actu facto, & conſumato, antequam vocatus conſequatur commodum.*

23 *Conditio tacita reſultans ex diſpoſitione hominis, operatur eoſdem effectus ſuſpenſiuos ſicut expreſſa*

24 *Dictiones omnes, & aduerbia, ex quibus inducitur modus, ſicut eſt dictio* dummodo, vt, *et ſimiles, tum demum important modum, cum adijcitur diſpoſitioni aliquid, quod eſt explicandum per honoratum: ſecus verò, cum adijcitur aliquid explicandum per grauatum, vel per alium, vel pendet ex fortuna: tunc enim etiam per dictiones modales inducitur conditio, non modus.*

25 *Idoneus regulariter quis præſumitur, niſi contrarium probetur.*

26 *Clauſula, quæ in materia beneficiali ſolet apponi,* ſi eſt idoneus *potius facit admonitionem, quam conditionẽ: quæ tamen declaratur num.* 27.

28 *Feudatarij idoneitas, vel habilitas potiſſimùm in extrinſecis conſiſtit, contentis* in cap. 1. de forma fidelit. *quæ explicantur.*

29 *Seruitium in Regno præſtatur in pecunia: quia eſt in electione Regis exigere*

gere ſeruitium perſonale.

30 *Habilitas,ſiue idoneitas intrinſeca nō præſumitur, vbi ex præcedētibus oritur ſiniſtra præſumptio.*

31 *Fœmina non eſt idonea etiam in Regno,vbi quæuis ex gratia ſit admiſsa in vno : non propterea debet admitti in alio .*

32 *Præſumptio idoneitatis ceſſat, vbi de tertij præiudicio agitur, vel vbi exigitur in ſupremo gradu; ideſt ad Regis ſatisfactionem num. 33.*

ARGVMENTVM.

Agitur in re pręſenti de Regis aſſenſu, quando dicatur conditionalis,& quando modalis ad effectum ſuſpenſiuum, & declaratur ferè tota materia diſpoſitionis modalis , & conditionalis,tàm circa contractus, quàm circa vltimas volũtates, & de habilitate,vel idoneitate perſonę,quo tempore requiratur? an tempore electionis in ipſo actu, an verò ſufficiat ſuperueniens poſt actum.

Pro eodem D. Alexandro Loffredo in eadem cauſa.

CONTROVERSIA XXVII.

PONderatis, & rectè perpenſis verbis Priuilegij diſpenſationis conceſſæ Principi Montiscaueoſij , illam continere conditionem ſuſpenſiuam actus, non autem fuiſſe modalem , vel puram reſoluendam ſub conditione, ex ſubſcriptis apertiſſimè demoſtratur .

1 Et primò dico, veram eſſe, & com. reſolutionem omniū, quod ad dignoſcendum,an diſpoſitio,vel actus quilibet ſit conditionalis , vel modalis,non eſt facienda vis in verbis, ſed rei effectus eſt ſpectandus , qui,vt regulariter in omnibus,præcipuè tamē in hoc de-
2 bet conſiderari;ſi enim , quod in actu exigitur, prius debet impleri , quam quis emolumentum conſequatur , tunc eſt conditio ab effectu,quia prius impleri debet,ſecus autem,cum alicui emolumentum conceditur , vt poſteà aliquid faciat , quia tunc ab effectu dicitur modus,& non conditio , & ob id
3 verba *ea conditione* interdum important modum *Bart. in vulg. §. termilius nu. 5. verſ. quid ſi teſtator l. quibus diebus ff. de condit. & demonſtr.* & ſic contra, dictio *ſi*, quandoq; nō ſuſpēdit ita *Butr. conſ. 49. Alexand. conſ. 119. col. 2. lib. 1.* Decius formaliter *in l. cum mota, num. 6. verſ. vnde vera C. de trāſact. Crauett. conſ. 59. num. 1. Natta conſ. 373. num. 28. Menoch. conſ. 131.*
5 *num. 3. lib. 2.* ad hoc igitur, vt diſpoſitio ſit modalis,requiritur , vt quis grauetur aliquid facere poſt acquiſitionē quibuſcunq; verbis concipiatur diſpoſitio, vt latiſsimè per *Menoch. cōſ. 262. num. 9. & 10. lib. 3.* D. *de Franch. deciſ. 262. num. 5. & 6.* vnde cum in priuilegio concedatur, diſpoſitionem fieri in perſonam idoneam , & ad Regis ſatisfactionem,& ex iurisdiſpoſitione, dum
6 in aliqua perſona requiritur habilitas , ſiuè quod ſit idoneus,id neceſſariò exigitur, vt talis ſit tempore electionis, ſiuè nominationis,ideò , vt ſuperueniēs habilitas,ſiuè , vt ita dicā idoneitas nihil prodeſſe poſſit taliter nominato *Panorm. in cap. dudum, el primo, in antep. not. de electio.* Dec. *in cap. poſtquam, nu. 13. eod. tit. Brix. q. 2. num. 3.* cum alijs per *Lambert. de iurepatronat. art. 1. lib. 2. num. 3.* igitur clarè patet,verba hæc importare conditionem,non modum , cum id exigatur neceſſariò ante actū, ſiuè in ipſo actu nominationis,non autem poſt actum , & hoc eſt,quod in terminis noſtris,authoritate *Iſern. in cap. 1. num. 14. verſ. ſed facit hoc rex, de Capitan. qui cur. vend. in §. ſed vtrum in fin. per quos fiat inueſtit. & in cap. Imper. §. firmiter* , tradit ibidem *Camer. fol. 92. col. 3. in fin. et 4.* per totam,

dum

dum explicat, ꝙ vaſallus idoneus, ſeu acceptabilis dño intelligi debet, ideſt aptus, vt acceptetur, vt *ibi* per *Camer.* & ſic cum mittitur, ſiuè præſentatur domino, vt ait *Iſern.* debet eſſe acceptabilis, & idoneus, ideſt non odioſus, ſed gratus domino, nè vt cum is, qui diſplicet, mittitur, irati animus ad deteriora prouocetur, & ſic cum hæc qualitas requiratur in ipſo actu nominationis, omninò importabit conditionem, nõ modum, cum ex his nedum nihil ſit poſtea implendum, ſed nec impleri poſſit
8 ex prædict. & interim, donec ſequatur cõfirmatio, actus eſt ſuſpenſus, & in pẽdenti *l. duo iudices ff. de re iudic. l. fin. ff. comm. præd. Cephal. conſ.* 118. *num.* 3. *lib.* 1. augetur motiuum, cum verba ſint geminata ſcilicet *in aliam perſonam idoneam, & ad noſtram ſatisfa-*
9 *ctionem*, quæ geminatio operatur, ac ſi idoneitas requireretur in ſuperlatiuo, & in ſupremo gradu, vt per *Euerard. loco à vi comparat. & à ui gemin.* quo caſu diſpoſitio non poteſt in eſſe deduci, niſi ante omnia cõſtet, perſonam de cuius habilitate agitur, re vera eſſe omni exceptione maiorem, & nihil cõtra ipſam apponi poſſe, & ſic in pri-
10 mis hæc qualitas probari debet *Bart. in l.* 1. *§. ſi quis negat, vbi Angel. & alij ff. quemadm. teſtam. aper.* cum alijs per *Gratian. conſ.* 2. *num.* 35. *lib.* 1. idque procedere etiam in idoneitate requiſita in gradu poſitiuo, probat *Corn. conſ.* 76. *col.* 4. *poſt med. verſ. omitto quod lib.* 3.
11 Præterea modus eſt moderatio quædam diſpoſitioni adiecta, cum qui honoratur aggrauans in tempus diſpoſitionis perfectæ, ſecundum *Bart. in d. §. termilius num.* 1. qui ideò adiecit in tempus diſpoſitionis perfectæ, ad differentiam conditionis, quæ debet impleri, antequam diſpoſitio ſortiatur effectum, vt *in l. qui hæredi §. fin. ff. eod. tit.* & iterum *num.* 7. dicit de natura
12 modi eſſe, vt poſt emolumentum quæſitum impleatur, & *nu.* 15. *verſ. natura*
13 *enim modi* ampliat, vt niſi prius emolumẽtum quis conſequatur, non poſſit modus impleri, & tradit exemplum, promitto tibi centũ, vt fundũ emas Titio, vel vt domũ reficias, certè de neceſſitate ages priꝰ ad cẽtũ, p̃ſtita cautione de modo implendo, at hic de natura rei poteſt, quinimò debet prius adimpleri qualitas, quod ſit idoneus, & ad ſatisfactionem Regis, qui ſi non ſit talis, non poteſt poſt depoſitionem per cautionem effici idoneus, ergo nõ
14 eſt modus, ſed conditio; modus enim eſt ille, qui impletur per viam compulſionis, ſcilicet, ſi expediat domino, ſed conditio impletur per modum excluſionis, quia ſi non impletur, excluditur ab initio, & exordio cõtractus, *Bald. in cap. dudum il ſecondo nu.* 27. *de electio. Menoch. d. conſ.* 131. *num.* 11. *lib.* 2.

Secundò principaliter, *DD.* in hac
25 materia diſtinguũt communiter, quod aut qualitas apponitur in ipſa diſpoſitione, vel etiam circa perfectionem, & ſubſtantiam diſpoſitionis, & tũc efficitur diſpoſitio conditionalis, aut præcedit diſpoſitio pura, & poſteà circa exequutionem adijcitur conditio, & non redditur ſubſtantia conditionalis, ita *Bart. Bald. Paul.* & alij *in d. l. quibus diebus §. quidam Titio ff. de condit. et dem.*
16 & ratio eſt, quia cum qualitas adijcitur diſpoſitioni, non poteſt in eſſe deduci ante implementum qualitatis, *l. obligationum ferè §. conditio ff. de actio. & obligat.* ſecus verò, vbi præcedit diſpoſitio pura, ſed reſoluenda ſub conditione adiecta ex poſt, quia interim diſpoſitio valet, nec eſt in ſuſpenſo, &
17 ita procedit *Gloſſ. vulg. in l.* 2. *ff. de in diẽ adiect.* vt declarant benè *Socin. in d. §. quidam, num.* 4. *Natta conſ.* 372. *num.* 8. *Menoch. d. conſ.* 262. *Cagnol. in d. l. in omnibus num.* 21. *D. Reg. Lanar. conſ.* 62. *num.* 2. *&* 3. & ratio eſt quam tradit *Alber. in l.* 3. *ff. de contr. empt. & in d. l.* 2. *ff. de in diem adiect.* quod cum adijciuntur verba reſolutiua, ſine dubio venditio eſt perfecta, aliàs non poſſet reſolui, & vt ait *Caſtr.*
18 *in d. §. quidam Titio, poſt nu.* 3. vt actus

non

non ſit in ſuſpenſo, neceſse eſt, vt præcedat diſpoſitio pura, & poſtea circa exequutionem apponatur conditio, & tunc non redderetur ſubſtantia conditionalis, quod exẽplis declarant *Natta conſ.* 373. *num.* 24. *& 25. & Lanar. conſ.* 73. *num.* 11. *&* 12. vnde cum hic non præcedat diſpoſitio pura, ſed qualitas adiecta ſub vna verborum ſtructura reſpiciat ſubſtantiam diſpoſitionis, neceſſariò erit iudicanda conditionalis ſuſpenſiua, ſed etſi in caſu noſtro qualitas non eſſet adiecta circa ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed circa exequutionem ipſius, cuius contrarium verba priuilegij clarè demõſtrant, tamen cum hic agamus de aſſenſu ſuper teſtamẽto, nam pro huiuſmodi diſpoſitione teſtator vſus fuit dicto priuilegio, & ad eam applicauit aſſenſum, ſequi-
19 tur perneceſse, vt huiuſmodi aſſenſus, qui ſortitur naturã diſpoſitionis, ſuper qua interponitur, argumento *l. fin. C. de non num. pecun.* quam ad hoc citat *Frecc. lib.* 2. *§ pluribus autẽ modis n.* 69. ſit indiſtinctè cenſendus conditionalis, ſiquidem in vltimis voluntatibus, ſiuè à principio ſub conditione legatur, ſi-
20 uè pure legatum ſub conditione adimatur, idem eſt, quia ſemper eſt conditionale, vt declarat eadem *Gloſ. in verb. conditionalis, in fin. in d. l.* 2. *ff. de in diẽ adiect.* cui aduerſarij innitũtur, &
21 ratio diuerſitatis eſt, q̃a contractus purè celebratus ſtatim producit effectũ, ergo conditio appoſita non impedit natiuitatem, ſed reſoluit; at vltima voluntas non ſtatim ſortitur effectum, ſed in morte, vnde cõditio reſolutiua reperitur codem inſtanti concurrete cum actu diſpoſitiuo, & ſic impedit natiuitatem, & origine effectus, vt poſt *Bald. & Bald.* formaliter explicat *Caſtr. n.* 4. *in fin. in d. §. quidam Titio*, quocunq; igitur ſe vertat pars, conditiones hic adiectæ erunt ſuſpenſiuæ, non autem reſolutiuę, & ſic in totum erit actus ſuſpenſus, ac ſi aſſenſus non fuiſſet conceſſus, cum implementum conditionis
22 præcedere debeat in actu facto, & cõſumato, antequam vocatus conſequatur commodum, vt ex *Bal.* & alijs probat *Card. Pariſ. conſ.* 19. *nu.* 49. *&* 50. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 131. *num.* 4. *verſ. conditio verò, lib.* 2. *et de præſump. lib.* 5. *cap.* 175. *num.* 11. *in fin.* Nec ex eo,
23 quod conditio tacitè reſultet, vel colligatur ex diſpoſitione hominis, minus operatur, ſed eoſdem effectus ſuſpenſiuos producit, ſicut expreſſa *Gloſ. in l. item §. fin. in verb. male petitur ff. de pactis, Bart. & Bald. in l.* 1. *num.* 14. *C. de caduc. toll. Paul. in d. §. quidam Titio nu.* 5. *Lanar. conſ.* 55. *nu.* 16. *Cagnol. in l. in omnibus* 13. *n.* 20. *in fi. ff. de reg. iur.*
24 Tertiò, & tandem, omnes dictiones, & aduerbia, ex quibus inducitur modus, ſicut eſt dictio (dummodò vt) & ſimiles, ita demum important modum, cũ adijcitur diſpoſitioni aliquid, quod eſt explicandum per honoratum, & ita loquuntur omnes leges, quæ tractant de modo, ſecus verò cum adijcitur aliquid, quod eſt explicandum per grauatum, vel per alium, vel pendet ex viribus fortunæ, tunc enim etiam per dictiones modales inducitur cõditio, nõ modus *l. ſticcho ff. de ſtatu liber. l. à teſtatore ff. de condit. et dem. Bart.* comm. receptus *in d. §. termilius, poſt num.* 2. ergo etiam ſi in hoc priuilegio, ſeù diſpẽſatione Rex fuiſſet vſus verbis importantibus modum, cum nihil adiunxerit implendum per futurum ſucceſſorem nominandum, quæ eſt perſona honorata, in cuius beneficium tendebat diſpenſatio, ſed potius per Principem grauatũ, ſeù qui alterius loco habetur, vt diſponeret in perſonam idoneam, & ad Regis ſatisfactionem, ex hoc etiam conditio, non modus inductus cenſeri debet, quibus non obſtat
25 ſi dicatur, quod regulariter quis præſumitur eſſe idoneus, niſi contrarium probetur *cap. dudum*, quod eſt *cap. fin. vbi Felyn.* latè *de præſump.* & proinde
26 in materia beneficiali clauſula, *ſi eſt idoneus* potius facit admonitionem, quàm cõditionem, vt ex *Oldrad. conſ.* 41. tradit *Alciat. de præſump. reg.* 3. *c. item* 3.

Di-

27 Dicimus enim primò, hanc præſumptionem procedere quoad mores, & idoneitatem intrinſecam, ſecus verò in idoneitate extrinſeca *Gloſſ. in c. ſi fortè de electio. in 6.* cum alijs per *Alciat. d. loco in fin. Menoch. de præſumpt. c. 91. num. 15. in fin. & ſeq.* & proinde huiuſmodi clauſula, hoc caſu importabit cōditionem *Maſcar. de probat. cap.* 878.
28 *num.* 4. vnde cum feudatarij habilitas, & idoneitas potiſſimè in extrinſecis conſiſtat in illis ſex contentis *in cap. 1. de forma fidel. & in cap. de forma 22. q. 5.* & vltrà ea in præſtando auxiliū, & conſilium domino, ipſumq; periclitantem adiuuare, nec derelinquere *c. 1. hic finitur lex*, idq; procedit etiam
29 in regno, quamuis ſeruitium præſtetur in pecunia, quia eſt in electione Regis exigere ſeruitiū perſonale, vt per *Iſer. in cap. ſimiliter, de cap. Corrad. & in §. ſed nec alia, quæ ſit prima cauſa beneſ. amitt.* ſequitur, vt hæc extrinſeca habilitas non præſumatur.
30 Secundò, neque intrinſeca habilitas, ſiuè idoneitas præſumitur, vbi ex præcedentibus orirètur ſiniſtra præſumptio *Bald. in l. 1. ante fin. num. 9. C. ſi quis ommiſſ. cauſa*, *Maſcard. d. loco num.* 11. quam hic intercedere comprobari poteſt ex traditis per *Frecc. lib. 2. q. 23.* per totum, & ex eo etiā, qa
31 tanquam fœmina non eſt idonea etiā in regno, vbi quamuis de gratia ſit admiſſa in vno, nō ꝓpterea debet admitti in alio, vt dicit *Lanar. conſ. 1. nu. 45. ante fin.*
32 Tertiò nō procedit idoneitatis præſumptio, cum agitur de tertij præiudicio *Panorm. in capit. cum in iure 1. not. de offic. deleg. Maſcard. d. loco nu. 5.* vt hic euidens reſultaret agnatorum præiudicium, quod in hac materia ne excludantur à ſucceſſione feudorum eſt maximè conſiderandum ex traditis *à Cacher. deciſ. 166. num. 10. & 11.*
Et quartò tandem hic, nedum
33 perſonam eſſe idoneam, ſed ad Regis ſatisfactionem exigitur, & ſic idoneitas in ſupremo gradu, quo caſu non ſufficit præſumptio, vt ſupra dixi, & cōprobat *Maſcard. vbi ſupra, num. 6.* & proinde remanet aſſenſus omninò ſuſpenſus, & in pendenti, vt per *Cagnol. in d. l. in omnibus, num. 28.*

DECISIO.

Eodem decreto lato referēte D. Ferdinando Branciā nunc meritiſſimo Reg. & Duce de Beluedere, iūctis aulis 15. Decembris 1612. fuit deciſū quoad hoc caput ex voto D. Alexandri Loffredi, his verbis, Terra Montis Caucoſi ſequeſtretur penes perſonam declarandam per Sac. Conſ. vſque ad declarationem faciendam à S. Maieſtate, ſeruata forma priuilegij in actis producti, & interim fructus terræ prædictæ Montis Caucoſi liberentur cui per Sac. Conſ. declarabitur partibus auditis, penes Burrellum. Verùm, quia Alexander ſua iura proponere nō curauit apud curiā S. Maieſtatis ad eiuſmodi gratiæ exequutionem impediēdam, vt neceſſe erat; inſigni hac eius negligētia factum eſt, vt Princeps ipſe enixè gratiæ effectum procurās, orto à S. Maieſtate ordine de gratia exequutioni demandanda, voti cōpos eſſet, vt ex literis expeditis Madriti 8. Februarij, exequutis Neap. 31. Martij 1613. in proceſſ. car. 158. & decreto 27. Aprilis eiuſdem anni, iunctis aulis, eodem D. Brancia referente, prouiſum, ſtante priuilegio confirmationis, & approbationis S. Maieſtatis in actis exhibito, ſequeſtrum ordinatum fieri ſub die 15. Decembris 1612. tollatur, & D. Beatrix manuteneatur in poſſeſſione dictæ terræ, & terminus aliàs datus currat ab hodie, car. 166. à terg.

SVMMARIVM.

1 *Res empta ex pecunia mea, vel communi nomine alterius tantùm, non efficitur mea, vel communis, et acquirens communicare eam debet, vel partem pecuniæ reddere, ſecundùm diuerſas opiniones.*

2 *Actio*

2 *Actio potius acquirenti quæritur, quā ei, cuius contemplatione fuit quæſita.*

3 *Veritas potius, quam ſcriptura ſpectāda in contractibus, quæ probari poſſit à priori, & poſteriori, vel à priori, & poſteriori ſimul num. 4. & 6. cui incumbat onus probandi num. 5.*

6 *Simulatio contractus probatur ex contractu præcedenti, & ſequenti, licet magis ex præcedenti.*

7 *Procuratio irreuocabiliter in rem propriam ſolita fieri per emptorem feudi de aliena pecunia, promiſſione diſponendi ad illius requiſitionem in ipſum, vel alios recognitio denominatur.*

8 *Emptor feudi cum aliena pecunia, etſi conſtituat procuratorem irreuocabilem in rem propriam dominum pecuniæ, cum promiſſione diſponendi ad illius requiſitionem; dominium tamen feudi ſibi ementi non alteri quærit.*

9 *Sumulatio contractus emptionis feudi de propria pecunia ſub nomine alterius non eſt reprobata.*

10 *Feudi dominium emptum de propria mea pecunia ſub nomine alterius ita illi quæritur ſi ab initio actum eſt.*

11 *Emptio fiduciaria, & imaginaria regulatur à cauſa, & veriſimili intentione contrahentium.*

12 *Dominium reiterato nō quæritur etiā ex diuerſis cauſis, ſecus poſſeſſio.*

13 *Dominium idem directum, nec vtilè poteſt eſſe penes duos inſolidum eodē tempore.*

14 *Dominium non poteſt ſtare in pendenti, nec volare per aer*

15 *Hypotheca non cadit in re propria, nec res aliena obligari poteſt.*

16 *Rigor in feudis verſatur.*

17 *Feudum de cuius pecunia emptum ſit non conſideratur, ſed tantum perſona in quam dominus conſenſit.*

18 *Ius quæſitum ſuper feudo facto Regis lex Romana non deſtruit.*

19 *Hypotheca ſuper feudo, vel quælibet actio eſt feudalis, & cōtraria opinio-no eſt reiecta num. 22. & 24.*

20 *Promiſſio de vendendo, vel diſponendo de feudo ſine aſſenſu non obligat promittentem, & contraria opinio* Afflicti *eſt damnata, & num. 21.*

23 *Actio ad feudū, vel ratione feudi feudalis eſt quoad ſucceſſionem, & exercitium, non tamen reſpectu commoditatis, &* Schrader. *ſibimet in dicto artic. contrarius oſtenditur, & n. 31. & 34.*

25 *Incapax ad ſucceſſionem feudi quilibet dicitur præter immediatè ſucceſſorem etiam quoad actionem ad feudum, & exercitium.*

27 *Secundogenitis pari pretij competit in emolumento actionis ad feudum.*

28 *Primogenitus cogitur per ſecundogenitum ad exercēdum actionem ad feudum, ad finē partiendi emolumentū.*

29 *Teſtator legitimum ſucceſſorem in actione ad feudum directo, ipſa actione, & exercitio priuare nequit, ſed benè commodo pretij, & pecuniæ, quia feudalis iudicatur illa actio, ſecus emolumentum.*

30 *Pecunia ex retractu actionis ad feudū perueniens burgenſatica iudicatur.*

32 *Actio hypothecaria eſt ſequela, & pediſſequa perſonalis, nec ad plus datur, fructuoſam tamen eam facit, & vtilem.*

33 *Actio perſonalis, quoad pretium, & cōmoditatem feudi non tangit feudum, nec conſtituit ius reale ſuper illo.*

35 *Actio directo competens ad conſequendum corpus feudi in omnibus verè, & propriè diudicanda eſt feudalis.*

36 *Fictus caſus, & verus æquiparantur, quādo caſus fictus reſoluitur in ipsā veritatem, & n. 37.*

38 *Hæredū appellatione in materia feudali, non tranſmiſſibili ad extraneos extranei non comprehenduntur.*

39 *Legato feudo, an debeatur extimatio.*

40 *Hæres inſtitutus in feudo, ſi non poteſt habere feudum, neque habet extimationem.*

41 *Aſſenſus denegari ſolet de ſtylo Cancellariæ Regis noſtri diſpoſitionibus*

patris,

de feudo hæreditario ad libitum alienari permiſſo, quando filij non extant, etſi fuerit præſtitus ex clauſula ſaluo iure tertij diſpoſitionem annullari peti poteſt, & nu. 42.

ARGVMENTVM.

Dominium feudi empti ex aliena pecunia, an poſſit domino pecuniæ aliquo modo quæri? actio quæſita domino pecuniæ cogēdi emptorem feudi ad diſpoſponendum de illo ad eius libitum, an ſit diudicanda feudalis, & in ea ipſiuſque emolumento quis ſuccedat, hæres in feudo ne vel potius in allodio?

Pro eodem D. Alexandro Loffredo in eadem cauſa.

CONTROVERSIA XXVIII.

DE duobus quæritur in præſenti cōtrouerſia. Primò vtrum dominiū Terræ Sanctæ Lucæ potuerit aliquo modo quæri Marchioni Boualini ex contractibus, & declarationibus factis per Dom. Hieronymum Marcheſium, de quibus in nota facti. Secundò vtrū, ſaltim actio quæſita Marchioni cogēdi D. Hieronymum, ſiuè D. Annā filiā ad diſponendū de dicto feudo ad eius libitum, remanſa poſt mortem Marchionis in eius hæreditate ſit dijudicāda feudalis, ita vt in ipſa ſuccedere debuerit Dom. Alexander Loffredus eius frater, & immediatus ſucceſſor in feudalibus.

Et Tertiò incidenter eſt videndum vtrum effectus, & emolumentum oriēs ex huius actionis exercitio, cedere debeat ad commodum hæredis in feudalibus, vel potius in beneficium hęredis in allodialibus, ſiuè burgenſaticis.

Circa primum punctum pro veritate reſpondendo, ſalua pace doctiſſimorum collegarum, arbitror iuxtà vera
iuris principia, & digeſtas in praxi de-
ciſiones, dominium feudi ſoli D. Hie-
ronymo Marcheſio, non autem Mar-
chioni fuiſſe quæſitum, & contrarium
aſſerere eſſe merè ſomnium vigilantiū;
ſiquidem de iure veriſſima eſt propo-
1 ſitio, quod res quælibet empta ex pe-
cunia mea, vel communi, nomine alte-
rius tantùm, non efficitur mea, nec cō-
munis, ſed ejus ſolius, cuius nomine
empta eſt, ſed acquirens, vel commu-
nicare debet ſecundùm quoſdam,
vel partem pecuniæ tantùm reddere
ſecūdùm alios *l. ſi quis ſocietatem l. ſed
etſi ſocius §. ſi abſenti l. actione §. diximus
l. ſi vnus §. ſi vnus ff. pro ſocio l. ſi
vt proponis, et l. ſi ex ea C. de rei vendic.
l. ſi patruus C. comm. vtriuſq; iud.* cum
infinit. congeſtis per *Tiraquell. in 1. re-
tract. §. 32. gloſſ. vnica, num. 17. verſ.
nec deniq; res, & Maſcard. de probat.
conſ. 53. num. 5.* & in acquirenda actio-
2 ne, quod illa potius quæratur ei, qui
acquirit, quàm illi, cuius contemplatio-
ne res geritur, cum in contractibus po-
tius factum, quàm contemplatio atten-
datur ex *Bald. & Crauet. D. de Franch.
3 deciſ. 33. in princ.* & licet in contracti-
bus rei veritas, potius quàm ſcriptura
pſpici debeat, vt dicit *Imper. in l. 1. C.
plus valere, quod agitur*, vbi *Accurſ.*
aduertit, Imperatorem præmittere
aphoriſmum generalem, ſpecialem po-
4 ſteà ſubijcens, idq; pbari poſſet à prio-
ri, à poſteriori, & à priori & poſteriori
ſimul, ſi probetur, quod per prius ante
Inſtrumentum erat actum, quod vir eſ-
ſet emptor, & quod poneretur ſimula-
tè nomen vxoris in inſtrumento *l. 4. §.
ſi ab ignoto ff. de manumiſſ.* vel ſi poſt
contractum vxor recognouit veritatē,
quod ab initio ita voluerunt, vt viro
quæreretur dominium, vt latiùs expli-
cat *Bald. in l. multum intereſt* poſt *n. 2.
C. ſi quis alteri, vel ſibi*, q̄ ppriè dicitur
ſimulatio de pſona ad pſonā cū alias
ſit ſimulatio de cauſa ad cauſā, & in q̄-
ſtione facti p iudicē examinūda conſi-
ſtit *l. 2. rū gloſſ. vlt. C. plus valere, quod
agitur, Maſcar. concluſ. 446. in princ.*

5 Adeò, quod hoc aſſeueranti incumbat onus probãdi ita actum eſſe à principio *l. cum propria*, ibi *docenti tibi veritatem precibus tuis aſſiſtere*, vbi *Gloſſ. verbo, docenti*, ſubdit, *quod oportet te facere, eum ſatis ſit pro ea inſtrumento contineri eã emiſſe, vt hic & ſup. de probation. l. cum precibus* citãs alia iura, *C. ſi quis alteri vel ſibi*, quod latiùs tradūt *Salyc. & Caſtr. in l. multum, & Bald. in l. 1. C. plus valer. quod agitur*, ꝙ perpe-
6 tuum eſt, vt contractus ſimulatio probetur ex tractatu præcedenti, & ſequẽti, licet magis ex præcedenti, vt latiſſimè per *Tiraquell. in 1. retract. §. 1. gloſſ. 14. nu. 22. cū ſeq. Maſcar. concluſ. 442. nu. 11. & 12.* Attamen in præſenti caſu, tantum abeſt, vt ex actis geſtis non probetur actum eſſe, vt Marchio eſſet emptor, quinimò oppoſitum ex diametro, ſcilicet totum hoc actum eſſe, vt dominium non ſibi, ſed Hieronymo quæreretur, hæc enim, & non alia fuit nec potuit eſſe intentio, & finis Marchionis, dum noluit ipſe emere, ſed ꝙ Hieronymus eſſet emptor, vt Hieronymo dominium feudi quæreretur, ad hoc enim fuit adinuẽta cautela à peritiſſimis noſtrę Ciuitatis ſuperioris ætatis aduocatis, vt illi, qui liberis carent exteri, vel aliæ perſonæ, quæ de feudis liberè diſponere nequeunt, obſtãtibus Pragm. 4. & 16. de feudis, vel nolunt ius aliquod acquiri eorum ſucceſſori-
7 bus, procurent ab alijs ſucceſſores habentibus, feuda emi de propria eorum pecunia, cum ſolita poteſtate, & mandato ad iuriſdictionem adminiſtrandū feuda regendum, & fructus percipiendum, tanquam procuratores irreuocabiles in rem propriam, & cum promiſſione ad eorum requiſitionem diſponendum in ipſos, vel alios, quam recognitionem dicimus, prout ſic in propoſito eam nominat *Bald. in*
8 *l. 1. num. 12. C. quando liceat ab empt. diſced.* ex qua vſitata forma contrahẽdi conſtat tantum abeſſe non agi de acquirendo dominio illi, de cuius pecunia feudum emitur, vt per hunc contrahẽdi modum nullus alius finis prætendatur, niſi vt dominium non acquiratur, nec emptor cenſeatur pecuniæ dominus, ſed alter extraneus feudum de aliena emens pecunia efficiatur dominus, & ſuper hoc impetratur aſſenſus, quem conſtat regulari ab actu, ſuper quo interponitur, alioquin cautela hæc prorſus inutilis eſſet, ſi dominium ex huiuſmodi forma cõtrahendi quæreretur alteri, quàm ementi, imò contrarius intentioni contrahentium ſequeretur effectus, quia fiſcus ob mortẽ domini pecuniæ, ſine ſucceſſore, vel agnatus perſæpè contrà eius voluntatẽ feudum vendicaret, quod planè eſſet abſurdum, nec aliquando practicatum meminimus, nec fiſcū ſimile quid prætẽdiſſe, quẽ id ommiſſe ſi ei cõpeteret, cū ſucceſſ dicatur, ad tradita ꝑ *Briſſoni de verb. ſignif. l. 6. v. Fiſcum*, nõ eſt veriſi-
9 mile, hæc enim ſimulatio, cum à iure non ſit reprobata, quia non fit in ſtaudem, nec ad præiudiciū alterius, principali propoſito attento, vt per *Alex. cõſ. 198. lib. 7.* vbi citat *Bar. in l. 1. C. plus valere, quod agitur, & in cõſ. factū tale eſt Petrus Nicolæ*, regulatur à cauſa, & intentione contrahentium, ſiuè ex fine
10 quem prætendunt, & ſic ita demum nomen alterius accõmodatum in contractu non impedit, quin dominiū quęratur illi, de cuius pecunia fit emptio, aut in cuius commodum cedit contractus emolumentum, ſi hoc inter partes fuit actum, vt verus emptor eſſet ille, ꝙ pretiū numerauit nõ aliter, quia ab initio dici debet, quod velint partes contractum eſſe ſimulatum, notat. *Bald. in l. 1. verſ. illud tamen C. ſi ſeruus extero, ex tex. in l. 4. §. ſi ab ignoto*, ibi *ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria fiat emptio, ff. de manumiſ.* plenè in puncto *Decius* in ſolemni *conſ. 543.* in caſu propoſito *ex num. 14. & n. 18. cum ſeq.* tradens exemplum fiduciariæ emptionis, vbi dominus pecuniæ hoc egit ab initio, vt alter ſuo ipſius pecuniæ domini nomine prædium emeret, & poſtea poſſedit, & fructus percepit,

vt

vt dominus, quod proteſtatio præcedens totum faciat in hac ſimulationis ſpecie poſt *Bald. Cepol.* & alios latè *Maſcard.concluſ.*440.*nu.6.* & 7. vnde
11 cũ hæc fiduciariç, & imaginariæ emptionis materia reguletur à cauſa, & veriſimili intentione *l.pupillus* §.*ſed,et ſi per interpoſitam ff.de author. tutorum Crauett.conſ.*156.*num.*11. & 12. *Maſcard.*afferens eõcor. *concl.*442. *nu.*2. & 3.& *concluſ.*440.*num.*9. & hic nedum ex veriſimili mente, ſed ex volũtate apertiſſimis verbis expreſſa, conſtet omninò voluiſſe dominium radicari in perſonam Hieronymi, quod ita demum voluiſſe trãſferri in Marchionem, vbi Marchio inſtetiſſet, & declaraſſet transferri dominium in ipſum, vel alium eius nomine, & interim remanere dominium pœnes Hieronymum, vt legitur in declaratione f.44. ex hoc ſolo manifeſtiſſimè patet, D. Sigiſmundum Marchionem noluiſſe dominium interim acquirere, tum quia Hieronymus non potuiſſet transferre, quod non habebat, argumento *l.nemo plus iuris,de reg.iur.* tum etiam, quia Marchio ſi ſemel ab initio eſſet effectus dominus, non potuiſſet iterum effi-
12 ci dominus, cum dominij acquiſitio non ſit reiterabilis etiam ex diuerſis cauſis, quod in poſſeſſione ſecus con-
13 tingit, nec dominium idem, ſcilicet directum, nec vtile poteſt eſſe pœnes duos inſolidum eodem tempore, *Iſer. in cap.*1.*num.*10. *de cap.Corrad.Surd. deciſ.*288.*num.*22. *Amed. de Ponte de laudim.q.* 24. *Ant.Quetta conſ.6.n.*10. *Petr.de Gregor. de conceſſ. feudi par.* 1. *q.*3.*Hartman. Piſtor.lib.* 2.*q.*25.& q̃a
14 dominium non poteſt ſtare in pendẽti *l.ſiue poſſidetis C.de probat. l. ſi ego ff.de negot. geſtis Aldobrand. in addit. ad gloſſ.in verb. acquirent,in* §.1.*inſtit. de bis,qui ſunt ſui, vel alien.iuris, Intrigl. de feudis par.*2.*cent.*2. *nu.*140. idcirco dubitari nõ poteſt, omninò fuiſſe Hieronymo quæſitum, quia non poteſt volare per aer, iuxtà *l.ſi ego, vbi gloſſ.* & DD.*ff.de negot.geſtis,* quod luce meridiana clariùs apparet ex clauſula adiecta in inſtrumento prædicto f 47. *verſ. inſuper*, in qua pro obſeruantia dicti contractus, & omnium, & ſingulorum in eo cõtentorum, dictus Hieronymus obligauit, & hypothecauit in ſpecie dictam terram, eiuſq; corpora, & membra burgenſatica, & feudalia, vnà cum iuribus acquirendis ex cauſa emptionis prædictæ, cum eius iuriſdictione, & integro Statu, taliter quod præferatur, ex quo ſolo, ſi aliç deeſſent clauſulæ, apparet Marchionem noluiſſe dominiũ acquirere, ſed illud acquiri Hierony-
15 mo, cum aliàs in re propria non caderet hypotheca *l. neque pignus ff. de reg. iuris*, nec res aliena obligari poteſt, *l.rẽ alienam.vbi Gloſſ.ff.de contrah.emptio.* & ſic cõcurrit impoſſibilitas ex vtraq; parte, vt in puncto arguit *D.de Franch. deciſ.* 506.*num.*12. & 13.
16 Accedat etiã, q̃ in feudis, in q̃bus rigor verſatur *Camer.in l.Imper. car.*49.
17 *col.* 1. quoad acquiſitionem dominij rei, nihil penitus eſt in conſideratione de euius pecunia emptum ſit feudum, ſed tantùm perſona in quam dominus cõſentit, vt docuit Dom. meus *Regens de Curte in* 1.*p.de feudis c.*14.*n.*104.& ratio eſt, quia nihil agitur ſine aſſenſu domini, qui licet, reſpectu alienantis, vel obligãtis tollat obſtaculum, reſpectu tamen acquirentis ipſe Rex vide-
18 tur dare, & conferre, vnde cum ius acquiratur ſuper feudo facto Regis concedentis, nõ permittitur, quod lex Romana deſtruat ius cauſatũ in feudis, vt ſit in allodialibus, vbi liberè diſponitur, vt conſiderat in ſimili *Conſ. de Georg.d.allegat.*18.*num.*30.31. & 32. *in fin.*

In ſecundo articulo, tametſi *Schrad. de feudis,par.*7.*cap.*2. *num.*26.*verſ.de-*
19 *cimo is cui feudum, cum ſeq.* voluerit, quod hypotheca ſuper feudo non ſit feudalis, ſed allodialis, & hæreditaria, vt ipſe loquitur, & ideò inferat, poſſe liberè de ea diſponi, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, rationibus, quæ apud ipſum legi poſſunt, & *Afflict.*

qui interdum in feudis obdormiuit] in *Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ*
20 *nu.*31. dixerit, promiſſionem de vendendo, vel diſponendo de feudo obligare permittentem ſine aſſenſu, quaſi conſiſtat ſolùm in iure perſonali à feu-
21 do abſtracto, vel ſeperato, attamē ſicut communiter eſt in regno damnata opin. *Afflict. per Frec. Minad. Ioffred.* & alios relatos per *Dom. de Franch. dec.*48. *& D. de Pōt. de poteſt. Proregis, tit. de aſſenſ. ſuper dote* § 1. *n.*34. *et* 35.
22 Ita nō minùs eſt reiecta opinio *Schrad.* dum communiter noſtri DD. firmant hypothecam ſuper feudo, vel quamlibet actionē ad feudum iudicari feudalem ex generali regula, ex qua actio ſortitur naturam rei, ad quam dirigitur ex cumulatis per *D. de Franch. dec.*41. *deciſ.* 75. *num.* 3. 4. *&* 5. & iterum *dec.* 593. *& in addit. ad dictam deciſ.* 48. vbi ita pluries in cauſis arduis deciſū refert, & multis comprobat, quinimò
23 idem *Schrader.* latè alibi contrarium defendit, vt etiam actio ad feudum, vel ratione feudi, tanquam ad rem feudalem deſtinata, feudalis efficiatur, iuribus, & rationibus, de quibus per eum *par.* 10. *ſect.* 5. *à nu.* 54. *ad* 62. & iterum
24 *num.* 68. quod latiùs doctiſſimè uiuis rationibus, comprobat in hypotheca *Cannet. in extrau. Siciliæ, volentes* §. *ſed opere pretium eſt, car.* 30. attamen, licet actio, vel hypotheca ſuper feudo ſit feudalis quoad acquiſitionem, & ſic ſuccedat in ea primogenitus tantùm, qui de iure feudorum ſuccedit in feu-
25 dis, quia omnis prẹter proximè, & immediatè ſucceſſorem, dicitur incapax ad feudi ſucceſſionem, ex traditis poſt Feudiſtas per *D. Georgium alleg.* 18. *num.* 19. *&* 20. quod pariter in puncto
26 procedere etiam quoad ſuccedēdum in actione ad feudum, & in exercitio, quia nemo præter legitimū ſucceſſorē poteſt actionem ad feudum exercere, docet D. *de Franch. d. deciſ.* 41. *&* 75. *num.* 4. *de Ponte de poteſt. Proreg. de refut. feud.* §. 11. *num.* 26. *in fin.* reſpectu tamen emolumēti, ſicut in eo, quod ex actione feudali peruenit, ſuccederēt omnes filij vocati ex diſpoſitione iuris ab inteſtato, qui licet excludātur à ſucceſſione, & exercitio actionis, non excluduntur tamen ab emolumēto ipſius actionis, & proinde in eo tanquam in
27 feudo nouiter quæſito competit ſecūdogenitis pars pretij, quæ ex regula collationis pertinet ad ſecūdogenitos iuxtà notata per *Iſern. in l. Imperialem* §. *præterea ducatus in* 2. *addit. de prohib. feud. alien. per Feder.* & ob id poſſent cogere primogenitum, vt agat ad finem partiendi emolumentum, quod ex actionis exercitio peruenit, vt in puncto tradit *D. de Franch. in dict. deciſionibus* 41. *&* 75. ita pariter hæres vniuerſalis ex teſtamento, in cuius beneficium potuit teſtator diſponere, & relinquere actionem etiam feudalem quoad effectum, & ipſius emolumentū etiam integrum, ex quo ex teſtamento ceſſat collatio auth. ex teſtamento *C. de collatio.* & conſequenter ſolutio partis pretij, quæ ex regula collationis
29 deducitur, licet non potuerit teſtator directò priuare legitimū ſucceſſorem ipſa actionis ſucceſſione, & exercitio, potuit tamen priuare illum commodo pretij, & pecuniæ, quod ex retractu
30 actionis peruenit in hæreditate, quod quidem non eſſe feudale, ſed burgenſaticum, probant *Iſern. Afflict.* & alij relati per eundem *de Franch. deciſ.* 64. *num.* 3. *Conſ. de Anna conſ.* 123. *num.* 8.
31 & hoc eſt, quod voluit *Pariſ. de reintegr. in proœm. nu.* 4. *& in* §. *quid ſi Comes, vel Barg, num.* 3. *&* 4. *car.* 7. quod licet ſit feudalis materialiter, non tamē erit feudalis formaliter pœnes acquirentem, & ſic, licet actio ſit feudalis quoad ſucceſſionem, & exercitium, nō tamen reſpectu commoditatis, nec mi-
32 rum, cū actio hypothecaria ſit ſequela perſonalis actionis, vt per *Bart. in l. ſolutam* §. *per liberam ff. de pignor.* & pediſſequa illius, vt dixit *D. de Georg. allegat.* 41. *num.* 13. nec datur ad pluſquam importet ipſa perſonalis actio, ſed illam facit fructuoſam, & vtilem

D. de

D.de Ponte conſ.41.num.32.in 2. quæ
33 actio perſonalis verè in quantum cõ-
cernit pretium, vel commoditatẽ feu-
di,non tangit feudum, nec conſtituit
ius reale ſuper feudo, ex traditis per
*Pernum conſ.4. in 7.car. verſ.ſed poſito
Petr. de Gregor. de conceſſ. feudi par.6.
q. 2.num.17.Reg.* Montaltum relatum
per *Milan. deciſ.Sicil.par.2. deciſ.7.nu.*
43.*Io.Rayn.*citatum per *Conſ. de Anna
conſ.*115.*num.* 10. *Cannet. in extrau.
volentes, verſic. ſucceſſiuè ſubnectitur, car.* 164. & hoc benè ſentit *Dominus Regens de Curte d. cap.* 14. *d.
num.* 104. vbi in puncto conſiderat
actionem perſonalem ſeparatam à feu-
do & poſt *num.* 104. reſpondet ad de-
ciſ. factam in cauſa Marchionis La-
34 uelli,& hæc omnia rectè procederent
in ſimplici actione hypothecaria ſuper
feudo pro conſequenda pecunia cre-
dita,vel fortè etiam pro pretio feudi,
vel ipſius commoditate,prout in hypo-
theca loquitur *Anna allegat.*122.*n.*7.
vt colligitur ex ſerie facti relata in ini-
tio *verſ. ex aduerſo* D. *Philippus*, ſed
quoniam in caſu præſenti Dominus
Hieronymus Marcheſius emptor prin-
cipaliter promiſit cedere, renuntiare,
inſolutum dare, aut alio quouis modo
transferre D. Marchioni, & ſuis hære-
dibus, & ſucceſſoribus,ſeù alteri,&c.
dictam Terram Sancti Lucæ, & hoc in
ſatisfactionem dic. ducat. 16. mil. ſeù
eandem terram, ſeù introitus vendere
&c.cui, vel quibus dictus Marchio,&
eius hæredes voluerint, dictũq; pretiũ
breui manu ſoluere dicto Marchioni,
tanquam ſibi debitum, & ſic principa-
lis promiſſio eſt facta de cedendo, &
transferẽdo ipſam terram, licet alter-
natiuè etiã promittatur per Hierony-
mum vendere, & pretium ſoluere, pro
ſatisfactione crediti, ad electionem ta-
men Marchionis in infrà; ex hoc ſe-
quitur, vt cum obligatio, & actio prin-
cipaliter ſit directa,ad conſequendum
ipſam terram,& ſic corpus feudi,& ſo-
lum eſt in facultate ipſius Marchionis,
& eius hæredum,ſi voluerint cogere
ad vendendum alteri, & pretium cõſe-
qui,hæc actio tanquam competens di-
rectò ad recuperãdum ipſum feudum,
erit omninò iudicanda feudalis,& tan-
quam feudum non ſolum ſucceſſiuè, &
exercitio,ſed etiam quoad effectum,
cum ceſſent rationes ſuperius conſide-
ratæ in actione hypothecaria ſuper feu
do,quæ non competit directò ad con-
ſequendum feudum, ſed creditum ſup
35 feudo,& quod hoc caſu, quando actio
directò competit ad conſequendum
ipſum corpus feudi, quod in omnibus
indiſtinctè,verè,& propriè ſit iudican-
da feudalis, & ſuccedat in ea legitimus
ſucceſſor in feudo, adeò quod *cap. Ti-
tius ſi de feud.defunct. milit.* & alia iura
exorbitantia loquentium de ipſa feudi
ſucceſſione, procedant etiam in hac
actione ad feudum, & quod licet vi-
36 deatur hoc eſſe per fictionem, tamen
quando caſus fictus reſoluitur in ipſam
veritatem,tũc æquiparatur caſus fictus,
& verus, & ſic cum actio ad ipſum feu-
dum tendat ad ipſum feudum haben-
dum,& reſoluitur non fictè,ſed verè,&
realiter in ipſo corpore feudi, ideo lex
loquens de caſu vero, habet locum in
eo caſu,qui licet fictus appareat, reſol-
uitur tamen in ipſam ueritatem, lega-
tur omninò Doctiſs. *Cannetius*, qui
hoc authoritate *Iſern. in conſtit.honorem diadematis noſtræ*, & aliorum la-
tiſſ. probat in *extr.Volentes* §. *ſed quid
ſi fuerit,vbi num.*17.*et ſeq.* reſoluendo
cõtraria,clarè ſẽtit diſtinct.inter actio-
nem competentem ad conſequendum
feudum, vel ad aliud factũ, ſiue pecu-
niam ſuper feudo,vt primo tantum ca-
ſu dicatur verè actio feudalis,non autẽ
37 in ſecundo, idemq; licet nõ ita apertè
ſentit *Schrad.d.par.*10.*ſectio.*5.*nu.*61.
& 68. vbi diſtinguit inter actionem
perſonalem competentem ad feudum,
tanquam ad feudum, vel tanquam ad
rem allodialem,puta pro pecunia,quæ
non eſt feudalis, nec in ea cõſiſtit feu-
dum,vt per *D.de Franch.d.dec.*75.*n.*6.
& 7. Vnde cũ in caſu præſenti Mar-
chio ſit ſtipulatus à Hieronymo terrã,

ſibi & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus reddi, *ſeù*, *vel*, & ſic alternatiuè vendere, cui, vel quibus dictus Marchio, & eius hæredes, & ſucceſſores voluerint, & declarauerint, & nõ alteri perſonæ, & pretium perueniendum ſibi breui manu ſoluere, & ſic neque ſimpliciter eſt promiſſum pretium à Hieronymo, ſed vendere, & pretium percipiendum à futuris emptoribus Marchioni ſoluere, ex quo clarè ex pacto electio ſit
38 ipſius, & eius hæredũ, quorũ appellatione in materia feudali nõ tráſmiſſibili ad extraneos, conſtat non comprehẽdi extraneos, ſed tãtùm legitimos ſucceſſores in feudo, vt per *Bald. in cap.* 1. *in* 8. *notab. de alien. feudi, & in l.* 1. *q.* 48. *ff. de rerum diuiſ. Dec. conſ.* 516. *nu.* 10. cum alijs per Dom. meum *de Curte d. cap.* 14. *num.* 16. *car.* 45. ſucceſſor autẽ legitimus Dominus Alexãder Germanus ex facultate ſibi tributa elegerit, ſibi feudum reſtitui, non eſt quid impedire iure poſſit, vt ipſe feudum conſequi valeat, nec alia poteſt ſupereſſe parti prætenſio, niſi quod fortè aſſerat, ſibi deberi æſtimationem, vtpotè, quia inſtituta ipſa hærede vniuerſali, debeatur æſtimatio huius feudi, quæ vaniſſima erit prætenſio. Primò, quia Princeps Sigiſmundus inſtituit vxorẽ hæredem vniuerſalem in allodialibus, & in certis bonis feudalibus, nihil autẽ in ſpecie dixit de hoc feudo Sãcti Lucæ, prout in facto mihi ſupponitur, cum teſtamentum integrum non viderim, vnde non poſſunt applicari termini, ſi inſtituto hærede in feudis, debeatur æſtimatio, cum in hac actione ad feudum aduerſaria non ſit inſtituta, & ſi eſſet, licet controuerſa appareat illa
39 quæſtio, ſi legato feudo debeatur æſtimatio, & negatiuam opinionem probauit, vti magis receptam *Fab. de Anna conſ.* 87. *per totum*, qui omnes adducit, & *Regens de Curte cap. multoties concedens*, licet pro affirmatiua reſponderit *Reg. Ianar. conſ.* 80. *Regens de Ponte conſ.* 88. *Camer. in cap. Imperialem pag.* 28. *Frecc. de ſubfeud. lib.* 3. 12. *diff.* & ita dicit eſſe iudicatum *Minad. in conſtit. in aliquibus num.* 33. *in*
40 *princip.* attamen in inſtitutione hæredis in anno 1582. & 1584 in cauſis illorum de Soriano, & de Venatis, in dictis Tribunalibus Sac. Conſil. & R. Cam. Summar. cum interuentu D. Lopez de Guſman Regij Viſitatoris, fuit deciſũ non deberi æſtimationem, & *Regens de Curte loco citato d. cap. multoties concedens ſub num.* 102. dicit æſtimationem non deberi ex defectu poteſtatis, etiã ſi teſtator legauerit feudum extraneo non legitimo ſucceſſori, etiamſi non poſſet habere feudum, legabat æſtimationem, quia non valeret ex defectu poteſtatis, & *Regens de Ponte in lecturis in tit. de ſucceſſ. feud. lect.* 11. *nu.* 35. teuocauit ſcripta *in conſ.* 88. & dat rationem diuerſitatis inter legatum feudi, & inſtitutionẽ hæredis in feudo *n.* 35. & *Curt. iun.* fuit ſibi contrarius in *conſ.* 30. nam contrarium dixerat *in tit. de feud.* 4. *par. princ. num.* 12. *verſ. videtur limitanda*, & tandẽ pro Domino Alexandro, quatenus deberetur æſtimatio ad illam, ipſe non teneretur, ſtante nullitate diſpoſitionis ex cauſa fraudis, & odio, quo teſtator ipſum, & ſuos deſcẽdentes inuictiſſimè eſt proſequutus, qua ratione redditur nulla diſpoſitio, vt latè ſcribit Dom. Sartorius baldacchinus doctiſs. collega, & aliàs memini me latiſſimè ſcripſiſſe pro hoc eodem Domino in cauſa Terræ Montis Caueoſi, ideò non repeto, addo tantùm, quod dicit *D. de Ponte de diuerſ. prouiſ. ſub tit. de legitim. num.* 8. *fol.* 486. quod etiam in feudis hæreditarijs, quæ ad libitum alienari poſſunt à patre, vel à fratre, ſi de illis ſit diſpoſitio, dum filijs carent, de ſtylo Cancellariæ Regis noſtri aſſenſus ſoleret denegari, vt in ſpecie inter alios casᵘ dicit cõtigiſſe in pſonã D. Beatricis de Ebulo, cui fuit denegatus aſſenſus ſup alienatione feudorum, quia deſperata de filijs fauebat in præiudicium ſororum legitimè ſuccedentium, & ſic pariter pluries fuiſſe practicatũ refert, & licet referat in hac

cauſa

cauſa ad inſtantiam Marchionis Boualini, fuiſſe conceſſum aſſenſum, vt diſponeret in beneficium vxoris ad excluſionem fratris,& nepotum, cũ quibus (vt ait ipſe) non bene ſe habebat dicit tamen id non ſolere fieri, niſi ex vrgentiſſimis cauſis,& apertè ſentit,nõ fuiſſe iuridicè pſtitum aſſenſum, quod cum ſit præſtitus,ſaluo iure tertij,poterit hodie D. Alexander circa nullitatẽ totius diſpoſitionis ſuo iure vti.

DECISIO.

Die 15. Decembris 1612. referente Dom. tunc Conſiliario Brancia iunctis aulis, fuit prouiſum, detur terminus iuris in cauſa ad probandum incumbentia,& interim manuteneatur in poſſeſſione Terræ Sancti Lucæ olim nominatæ Potomia in Prouincia Calabriæ vltrà Donna Anna Marcheſia filia Hieronymi, & Alexander de Loffredo deſiſtat à turbatione illata,& reſtituat omne,quod fortè exegerit,vt ex decreto in proceſſu Hieronymi Marcheſij contrà Alexandrum de Loffredo, in dicta banca Borrelli, car.13. à terg. & cum per dictum Alexandrum fuiſſet intentatum peritorium, Terram ſcilicet prædictã, vel ſaltim ipſius pretium ſpectare ad ipſum, non obſtante quauis diſpoſitione facta per Principẽ fratrem in vita, vel in morte, tanquam nulla, inualida, & in fraudem legis, & ſupplicantis, vt fol. 18. fuit datus terminus 29. Octobris 1615. f.50. à terg. & pendet hodie proceſſus indeciſus, quoniam verò non ſemel in huius viri, hoc eſt Hieronymi Marcheſij mentionem nõ inuitus incurri, viſum mihi eſt non abs re fore in huius controuerſiæ exitu de illo quid ſentiam,compendio commemorare. Is enim quoniam ampliſſimum, ac ſapientiſſimum parentem Fabium verè Maximum, ac Iurecon. ſultorum eius ætatis facilè principem legum, ac iuris prudentia ſuperare nõ poterat; quamuis iuuenis ſenem æquare tentauit; æquaſſet autem fortaſſe,ſi vt illius ingenium,ita ætatem iuris vſu, atque exercitatione attigiſſet; verùm is longè nobiliore auſu æmulationis illius gloriam Andreæ fratri, quem ſibi iiſdẽ ingenij, doctrinæq; laudibus ſupparem cernebat, libentiſſimè concedens, cũ inter cauſarum patronos verſaretur, in primis mortalium rerũ omnium illicebras cunctorum admiratione aſpernatus, Deo ſe Religioſam in ſeruitutem in Societate Ieſu conſecrauit; eo nimirum in Ordine,atque Illuſtriſſimorum ſanctitate,ac ſapientia hominum cœtu,inter quos non ſanctè ſolùm,pièq; ipſe viueret,ſed aliorum etiã iura in ijs cauſis, in quibus apud Deũ iudicem de æternorum bonorum, ſiue lucro, ſiue diſpendio agitur,tueretur, ita illum Deus Opt. Max. publico bono diù ſeruet incolumem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum à marito relictum, cum dote, & antephato non compenſatur.*

2 *Legatum nunquam compenſatur cum debito, niſi adſit voluntas teſtatoris vera, vel præſumpta.*

3 *Relictum creditori in dubio intelligitur animo compenſandi, cum dubio neceſſario & num.21. fallit in dubio, quod incepit deberi poſt teſtamentum. & mortem teſtatoris, & num.11. vel ſi teſtator non ſit debitor, ſed futurus eius hæres, num.12. & 16.*

4 *Dos,& antephatum, debitum eſt voluntarium, non autem neceſſarium, & idem in intereſſe dotis, & antephati, quod velut acceſſorium eſt eiuſdem naturæ, nu.5.& 6.*

7 *Debitum voluntarium dicitur illud, in quo propria voluntate,contractu, vel facto,origine attenta,quis incidit, neceſſarium verò,quod abſq; hominis facto à lege inducitur,& nu.9.*

8 *Intereſſe dotis non deſinit eſſe voluntarium, licet de iure præſtare cogatur hæres mariti,elapſo anno à die ſoluti matrimonij, quia habet originem ex contractu voluntario.*

10 Sta-

10 *Statutum, vel conſuetudo obligans ad id, quod deſcendit ex facto hominis voluntario, non mutat naturam, debiti voluntarij, origine attenta.*

11 *Legatum non cenſetur factum animo compenſandi, cum debito etiam neceſſario, quando incipit eſſe debitum poſt mortem teſtatoris.*

12 *Intereſſe dotis, & antephati, quod incipit deberi poſt mortem teſtatoris, non eſt verè debitum defuncti, ſed hæredis ex propria mora, & culpa.*

13 *Mora eſt debitum in omittendo.*

14 *Qualitates non entium nullæ.*

15 *Legatum à defuncto nunquam compeſatur cum debito hæredis, etiam depēdente occaſione hæreditatis.*

16 *Teſtator ſi tempore diſpoſitionis non eſt debitor, ſed ipſius hæres eſt, vel erit debitor in futurum, legatum nō compenſatur, etiamſi debitum poſt mortē ſit omninò extiturum, num.* 17.

18 Caſtr.conſ.35. lib.2. *loquitur in diuerſis terminis, & contra eum ſtat comm.opin.*

19 *Legatum hæredis, quando cenſeatur factum animo compenſandi, cū debito defuncti, caſus diuerſus remiſſiuè,*

20 Franc.Marci. Xuares, Caualcani, & aliorum, *in hoc ſententiæ declarantur, et in parte confutantur, & nu.* 22.

23 *Arræ in Hyſpania ſucceſſerunt loco donationis propter nuptias, & opinio* Xuarez *circa arras improbatur.*

24 *Arræ, quæ debentur ex diſpoſit. legum Hyſpaniæ, adhuc ſunt debitum volūtarium.*

25 *Intereſſe dotium, & antefati definitum per* Conſuet. Neap. *non mutat naturam debiti voluntarij.*

26 Molfeſij *motiua contrarium ſentientis reſoluuntur, & ſtandum eſt potius deciſionibus ab ipſo relatis pro com. ſententia, quàm ipſius opinioni.*

27 *Deciſiones, vbi ſunt diuerſæ, vel contrariæ, ſtandum eſt nouiſſimis, & ſtylus vltimus Tribunalis præualere debet, & de authoritate ſtyli.*

28 *Tutor præſumitur ſibi adminiſtrando ſoluere, & ſatisfacere de eius credito, verùm duobus copulatiuè concurrentibus, & non aliter n.* 29.

30 *Redditio computorum non impedit dotis, iuriumq; dotalium exactionem.*

31 *Præſcriptio longiſſimi temporis, omnem tutelæ actionem perimit.*

32 *Actio perſonalis ſi oritur, & coniungitur cum reali, vt in actione tutelæ contingit, præſcribitur minori tempore.*

33 *Actioni tutelæ, nedum longiſſimo tempore præſcribitur, ſed ex taciturnitate viginti annorum, cenſetur inducta remiſſio, præſertim inter ſanguine cōiunctos, num.* 34. *maximè, cum ſtetit per eum, cui rationes erant reddendæ num.* 35.

ARGVMENTVM.

Legatum factū à viro nunquam cenſeri factum vxori animo compenſandi cum dote, nec cum antephato, quæ, probatur eſſe debita voluntaria, idemq; in ipſorum intereſſe, vti acceſſorio, & eiuſdem naturæ, & proinde vtrumq; deberi, idque generaliter obſeruandum, quando debitum non viget tempore diſpoſitionis, & mortis teſtatoris, ſed incipit deberi poſt mortem, tametſi occaſione hæreditatis, & generaliter debitum voluntarium à neceſſario diſtingui ab ipſo initio, & origine, quāuis poſtea ſuperueniat neceſſitas ſtatuti, vel conſuetudinis. Arræ de quibus loquuntur leges Hyſpanæ, cenſeri debitū voluntarium, & variæ DD. ſententiæ cōciliatæ, & declaratę. Exceptio redditionis computorum tutelæ, an obſtet matri repetenti dotes, & iura dotalia, & quando tutor præſumatur de ſuo credito ſatisfactus, & actio tutelæ cenſeatur præſcripta, vel remiſſa, dilucidè explicatur, & ex receptis ſententijs, cum deciſionibus exornatur.

Pro

Pro Domino Scipione Gambacurta contrà Hæredes D. Io. Antonij Gambacurta.

CONTROVERSIA XXIX.

SCipio Gambacurta prætendens ex perſona Ioannę Carrafę ſibi deberi intereſſe dotium, & antefati, nec non alimẽta legata, habet intentionem fundatam in caſu l. expreſſo *in §. primum itaque, verſic. ſciendum, l. vnic. C. de rei*
1 *vxor. actio.* vbi ceſſare dicitur in actione ex ſtipulatu edictum de alterutro tantùm conſequẽdo, ita vt vxor à marito relicta recipiat, & dotem cõſequatur, cum manifeſtum ſit, teſtatorem, qui non hoc addidit, voluiſſe vtrumq; conſequi; vnde ſi legatum nõ debet compenſari cum dote, idem ſeruabitur in ipſius intereſſe, quod velut acceſſoriũ, & appendix eiuſdem eſt omninò naturæ, vt in terminis includendæ, vel excludendæ compenſationis, probant *Crauett. conſ. 249. num. 6. Menoch. conſ. 56. num. 33. lib. 1.* & latiùs *de præſump.*
2 *cap. 110. nu. 35. & 36.* nunquam enim legatum compenſari cum debito, niſi adſit voluntas teſtatoris vera, vel à iure præſumpta, tradit *Baeza, de decima tutoris cap. 5. num. 34. & 39.*

Nec dicatur hoc intereſſe dotium conſiderari velut debitum neceſſarium vigore ſtatuti, ſeu conſuetudinis Neap. *Viro mortuo, de iure dotium*, & conſequenter legatum alimentorum compẽſandum eſſe cum debito neceſſario, in quo aduerſarius prętendit habere communem opinionem pro ſe, & Sac. Conſ. deciſ. ſiquidem comm. fere omnium ſententia rectè perpenſis DD. ſolidioribus rationibus fulcita, & plures, & poſteriores deciſiones ſtãt ꝓ nobis.

Admiſſa enim commũni diſtinctio-
3 ne, vt debitor legando creditori cenſeatur in dubio animo compenſandi, cum debito neceſſario, ſecus verò cum debito voluntario, vis eſt videre, quãdo verè cenſeatur, debitum ex cauſa neceſſaria, vel voluntaria, in quo illud in primis eſt abſolutum debitum dotis ex communi DD. omnium traditione,
4 cenſeri debitum voluntarium, non neceſſarium, & proinde in marito legante vxori ceſſare animum compenſandi cum dote, & ſic quod vxor poſſit vtrũq; petere, probant *Signor. Caſtr. Alexand. Picuſ. Crot. Pariſ. Berous, Natta, Bellonus*, & alij congeſti per *Rolan. conſ. 65. num. 18. & ſeq. & conſ. 75. num. 26. in 2. volum. Surd. conſ. 112. num. 43. & 44. lib. 1. Mantic. & Sim. de Præt.* relati per *Guttier. de tut. part. 3. c. 5. nu. 2. & 24.*

Idemq; in antefato, quod debetur ex conuentione, quamuis videatur neceſſariò donatio propter nuptias à viro conſtituenda, ex reg. *auth. dos data C. de*
5 *donat. ante nupt.* adhuc tamquam debitum voluntarium æſtimari in materia noſtra, decidit *Bald. conſ. 58. verſ. ſecundo dicitur* iuncto *num. 2. verſ. ſuper 2. puncto l. 2. Afflict. deciſ. 242. poſt num. 1. Gram. deciſ. 97. num. 4.* & defendit *Caſtill cõtr. tomi de vſufr. c. 46.*

Quod igitur diſpoſitum eſt expreſsè in dote, & etiam in antefato, non vi-
6 deo cur non idem cẽſendum ſit in illorum appendicibus, cuiuſmodi eſt intereſſe *Afflict. deciſ. 154. Curt. iun. conſ. 129. in fin. Menoch. conſ. 56. n. 33. lib. 1.* cũ alijs ꝑ *add. ad Rub. cõſuet. Neap. de iur. quart. in add. incip. ad materiam, in fin. Surd. conſ. 112. num. 33. lib. 1.*

Secundò id apertè apparet ex commun. declar. DD. in hac materia,
7 qui dixerunt illud eſſe debitum voluntariũ, qñ quis in illud incidit ꝓpria voluntate, & ex proprio contractu, vel facto, nulla iuris ſubſiſtente neceſſitate principio attẽto, vel origine; è conuerſo autẽ dicitur debitum neceſſarium, quando abſque hominis facto ex l. diſpoſitione cauſatum fuit, idcircò initio neceſſitatem requirunt in ipſo ortu obli-

obligationis,neque ad rem neceſſitatẽ attincre, quæ ex cauſa,aut origine voluntaria deſcendit, vt poſt *Aret. in l. is poteſt,in fin.ff.de acquir.hæred.* cuius dicto vtitur *Alciat.in l. 2.§. ex his ff. de ver.oblig.* bellè explicat *Crauet.* in reſp. pro genero *à num.* 32. *ad* 45. & iterum poſt *num.* 386. vnde cum intereſſe dotis habeat originem ex contractu voluntario, quia maritus non cogebatur dotem recipere, licet poſtquam illam recepit,cogatur illam reſtituere ſoluto matrimonio, alioquin elapſo certo tempore cogitur hæres ſolucre certum intereſſe taxatum à conſuetudine, hoc iuris vinculum ortum à contractu voluntario præcedente,non facit quominùs debitum deſinat eſſe voluntarium,attenta origine,& initio voluntario,quod in hoc ſolùm eſt ſpectandum, vt vltrà *Crauet.* optimè vbi ſupra explicat *Pariſ. conſ.69. num. 26. lib. 2.* & pleniùs *Surd.* dicens hanc eſſe com. omn. ſentent. *d. conſ.112.num.64. & ſeq. l. 1. Mantica d.l.10.tit.2.num.15.* & ad *Crauet.* ſe refert in hoc *Peregr. de fideicomm. art. 33. num. 41. in fin.*

9 illud adijciens, debitum neceſſarium eſſe illud,quod ex lege inducitur abſq; vllo facto hominis poſt *Ang. conſ. 277. col.fin. & Phanut.de lucro dotis,gloſſ.8. num.90.* idem *Bald. conſ. 58. num. 4. l.2.Mantic.d.lib.10. tit.2. nu.3. & 4. Guttier.* optimè *d. par.3. de tut. cap. 5. num.11.Caſtil.Hyſpan.de vſufr. lib.1. c.46. in princ.* quibus accedit *Barboſa* qui reaſſumens commun.declar.*in l.ſi cum dotẽ 23. §. ſi pater poſt n. 1. verſ. Bart. autẽ hic*,& iterũ poſt *n.5.ff.ſolut. mat.poſt Rodor.Xuarez tit.de las Arras num.37.* dicit,debitum voluntarium eſſe,quod propria voluntas,& factum ſpontaneum conſtituit, debitum verò neceſſarium, quod lex, vel ſtatutum omninò præter eius voluntatem debitorem facit, vel cum lex inducit obligationem præter principalem intentionẽ facientis, quo caſu cenſetur merè legalis obligatio,& ſic cum de conſuetudine uir promittat in contractu uoluntario dotis, ipſas conſeruare, & reſtituere in omnem caſum reſtitutionis, cum damnis, expenſis, & intereſſe, nemo negare poterit debitũ hoc tanquam ex conuentione deductum, & promiſſum,dici potius conuentionale,quàm legale,& quod ſtatutum, ſiue conſuetudo concurrens cum facto hominis uoluntario,& obligans ad id, 9 deſcẽdit ex pulſione hominis, non faciat quin remaneat adhuc debitum uoluntarium, in terminis docet *Bald. in l. vxor tua* in ultim. uerb. *C. de bon. aut.iud.poſſeſſ.* ſequitur *Io.Bapt. Bouius tract. de præſcrip. ſtat. gloſſ.21. nu. 46.* dicens,teſtatorem, qui erat debitor iuxtà conſiderationem legis,& cõtractus non cenſeri legare, animo compenſandi ſequitur *Surd. d. conſ.112. num.43. lib.1. Barboſ.* optimè *in d.l.ſi cum dotẽ §.ſi pater verſ. & confirmatur ff.ſolut. matrim. Menoch.de præſumpt.lib. 4. c. 109.num.54.* & in hoc puncto,communem eſſe opinionem,cum *Bald.* fatetur *Gabri.conſ.16.n.31.in fin.lib.1.* quãuis in reliquis controuerſa ſit opin. *Feder. de Scal.* per eum citati,ut uidere eſt apud *Menoch.d. cap.109.num.* . .

Tertiò tametſi intereſſe dotis conſideraretur, ut debitũ neceſſarium ſimpliciter,quod omninò negamus, cum

11 tamen cœpit eſſe huiuſmodi intereſſe debitum poſt teſtamẽtum, & mortẽ teſtatoris,ut de ſe patet,nullo modo cenſebitur huiuſmodi legatum factum animo compenſandi,etiam, quod millies ſit neceſſarium,ut ex *l.huiuſmodi §.qui ſeruum ff.de leg.1.*& traditis per *Gloſſ. Bart.et alios in d.l.ſi cum dotem §.ſi pater.* docet in terminis *Gabriel d. conſil. 16. poſt numer. 31. lib. 1. Ruyn.* loquens nuncupatim in alimentis legatis *conſ.80. num.6. & in fin. lib.2.* Hoc.n. intereſſe dotis, & anteſati non erat debitum tempore legati, ſed incepit deberi poſt mortem ab ipſo hære-

12 de exiſtente in mora ſoluendi dotem & anteſatum, de quo caſu non potuit teſtator uериſimiliter cogitare, cum

13 mora ſit delictum,etiam in omittendo

Iaſ.

Iaſ. in l.ſi ita quis promiſerit 135. *§.ſi*
Seia ff.de verb.oblig.& delicta non prę-
ſumuntur idē *in l.non amplius* 26. *§.ſi*
*certum ff.de leg.*1.*Menoch.de præſumpt.*
*lib.*1.*cap.*2.*à n.*1.*& cap.*3.*ex num.*14.
& ſi non erat debitum tempore teſta-
menti,nec de eo cogitauit, nec cogita-
re potuit teſtator, quomodo defendi
poteſt teſtatorem legaſſe animo com-
penſandi, cum hoc intereſſe tunc non
exiſtente, nec etiam imaginariè ap-
14 parente, cum non entium nullæ ſint
partes *l.*2.*ff.de vſufr.cum alijs à Crau.*
*conſ.*216.*num.*10.

Hinc iure optimo, reſponderunt
15 DD. legatum defuncti non compen-
ſari cum debito hæredis, etiam occa-
ſione hæreditatis deſcendente, *Gabr.*
*conſ.*16.*poſt num.*31. *lib.*1.*Ruyn. conſ.*
80.*num.*6.*& in fin.l.*2.*Regens de Pont.*
*conſ.*72.*num.*2.*lib.*2. & ratio eſt, quia
quando teſtator nō eſt adhuc debitor,
ſed eſt ad præſens, vel futurus eſt de-
16 bitor eius hęres,legatum à teſtatore
factum non cenſetur animo compen-
ſandi,cum debito hæredis, tametſi ne-
ceſſario, vt poſt *Butrium,Panor. Salyc.*
Imol. Iaſ.Tiraquell.Afflict. deciſ. 138.
Xuarez,de comm.ſententia tradit *Ga-*
*ſpar.Baeza de decima tutor.cap.*5.*n.*17.
*Guttierez de tutel.par.*3. *cap.*5. *num.*6.
*& num.*20.*verſ.ſimiliter,& poſt n.*24.
*verſ.ſecundum, Ruyn.conſ.*74. *num.*2.
*Munnoz de ratioc.cap.*30.*nu.*31. vndè
cum hoc intêreſſe, vel ſit debitum hæ-
redis, qui ex propria mora ad illud te-
netur, vel ſaltim incipiat deberi poſt
mortem, non cenſebitur animo com-
penſandi relictum, & iſti omnes nedū
communē hanc opinionē profitentur,
ſed in fortioribus terminis loquuntur
præſertim *Baeza*,nempè in debito hæ-
redis occaſione hæreditatis omninò
extituro, & de quo idcircò teſtator co-
17 gitare potuerat, at nos agimus de de-
bito hæredis incerto,& nō omninò fu-
turo, quippè quod non eſſet ortum,ſi
hæres antefatum ſine mora ſoluiſſet,&
de quo teſtator non potuit cogitare,
aut debuit veriſimiliter contrarium
cogitare, nempè hæredem adimpletu-
rum, quod debebat, & vxori de eius
credito ſatisfacturū,& in moram non
18 inciſurum, vnde non obſtat *Caſtrenſ.*
*conſ.*35. *lib.*2.in contrarium citatus,
quia contrà cum ſtat commun. opinio,
vt patet, nec eius dictum applicari po-
teſt ad caſum noſtrum, dum agit de
debito hæredis exiſtenti, & apparenti
tempore legati, & mortis teſtatoris, *&*
Anchar.conſ 26. *Crauet.conſ.*131. *Pe-*
*regr.de fideicomm. art.*43. *num.*41. lo-
quuntur in caſu conuerſo,ſcilicet,quā-
19 do legatum hæredis cenſeatur factum
animo compēſandi cum debito defun-
cti, qui caſus eſt ſatis diuerſus,nec il-
lius rationes caſui noſtro conueniunt,
nec minus obſtat *deciſ. Franc. Marci*
819. *par.*1.*Rodor.Xuarez in tit.de las*
Arras, Sebaſt.Medices,cum alijs cōge-
ſtis à *Caualc.de vſufr. mulieri relict.*
*n.*52. *Marcus enim d.deciſ.*819. *nu.*2.
20 *verſ. verumtamen* non audet firmarę
opin. cōtrariā, quimò apertè inclinat
in noſtrā, reſpōdens ad *dec. Guid.Pap.*
541. quod loquatur in caſu diuer-
ſo,*Caualc.* autem cum alijs,quos citat,
quatenus loquatur de legitima, & alijs
21 ex pura, & mera iuris communis, aut
ſtatuti diſpoſitione debitis, nihil ob-
ſtat, dum verò loquitur in donatione
propter nuptias, ſiuè antefato, quod
22 deſcendit ex conuentione,non firmat,
ſed ſe declarat,aut corrigit *num.*20. vt
nuncuparim aduertit illud reprobans
latè *Caſtill.lib.*1.*de vſufr.d.c.*46.*n.*10.
23 14.*& ſeq.* idemq; in arris,quæ in Hy-
ſpania ſucceſſerunt loco donationis
propter nuptias,improbatur quoque
opinio *Xuarez de las Arras num.*36.
nam licet deberi videantur ex legibus
24 Regni, tamen potius dictæ leges præ-
ſuppoſita maritorum voluntate, taxant
arrarum quantitatem, vt rectè explicat
*Barboſa in d.§.ſi pater poſt nu.*12.*verſ.*
ſecundo principaliter Tellius in l. 16.
*Tauri num.*6. vbi & *Ceruantes nu.* 20.
*Caſtill.latè d.cap.*46.*num.*11. ex quo
etiā videtur determinari caſus noſter,
25 vbi quoq; prætendi poteſt Conſuetu-
dinem

Digitized by Google

dinem Neapolitanam ad taxandum tantùm promiſſum intereſſe, inductam fuiſſe.

Ex quibus reſoluuntur virtualiter 26 omnia; quæ nouiſs. *Molſeſ.* in contrarium attulit *part.6.de iur.dot.q.* 10. qui *nu.*9. pro nobis citat duas deciſ. S. C. & authoritatem *Napod.in Conſ.quartã autem*, ſicut etiam contrà deciſ. ſiccopede telatam ab *Ant. de Alex.* fuiſſe poſteà deciſum per Sac. Conſ. teſtatur *Conſ.de Bott. in eod. loc. in verſ.contra-* 27 *rium autem fol.* 242. iuxtà quas deciſiones vti recentiores, & maturius latas omninò eſt iudicandum, vltimus.n. ſtylus, & obſeruantia Tribunalis eſt attendendus, *l. Mela ait* §.1.*ff. de alim. & cibar. legat. Gramat. in term. deciſ.* 103. *num.*99. & de ſtyli authoritate latiſs. *Knichen de veſtit.paction.par.*3. *c.*2.*num.*117.

Et ex prædictis etiam reſoluitur aliud, & ſecundum principale obiectũ, quod tametſi prædictum intereſſe non eſſet compenſatum, tamẽ præſumi de- 28 bet ſatisfactum, ex quo Ioanna creditrix fuit tutrix ex reg. *l. ſed ſi damnum* §.*peculiũ ff.de pecul.* cũ alijs per *Afflict. dec.*13.*n.*16. cum enim ſupra ſit fundatum hoc intereſſe non eſſe propriè debitum patris pupilli, ſed ipſius pupilli, cum oriatur ex mora contracta poſt parentis mortem, tutor hoc caſu nec poteſt ſibi ſoluere, nec præſumitur ſibi 29 ſolniſſe, duo enim copulatiuè requiri vt tutor præſumatur ſibi ſatisfactus, quod fuerit ſcilicet creditor patris pupilli, ſecundum quod probetur adfuiſſe pecuniam ex qua commodè potuerit ſibi ſoluere, probat tex. clarus *in l. quoties* §. *ſicut autem ff. de admin. tut.* quæ omninò in terminis exigi, tradit *Laurent. à Pinu. conſ.* 60. *num.*14. & optimè probat *Guttier. de tut. par.*2.*c.* 9.*num.*48. *et ſeq.* vnde cum vltimum requiſitum non ſit probatum, primum autem omninò deficiat, ceſſat omninò 30 hæc præſumptio, nec aduerſùs petitionem dotium, & iurium dotalium, quæ eadem ſortiuntur priuilegia, vt p *Surd. conſ.*112.*n.*33. *lib.*1. obiecta exceptio redditionis computorum quicquã impedire poteſt illotũ exactionẽ, tũ ex ordine, ex tex. claro *in* §. *taceat.l.vni.C.de rei vxor.actio.* ut cõtrà *Soec.cõſ.*180.*l.* 2. eſt com.omn. ſent. cũ *Neguſ.de pign. in* 1.*memb.*5.*par. nu.*36. *verſ.decimo*, vbi cum iudicio poſt *num.* 37. *verſ.et hoc tantò fortiùs*, non excludit caſum, vbi ordinariè agitur, *Caualcan. tract.de tutore,n.*219 *Guttier.de tutel.*2.*par.c.*9. *num.*52. *ad fin.Surd. deciſ.*184. *nu.* 2. *in fi.* Munnoz. *de ratioc. cap.*21. *nu.*27.

31 Tùm etiam ex iuſtitia, quia iam longiſſimi temporis præſcriptio, nedum 30. annorũ, ſed vltrà annos vnũ, & quinquaginta, omnem tutelæ actionẽ perimit. *gloſſ.*1. *in l. maximè in fin.* & melior *gloſſ.in l.ſi pupillus* 46.*verſ.tempore liberatur ff. de adm. tutor. Purpur. conſ.* 339.*l.*1. cum alijs *à Surd. conſ.* 460 *n.*60.*lib.*4. & latiſs. poſt infinitos Hyſpanos, *Munnoz.d.tract. de ratioc.c.* 41.*n.*18.*et* 24. & in terminis *Afflict.d. deciſ.*13.*num.*3. *et* 4. quod generale eſſe in actione perſonali etiam perpetua, probat latè *Couar. lib.* 1. *variar. cap.*9.

32 Accedat quod quando actio perſonalis oritur, & coniungitur, cum ipſa reali, vt contingit in actione tutelæ, iuxtà *tit. de tut.et ratioe.diſtraen.* iuncta *l. pro officio* 20. *C.de adm. tutor.* præſcribitur minori tempore; ſcilic. viginti annis, ſicut ipſa realis *Balb.de præſcrip.* 2.*par.* 4.*part.princ. quæſt.*2. *num.*3. *et* 4. *Cauale.de vſufr.num.*170. quinimò 33 nedum cẽſebitur actio tutelæ præſcripta ſpatio lõgiſſimi tẽporis vltrà 50. annos, ſed ex taciturnitate viginti annorũ Fabritij & Io. Antonij fratrum cenſetur iudicij inducta remiſſio, cum inter eos aliquando fuerit communis hæreditas, & deinde etiam diuiſio facta, nec vnquam Io. Antonius has rationes reddi poſtulauerit, ità in terminis *Caſtr.conſ.*126.*num.*1. *in fin.lib.* 2. ſequitur *Cephal.conſ.*240. *num.*8. *vol.*2.

34 Quod præſertim procedere inter ſanguine coniunctos ex reg. vulg. *l.procula ff. de*

ff.de probatio. licet cum *Beroio*, lapſum 30. ann. dicat requiri, *Maſcard.de probation.concluſ.1262.num.9.* & maximè
35 cum ſtetit per eum, cui reddenda erat ratio, quominùs redderetur, vt latè per *Cephal. conſ.9.* per totum *lib. 1.* cuius contrarium apparet hic factum in alimentis, quæ ab initio fuerunt petita, fol. 103. & 108. & ſic quæ voluit exigere, petijt, & alia conſultò omiſit, ex quibus omninò in fauorem Scipionis pronunciandum ſperatur à doctiſſimis viris, cui hæc omnia, & me quoq; ſubijcio, Menſe Septembris 1615.

Fuit hæc cauſa cum pluribus alijs litibus, & controuerſijs tranſactione finita, vt in calce ſequentis controuerſiæ annotatur.

SVMMARIVM.

1 *Debitum dependens ex dote dicitur voluntarium, & num.11.12. & ſic intereſſe ipſius, num.13.14. & de ratione, n.15. & 16.*

2 *Debitum neceſſarium tripliciter conſiderari poteſt ſecundùm* Xuarez, & Barboſ.

3 *In debito neceſſario diſtinguendo à voluntario, initium, & origo obligationis attendenda.*

4 *Obligatio, ſiue debitum inductum per ſtatutum, præcedente facto debitoris voluntario, non ad hoc ordinato, vtrũ dicatur voluntarium, vel neceſſariũ, & n.5. & 6.*

7 Mulier *dans dotem marito videtur ſe conformare, et velle idem, quod ſtatutum, declara, n.8.*

9 Bald. *opinio in hac materia* in auth. præterea, *magis comm.reprobatur, et n.10.*

17 *Debitum dotis cum intereſſe, dicitur voluntarium etiam in hac Ciuitate quamuis intereſſe debeatur ex particulari Conſuetudine Vrbis noſtræ.*

18 *Intereſſe dotis debetur viduæ, etiam iure communi attento, maximè quãdo eſt promiſſum, nu.19. expreſsè, vel tacitè n.20.*

21 *Viduæ induſtrioſæ, vel ſi in loco, vbi moratur, promptæ ſint emptiones annuorum introituum, vel de facili poſſet dare pecuniã ad honeſtum lucrum debetur intereſſe, tametſi habeat, vnde ſe alat.*

22 *Vxori viduæ, lapſo anno ex mora hæredis, debetur intereſſe dotis; etiam in tempore incerto certificando, num.23.*

24 *Debitum ratione moræ dicitur voluntarium, cum mora ſit delictum.*

25 *Debitum ex voluntate promiſſum, non efficitur neceſſarium ex eo, quòd ſtatuto, vel conſuetudine veſtiatur.*

26 *Cõſuetudine Neapolitana potius taxatur quantitas intereſſe, quàm diſponatur deberi.*

27 *Vxor vidua, quæ elegit percipere alimenta, non petit intereſſe dotis, niſi ſint ſibi alimenta legata, n.28.*

29 *Arræ debitæ ex legibus Hyſpaniæ ſimiles cenſentur antefato debito ex vſu Regni, & proinde, vt debitum voluntarium, ad illius inſtar eſt indicatum non compenſari.*

30 *Intereſſe dotis non compenſatur cum legato à viro facto, & ita deciſum.*

31 *Acceſſorij, & principalis idem iudicium.*

32 *Intereſſe dotis compenſatur cum alimentis vxori minimè legatis, pro rata æſtimationis alimentorum.*

33 *Compenſatio, vbi admittitur, fit dumtaxat pro rata tantùm ſummæ percepta, vel debita*

De eadem materia præcedentis Controuerſia.

ARGVMENTVM.

Debitum dependens ex dote, & ipſius intereſſe adeo iudicatur voluntarium, attenta origine, ſiue obligationis exordio, ut etiam ſi cum ipſo actu voluntario concurrat diſpoſitio ſtatuti, uel conſuetudinis, adhuc retineat naturam ab initio inſitam debiti uoluntarij, cum neceſſarium

debitum ſit illud, quod per legem, uel ſtatutum inducitur, præter, & ultrà principale propoſitum actum facientis, & ad illud nõ ordinatum. Intereſſe dotis certis caſibus uxori deberi, etiam iure communi, & Conſuetudine Neapolitana potius taxari ſummam intereſſe, quàm quòd illud deberi declaretur. Et an compenſetur cum alimentis perceptis per uxorem ab hæredibus uiri, & quomodo: latè comprobatur.

Pro eodem Domino Scipione Gambacurta, quondam Pompei.

CONTROVERSIA XXX.

CVm nulla ſit probabilis controuerſia inter Scipionem Gambacurtã quem tuemur, & hæredes, quond. Io. Antonij, in articulo generali, legatum regulariter non cenſeri factum animo compenſandi cum debito voluntario, ſecus verò cum debito neceſſario, & in eo ſolùm omnis ſit conſtituta diſceptatio. Vtrum intereſſe dotis, quod negari non poteſt, originem trahere ex contractu voluntario receptionis dotium, tametſi quantitas ipſius taxetur per Conſuet. Neap. ſit voluntarium, vt nos contendimus, attento initio ordinato ad hunc finem, vel potius neceſſarium, vt contenditur ex aduerſo: ingenioſus aduerſarius agnoſcens pro Scipione vrgere caſum *l. vnica §. primum, verſ. ſciendum C. rei vxor. actio.* & comm. DD. ſententiam, quibus clariſſimè inſinuatur, debitum dependens
1 ex dote, eſſe voluntarium, propoſitã diſtinct. *Xuarez tit. de Arris num. 37.* fundata in doctrina *Bar. in l. ſtipulationes non diuid. num. 37. ff. de verb. oblig.* latiùs exornata per *Barboſ. in l. ſi cum dotem 23. §. ſi pater num. 5. verſ. primò ſtrictè ff. ſolut. matr. Simon. de Pratis de inter. vltim. volunt. lib. 4 dubit. 6. Baeza de decima tutor. cap. 5.* ſubtiliter ex more conatur probare, debitum intereſſe dotis, de quo in præſenti agitur, eſſe applicandum ſub ſecũdo caſu diſtinct. *Xuarez, & Barboſæ,* nõ autem ſub tertio ſignificatu: *Xuarez* enim dicit tri-
2 pliciter poſſe conſiderari debitum neceſſarium. Primò ſiquidem ſtrictè, & propriè, vbicumq; eſt debitum neceſſarium ab origine, nec vllo modo traxit cauſam à contractu voluntario, exẽplum in legitima, & dote debita filijs. Secundò magis largo modo, vbi inducitur debitum ex legis diſpoſitionẽ, præcedente tamen aliquo facto voluntario, non tamen ordinato principaliter ad illam obligationem inducẽdam, vt in quarta debita coniugi pauperi ex diſpoſitione *auth. præterea C. vnde vir, & vxor,* vbi licet præcedat factum voluntarium, ſcilicet matrimonium, non tamen principaliter fuit ad hoc ordinatum, & in his duobus caſibus firmat *Xuarez* legatum cenſeri factum animo compenſandi ex *Bart. in d. §. ſi pater.* Tertiò eſt debitum neceſſarium largiſſimo modo, quod eſt debitũ deſcẽdens ex quocunq; contractu, qui dicitur actus voluntarius principaliter ordinatus ad dictũ debitum inducẽdum & cauſandum, in quo lex interpretatur ceſſare animum compenſandi, rationibus traditis per *Xuarez d. loco,* & per *Barboſ. num. 8. verſ. & implicat,* qui *n. 4. verſic. & cum in quacunq;* poſt *ſing. conſ.* Bald. 8. *nu.* 3. *lib.* 2. quod probant *Rõcheg.* *Menoch.* pluribus in locis *Ceph. Rimin. iun. & alij,* optimè probat ad diſtinguendum debitum voluntarium à
3 neceſſario, attendendum eſſe initium, & originẽ obligationis, vt dicatur omninò actus volũtarius, qui habuit principium voluntarium: vis autem eſt nũc inueſtigare, ſub quo ex prædictis caſibus diſtinctis applicari debeat intereſſe dotis. Et cum ſub primò caſu debiti omninò neceſſarij conſtet, ſubijci

non

non poſſe;ſupereſt vt probetur, neque
ſub ſecundo applicari poſſe, ſed om-
ninò ſub tertio caſu, velut debitũ om-
ninò voluntarium eſſe adiungendum.
Quod probatur. Primò, quia dum
prædict. DD. explicant ſecundum ca-
ſum, diſtinct. exigunt, quod obligatio
4 ſiue debitum omninò inducatur per
legem, ſiue ſtatutum, præcedente tamẽ
facto voluntario, quod tamen attenta
principali mente diſponentis, factum
illud non erat ad hoc ordinatum, & ita
expreſsè loquitur *Bart. in d. l. ſtipula-
tiones 72. num. 37.* cui *Xuarez, & Bar-
boſ.* innituntur: is enim; vt doceret, quæ
5 dicatur obligatio legalis, dicit hæc ver-
ba *induci à l. intelligo quandocunq; quis
obligatur præter principalem propoſitũ
eius, qui obligatur.* & ſic optimè ada-
ptatur exemplum in dubio legali, de
quo in *d. auth. præterea*, & in lucro do-
tis delato, vigore ſtatuti extrà pactum,
quia licet præcedat matrimonium, &
dotis traditio, nunquã tamen iſti actus
volũtarij fuerunt ordinati, ſaltim prin-
cipaliter ad inducendum lucrum, ſiue
debitũ, quod verius eſt deferri princi-
paliter ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti
Bald. receptus *in l. fi. C. de bonis mater.*
7 & licet mulier dans dotem videatur
idem velle, quod ſtatutum in eo caſu
diſponit, arg. *l. ſi duo ff. de acquir. hæ-
red.* & ſic quaſi ex voluntate mulieris
hoc lucrum deberi prima frõte videa-
8 tur, attamen hæc tacita voluntas mu-
lieris, vti conſequutiua ad neceſſitatẽ
legis, non debet attẽdi, ſed pòtius cau-
ſa principalis, & immediata, quæ eſt
l. ſiue ſtatuti diſpoſitio, & ob id opinio
9 *Bald. in d. auth. præterea, num. 5.* magis
cõmuniter reprobatur; & firmant DD.
vt in his terminis dicatur debitum ne-
ceſſarium, non voluntarium, & hoc eſt
quod latioribus verbis reſoluit *Bar-
boſ. in d. §. ſi pater* dum primò *n. 8. verſ.
ex hac igitur* format quæſtionem, an
in caſu *d. auth.* dicatur debitum neceſ-
ſariũ, necnè, & primo arguit pro opin.
Bald. num. 9. verſ. contrariam, & demũ
*in fin. d. num. 9. verſ. ſed his non obſtan-
tibus* firmat contrà *Bald.* dicens, eſſe
10 magis com. in term. *d. auth.* non aliter,
vt per eum in *verſ. planè in noſtro*, & in
his quoque term. loquitur *Menoch.* in
loco ex aduerſo ponderato, ſcilic. *lib. 4.
de præſumpt. cap. 109. num. 35. verſic.
quintum eſt exemplum*, vnde cũ nedũ
11 diuersũ, ſed oppoſitũ ſit in debito do-
tis, & intereſſe ipſius, tùm quia conſtat
proficiſci, & cauſari ex contractu, & ſic
ex actu merè voluntario, ſcilicet, dum
maritus dotes recipit, & promittit do-
tes conſeruare, ſaluas facere, & reſti-
tuere in omnẽ caſum reſtitutionis cum
dãnis, expenſis, & intereſſe, quod ſuffi-
cit, vt debitũ cauſatũ ex contractu di-
12 catur uoluntarium, ad differentiã de-
biti neceſſarij, quod non ex contractu,
ſed ex quaſi contractu proficiſcitur, in
quo quis præter ipſius intentionem, &
nec ex ſuo conſenſu uero, nec etiam
præſumpto obligatur, & ob id dicitur
pactum legale, ut optimè explicat idẽ
Barboſ. à cuius dictis non eſt receden-
dũ in *d. §. ſi pater, poſt num. 4. & 5.* tùm
13 etiã, quia promiſſio reſtitutionis dotis
cum ipſius intereſſe, ex mente, & uer-
bis, apparet principaliter ordinata ad
hoc debitũ dotis, & ipſius intereſſe in
caſum moræ inducendũ, uel inuito pa-
tebit nos omninò uerſari in debito me-
rè uolunrario, & ſic ſub tertio tantùm
caſu diſtinct. traditæ per *Xuarez*, & ita
in pũcto ſubiecit, & applicauit hoc de-
14 bitũ dotis *Barboſ.* ſub dicto tertio ca-
ſu debiti omninò uoluntarij, poſt *nu. 6.
verſ. tertio modo* citans tex. *in d. §. ſciẽ-
dum d l. vnicæ, C. de rei vxor. actio.* &
15 reddit rationem, quia maritus recipiẽ-
do dotem, & ad illius reſtitutionem ſe
obligando, uoluntariè fecit, quia po-
tuit uxorem indotatã accipere, & ideo
non uidetur legare animo cõpenſandi
iuribus per eum citatis, quod ſi proce-
dit in dote, cur non idem in appendi-
16 cibus, & intereſſe, quod eſt acceſſoriũ
promiſſum in eodem contractu, ad tra-
dita per *Franch. dec. 254. n. 8. & 613.
n. 1. & 3. Gratian. diſcept. forenſ. c. 144.
num. 64.* cum maritus, ſiuè eius hære-

des in caſibus factæ reſtitutionis red-
dete diſtuletint? certè idem, vt vltrà
alias allegata in terminis includendæ,
vel excludendæ compenſationis, pro-
bat *Crauet.conſ.*149.*num.*6.*&* 8. *Me-
noch.*aſſignans rationes *d.lib.*4. *c.*110.
*num.*35.*cum ſeq.*facit, quod de acceſ-
ſorio latiùs tradit *Surd. deciſ.*88. *n.*10.
& 241.*num.*8.*& Theſaur.deciſ.*45. *in
fin.*

Nec eſt verum ſimpliciter aſſumptū
aduetſarij, quod intereſſe dotis ex eo
iudicandum ſit debitum neceſſarium,
17 quia non dcberctur, niſi conſuetudo
id præciperet,cum alioquin eſſet vſura
ex *Afflict. deciſ.*284. cum alijs conge-
ſtis a *Theſauro deciſ.*43.*num.*2.

Primò enim dicimus, contrariam
18 opin. in puncto iutis eſſe veriorem
etiam de iure com. circumſcripta con-
ſuetudine, vel ſtatuto *Couar. lib.*3. *va-
riarum,cap.*1. *&* 4. & ita obſeruari, &
pluries modernis temporibus deciſum
reuocatis antiquis deciſion. teſtatur
*Vrſill.ad Afflict.d.deciſ.*284. *& melius*
291.*Gram.deciſ.*103.*num.*98. vſq; ad
*num.*102. vbi dicit,quod hic ſtylus, &
vltima obſeruantia debet attendi *Mol-
feſ.de iure quartæ,par.* 3. *q.* 12. & ita
quoq; vetius, & nouiter deciſum re
maturè perpenſa in ſuo Senatu, tradit
*Theſ.deciſ.*45.*poſt n.*3. *verſ.ſed cū ite-
rum*, poſt *Mynſinger. & Solon.à Pace*
quos citat,necnō dotis fructus ſpectare
ad vxorem elapſo anno, iute dominij,
fundat latè *Surd. deciſ.*211.*ex num.*12.
poſt *Bald. in l. diuortio nu.* 5. *ff. ſolut.
matr.*de quo latè nouiſſ. *Gratian. cap.*
244.*diſcept.lib.*2.

Secundò tametſi regulariter non
19 deberetur intereſſe; fallit primò,
quando eſt in pactum deductum, pro-
miſſum intereſſe vxori viduæ ob retar-
datam dotis reſtitutionem, *Molin.lib.*
4 *de primog.cap.*5.*num.*6. *Burgos de
Pace conſ.*4. *num.*28. *Iaſ. poſt Laur.
à Rodulf.conſ.*92. *num.*4.*l.*1. quia po-
teſt fieri licitū ex conuentione, & tàm
in vſuris dotium,quàm dotis augmen-
to,probat de com. poſt *Beroū, Menoch.
Surd.Facchin. & alios,Lupus ad l.Cura-
bit comment.*1. §. 4. *num.*88. *ante fin.*
Quod adeò verum eſt, ut deberi poſſit
intereſſe,nedum ex pacto expreſſo,ſed
20 etiam ex tacito, nam ſicut promictens
dotē, uiſus eſt in dubio obligari ad in-
tereſſe,donec dotem marito ſoluerit,
etiam tacitè maritus, qui eam recipit
uidetur ſe ad idē obligaſſe, donec re-
ſtituat *Nauar. in Manuali cap.*17.*nu.*
213. *verſ ſecundum poſſe,& in tract.
de vſur.num.*67. *Gratian. optimè dec.*
126.*num.*7.*& cap.*143. *diſcep. forenſ.
num.*8.

Tertiò debetut intereſſe dotis de
iure communi uiduæ, etiam ſi habue-
21 rit unde ſe alat, ſi oſtenderet ſe eſſe
induſtrioſam, uel quia aliter doceret
in loco frequenter reperiri plures uē-
ditores cenſuū, in quibus potuiſſet fa-
cillimè erogare ſuas pecunias dotium,
uel illas dare ad honeſtum lucrum, ut
firmat *Afflict.met* in cōtr.citatus *d.de-
ciſ.*284.*num.*3. *&* 4. *verſ. vel conſtat,*
latè *Surd. de aliment.tit.*1.*q.*45. *n.*28.
& 31. optimè *Lupus dicto loco,nu.* 89.
*in fin.vbi num.*90.*verſ.& in omnibus,
& in fin. cap. verſ.quod tamen,* probat
hoc caſu deberi uſuras ex iuris rigore,
non autem ex ſpeciali dotis fauore,
nec diſſentit Barboſ.*in* 1.*par.l.*2.*n.*44.
ff.ſolut. matri. & præſertim,quia lapſo
anno conceſſo ad reſtituendam dotem
22 hæres conſtituitut in mora, abſque
alia interpellatione, *Iaſ. & alij in l. ſi
ex legati cauſa ff.de verb. obligat. idem
in l.ſi ita ſtipulat.eſſem,num.*7.*ff.eodem
Burſat. conſ.*84. *num.*1. *lib.* 1. *Rimin.
iun. conſ.*89.*nu.*18. *lib.*1. quod proce-
23 dere etiam in tempore incerto, quan-
do eſt additum aliquod tempus præ-
ciſum poſt euētum diei incertæ, ut hic
poſt annum à die mortis, tradit *Socin.
conſ.*288.*q.*4.*num.*29. *lib.*2. quem ſe-
quitur *Bertaz. de clauſulis, clauſ.* 4.
*gloſſ.*11.*verſ.aut eſt appoſitum, Surdus
in puncto deciſ.*211.*num.*32. & ita in
indiuiduo deberi intereſſe poſt an-
num de iure, uigore conuentionis
teſtatur deciſum *Theſaur.iun.in addit.*

ad d.

*ad d.dec.*43.ſui genitoris,*& dec.*45.de
quo uidendus *Hondedeus conſ.36.n.*4.
23 *&* 25.*lib.*2. Vnde cum hoc intereſſe
poſſit in pactum deduci, neç indiſtin-
ctè ius commune reſiſtat, ſed utpluri-
mum aſſiſtat, præſertim in intereſſe ra-
tione damni, ubi paratæ ſunt emptio-
nes introituum,vt Neap. contingit, &
iam ex conuentione ab initio ſpecificè
ſit promiſſum, & nunc ex mora debea-
24 tur,quæ ſimiliter eſt actus voluntarius,
cum ſit culpa,& delictum,quod ſpōtè,
& à ſciente, & volente committitur,
vt per *Surd.deciſ.*179.*nu.*3.15.*&* 16.
non ergo ob ſtatutum,ſiuè conſuetudi-
25 nem accedenrem,obligatio ex volun-
tate contracta, tranſibit in neceſſariam
ob conſuetudinis diſpoſitionem, ſed
remanebit in ſua priſtina natura, vt in
caſu contrario in terminis docet *Me-
noch. d. l.*4. *cap.* 109. *num.* 42. *&* 43.
26 maximè cũ per conſuetudinẽ nihil de
nouo ſit inductum, ſed ſuppoſito inte-
reſſe certo, & debito,ſolùm quantitas
ſit taxata,vt referendo *Afflict.dec.* 284
voluit in puncto *Fontan. clauſ.* 4.*gloſſ.*
18.*par.* 1.*n.*52. *&* 53. *& poſt Surd.* &
alios in ſimil. ſtatutis, probat *Gratian.
diſcept.forenſ.tomo* 2.*c.*244. *in fi.n.*15.
nouiſſimè miror quidem, quo pacto
applicari poſſit *deciſ.Præſidis de Frāch.*
217. vbi illud dumtaxat deciditur,vi-
duam,quæ elegit percipere alimenta
27 ab hæredibus viri, non poſſe petere
intereſſe dotis. Primò etenim deficit
aduerſarijs hoc factum, quod aſſumũt,
quod D. Ioannella Carrafa elegerit
percipere alimenta à filijs. Secundò
Præſes non loquitur in caſu,vbi alimẽ-
torum legatum præcedit, ſed quando
hæredes,nullo alimentorũ legato præ-
cedente,alimenta præſtitiſſent,quo ca-
ſu mirum non eſt,ſi vtrumq; petere nõ
poſſit,ſed quando alimentorum legatũ
præcedit, vtrumque debetur, cum le-
28 gatum à viro vxori factum, nec cum
dote compenſetur,*l.vnica* §. *hoc itaque
C.de rei vxor. act.* nec cum antefato,
*Bald.conſ.*58.*nu.*3.*lib.*7. *Menoch.* dum
*Bald.*allegat,& ſequitur *conſ.*56.*n.*15.
*lib.*1.*Couarr.Ceruant.Matthienſ.Aze-
ued.Guttier.& Barboſ.* quos ſequendo
refert *Caſtill.de vſufr.lib.*1. *c.*46. *n.*9.
vbi ita iudicatum refert in arris Hi-
29 ſpaniç, ad inſtar quarum ſe habet an-
tefatum Regni noſtri,vt à noſtris adno-
tauit *Fontanell. de pact. nuptial. lib.*2.
*clauſul.*7.*gloſſ.*1.*part.*1. *num.*7. nec
30 compenſatur cum intereſſe vtriuſque
vt deciſum in intereſſe dotis refert in
S. C. *Conſ. de Bottis in addit. ad cõſue-
tud.uiro mortuo* §.*hæredeſq; mariti,fol.*
242. idemq; voluit ibi *D.meus Capyc.
& Reg.de Ponte conſ.*78. *num.*2. *lib.*2.
31 cum idem iudicatum de acceſſorijs,&
appendicibus, quod de ipſo principali
conſtituendum ſit, *Ioan. de Anan. cõſ.*
36.*Curt.ſen.conſ.*76.*& Iun.conſ.*129.
*ad fin. Crauet.conſ.*149.*nu.*6. *Menoch.
conſ.* 56. *num.*33. *lib.*1. ſed nec illud
eſt prætereundum, quod vbi non ſunt
legata alimenta, quo caſu vxor vtrũq;
32 petere non poteſt, ſunt alimenta æſti-
manda,vt detracto ipſorum valore, re-
liquũ pro intereſſe ſibi ſoluatur, vt ad-
uertit *Menoch.d.lib.*4. *c.*110.*in fi. n.*49.
*Guttier. de tutel.par.*3.*cap.*5. *num.* 49.
& 50. quod generale eſt, etiam vbi
33 ſit compenſatio,vt illa fiat pro rata tã-
tùm ſummæ perceptę, vel debitæ *Bar-
boſ. in d.*§.*ſi pater,num.* 21. latè, & ita
de iure reſpondi 10. Martij 1616.

Iſtæ Controuerſiæ,cũ pluribus alijs,
quæ inter hos Nobiliſs. DD. de Gam-
bacurta,tàm proprio,quàm eorum ma-
iorum nomine,& præſertim quondam
Petri Senioris, Fabritij, Anibalis,&
aliorum,agebantur in S. C. fuerũt trã-
sactę inter Dom. Deliam Capyciam
viduam quond. Io. Antonij, & tutricẽ
eius filiorum ex vna, & D. Scipionem
quond. Pompei meum clientem ex al-
tera,fuitq; ad inuicem ceſſum litibus
omnibus pendentibus in Sac. Conſil.
in Banca Carboni, de Felice, & de
Amico pro Amatruda, certa pecunia
inuicem ſoluta,& compenſata,vt ex in-
ſtrumento rogato 13. Aprelis 1620.
manu quondam N. Octauij de Caro,
cuius acta conſeruantur per N. Anel-

lum Perrotta propè Sedile Capuanum.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio in feudis etiam hæreditarijs nulla eſt ſine domini aſſenſu quoad ipſius feudi corpus, & nu.26.*

2 *Inſtitutus conſeruari, vel immitti debet in poſſeſſionem de feudis, quando agnatus non demonſtrat liquidò nullitatem teſtamenti, ſe proximiorem, & inſtitutum eſſe extraneum reſpectu ſui.*

3 *Filia fœmina non admiſſa ad feudum de iure communi, debet tamen in illius poſſeſſionem immitti, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, vbicũq; ius agnati contradicentis eſſet dubiũ, vel requireret altiorem indaginem, & num.4. tam in linea deſcendenti, vel tranſuerſali, etiamſi non negetur feudum, ſed dicatur eſſe fœmineum, vel fœminas ex conſuetudine habilitatas, et nu.7.*

5 *Agnati ſunt legitimi contradictores contra fœminas, ſi probationes habẽt in promptu claras, & liquidas, quod non ſit feudum fœmineum.*

6 Cap. inter filiã, ſi de feu. defun. milit. cõtent. ſit, *loquitur in teſtamento facto de feudo, quod filia poſſit poni in poſſeſſionem per remedium,* l. fin. *ſecundùm* Iſern.

8 *Exceptio, dolo facis petere, quod reſtiturus es, habet locum etiam in ſummariſſimis iudicijs, & num.24. tunc tamen in ijs defertur, quàndo abſolutè, incontinenti, & concludẽter liquet de non iure petentis immiſſionẽ, etiãſi modica currat dubitatio in beneficiũ petentis, & num.9.*

10 *Contradictor, niſi in promptu de iure ſuo doceat, non admittitur ad docendum de iure ſuo, niſi in iudicio ordinario, hærede tamen ſcripto in poſſeſſionem poſito.*

11 *Remediũ,* l. fin. C. de edict. D. A. tolle. *non minus adeptam confirmat, quàm nouam poſſeſſionem concedit.*

12 *Proceſſus non impeditur in ſummarijs iudicijs, ex ijs, quæ requirunt altiorem indaginem, ſed reſeruatur in ordinario.*

13 *Inueſtitura veteris feudi non fit ad finem acquirendi dominium, nec poſſeſſionem, nec aliud ius nouum, ſed in ſignum deuotionis, & recognitionis, quæ debẽt præſtari domino, proinde impropria dicitur.*

14 *Hæredi poſſidenti feuda ex teſtamento eſt concedenda inueſtituræ antiquæ confirmatio, et renouatio, etiamſi exiſtat agnatus contradictor, & nu.15.*

16 *Filij fratrum ſuccedunt cum patruis in ſtirpem ex vi ſtatuti Ianuenſis, quod tàm in allodialibus, quàm feudalibus procedit.*

17 *Poſſeſſio feudorum vacans licitè etiam propria authoritate apprehendi poteſt.*

18 *Inueſtituræ faciunt rem notoriam, probationem probatam, & veritatem apparentem.*

19 *Poſſeſſoriũ dicitur admixtã habere cauſam proprietatis ex diſcuſſione tituli.*

20 *Poſſeſſio feudi ex iuſto titulo delati, vitioſa cẽſeri nequit.*

21 Iſern. & Bald. *doctr.* in cap. Imperialẽ §. inſuper, de prohib. feud. alien. *declaratur non procedere, data oppoſitione tertij petentis inueſtituram, ex* Regẽte de Ponte, *quo caſu non dicetur iudicium ſummarium, ſed ordinarium, & n.22.*

23 *In iudicijs immiſſionis oblatio probationis promptuaria ſufficit, quamuis reus non habeat probationes in ſacco paratas.*

25 *Feudum hæreditarium eſſe, vel ex pacto, eſt neceſſarium præambulum ad immiſſionem obtinendam, & in hoc tantùm reponẽda eſt victoria cauſæ, ſecundùm* Menoch. *ſed non benè.*

27 *Feudum conceſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus, in dubio hæreditarium cenſetur, & eſt baſis, & fundamentum reliquorum.*

28 *Inueſtitura prima facit cognoſcere legẽ ſeu pactum feudi, & ipſius naturam.*

29 Feu-

Digitized by Google

29 *Feudum omne etiam hæreditarium eſt ex pacto, vel rectum, quod idem importat, ac feudum ex pacto, tamen cum additur nomē* hæredibus *ſtatim feudum ex pacto efficitur cum qualitate hæreditaria, quod hæreditarium ſimpliciter appellatur, et num.* 30.

31 *Dictio* hęredibus *appoſita in diſpoſitiuis facit feudum hæreditarium, et quid in exequutiuis.*

32 *Declaratio nulla melior, quàm ipſiuſmet diſponentis.*

33 *Proteſtatio petentis, et concedentis, primæ inueſtituræ nolle derogare, operatur quod ſecunda non obſit.*

34 *Derogatio primæ inueſtituræ quoquomodo ex verbis ſecundæ facta, reducitur ad tenorem primæ, et contentum in ea tantùm ſeruandum.*

35 *Inueſtitura ſecunda derogatoria primæ, præſumitur ex errore manaſſe.*

36 *Vaſſallus cum conſenſu domini poteſt alienare, alterare, et naturam feudi per omnia mutare, multò magis poteſt ex conſenſu vaſſalli, et domini noua qualitas adiungi.*

37 *Feudum non deſinit eſſe hæreditarium ex eo, quod qualitas maſculinitatis ſit addita.*

38 *Feudum francum alienari poteſt abſq; domini conſenſu, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, attenta magis communi opinione, et num.* 41. *&* 42. *& æquiparatur feudo conceſſo pro te, & quibus dederis, de quo in quaſcunq; perſonas, etiam in agnatorum præiudicium diſponitur, & nu.* 39.

40 Cap. 1. de ſucceſſ. feud. *limitatur in feudo franco.*

43 *Feudum francum, etſi non poſſet alienari ſine domini conſenſu, ſecundùm* Camer. opin. *limitatur tamē dupliciter, primò ſi largè verba inueſtituræ concepta eſſent, puta per omnia francum, vel liberum, ſecundò, quando alienando non contenditur dominus, & tantò magis ſi ceſſat damnum domini, et nu.* 44. *et* 45.

46 *Clauſula* concedimus totum illud honoris regale, quod nobis pertinet *facit trāsferre etiam directum dominium, vel ſaltim tribuit licentiam alienandi feudum, & remittit requiſitionem petitionis aſſenſus, & num.* 49.

47 *Honor domini conſiſtit in iure ſuperioritatis, & directi dominij, ex quo vaſſallus alienādo feudum facit contra domini honorem, nec inconueniē, vt accipiatur pro ipſis bonis immobilibus, & rerum dominio, & nu.* 50.

48 *Pactum translatiuum etiā directi dominij non eſt contra ſubſtantiam feudi, ſed tantùm fidelitatis remiſſio.*

51 *Suprema ſuperioritas remanet apud Principem concedētem, licet tranſeat in ſuſcipientem plenum feudi dominium.*

52 *Conſuetudo, & mos viuendi attenditur etiam in feudis, præſertim in eorum alienatione, Regięq; authoritati comparatur.*

53 *Obſeruantia per actus ſubſequutos ambiguæ conuentionis, & inueſtiturarū interpres, mentem concedentis, & acquirentis declarat, præſertim in feudalibus conceſſionibus, et in ea aliquis temporis lapſus non requiritur, & num.* 63.

54 *Alienandi facultas in priuilegio, ſiue inueſtituræ conceſſa tribuit poteſtatē alienandi abſque vlla aſſenſus requiſitione, niſi illico, ſit clauſula adiuncta* noſtro tamen aſſenſu reſeruato.

55 *Conſuetudo poteſt inducere, vt feuda ſine aſſenſu domini directi alienari valeant, quod enim fieri poteſt pacto, poteſt, & conſuetudine, et n.* 57.

56 *Leges prohibitiuæ alienationis feudorū præſertim ex noua cauſa inductæ, futuras conſuetudines non abrogant.*

58 *Conſuetudo, vt feuda ſine domini directi aſſenſu alienari valeant, ad hoc, vt inducatur, tempus decem, vel viginti annorum ſufficit, cum id ſatis ſit, vt ea contra legem inducatur.*

59 Con-

59 *Conſuetudo interpretatiua, non ſolùm legũ, ſed priuilegiorũ, & ſcripturarũ decennij lapſu inducitur, et num. 60.*

61 *Præſcriptio centenaria, vbi requiritur ſufficit conſuetudo interpretatiua decem annorum.*

62 *Interpretatio certa, et indubitata de qualitate rei in feudum conceſſæ ex vnico actu deſumitur, qui ſubſequentibus formam perpetuò ſuggerit.*

64 *Alienatio ſemel legitimè facta, alienatum ſemper alienabile efficit, quando prohibitio eſt in perſonam ſecundùm aliquos, et num. 65. ſed contraria ſententia eſt verior, licet in feudis apud regnicolas dubia, etiãſi prohibitio ſit realis, vt in feudis, et rebus Eccleſiæ, proinde poſſeſſor tũc feudum tanquam allodium retinet, et n. 66.*

65 *Prohibitio alienationis feudorum realis eſt.*

67 *Vicinorum conſuetudo attenditur, et eam, loci conſuetudini, vbi dominus reſidet, vel vbi facta fuit inueſtitura præferri, non eſt inconueniens.*

68 *Controuerſia ſuper ſtatu Bari, et Roſſani inter Inuictiſſimum Philippum Secundum, et Regem Poloniæ in Camera Imperiali deciſa ex Reg. de Põt.*

69 *Actus diuerſimodè, quod frequentius euenit, vel vltimus ſeruandus attenditur.*

70 *Dominus ſciens, et non contradicens actibus cõtra iuris diſpoſitionẽ, et ſui præiudicium, ius ſuum amittit.*

71 *Petitio aſſenſus non neceſſarij, tàm in allodijs, quàm feudis non eſt attendẽda, et nil operatur, ac ſi dixiſſet, arma virumq. cano.*

72 *Diſpoſitio de feudo in agnatum cõprehenſum in inueſtitura, etſi non eſſet proximior, ſed vlterior, valida eſt, dũmodo expreſſa non ſit inueſtitura ſecundùm ius Francorum.*

ARGVMENTVM.

Immiſſionẽ, & inueſtituram feudi concedendam etiam fratri patrueli hæredi inſtituto, non obſtante oppoſitione patrui eundem gradum repræſentantis, etiam ex prompta probatione de iuſtitia, & efficacia tituli multipliciter. Primò, quod feudum ſit hæreditarium. Secundò alienabile ſine aſſenſu directi domini; aut ex eo, quod francum ſit, vel directum dominiũ in vaſſallum trãslatum, vel ex duplici cõſuetudine, perſonarum vtentium, ſcilic. & loci, vbi ſita ſunt feuda. Et nouiſſimè, quia valet teſtator diſponere in agnatum, licet non proximiorem, in inueſtitura tamen comprehenſum.

Pro Domino Auguſtino Spinola contrà Dominum Aſcaniũ Spinola ſuper inueſtitura feudorũ Caſtellarij, & Pompeiani in ditione, & Ducatu Mediolanenſi.

CONTROVERSIA XXXI.

INueſtituram petitam per Dom. Auguſtinum Spinolam fratem patruelẽ virum, & hæredem inſtitutum à Dom. Cecilia Spinola filia quond. Lazari, de feudis Caſtellarij, & Pompeiani, non obſtante oppoſitione Dom. Aſcanij Spinolæ, cõmunis Ceciliæ teſtatricis, & Auguſtini hæredis inſtituti coniugũ patrui, ab inclita, & Sereniſſima Republica Genuenſi concedendam ex iuris rigore, & æquitate ex ſubſcriptis patebit. Quamuis enim in feudis nulla
1 valeat ordinatiò, vel diſpoſitio defuncti, ex generali regula *cap. 1. de ſucceſſ. feudi, & Conſtit. Regni, hac edictali*, quã

pro-

procedere etiam in feudis hæreditarijs cuiuſmodi eſſe feuda, de quibus agimus, mox probabitur, tradunt *Camer. in c. Imper. lit. E. verſ. obſerua quæſo, & lit. S. car. 24. Loffred. in parafr. in cap. 1. §. vbi verò, an agnat. & conſ. 1. n. 147. Piſtor. l. 2. qq. feud. par. 1. q. 4. nu. 7. & n. 7. Roſenthal. cap. 7. concluſ. 2. n. 2. vbi add. lit. F.*

Tamen id procedit, quando in promptu agnatus demonſtrat liquidò nullitatem teſtamenti, quod ipſe ſit proxi-
2 mior, & quod inſtitutus reſpectu ſui ſit extraneus, alioquin ſi ius agnati cōtradictoris non ſit omninò clarè, & euidenter liquidum, vel replicatio inſtituti reddit ius agnati venientis contrà teſtamentum dubitabile, tunc ſicut nō debet impediri immiſſio, ita fortiùs cōcedi debet conſeruatio poſſeſſionis, iā legitimè adeptæ, quia præſumitur pro teſtamento in ſummariſſimo iudicio, ex remedio, *l. fin.* quod non minus adeptam confirmare, quàm nouam concedere, adipiſci poſſeſſionem conſtat, vt infrà. *Afflict. in d. l. fin. nu.* 8. *Bald. in fin. Decius conſ.* 424. *nu.* 14. de quo ex dictis per omnes poſt *Iſer.* in vulg. *§. inter filiā, ſi de feudo defunct. mil. conten. ſit, &c.* nunquam fuiſſe dubitatum teſtatur in ſpecie *Dom. Conſil. de* Georg. *allegat.* 21. *nu.* 2. & 3. & verè, & propriè in præſenti caſu à fortiori procedit diſpoſitio *d. cap.* 1. *§. inter filiam*, vbi licet filia de iure communi non admittatur ad feudum, quia tamen dubium erat, an eſſet feudum, vel allodium, & dato, quod fuiſſet feudum, poterat eſſe fœmineum, vel alterius qualitatis, in quo vtrinq; fœminę ſuccedere potuiſsēt, nec agnati habebant probationes in promptu, hac de cauſa fuit dictū, quod immittatur filia fœmina, ex quo tex. ob id rectè colligitur, quod vbicumque ius agnati contradicentis eſt dubium,
3 vel requirit altiorem indaginem, filia immitti debet etiam ab inteſtato, & ſic longè fortiùs agnatus, qui habet teſtamentum, vt primum probat *Gloſſ. in cap. 1. de controu. inter maſcu. et fœmin. vbi Aluar. num. 1. Beluiſ. verſ. vel dic tertiò, Bald. & Laud. Roland. conſ. 2. num. 31. in 3. Oſaſch. deciſ. 26. nu. 13. & 17.* vbi dicit receptam ſententiam. *Roſenthal. de feud. c. 7. concl. 49. nu. 1.* & ſecūdū determinauit S.C. apud *Affli.*
4 *dec.* 119. vbi cum eſſent feuda in Aprutio, & ob id dubium eſſet, an in eis ſeruaretur ius Francorum, vel ius Longobardorum, hac de cauſa fuit deciſum, vt qui habebat teſtamentum, immitteretur, & quod hæc fuerit mens *Afflict.* probatur teſtimonio *Dec. cōſ.* 588. *in fi.*
5 & quod ita demum agnati ſint legitimi contradictores, ſi probationes haberēt in promptu claras, & liquidas, quod eſſet feudum eius naturæ, ad quod fœminæ venire non poſſent *Zucchard. in reſp. d. l. fin. nu.* 486. *Campeg. inter conſ. Bruni, conſ.* 2. *num.* 9. *Gozad. conſ.* 50. *n.* 26. *Oſaſch. d. dec.* 26. *n.* 3. vbi latè. *Rolād. d. cōſ.* 2. *n.* 38. *in* 3. & ante eos *Iſern. in d. §. inter filiam*, vbi declarat, quod poteſt poni filia in poſſeſſionē, vel per interdictum, quorum bonorum, vel per remedium *d. l. fin.* quo caſu dicit ipſe ſufficere demonſtrare teſtamentum nō cancellatum, & ſic ſecundùm intellectum *Iſern.* loquitur ille text. in teſtamento facto de feudo, & quod filia po-
6 tuit poni in poſſeſſionem per remediū, *l. fin.* quod conſtat eſſe ex teſtamento, & quod, etſi filia fateatur eſſe feudum, ſed dicat eſſe fœmineum, immittenda ſit in poſſeſſionem, lite pendente, tradunt *Laud. et Aluar.* ibi in fine, & facit ſolemne *conſ. Rolād.* 1 *in princ.* in Mar-
7 chionatu Montisferrati, vbi declarat procedere tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & tàm in linea deſcendēti, quàm tranſuerſali, & etiam ſi non negetur feudum, ſed dicatur eſſe fœmineum, vel fœminas ex conſuetudine habilitatas, faciunt tradita per D. *de Curt. in* 1. *par.* §. 14. incip. *multoties, n.* 31 *et* 32. Hinc fit, vt licet petenti im-
8 miſſionem poſſit agnatus contradictor obijcere exceptionem, *dolo facis petere quod ſtatim reſtituturus es*, quam in his etiā ſummariſſimis locum ſibi vendicare

dicare, probant relati per *Andr. Kniehen* infrà citando loco *nu.* 195. tunc tamẽ in iſtis poſſeſſorijs ſummarijs deferri debet, quando vndiq; certè abſolutè, incontinenti, & concludenter liquet de non iure petentis immiſſionẽ, ſed ſi etiam modica currit dubitatio,
9 etiam in beneficium petẽtis immiſſionem, tunc non defertur exceptioni, ſed conceditur immiſſio, ſic decidit *I. C. in l.* 3. §. *cauſæ, verſ. ſũmatim ff. de Carbon. edic.* ibi *ſi verò ambiguam cauſam, hoc eſt, vel modicum pro puero facientem, vt non videatur euidenter filiũ nõ eſſe, dabit ei Carbonianã bonorũ poſſeſſionem*; conſtat ergo, quod quouis modo contingerit dubitari de iuribus cõtradictoris in beneficium immittẽdi, ceſſat contradictio, & fit immiſſio, & *Gloſſ. ibi in verbo, abſolutam* exponit, *ideſt ſine dubitatione*, & adducit dictam *reg. dolo facis*, &c. & quando contradictor vult de iure ſuo docere, non debet admitti, niſi in iudicio ordinario, hærede
10 ſcripto prius in poſſeſſionem poſito, niſi in promptu de iure ſuo doceat, docet *Bart.* in ſua diſtinct. *in d. l. fin. n.* 22. *Gloſſ. Bart. Salyc. Iacob. & alij in l.* 2. *C. eod. tit.*

Si igitur D. Auguſtino eſſet concedenda immiſſio vigore *l. fin.* quæ & conſeruationẽ adeptæ poſſeſſionis pro-
11 ducit, ad latè tradita per *Menoch. de adipiſc. remed.* 4. *num.* 348. *q.* 44. multò fortiùs inueſtitura confirmatoria concedenda erit à Sereniſſimo Dominio, ſiquidem conſtat, huiuſmodi inueſtituræ petitionem, non aliud ſapere, niſi poſſeſſorium adipiſcendæ, vel confirmandæ poſſeſſionis, magis, quàm petitorium, quia non concludit ad declarationem vtilis dominij, nec in eo requiritur libellus ad inſtar Carbonianæ bonorum poſſeſſionis, de qua ſupra diximus, & proceditur ſummatim, in quibus ſũmarijs, vera eſt regula, quod ea, quæ requirunt altiorem indaginem non impediunt proceſſum, ſed debent
12 reſeruari in proceſſu ordinario, iuribus citatis ad hoc per *Bald.* latioribus, eiſdemq; verbis verè aureis *in c. Imper.* §. *inſuper, poſt n.* 3. *verſ. aut inuiſibilis*, vſque ad *nu.* 4. *de prohibita feudi alienat. per Fredericum*, & idem *Bald. in l.* 1. *num.* 4. *ff. de rerum diuiſ.* docuit, quod inueſtitura veteris feudi non fit
13 ad finem acquirendi, nec dominium, nec poſſeſſionẽ, nec aliud ius nouũ, ſed in ſignum cuiuſdam cenſus, deuotionis, & recognitionis, quod debet præſtari domino, & *Præpoſ. in cap.* 1. *per quos fiat inueſtit.* tradit, quod renouatio inueſtituræ antiquæ non tribuit ius nouum in re, nec præſtat poſſeſſionẽ, neq; dominium, ob quod dicit eſſe impropriam inueſtituram, & ibidem *Aluar. Afflict.* & alij, & *Aluar. in cap.* 1. *quid ſit inueſtitura*, quod latiùs explicat *Regens de Ponte conſ.* 62. *à num.* 1. *ad* 13. *Bolognet. conſ.* 5. *nu.* 41. *et* 74. *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 44. *nu.* 4. *et* 10. & in puncto, quod hæredi poſſidenti feuda, vigore teſtamenti ſit omninò concedenda inueſtituræ antiquæ confirmatio, ſiuè reuocatio, nam res videtur eſſe in circulo, & ſaltaballa, vt omninò dominus directus teneatur inueſtire, iuxtà *l. Claudius fœlix* 16. *ff. qui potior. in pignor.* docet *Iſern. in d.* §. *inſuper, poſt num.* 59. ibi *nam veterem inueſtituram petit hæres, qui poſſidet*, vbi Epiſcopus *Nicol. in addit.* citat eundem *Iſern. in cap.* 1. *poſt num.* 2. *verſ. et intelligenda ſunt, de capit. Corradi*, vbi latiùs *Iſern.* exarauit concedendam eſſe inueſtituram hæredi poſſidenti, citans *cap.* 1. *per quos fiat inueſtitura, & in cap.* 1. *quo tempore col.* 1. *in fin.* vbi confirmatur ſibi iuſta cauſa poſſeſſionis, & concord. citat idẽ *Epiſcopus in d. c.* 1. *de cap. Corrad. lit. L. verſ. quando poſſidet.* Idque locum ſibi vindicare, etiam ſi exiſtat agnatus contradictor, qui niſi probationem prom-
15 ptuariam afferat de iure ſuo, & res de qua agitur, obſcuritatem, & dubietatẽ redoleat petitorij, & ſic ordinarij proceſſus via patere debet agnato, hęrede interim in poſſeſſionem admiſſo, & cõfirmato per inueſtituræ conceſſionem ex deciſ. præd. §. *inter filiam*, ita in in-

diuiduo,

Digitized by Google

diuidno, *Meichſner. dec. Cam. Imper.* 13.*num.*54. & 58. *Andreas Knichen Germ.in ſuo opere feud. de interd. quorum bonorum adipiſcend. cap.6.n.*133. & *num.*284. *ad* 289. vbi ita pluries in Camera Imperiali deciſum vidiſſe pleniſſimè teſtatur, ex quibus, cum tātum abſit, vt D. Aſcanius agnatus contradictor promptuariam probationem de iure ſuo concludentem afferre non poſſit aduersùs D. Auguſtinum pariter agnatum, & eūdem gradum repræſentantem ex vi ſtatuti Ianuenſis, cuius vigore fratrum filij ſuccedunt cum pa-
16 truis in ſtirpem, vt *lib.* 5.*de ſucceſſ. ab inteſt.cap.*23.§.*ſi cum dd. fratribus, & in* §. *in defectum prædictorum.* quod procedere, tàm in bonis allodialibus, quàm feudalibus, non dubitatur, ſed in promptu D. Auguſtinus agnatus in eodem gradu, & amplius hæres ex teſtamento, & iuſtus poſſeſſor, vt qui poſſeſſionem feudorum vacantem licitè etiā propria authoritate apprehendere po-
17 tuit, *Bald.in d.l.fin.verſ.quartus eſt caſus, & conſ.*244.*volum.*3. loquens in feudo, *DD. omnes in cap. in præſentia de probat. Regens de Ponte conſ.* 21. & *dec.*40.*num.*37. ex aduerſo offert probare, & docere de iure ſuo excluſiuo D. Aſcanij, ex antiquis, & modernis inueſtituris, quæ rem faciunt notoriam,
18 & indubitatam, *cap.*1.*vbi Iſern. nu.*2. *de inueſtit.de re alien.fac. Pacian. conſ.* 20,*num.*1. faciuntq; rem notoriam, probationem probatam, & veritatem apparētem, pauloninùs, quàm publica documenta, de quibus aliàs dicitur, noli me tangere, quia Cœſaris ſū *Gram. dec.* 45.*n.*9. vt latiùs poſt *Bald. Præpoſ. Roland. Maluaſ.* & alios tradit *Andreas Knichen d.loco, nu.* 276. *iuncto n.* 281. omninò ſequitur, vt non ſit deneganda D. Auguſtino inueſtitura, tanquam vero, & legitimo hæredi, & poſſeſſori, & ius ſuum in promptu probare offerēti,
19 quod poſſeſſorium dicitur miſtum, cū admiſtā dicatur habere cauſā proprietatis ex diſcuſſione tituli, vt per *Bal.in rubr.de cauſa poſſeſſ. & propriet. nu.*6. *et* 13. ſtatim enim atque, quod feudi poſſeſſor iuſto titulo ſibi delatum feudum aſſerit, vitioſa poſſeſſio cenſeri nequit, ſiquidem à titulo dependet poſ-
20 ſeſſionis iuſtitia *Syluan. Hartman de Hartm. Gabriel, Crauet.* & alij relati p *Andr. Knichen d.interd. quorū bonorū, num.*135. & ſic etiam ſi vera eſſet opinio *Reg.de Pōt.d. cōſ.*62. *nu.*14. diſtinguentis inter petitionem inueſtituræ à directo domino, nullo exiſtente cōtradictore, vt eo caſu procedat doctrina
21 *Iſer. et Bald. in d.*§.*inſuper,* ſecus vero cum ſe opponit tertius, aſſerens non petenti, ſed ſibi concedendam eſſe inueſtituram, quo caſu dicit ipſe, formatur iudicium nō inter fiſcum, & vaſſallum, ſed inter fiſcum, & omnes comparentes, vt liquidato vero ſucceſſore in feudo, in illius perſonā inueſtitura expediatur, quo caſu dicit ipſe, non erit iudicium ſummarium, ſed ordinarium
22 non ex propria natura iudicij inueſtituræ, ſed accidenti tertij oppoſitoris, in quo perneceſsè præambulum erit cognoſcere, an ſit talis, ex *And. Afflict. Loffredo,* & alijs, quos citat *n.* 15. *cum ſeq.* quod faciendum eſſe ex diſcuſſione tituli, & inueſtiturarum, idem affirmat *num.*25.

Attamen adhuc D. Auguſtinus in promptu docens de iuſtitia tituli obtinere debet, cum in his iudicijs oblatio
23 probationis promptuaria ſola ſufficiat ad obtinendum, iuxtà *l.fin.C.quorum bonorum, et l.*2.*C.de edict. diu.Panorm. Bertr. Alba. Beccius, Brunus, Ferret. Natta, Honded.Viuius, Boniſac. Ruger. VVſembec. Gozad.Alciat. et alij* relati per *Knich.d.loco nu.*141. quamuis reus nō habeat probationes in ſacco paratas *Conſ. noſter de Anna cōſ.*65.*nu.*19. & interim erit in ſua poſſeſſione conſeruandus, quia præſtat potius non reſtituere, quàm poſſeſſionem reſtitutam
24 repetere, quia dolo facit contradictor petere, quod ſtatum reſtiturus eſt, vt latè *Knichen d.loco num.*191. *et n.*198. iuncto *num.* 200. Probat autem in promptu iuſtitiam tituli D. Auguſtinus mul-

Digitized by Google

multipliciter. Primò, dum aſſerit feu-
dum hoc proculdubiò cenſendum eſſe
hæreditarium, nõ ex pacto, ꝙ quamuis
ſit neceſſatium præambulum ad cauſæ
victoriam, non tamen erit tanti facien-
dum, vt in hoc ſolo ſit reponenda ſpes
litiſq; victoria, vt parum cautè vir alio-
25 quin propè diuinus *Menoch.* ſtatuit in
ſuo, in hac eademmet cauſa edito *conſ.*
pro D. Auguſtino, quod circumfertur
impreſſum ſub *num.* 812. ſiquidem
certum eſt apud feudiſtas, & præſertim
regnicolas aſſumptum, vt nulla ſit di-
26 ſpoſitio defuncti etiam in feudo hære-
ditario, quoad ipsũ corpus feudi, eiuſ-
que alienationem, & diſpoſitionem ſi-
ne aſſenſu, vt ex ſupra citatis *DD.* pa-
tet, dicentibus diſpoſ. tex. *in cap. 1. de
ſucceſſion. feudi* locum habere etiam in
feudo hæreditario, quibus addo *Ca-
mer. in cap. Imper. car. 57. col. 1. lit. A, B
verſ. nam non tenet, Reg. de Curte par. 1.
cap. 14 incip. multoties, nu.* 82. Et ob id
coniungendum hoc motiuum exiſti-
mauimus cum alijs, nempè, quod ne-
dum ſit hæreditarium propriè, ſed im-
proprium, ſcilicet effectum alienabile
ad inſtar allodialiũ ſine aſſenſu, tùm ex
ſubſequuta inueſtitura, qua effectum
eſt feudum francum, & liberum, quod
ſuaptè natura eſt alienabile ſine aſſen-
ſu domini, tùm etiam, ſi id deeſſet, ex
actibus ſubſequutis, & conſuetudine
vtendi, tàm perſonarum, & ſic vaſſallo-
rũ, à quibus fuit poſſeſſum, quàm lo-
corum coadiacentiũ, ſiuè conuicino-
rum, quinimò generali etiam more
viuendi in feudis illarum partium, ex
quibus natura, & qualitas feudi digno-
ſcitur. Et tandem ex poteſtate à iure
tributa alienandi, vel diſponendi in
agnatum de comprehenſis in inueſti-
tura.

Circa primum aſſumptum, quod ſit
huiuſmodi feudum hæreditarium, il-
lud pariter multifariàm probatur, &
primo ex tenote primæ, & originalis
inueſtituræ Friderici I. anni 1162. &
non minus ex confirmationibus Fride-
rici II. de anno 1311. & Caroli IV.
de anno 1369. quæ eò fortiùs operan-
tur, vt quia in ipſis tenor primordialis
inueſtituræ eſt inſertus, & ſic ipſis me-
dijs primam habemus. In prima ete-
nim, licet Imperator concedere dicat
huiuſmodi feuda cuidam Anſelmo
per rectum feudum, attamen ſtatim
ſubdit in diſpoſitiuis *conceſſitque dicto
Anſelmo ſuæ vtilitati, & ſuis hæredibus
ædificandi, & deſtruendi poteſtatem*,
& iterum in illis verbis *ſtatuentes itaq;
firmiter præcipimus, &c.* & ſtatim ad-
ditur, *niſi ſolus dictus Anſelmus, & ſui
hæredes*, & ſic nedum conceſſionario,
ſed ſuis hæredibus proſpexit expreſsè.

Confirmationes item Frederici II.
& Caroli IV. expreſsè loquuntur *pro
hæredibus, & ſucceſſoribus legitimis*,
ergo in dubio feuda ſub iſtis verbis cõ-
27 ceſſa, ſunt hæreditaria, vt eſt text. pul-
cher *in l. familiaria, cum ſeq. ff. de reli-
gioſ. & ſumptibus fun. & l. ius ſepulchri
C. eod. tit. Pernus in conſ. 7. & 13. Frecc.
lib. 3. in 3. form. D. Capyc. in inueſt. ver.
hæreditarium feudũ, car. 234. Loffred.
conſ. 1.* vbi probat ex receptiſſima ſen-
tentia, & authoritate rerum ſœpiùs iu-
dicatarum, mentionem hæredis perne-
ceſsè reddere feudum hæreditarium,
etiamſi ſit dubium pro legitimis hære-
redibus, in terminis *Burſat. conſ. 2. poſt
num. 36. lib. 1.*

28 Et ſic poſteriores inueſtituræ, ſe ſe cõ-
formant cum prima, ex qua lex, ſeù pa-
ctum feudi, & natura ipſius feudi
dignoſcitur *Iſern. in* §. *profectò, de l.
Corradi, Brun. conſ. 1. num. 85. Afflict.
dec. 195. num. 6. et dec. 265. num.* 102.
et 103. latè *Reg. de Curt. cap. 12. incip.
tenor ergo, et n. 64.* cum extenſionibus
traditis per *Intrigl. par. 1. q. 10. nu. 54.
cum ſeq.* & alijs etiam infrà citandis, &
eſt baſis radix, & fundamentum reli-
quarum, vt poſt *Schrader. par. 5. nu. 2.
et 31.* latiſs. *Roſenthal. c. 6. q. 69. n. 7.*
licet enim omne feudum hæreditariũ
ſit etiam ex pacto, vel feudum rectum,
quod idem importat, quod feudum
29 ex pacto, vt poſt alios aduertit *Domi-
nus Reg. de Curte in 1. par. diuerſ. c. 15.*

inci-

incipien. nunc de altera, num. 136. Tamen cũ additur nomen *hæredibus* statim efficitur feudum ex pacto cũ qualitate hæreditaria, quod hæreditarium
30 ſimpliciter ex nouæ ſuperuenientis qualitatis differentis additione, quæ in diuerſam facit tranſire ſpeciem, appellamus, vt diſertè explicat *Camer. in cap. Imper. car. 96. col. 1. verſ. quo vero ad ſecũdũ, Frec. in 3. lib. in 3. formul. ex n. 22.* vbi pro reg. id ſtatuit, nec ex ſeptẽ, quas ſubijcit limitationibus, aliqua ad caſum noſtrũ applicari poteſt, & in hoc dicit concurrere omnes, tàm Ciuiliſtas, quàm Feudiſtas, omnibus ferè enumeratis *D. de Curt. in d. 1. par. cap. 14.* incipien. *multoties, num.* 48.
31 vbi *num.* 52. *&* 54. benè probat, quod appoſita dictione *hæredibus*, ſemper dicetur feudum hæreditarium, non attẽta illorum opin. qui vim faciebant in modo, quo dictio *hæredibus* eſſet appoſita in inueſtitura, quando dictio *hæredibus* eſt addita, prout hic in diſpoſitiuis, vbi in corpore ipſius diſpoſitionis rectè inueſtituræ tenorem conſideranti patebit, non autem in exequutiuis, quæ non alterant diſpoſitionem, *iuxtà Clem.* 1. *de præbend.* & ſic ſumus extrà terminos *dec.* 6. *D. de Franch. poſt Arrium Pinel. Gabriel. & alios*, quos ſequitur *D. de Curte d. cap.* 14. *num.* 58. & omnium optimè *Oſaſch. deciſ.* 164. *num.* 2. *in fin. &* 3. tametſi contrarium poſt *Curt. iun.* latè firmauerit *Frecc. de ſubfeu. lib.* 3. *in* 3. *formul. n.* 24. vt etiãſi in executiuis ponatur dictio *hæredibus*, quamuis non alteretur diſpoſitio, declaretur tamen, vt concedens voluerit effici feudum hæreditarium. Vnde cum Imperator in dicta prima ſua inueſtitura in diſpoſitiuis ſeipſum declarauerit, & gloſſauerit, nulla melior erit
32 expetenda Gloſſa, quàm ipſiuſmet diſponentis *D. Caſanate conſ.* 15. *nu.* 7. *con.* 33. *num.* 52. *& conſ.* 47. *num.* 63. Quod benè ſenſerunt ſucceſſores Imperatores, dũ de procerum, & ſapiẽtũ cõſilio, vt præſumitur, iuxtà *l. humanũ C. de ll.* renouationes iuxtà formã primę concedentes, expreſsè pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſequentes inueſtierũt. Et cum de anno 1386. in locum Imperij prædicta feuda fuerunt dominio Excelſę Reipublicæ Ianuenſis pro certis partibus ſubiugata, id factum fuit, cũ verbis & clauſulis expreſſis, vt eorũ natura, & forma nõ cẽſeretur alterata ibi, *& natura forma, modo, vſu, & conſuetudine dictorum feudorum conſtitutis*, & iterum ibi, *ſecundùm tamen modum, formam, & conſuetudinem antiquatam dictorum feudorum*, & paulò poſt ibi *dederunt, et conceſſerunt, et dant et concedunt prædicta feuda pro partibus ſupradic. cum modis, formis, cõditionibus, et conſuetudinibus antiquatis dict. feudorũ.* Et ſic ſemper inconcuſsè ſeruauit inclita Reſpublica in omnibus ſubſequentibus inueſtituris, tàm ſub Regibus, quàm exactis Regibus, ex quibus omnibus confirmatur, & declaratur feudum huiuſmodi hæreditarium, non autem ex pacto. nec contrarium quoad hoc aſſeruit Iacobus Maria Spinola in precibus pro obtinenda inueſtitura porrectis Reipublicæ ſub die 3. Decẽbris 1541. nec minùs aliter ſentijt ipſa Reſpublica in illius conceſſione.

Dùm enim Iacobus Maria ſupplicans pro ſe, & fratre duo aſſeruit. Primò feudum ex natura ipſius non tranſire ad fœminas. Secundò de ipſo diſponi non poſſe per viam legati, nec alio modo. Quoad primum, verum dicere potuit, cum de iure communi feuda ad fœminas non pertineãt, nec ex eo, quod feuda ad maſculos pertineant, fœminis penitus excluſis, deſinunt eſſe hæreditaria, cum recepta ſit opinio ex adiectione dictionis *hæredibus* effici feudũ hæreditarium, etiamſi dicatur pro hæredibus maſculis, & in Regno ex noſtris Conſtitutionibus sũt dumtaxat habilitatę in defectum maſculorum, vt infrà probabimus. Quoad ſecundum vero, intelligendo, quod Iacobus Maria ſenſerit de prædicto feudo non poſſe diſponi, nec per viam legati, vel alio modo, etiam inter vocatos, & comprehenſos in inueſtitu-

reditarium, etiam ſi pro maſculis concedatur, excluſis fœminis, in omnem caſum iuxtà receptam ſententiam, apud Feudiſtas, præſertim regnicolas optimè feudorum materiam callentes *Afflict. in cap. 1. §. ſimiliter de capit. qui cur. vend. cum alijs per D. de Curte in cap. multoties, num. 53. Fab. de Anna conſ. 114. num. 24.* Ex eo autem quod ſit feudum francum, ſecundùm magis fortè com. ſententiam, feudum alienari poteſt inter viuos, & in vltima voluntate, nullo alio directi domini re-
38 quiſito aſſenſu, vt hanc opin. firmarūt *Hoſtien. et* Io. *Audr. in cap. fin. de reb. Eccleſ. non alien. Bald. in auth. niſi rogati, num. 15. C. Trebell. in l. 1. col. 2. num. 5. C. ſi à non compet. iudice, idem in cap. inter dilectos, num. 6. verſ. alij dicunt de fide inſtr. Felyn. in cap. quæ, in Eccleſiarum col. 31. num. 72. verſ. ſecundo limita, de Conſtit. Iacob. de Sācto Georgio in verb. et cum pacto, quod de ipſo, nu. 15. in fine, Iaſ. in prælud. feud. num. 118. et conſ. 57. num. 2. verſ. ſecundo principaliter moueor, in primo, Curtius in tract. feudorum par. 1. quæſt. 8. num. 27. in verſ. ſecundus notabilis effectus, et in verſ. quartus, et vltimus effectus,* vbi concludit, poſſe alienari, tàm inter viuos, quàm in vltima volūtate, Alex. *in pluribus cōſ.* Berous Corn. *Socin. iun.* pariter *in pluribus conſ. et alij plures*, quos congerit *Burſat. conſ. 2. num. 35. volum. 1.* vbi ex plurium teſtimonio dicit com. *Oldrad. Curt. ſen. Ruyn. Alban. Brun. Zaſius, Siluan. et alij* congeſti per eundem *Burſat. conſ. 4. num. 1.* vbi *num. 2. et 3* multorum authoritate probat, huiuſmodi feudum francum æquiparari illi conceſſo pro ſe, & quibus dederit, de quo ſecundùm
39 communiores doctrinas diſponitur in quaſcunque perſonas, in agnatorum præiudicium, & inter comm. opin. in feudo franco hanc aſcripſit *Laurent. Chircbou. com. opin. cent. 2. concluſ. 38. Feder. Schenen. in cap. 1. num. 9. de ſucceſſ. feud. Scheneid. de feud. par. 7. cap. 1. num. 44.* Menoch. *latè conſ. 401. num. 35. volu. 5.* & in pluries citato reſponſo in hac eadem cauſa edito.

Et ex noſtris Regnicolis, hanc opin. firmat *Capyc. in inueſtit. in verb. feudorum genera, verſ. feudum francum, in verſic. effectus Frecc. lib. de ſubfeud. in 3. formul. inueſtit.* vbi poſt-
ſet varios modos probandi, ex *nu.* 13.
38 *ad* 44. & ob id, cum diuitiæ acquiran-
tur, & amittantur fortunæ impetu *l. ſi is*
qui §. 1. *ff. de acquir. rer. domi. l. planè, ff.*
vt in poſſeſſ. legat. ergo ob incertitudi-
nem, nulla eſſe poteſt iuris præſum-
ptio, vt formaliter, confutando opinio-
39 nē eorū, qui dicūt neminem præſumi
eſſe ſoluendo, refert *Menoch. d. cap.* 28.
de præſumpt. num. 8. *et cap.* 25. *num.* 11.
& ſic optima ratione tolerabitur in ho-
mine circa hoc ignorantia, & error, ra-
tione incertitudinis, quæ reddit factum
40 implicitum, & intricatum: & aurea
certè ad hoc propoſitum eſt doctrina
Romani in d. conſ. 163. vbi poſt *nu.* 4.
cæterum, etſi docet nō plenè probari,
quem non eſſe ſoluendo, niſi præcedat
legitima diſcuſſio iudicis, ob quam
manifeſtum reddatur, an ille ſoluendo
ſit, & reddit rationem, poſt *num.* 5. his
verbis, *quia hæc negatiua, quem non eſſe*
ſoluendo, eſt quid non ens, vt C. de pro-
bat. l. actor, quod, vt ex ſe patet, non benè
poteſt deduci in cognitionem hominum,
ſeù cognitionem alicuius sēſus corporei;
ergo in hoc conſiſtere notorium non
poteſt etc. & verè, quā difficile ſit alie-
norum patrimoniorum vires, & arca-
na perſcrutari, & dignoſcere, vtrum ve-
rè quis diues ſit, & idoneus, experien-
tia nos docuit in noſtra Ciuitate, &
Regno, vt id communiter ab omnibus
etiam alienarum rerum curioſis, & di-

Digitized by Google

ligētibus inueſtigatorib⁹ omniū, q̃ ſub cœlo ſūt: quales ſūt fiſci delatores, vt dicit *Gloſſ. in l. 6. ff. de iur. & fac. ign.* difficillimū, & inſcrutabile exiſtimetur; vt reſtes ſūt graduationū, & diſcuſſionū pceſ⁹ infinitorū, q ditiſſimi ſūt habiti, dum viuebant, & demum, adeò ære alieno incognito, donationibus antea factis, fideicommiſſis, vinculis, & dotium reſtitutionibus, in necem creditorum, & prudentiorum ſapientum noſtræ Vrbis reperti ſunt obærari, vt de cętero emptiones annuorum introituum, quæ prius erant promptæ, cum particularibus, amplius nec frequentētur; nec per ſuprema Tribunalia interponātur decreta, quoad pecunias vinculatas in emptiones cēſuum conuertendas, niſi cum Regia Curia, & Fideliſſima Ciuitate, licet omnes norint difficultates, & incommoda, quæ cum vtraque patimur, adeò, vt quamuis in publicis Comitijs ſæpiùs fuerit tractatum huic malo mederi, cum erectione publici Archiuij, vbi onera patrimoniorum, velut in cataſtro publico, annotarentur, non potuit hucuſque id obtineri, ſicut ex præſcripto more, & aduerſa fortuna noſtræ Ciuitatis: ea, quæ verè ad Ciuium conſeruationem, & neceſſaria ſunt ad publicam vtilitatē perfici nunquam potuere.

41 Accedat prædictis, quia id quod dicimus, ignorantiam in facto alieno non excuſare, vbi quis tenetur inueſtigare, *cap. quamuis, de regul. iur. cum inſi. per* Maſcard. *concluſ.* 879. incip. *ignorantia num.* 7. procedit, vbi de facili quis certior fieri poteſt, non aliter, *Roland.* in ſpecie *conſ.* 72. *nu.* 20. *in* 3. allegat *tex. notab. in l. regula* 9. §. *ſed facti*, ibi, *ſed facti ignorantia, ita demum cuiquam nocet, ſi non ei ſumma negligentia obijciatur, quid enim ſi omnes in Ciuitate ſciāt, quod ille ſolus ignorat? & rectè Labeo definit ſcientiam, neque curioſiſſimi, neque negligentiſſimi hominis accipiendam; verum eius, qui eam rem diligenter inquirendo notam habere poſſit, ff. de iuris, & facti ignor.* cū qua cōcord. *l. nec ſupina 6. eod. tit.* ibi, *nec ſupina ignorantia ferenda eſt factum ignorantis: nec ſcrupuloſa inquiſitio exigenda.* Sciētia enim hoc modo æſtimāda eſt, vt neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit, neque dela-
42 totia curioſitas exigatur, vt ibi *Gloſſ.* interpretatur, & *Gloſſ. in l. fin. ff. de decretis ab ordine faciend.* vbi non licet ignorare, quod publicè notum eſt, vel pro roſtris affixum; medium enim in hoc regulariter eſt tenēdum, ſecūdùm *Gloſſ. in l.* 3. §. *vnde rectè in fin. ver. quo vertatur, ff. de in rem verſo*; vnde cum huiuſmodi notitia, an quis ſoluendo ſit, difficilis reputetur ex prædictis, illius ignorantia, nullo modo exiſtimari poterit ſupina, vel affectata, cuiuſmodi eſt ignorare, quod omnes, vel ſciunt, vel ſcire poſſunt, & exemplificāt *Gayl. d. cap.* 48. *num.* 15. *Maſcard. d. concluſ.* 879. *num.* 17. 31. & 33. præſertim cum iſti debitores nominum (vt ex actis liquet) poſſiderent plura bona ſtabilia, vt pbabiliter diuites reputari potuerint *ad tex. in l. ſciēdū* 15. *ff. qui ſatiſd. coga. Afflict. dec.* 170. q̃ tamē reperta ſunt alijs anterioribus creditoribus obligata, quorum quiſq; etiam curioſus plenam notitiam habere non potuiſſet.

Ex alio etiā, ſi D. Cæſar Caracciolus cogeretur probare ignorātiā, put verè
43 ex pdictis ſatis probata remanet: ignorantia probaretur ex eo, quia D. Cæſar, vt Neapolitanus ſcire non poterat, an nomina debitorum ceſſa hominum Ciuitatis Luceriæ, vbi degebat, & cōuerſabatur quotidie Marchio ſocer, qui illa dedit inſolutum, eſſent idonea, vel nē; & ſic D. Cæſar, velut exterus, & abſens, iuſtè potuit ignorare facultates nominum ceſſorum; abſentia enim à loco iuſtam præbet ignorantiæ cauſam, adeò vt, probato, quem fuiſſe abſentem, vel aduenam loci, vbi rei notitia haberi poterat, ſatis perſpicua reſultet iuſtę, & tolerabilis ignorantiæ probatio *l. Titius* §. *Lucius ff. de liber. & poſthum. l. planè, ff. de excuſat.*
44 *tutor.* Adeò vt aduena iter faciens, ſi non ſoluat gabellam, excuſetur à cōmiſſo, ignorantiam allegando: quinimò

nedum

nedum forenſis, ſed etiam ciuis nouitius excuſetur à pœna ſtatuti, ſi illi cōtraueniat, cum forenſis, & nouitius ciuis æquiparentur quoad excuſationem ex cauſa ignorantię, *l. qui cum vno, in fin. et l. qui commeatus* §. *fin. verſ. Tyroni, ff. de re milit.* plenè Menoch. *lib. 6. de præſumpt. cap. 24. num. 39. & 40.* & ignorans non dicitur contemnere authoritatem Principis, vel legis præceptum *l. genero, ff. de his qui notant. infam.* vt hæc, & plura congerit *Gailyus d. cap. 48. l. 2 num. 26. & 29.* Et quod
45 abſētia cōnumeretur inter iuſtas cauſas excuſandi quem à rei ignorantia, adeo, vt probata abſentia, probata cenſeatur ignorātia excuſabilis, plura *Maſcard. cap. 1237. num. 7.* E contrà verò Marchio Apicij, qui dedit hæc nomina inſolutū genero, erat antiquus Ciuis Lucerinus, vbi lares, & domicilium retinebat, & ſic de iure præſumitur habuiſſe notitiam idoneitatis nominum ſuorum conciuium, quæ inſolutum dedit: vicinus enim, nedum antiquus ciuis, plenam præſumitur habere notitiam conciuiū, etiā ex aſſidua conuerſatione, & amicitia, & præſertim, quia, longè antea cum illis immediatè contraxerat, eorumq; fidem ſequutus fuerat, illis credendo pecuniam; & ſic an-
46 tiqua erat notitia, vt de antiquo Ciue, tradit *Curtius ſen. conſ. 27. ex tex. in l. conſtitutiones, C. de iuris, & facti ignor. & in cap. 1. de poſtul. prælat. & cap. quoſdam de præſumption. Gayl. d. cap. 48. num. 29. in fin.* & latè de præſumpta ſciētia, ex eo, quod ſit conciuis, vel
47 vicinus; & è contrà de præſumpta ignorantia, ex eo, quod ſit abſens, vel exterus loci, tradit *Maſcard. d. concluſ.*
48 879. *num. 11. 19. 24. & 38.* abſens autem in hac materia dicitur etiā is, qui eſt in Ciuitate, vt non præſumatur ſcire, quæ fiunt ruri, & è contrà *Bald. Ang. & Imol. in d. l. Titius* §. *Lutius, ff. de liber. & poſth.* Maſcard. d. cōcl. 879. n. 50.
49 Hinc fit, in terminis noſtris, vt vicinus, conciuis, aut coniunctus, ſcire præſumatur vicinum, vel conciuem eſſe diuitem, vel pauperem; cum hæc ſint de his, quæ communiter cadunt in ſcientiam, & cognitionem vicinorum, *Purpur. ex Bart. Bald. & alijs in l. 1. nu. 92. ff. ſi cert. petatur.* Menoch. in ſpecie *lib. 6. cap. 24. nu. 11. de præſumpt.* vbi idem dicit præſumi ſcire, quod vicinus poſſideat, vel exercuerit iuriſdictionem, *num. 27. & 28.* & in omnibus alijs actibus ſucceſſiuis non momentaneis, *nu. 18. cum ſeq.* & idem *Maſcard. concluſ.*
50 1159. incip. *pauper, num. 24.* Vnde ſequitur, quod, ſi etiam venditore nominis ignorante nomen non eſſe idoneum, ſuccurrendum eſt emptori ſimiliter ignoranti, qui tractat de vitando damno, ſecundùm *Alex. in d. §. ſi mulier, poſt nu. 4. verſ. puto quod, & Barboſ. in d. l. æſtimatis, poſt nu. 11. verſ. ex quibus*, fortiùs in caſu noſtro, vbi, nedum emptor fuit ignorans, ſed venditor fuit ſciens, & prudens, & in hoc caſu ceſſat omninò deciſio, *d. l. ſi nomen,* nedum, quia emptor non fuit ſciens,
51 ſed ignorans *ex d. l. promittendo*; ſed quia venditor ſciuit, ſubintrat hoc caſu deciſio *tex. in l. 1. §. 1. ff. de actio. empti*, vt cum ſit contractus bonę fidei, venditor teneatur bona fide aſſerere rem quā vendit, eo modo prout eſt in veritate, & teneretur eius aſſertionem bonam, & veram facere, in tantum, quod, ſi minus exprimat eius, quod ſcit, vel ſcire debet, aliquid ſubticendo, emptorem decipere dicitur, & improbato
52 more verſari, & ſciens aliquid non eſſe, & aſſerit eſſe, quia ſcienter plus aſſerit, tenetur de dolo *l. ſi quis affirmaue-*
53 *rit ff. de dolo* debet namque venditor ſciens, per verba clara, & non obſcura emptorem monere de omnibus oneribus, & qualitatibus rei emendæ, *Alex. conſ. 14. volum. 5.* imò regulare eſt,
54 quod quando non exprimitur aliquid, quod ſi expreſſum fuiſſet, contrahens non fuiſſet veriſimiliter contracturus, ſubueniri debet emptori in odium tacentis, *Alex. conſ. 107. viſo proceſſu*
55 *verſ. plus dico vnū, lib. 4.* adeo, vt præponderet dolus commiſſus in tacendo,

culpę

Digitized by Google

culpę in non inueſtigando, *Alex. conſ. 14. verſ. quinimò dato, num. 3. in fin. 4. & 10. in vlt. verbis, lib. 5.* & ſic peccauit iſte contractus in eo, quod eſt cau-
56 ſa formæ, id eſt in conſenſu, vt hæc, & alia optimè contrà venditorem tacentem, affert *Lanar. conſ. 15. ex num. 30.* & pręſertim, *nu. 35.* Pio Domino Regente Reuerterio, cuius dictis addenda eſt pulchra obſeruatio *Natta ad Alex. in d. conſ. 14. lib. 5. num. 4. in add.* incip. *aduerſario,* dum dicit *Alex.* conſideraſſe, obijci potuiſſe aduerſus ſuam theoricam, quod dubitans æquiparatur ſcienti, quando cum alio contrahit, quia debet explorare conditionem illius, vt ex reg. iuris; ſed huic motiuo reſpondet *Alex.* præuidens obiectionem,
57 quod licet Baptiſta emptor fuerit in aliqua culpa in non inueſtigãdo; tamē dolus Ioannis in tacendo præpōderat, & ſic apparet *Alex. cum Natta,* decidere, non nocere culpam emptoris; cum venditor ſciuit, quos latè exornans ſequitur *Surdus* expreſsè *dec. 265. n. 17.*
58 Imò amplius ponderat *Lanar.* in caſu ſuo, quod fatuus fuiſſet D. Regens, ſi ſciuiſſet rem reſtitutioni ſubiectam, ponere ſe in ancipiti, & interim pretium ſoluere; & ex hoc fundat conſenſum in illo contractu cenſeri diſſenſum, velut dolo elicitū, & conſequenter cōtractum fuiſſe ipſo iure nullum, & ſic fortiùs D. Cæſar in caſu noſtro fuiſſet fatuus, & omninò demens, ſi pro tertijs dotis, qui eſt titulus ex parte viri tam onerofus, ſciēter recipere voluiſſet inſolutum pro pecunia debita in genere, & ab initio promiſſa, & debita à ſocero, & vxoris fratribus diuitibus, mediātibus pluribus inſtrumentis, nomina debitorum decoctorum inania. Reſultaret enim ex hoc donatio euidens, & manifeſta, *l. cum vir vxori 54. ff. de iure dotium,* & in terminis probat *Barboſ. in d. l. æſtimatis 51. num. 9. ff. ſoluto*
59 *matrim.* vnde vt excludatur præſumptio donationis, potius præſumitur, nō ſolùm error, ſed ignorātia, quinimò fatuitas, vel ſtultitia *l. cum de indebito, ff. de probat. l. Campanus, ff. de operis libert.* & in terminis hoc argumento utitur *D. de Franch. d. deciſ. 108. nu. 4.* etiam in facto proprio, & etiam ſi actus alioquin redderetur inualidus, & omninò inutilis, ut probant latiſſ. *Surdus* uidendus *d. conſ. 202. nu. 11. & 12. Menoch. conſ. 1. nu. 213. & ſeq. Maſcard. concl. 555.* incip. *donatio regulariter,* licet nō præſumatur error, quando ex errore præſumeretur quis fatuus, ut notat *Caſtr. in l. vlt. in final. verbis, C. de hæred. inſtit.* de quo meminit *Maſcard.*
60 *concluſ. 638.* incip. *error, num. 5.* & tamen, nedum error facti, ſed etiam error iuris potius pręſumitur, quàm donatio, *l. Titio §. qui in uita, ff. de leg. 2.* cum alijs per eundem *Maſcard. cōcluſ. 640.* incip. *error iuris, num. 10. Surd. d. conſ. 202. num. 11. 14. 15. & 20.* ubi quod potius præſumitur fatuitas, fraus, & ſimulatio, & quod ſufficit quęcunq; leuis occaſio; & tandem error, uel ignorantia probantur, ubicunque probatur, rem aliter ſe habere, & ſic cū ex diſcuſſione facta, audito Marchione cedente, apparcāt nomina ceſſa penitus inania,
61 & ſine fructu, & ſic perinde habeantur, ac ſi cedenti nihil debuiſſent, ut ex *l. nam is ff. de dolo,* in terminis conſiderat *Barboſ. in l. æſtimatis, nu. 11. verſ.*
62 *ex quibus;* ex hoc remanet probata ignorātia, quæ excuſat in facto alieno, & etiam in facto proprio, quando agitur de damno uitando, aliter uero de lucro, *Bart. in l. non fatetur, num. 10. ff. de confeſſis, Ruyn. conſ. 127. l. 3. Surd. d. conſ. 202. num. 12. 13. & 19. cum infin. à Maſcard. concluſ. 638.* incip. *error in dubio, num. 2. & 4. & concluſ. 642.* incip. *error probatur probando,* & ſi ſola hæc conſideratio nō ſufficeret ad præſumendam ignorantiam ſufficientem in facto proprio, ſi iungatur cum altera, cum quis non fuit nimis curioſus,
63 quia credidit aſſertioni boni viri, à quo ueriſimiliter exiſtimare debuit, nō eſſe decipiendum; hæc omninò erit iuſtę ignorantiæ ſufficiēs probatio, ut ex *Gloſſ. in l. Titio fundus verb. actiones* circa

circa finem, *ff. de condit. & demonſtr.*
& Bart.*in l.de pupillo* §.*ſi quis ipſi præ-*
*tori, num.*17.*ff.de oper. noui nunt.* la-
tiſſimè probat idem M*aſcard. concluſ.*
648. incip. *error probatur* .

At hic non credidit D. Cæſar ſim-
pliciter aſſertioni cuiuslibet boni viri,
prout habebatur Marchio Apicij, ſed
aſſertioni ſoceri,q loco patris habetur,
& cui ferè eadẽ debetur reuerẽtia,*l.qa*
parentis 17. *ff.ſol.matr.*vnde eò fortius
erit excuſandus,dum pro tertijs dotis,
ſubſtinẽdo onera matrimonij, loco pe-
cuniæ debitæ in genere, recepit nomi-
na benè cognita cedẽti,ipſi autẽ igno-
ta,& ob id ipſi omninò eſt ſuccurrẽdũ:
& eò fortiùs hęredibus D. Cęſaris, q-
64 bus nulla negligentia imputari poteſt
cur diligentiùs conditionem nominum
ceſſorum non perſcrutauerint , prout
hæredes excuſare videtur ipſemet *I.C.*
in reg.qui cum alio,verſ.hæredi autem
ff.de regul. iur. vbi *Dec. num.* 7. *&* 8.
probat procedere non ſolùm, vt hæres
excuſetur quoad legatarios,ſed etiam
quoad creditores , quamuis regulari-
ter ex perſona hæredum qualitas obli-
gationis mutari non ſoleat. *l.* 2. §. *ex*
bis,ff.de verb.oblig.& ſequitur M*enoch.*
*lib.*3.*præſumpt.cap.*88. *in fin. num.*18.
65 Tertiò principaliter limitatur deci-
ſio *tex.in l.ſi nomen* , vbi cedens , vel
vendẽs nomẽ,dolo verſatus fuiſſet,qui
dolus ex eo arguitur, ſi cum ſciret de-
bitorem reditus ſoluendo non eſſe
emptorem decepit,*l.ſi plus* 74.§.*vlt.ff.*
66 *de euictione*.vbi amplius *I.C.*videtur re-
ſtringere deciſ.*d.l.ſi nomẽ,* vt ita demũ
venditor nominis non teneatur bonũ
facere,ſi quale fuit,vendidit, nõ ſi ſim-
pliciter, quaſi ſimpliciter vẽdito nomi
ne,de dolo teneatur vẽditor,ibi *qui no*
men quale fuit vendidit, dumtaxat, vt
ſit,non vt exigi etiam aliquid poſſit, &
dolum præſtare cogitur , ſi igitur non
vendidit quale fuit, ſed ſimpliciter ,
quaſi dolo verſatus in non exprimen-
do id, de quo emptorem certiorare
debebat,de dolo tenetur , quod *Gloſſ.*
*vlt.*ibi ſentit,dum citat *l. nam is* 6.*ff.de*
dolo,vbi dum in *l.ideoq;* 5.*in fin.* dixiſ-
ſet I.C. *planè ſi tutor ſoluendo non ſit*
dicendum erit de dolo actionem ei dari,
ſubijcit *in d.l. nam is, nam is nullam*
videtur actionẽ habere , cui propter ino-
piam aduerſarij inanis eſt actio , vbi
*Gloſſ.*apertiſſimè declarat *d.l. ſi plus* §.
fin. dum ſtatim ſubijcit, *niſi nomen*
ſit vẽditũ quale ſit,vt infrà de euiction.
l.ante penult.§.*fin.quæ eſt d.l. ſi plus*,&
ſic, niſi expreſsè vendatur nomen, tale
quale eſt, venditor tenebitur de dolo,
ex eo , quod emptorem non certiora-
67 uerit,& ita in ſpecie interpretatur *d. l.*
ſi plus §.*fin.Surd.d.dec.*288.*poſt n.* 28.
verſ. ad id autem , vbi benè probat ex
his verbis *quale fuerit nomẽ* excuſari
venditorem , circa qualitates, & acci-
dentia,an ſcilic. ſoluendo ſint, & exi-
gibiles delegati debitores, vel nè,non
autem circa ſubſtantiam , cum etiam
his verbis adiectis, teneatur præſtare,
quod nomina ſint,vt in *l.pen.* §.*fin.* ibi
qualiacunq; ſint dolia,ff.de action.emp-
ti,& hoc idem ſequitur *Rodriquez*, dũ
tradit hanc limit.*ad d.l. ſi nomen d. lib.*
68 2.*q.*21.*nu.* 22. quinimò amplius do-
cuit *Alex.in d.conſ.*14.*lib.*5. quod vẽ-
ditor ſciens onus, vel defectum rei vẽ-
ditæ , expreſsè dixerit ſe nolle teneri
ratione cuiuſuis oneris , & ita conſen-
ſerit emptor rem accipere, licet in ge-
nere dixerit ſe nolle teneri , tamen ad-
huc ratione taciturnitatis tenebitur
de dolo ad omne intereſſe emptoris ,
de quo dicit eſſe caſum in *l. quæro* 40.
ff.de action. empti , ibi, *quando hæc ge-*
neralis exceptio, non ad ea pertinere de-
beat,quæ venditor nouit, quæ ſpecialiter
excipere,& potuit,& debuit,ſed ad ea ,
*quæ ignorauit.*vbi *Gloſſ.verb.debuit* ci-
69 tat concord.& *Alex.*allegat alia quo-
que iura, & ampliat, primò procedere
etiam ſi venditor proteſtetur ſe ven-
dere ius,quod habet in re,& tandem
ampliat fortiùs ex *Caſtrenſi*, idem eſſe,
ſi venditor ſciens exciperet in ſpecie ,
ſe nolle teneri de tali vitio , vel defe-
ctu,tñ hoc non ſufficere ad eximendũ
venditorem ſcientem, qui dum ſcit, &
clarè

Digitized by Google

clarè non loquitur, totum præſumitur facere animo circumſcribendi, iuribus per *Alex.* citatis *num.9. in fin. & n.10. in fin.* dicit non imputari eo caſu, quod emptor non inueſtigauerit, quia nemo poterat informare emptorem, niſi venditor, qui tacendo fuit in dolo, qui dolus præponderat culpæ, vbi *Natta, & alij addentes* alios cōgerunt hoc exornantes, ſicut idem facit *Surd. d. deciſ. 265. num. 17.*

Verùm ſi ex alijs dolus cedentis arguendus eſſet, non deſunt in caſu noſtro plura alia capita, ex q̄bus cedētis dolus, tàm in ſubticēdo verū, quàm in exprimēdo falſū detegitur, tā in primo cōtractu dationis inſolutū anno 615. q̄ in alteto, q̄ vt poſteà emēdaret intereſſe ceſſionarij, detectis mēdacijs, fuit fact⁹ ſecundus contractus anno 618. dū adhuc ex diſcuſſione non completa, non erat detecta inhabilitas nominum ceſ-
70 ſorum; ſufficeret enim de dolo conſtare in aliqua parte eiuſdem contractus, ſicut de errore, & ignorantia, tradit ex *Comenſi, Alciat. reg. 3. cap. 21. n. 3. in fin. de præſumpt.* quem ſequitur *Menoch. lib. 6. cap. 23. num. 50. verſ. declaratur ſeptimò & in cōſ. 145. à n. 7. vſq; ad 11. lib. 1.* vbi quamuis defendat in ſuo caſu fuiſſe inductam nouationem quoad fideiuſſores, tamen *nu. 29. verſ. tertium pariter, & 30. cum ſeq.* fatetur contrarium, vt teneatur venditor ſciens de dolo, & p̄ſertim in cauſa dotis, & maxi-
71 mè aſſerendo ſe dominum certorum corporum, cum non eſſet, & horum nominum in ſpecie in maiori quantitate quàm verè eſſet, quo caſu propriè verè dicitur emptorem decepiſſe, *l. ſi quis domum 9. in fin. verſic. quid tamē,* ibi *decepit enim conductorem, ff. locati,* quæ non minùs locum habet in venditore, licet in cōductore loquatur, vt ex *Cyn. Bart. Bald. Caſtr. Molina, Modern. Pariſ. et alijs* fundat reſponſum Senatus Mantuani contrà Vaiuodam Moldauiæ, inter deciſ. *Surd. deciſ. 326. nu. 48.* vbi quod ad omne intereſſe teneatur venditor, & ſequitur *Rodriquez d. lib. 2. capit. 21. num. 22.*

Quartò ex prædictis colligitur quarta limitatio, ſiuè declaratio *ad d. l. ſi*
72 *nomen*, vt omninò ſit declaranda procedere in nomine, quod tempore inſolutum dationis ſit habile, ſed ex poſt facto ſit effectum non ſoluendo, & inhabile, ſcilicet poſt ceſſionem, ſiuè inſolutum dationem, & venditionem, cū alioquin data ſcientia venditoris, impoſſibile ſit practicare deciſ. *d. l.* & hoc eſt, quod communiter *DD.* colligunt *ex d. l. cum concord.* dum dicunt, quod vendens, vel inſolutum dans nomen debitoris, liberetur, & periculum nominis tranſeat in emptorem, velut dominum nominis, & ſic ferè omnes ſupponunt, inhabilitatem ſuperuenientem poſt ceſſionem pertinere ad emptorem, non autem præcedentem ante vēditionem, quod propriè important, verba, *periculum cedere*, quod de ſuperuenienti intelligitur *toto tit. ff. de periculo, & comodo rei venditæ, & l. periculum, C. ſi certum petat.* hanc diſtinct. fecit expreſsè *Bart. in l. pupilli 96. §. ſoror*, vbi idem *Caſtr. ff. de ſolut.* & eam voluit *Bar.* procedere generaliter, etiā extra cauſam dotis, idem *Bart. in l. Meuia 50. ff. ſolut. matrim.* & ſequitur *Oſaſch. deciſ. 61. num. 10. in fin. verſic. ſecundo poteſt reſponderi*, vbi generaliter intelligit diſtinct. *Bart.* & addit, quod hoc modo intelligendo, euitabimus multas amaritudines, & difficultates reſultantes ex varijs diſtinct. *DD.* & hanc *Bart.* diſtinctionem proſequitur etiam *D. Reg. Rouit. conſ. 75. nu. 15.* & ita loquuntur *Bald. Imol. Alex. Siculus, Socin. Ruyn. Gozad. & alij*, quos referunt *Becius in ſuo ampliſſimo conſ. 105. ex num. 18. cum ſeq. vol. 1. Surd. conſ. 145. num. 21. & 29.* dum hęc referens loquitur per hæc verba *liberari dātem inſolutum quidquid inde ſequatur de nominibus*, & *Becius*, dum conſuluit in caſu ſuo, cedentem non teneri facere idoneum nomen ceſſum, ſupponit, pro abſoluto, quod debitores tempore ceſſionis erant ſoluendo, &

quod

quod ex negligentia ceſſionarij potuerint ex poſt facto reddi inhabiles, vt per eum poſt *num. 19.* ibi, *nam cum ſupponatur in facto*, & ob id inſtruit quomodo nomina ceſſa ſint diſcutienda, vocato potius cedente poſt *nu. 25.* iuncto *n. 26. & n. 27. in fine*, addit non probari minus in caſu ſuo, nomina non eſſe ſoluendo: quid plura? idem *Becius* diſtinguendo materiam, & caſus poſt *Caſtr. & Decium poſt nu. 35.* expreſsè ſe declarat, quod quidquid ſit in ſimplici ceſſione in hac ſpecie, de qua nos agimus, re inſolutum data, vel delegata, periculum nominis poſt ceſſionem contingens pertinet ad ceſſionariũ, *ex*
73 *d. §. ſoror*, idẽq; expreſſiùs declarat, & reſtringit *Marc. Ant. Eugen. in ſuo conſ. 73. num. 8. verſ. tertio quia, & num. 15. & num. 16. & in verſ. ex quibus luce clariùs*, vbi ita demum cedentem liberari affirmat, ſi tempore ceſſionis nomina erant habilia, & ex negligentia ceſſionarij ſint effecta non idonea, & idem clariſſ. *Rodriquez*, vbi ita intelligit loqui omnes *DD.* in hac materia *d. lib. 2. cap. 2. poſt num. 7. & 18.* idemq; ſentit *Gratian. lib. 1. cap. 3. num. 17.* vbi æquiparat caſum, vbi debitor non eſt ſoluendo, & cauſam dotis ex priuilegio, de quo infrà, & reddit pulchram rationem *num. 18.* Vnde cum in caſu præſenti plenè conſtet, & notorium ſit hodie, nec tempore dationis inſolutũ nomina eſſe, nec fuiſſe idônea, nec quicquam imputari potuiſſe D. Cœſari, qui
74 ſtatim iudiciũ inſtituit, petendo inſtrumenta exhiberi, iuxtà ſingularem deciſionem Alberti Galeoti, quam extollit *Roman. d. conſ. 163. num. 6.* & formam iudicij traditam à *Becio in d. conſ. 105. num. 25. & Rodriquez d. cap. 21. nu. 3. in fin.* audito in omnibus venditore nominis; caſus præſens eſt extrà omnẽ dubitationem. Eò præſertim, quod culpa Marchionis, qui vſq; ad annum elapſum non exhibuerat, nec conſignauerat omnia inſtrumenta nominũ, prout fuerat ab initio requiſitus, non potuit iudicium excuſſionis nominum
57 citius expediri: de iure autem, qui hodie pauper eſt, & non ſoluendo, ſic etiã in præteritum fuiſſe præſumitur, licet non ſic facile in diuitijs ex præſenti præſumatur in præteritum, ſed in paupertate id procedit ſine difficultate, vt ex *l 3 vbi Bald. et Salyc. C. de probation.* probat multorum teſtimonio *Pactian. d. cap. 54. lib. 1. num. 30. de probat.*

Quintò, & vltimò pro coronide, tenetur cedens in caſu noſtro, quia ſumus in cauſa dotis, ſiuè debitore ex cauſa dotis, in qua pleraq; ſpecialia concurrunt, ex quibus difficiliùs cedens, vel vendens nomen liberatur quàm in alia materia.

76 Primò etenim, licet vbi datur inſolutum ſpecies pro pecunia, & ſic pro genere, omnis primæua actio funditus extinguatur, nihilominus hoc fallit in cauſa dotis, quia in caſu euictionis maritus agit, adhuc primæua actione priuilegiata in tempore, & hypotheca, ac ſi nihil fuiſſet datum, *l. qui res 98. vbi omnes, ff. de ſolution.* Et ex hoc operatur in dote non minùs, ac ſi partes expreſsè reſeruaſſent ſibi primæua iura, cum ſuis priuilegijs *Boerius* latè *deciſ. 337. poſt num. 2. Barboſa in d. l. æſtimatis 51. num. 20. Teſaur. iun. ſupra citato cap. 88. lib. 2. num. 13.*

77 Secũdò, deciſio, *tex. in d. l. ſi nomẽ* fallit in dote, nã ſpeciale eſt in cauſa dotis, vt ſiuè marit⁹, ſiuè mulier decipiatur in recipiendo nomen non idoneum, ſubueniatur ſibi, verba ſunt *Caſtr. in l. Meuia 50. poſt num. 4. ff. ſoluto matrimonio, Angel. in l. pupilli §. ſoror, ff. de ſolut. Franch. deciſ. 108. poſt nu. 3.* & licet *Caſtr.* plura dicat, faciendo diuerſa capita, quæ non in omnibus probantur, in hoc tamen approbatur, vt ſpeciale ſit in cauſa dotis, vt optimè *Pauli* doctr. explicat *Barboſ. in d. l. æſtimatis, n. 11. in fin. verſ. infertur etiam,*
78 vbi addit, viro atque uxori in dote ſuccurrẽdum, etiam ſi culpoſa ignorãtia eis imputari poſſit, & ſufficere ſi re ipſa lędantur accipiendo debitorem inopem, benè ad id ponderans *d. l. promitten-*

mittendo §.*ſi à debitore*,*ff.de iure dotiũ*,
& rationem ſpecialitatis colligi *ex l.*
iure ſuccurſum, §.*fin. eod.tit.* vbi gene-
raliter definitur in cauſa dotis, nullam
admitti captionem,nec tolerari aliquẽ
ex coniugibus, ſiuè cõtrahentibus lo-
79 cupletari cum aliena iactura, & addit
Barboſa data ignorantia, indiſtinctè
marito non præiudicari, ſed ſi fuerit
ſciens,nec ſibi indiſtinctè, & omninò
præiudicari, niſi cum declaratione, de
qua *in l. licet*, *ff. de pactis dotalib. Gra-*
tian.tomo 1.diſcept.forenſ. cap.3.n.17.
Tertium eſt ſpeciale in cauſa dotis,
80 vt quamuis debitor cedens nomen
debitoris ſuo creditori inſolutum, fue-
rit in dolo, dolus ille non reddit ceſ-
ſionem ipſo iure nullam, ſed parit tan-
tummodo actionem de dolo contrà
cedentem, *l.dolo*, *C.de inutil.ſtipul.* ta-
men debitor, qui tenetur ex cauſa do-
tis, ſi cedat creditori ex cauſa dotis
dolosè,nullo modo liberatur,ſed con-
uenitur primitiua actione, ac ſi ceſſio
non interceſſiſſet, *Bald. Angel. Imol.*
Caſtr.& Alex.n.1.in d.l.ſi cum dotem,
§.*ſi mulier*,*Surd.d.conſ.* 145. *num.* 31.
& 32.in primo.
Nec obijciatur, quod nomina de-
bitorum non fuerunt data inſolutum
pro dote,ſed pro intereſſe, ſiuè tertijs
decurſis ad beneficium viri pro dote
promiſſa.
Primò enim poſſemus dicere in da-
tione inſolutum anni 615. fuiſſe data
ſtabilia, emptiones annuorum introi-
tuum,& nomina debitorũ pro vniuer-
ſo debito dotis, & interuſurij aſcẽden-
ti ad duc. 20.m. nulla facta expſſione,
nec diſtinctione, quæ ex corporibus
dotis eſſent pro dote, & quæ pro inte-
81 ruſurio; vnde nõ facta expreſſione,cẽ-
ſentur meliora corpora data in cauſã
duriorem,& ſic pro intereſſe,iuxtà *l.1.*
C.de ſolution. vel ſaltim ſufficere hoc
diſcerni, nec ad oculũ demoſtrari poſ-
ſe,vt iuſtè allegare poſſimus,nomina
data fuiſſe in cauſam dotis, & ſi prima
aſſignatio corruit, quia doloſa, vel ex
dotis priuilegio,conſequenter & ſecũ-
da data in executionem antecedentis,
eodem errore, & dolo intercedente,
quorum reſpectu mulier erat in tuto
ex priuilegio dotis, in qua periculum
nominis ceſſi pertinet ad cedentem,
non potuit,inſcia vxore,per ſecundum
contractum fieri aſſignatio nominum
decoctorum viro in ſolutionem inte-
reſſe, licet videretur prima fronte ce-
dere ad ſui beneficium, cum interfue-
rit vxoris, aſſignationẽ,primo loco fa-
ctam non mutari ſine eius cõſenſu, niſi
eidem ſuo viro tradita fuiſſent inſolu-
tum bona effectiua, & nomina habilia,
ſuper quibus potuiſſet ſatisfieri de ſuo
antefato, & intereſſe dotiũ, de quibus
hodie eſt creditrix hæreditatis viri, cũ
ex priuilegio dotis prima inſolutũ da-
tio nocere non potuiſſet, ſed damnum
ſibi pararetur ex ſecunda, cuius omni-
nò fuit ignorans, & ideò ex ea præiu-
dicium aliquod ſibi cauſari nõ potuit;
Sed meliùs,& tutiùs dicimus,eſto quod
non ageremus de dote, ſed de ipſius
interuſurio debito,& promiſſo viro pro
oneribus matrimonij, quæ ſubſtinuit,
82 idem eſſe quod in dote: hoc enim
priuilegium non eſt reſtrictum, vt ſit
conceſſum dumtaxat doti, ſed,vt cum
myſterio,dixit *Caſtr.* ſpeciale eſt in
cauſa dotis, vt ſiuè maritus,ſiuè mulier
decipiatur, recipiendo nomen non
idoneum, ſubueniatur ſibi, & ſic ſuffi-
cit, vt alter ex coniugibus lædatur in
cauſa dotis, ſcilic. in materia dotis, &
circa dotem,vt clariſſimè probat ratio
reddita à *I.C.in l.iure ſuccurſum*,§.*vl-*
timo,*ff.de iure dotiũ*, *ex quo text.Caſtr.*
excepit priuilegium,ibi *ſi alteruter cir-*
cumuentus ſit,*ſuccurrendum eſt*, *quia*
bono,& æquo non conueniat,*aut lucrari*
aliquem cum damno alterius, *aut dam-*
num ſentire per alterius lucrum, quæ
ratio non minus militat in dote, quàm
in interuſurio, & preciſè militare in
nomine ceſſo, quod non eſſet ſoluẽdo
conſiderauit *Alex.in d.*§.*ſi mulier poſt*
nu.4.verſ.ſed ad hoc, *& Barboſ.nu.* 11.
83 *verſ.inſertur etiam*,& ita nuncupatim
procedere generaliter in cauſa dotis
ex

ex ratione generali *d.l.iure ſuccurſũ,ex*
Gloſſ.in auth.de æqualit.dotis poſt princ.
ver.negotiationẽ,ibi,*nec ea,quæ inter cõ-*
iuges agũtur sũt pro negotiatione habẽda,
quaſi ceſſare debeat ſubtilis cõſideratio
I.C.*in d.l.ſi nomẽ*,digna vt potius inter
negotiatores in cõmercijs attendatur,
quam inter coniuges, notat *Alber.ex*
Cyno in l.ſi circumſcripta,C.ſolut.matr.
plura enim in cauſa dotali ex ſpeciali
æquitate,quæ pollere debet inter con-
iuges, introducta ſunt contrà iuris ci-
uilis apices, *Fortun. de vlt.fine iuris n.*
417. vt optimè generalem rationem
84 *d.text.in §.fin.l.iure ſuccurſum*,plures
ob id effectus, & ſpecialitates produ-
cere inter coniuges, tàm vt minor læ-
ſio admittatur,etiam citrà dimidiam in
æſtimatione rerum dotalium, quàm
etiam in dolo,metu,& captione quali-
libet excludenda, eruditè de more
probat *Arius Pinellus in 1.par. repet. l.*
*2. C.de reſcind.vend.cap.1.ex num.*10.
& preciſè, *nu.*15. *&* 16.vbi in ſpecie
videtur loqui,etiam de nomine ceſſo,
dum allegat *Alex.in d.l.ſi cum dotem*
§.ſi mulier,& in puncto hoc tenet *Bar-*
*boſa in d.l.æſtimatis num.*11. *verſ. in-*
*fertur,& num.*12.& ob id *Boerius* in
85 hac materia æquiparauit dotem,& do-
herium,quod iiſdem priuilegijs muni-
tum indubiè ſuppoſuit *d.deciſ.*337.*poſt*
*num.*2. quod etiam comprobatur ex
86 eo,quod ſubijcit idem *Barboſa in eod.*
*loco.poſt num.*20.*verſ.colligitur etiam*,
dum reddens rationem, quare in caſu,
vbi maritus non agit de euictione, vt
cum dos fuit ſibi data inæſtimata,*l.cum*
poſt 70.*§.cum res,ff. de iure dot.*adhuc
agere poteſt,ſaltim vt ſibi damnum re-
ſarciatur, ſubijcit hoc ideò fieri, quia
maritus ipſe ſubſtinuit onera matrimo-
nij,quod loco pretij eſt, *l.ex promiſſio-*
nẽ 28.*ff.de action. & obligat.* vnde ni-
hil mirum,ſi interuſurium, quod à ma-
rito percipitur ob onera matrimonij ;
dum loco dotis eſt, eiſdem priuilegijs
potiatur;maximè cum maritus in dote
87 habeat titulum onerosum,dum ſubſti-
net onera ; mulier verò dicitur habere
lucratiuum, *l.Meuia §.fin.ff ſolut. ma-*
trim. cum concord. *à Napod. in con-*
ſuet.ſi quis,vel ſi qua,verſ. præterquam
*num.*217.*D.Capyc.deciſ.*128.cum alijs,
quæ conſultò prætereo: qua ratione
*Conſ.de Anna conſ.*35.*num.*31. *et conſ.*
90. *num.*21.dixit in noſtris terminis,
eſſe magis priuilegiatum virum, quam
vxorem. Imò generale eſt, vt priuile-
gium conceſſum ſorti, comprehendat
88 etiam vſuras, ſiuè intereſſe debitum
occaſione ſortis, vt ex regula *l. Lucius,*
ff.qui potior.in pignor. in ſpecie in do-
te,& in ipſius intereſſe,& etiam in ali-
mentis debitis ratione dotis, author.
Bart.& aliorum,firmat *Afflict. dec.*10.
*Ruyn.*dicens comm. *Mynſing.* referens
hanc opin. vti æquiorem approbaſſe
Cameram Imperialem,& enixe defen-
dunt *Neguſant.Corduba, Guttier.et alij*
quos refert *Barboſa in l. 1. par. 3. poſt*
*num.*27.*ff.ſolut. matrim. Berous, Re-*
buff.Camer.Surd. & alij,quos refert, &
ſequitur,reprobata opin.*Barboſæ, Feli-*
*cian. de cenſibus,lib.3.cap.5.n.*16.*verſ.*
dubitatum eſt, Reg. de Ponte dicens,nõ
habere dubium, & ſæpiùs iudicatum
conſ. 64. *&* 77. *in princ.* nec diſſentit
D. de Franch.dec. 613 *in 4. vol.*quam-
uis fluctuare videatur, an procedat
89 quoad hypothecam conceſſam à iure
ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo,
maioratui, vel feudis etiã ex pacto, &
prouidentia, in quo etiam ſequi vide-
tur affirmatiuam, dum vltimo loco re-
fert *Petrum de Gregorio* hanc tuentem,
quam eſſe veriorem, crebriorem, &
vſu forenſi probatã,concludit *Felician.*
in verſ.deniq; facit, & prædictis, hodie
longo poſt tempore,addo *Gratian. de-*
ciſ.Rotæ Marchiæ 13.*num.*19. 39. *&*
44. *D.Reg.Rouitũ conſ.*75.*& infinitos*
de more congeſtos per *Giurbam deciſ.*
87.*poſt num.*9. videndus eſt tamen
Teſſaur. iun. quem poſteà legi *lib. 3.*
quæſt. forenſ. cap. 73. Imò in præſenti
caſu fuit conſideratum, fuiſſe datos in-
ſolutum annuos introitus, qui neceſſa-
riò iuxtà Bullas Pontificum, cohærere
debent ſuper certis corporibus, & ſic

vbi annui introit⁹ exigi nõ poſsũt,velut deficiẽtib⁹ bonis hypothecatis,habetur,ac ſi eſſent euicta,cum non poſſit ſubſiſtere venditio ſuper iure perſonali,ſed ſuper corporibus, eorumque hypothecis, & etiam quia in promiſſione euictionis, & reſeruatione,fuit promiſſa per cedentem ſucceſſiua perceptio annuorum introituum: vnde vbicũq; ceſſionarius nõ poteſt illos percipere, videtur factus caſus euictionis.

DECISIO.

ET ita obtinui, & deciſum fuit per S. Conſilium die Martis 11. Iulij 1612. referente Conſiliario Cæſare Alderiſio, penes Actorum Magiſtrũ Hieronymũ de Amico, cũ interuentu doctiſſimorũ tunc Conſiliariorum Ferdinandi Brancia adiuncti, & Scipionis Rouiti, qui ambo poſteà fuerunt ad ſupremum gradum Cõſilij Collateralis, & Regentis Regiam Cãcellariam, ob eorum eximias virtutes, & merita, omnium applauſu, euecti, quos de me optimè meritos eſſe profiteor.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia ad quid inuenta?*

2 *Læſio probanda eſt per allegantem, ſecus in actu ſua natura noxio, n. 3.*

4 *Tutor non valet ſolutionem recipere præſertim diſſoluendo reditum, & de ratione, num. 5. & ſeq. fallit in reemptione ex pacto præcedenti redimendi, ex* opinione Rodriquez, *n. 15. ſed contraria* Felician. *comprobatur, n. 19.*

6 *Minori vtiliùs eſt habere ius reditus annui, quàm illius pretium.*

7 *Annui introitus, etiam redimibiles an, & quando inter immobilia computentur, & quare, & quid ſi ſint ad modicum tempus conſtituti, nu. 8. 9. & 10.*

11 *Decretum requiritur in diſtractione annui reditus minoris, item Ciuitatis, vel Eccleſiæ.*

12 *Minor non valet annuum reditum etiam redimibilem alienare abſque decreto, & alijs ſolemnitatibus, vel ſuper bonis ſuis conſtituere, etiam ad rationem leuioris vſuræ, quamuis ſit induſtrius, vel veniam ætatis impetrauerit, aut pecuniam in rem minoris verſam conſtaret, & num. 13.*

14 *Pactum redimendi arctat emptorem ad diſſoluendum reditum, ſiuè cenſum.*

15 *Cauſa neceſſaria alienandi quæ ſit?*

16 *Alienationis prohibitio non includit neceſſariam.*

17 *Reemptio cenſus non comprehenditur in prohibitione alienationis.*

20 *Pecunia inter mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, connumeratur.*

21 *Cautela in inſtitutione maioratuum, quod pecunia ex reemptione perueniens, in aliorum bonorum immobilium emptionem conuertatur, & reemptio aliter facta nulla ſit.*

22 Lex 1. C.qñ decreto opus nõ eſt, *nõ derogat deciſioni* l. 1. C. ſi aduerſ. ſolut. *licet enim in venditione rei minoris ex conuentione paterna, decretum non requiratur, tamen aduerſus ſolutionem reſtituitur.*

23 Minor *reſtituitur ſi pecunia ei, tutore authore, vel ipſimet tutori ſoluta perdita ſit, vel aliter damno affectus, etiamſi à tutore ius ſuum cõſequi poſſet, & quamuis læſio, aut damnum poſt ſolutionem contingerit, & fortiùs ſi in ipſo actu ſolutionis, & nu. 24. & 25.*

26 *Læſio in ipſo actu ſolutionis tutori factæ, intercedere dicitur, ſi minus tempore, loco, cauſa, aut conditione reciperet tutor, aut quid de debito remitteret.*

AR-

ARGVMENTVM.

Minor, an reſtituatur aduerſùs acceptationem ſolutionis, retrouenditionem, & quietationem per tutorem factas debitori reemēti de pecunia diminuta, quam appellamus (de duobus tertijs) ſtante ſtatuto, ſiuè pragmatica diſponente, ſortem pretij venditionis annuorum introituũ, eſſe ſoluēdam in pecunia numerata.

Pro filijs pupillis D. Cęſaris Caraccioli, & Marchione Caprigliæ, cōtrà Marchionem Roſeti, & Horatium Brancia.

CONTROVERSIA XXXIII.

MArchio Roſeti, cum eſſet debitor ex cauſa venditionis annuorum introituum, ſiue redditus cenſualis, heredum pupillorum Don Cæſaris Caraccioli, in ſumma ducatorum viginti mille ſortis, & pluſquam alijs ducatis biſmille tertiarum decurſarũ, ad rationem decē pro centenario; vt ſpōte ſua, nulla pręcedente petitione, reemeret ſortem d. cenſus venditi', iniunxit Horatio Branciæ, cui vendidit Terram Roſeti, vt de pretio deponeret ſortem dict. duc. viginti mille, cũ tertijs decurſis, qui confecit apocam ſortis, & tertiarum, de pecunia exiſtenti in bancis notificatam dictis pupillis, ſiuè tutrici, menſe Nouembris præteriti, quorum tutrix D. Franceſca Galluccia mater, ignara decreti generalis, eadē die publicati, quo diſponitur, reemere volentes annuos introitus vēditos, cum pacto de retrouendendo, vel extinguere annuos cēſus redimibiles, nō aliter poſſe retrouenditionem, vel extinctionē obtinere, niſi ſoluto capitali ſ̄ptio in moneta numerata, nec ſufficere depoſitũ de duobus tertijs in bācis in eorum credito exiſtentibus, niſi fuerint à creditoribus conuenti ex quauis cauſa ad reſtitutionem capitalium; inconſultò tutrix prędicta credens non poſſe renuere depoſitum, & ad hoc compelli poſſe, fecit retrouēditionem, & quietationem in forma, aduersùs quam liberationem, pupilli, cum de lęſione in promptu euidenter appareat reſtitui petunt; ſiquidem cum haberēt emptionem tutiſſimam, cum aſſenſu ſuper dicta Terra Roſeti ad rationem decem pro centenario, loco prædictæ emptionis recepit tutrix pecuniam aeream duorum tertiorum, quæ nec tan-
1 gi, nec videri poteſt, adeò vt non ſit
expēdibilis, nec ſit in commercio, nec
cenſeri poſſit fideiuſſor futuræ, neque
præſentis indigentiæ, ad quem finem
inuentam pecuniam, affirmat *Ariſtot.*
2 *5. ethic. cap. 5.* vnde licet probanda ſit
læſio ab eo, qui illam allegat, *l. 3. §. ſi
minor, ff. de iureiur.* vt ex regula generali *l. quoties §. qui dolo, ff. de probat.* innumera congerit *Caldas in l. ſi curatorem habens*, verbo, *læſis, in princ. C. de in integ. reſtit. min.* & probari deberi generaliter à petente reſtitutionem, ſe minorem, & læſum, notatur per omnes *in l. ſi minorem, C. de in integr. reſtit.* cum concord. *per Pacian. lib. 2. cap. 24. num. 33. & 61. tract. de probation.*

Non tamen aliter probanda eſt læ-
3 ſio, quando actus ſua natura eſt noxius
Gloſſ. in l. ait prætor 7. §. non ſolum, & in l. ſi iudex, ff. de minor. vt exempla latiùs tradit *Caldas in verb. ſua facilitate, ex num. 26.* vt in mutuo reſtituendum minorem, tametſi non probet ſe ex illo læſum, not. *in l. 1. C. ſi aduerſ. credit. canoniz. in cap. quod quibuſdam de fideiuſſ. Vaſquius cap. 66. qq. forenſ. num. 6. Maurit. de reſtit. c. 221. & 281. Caldas d. verb. ſua facilitate, num. 30.* & ſic in liberatione, & quietatione debitoris, ſiuè retrouenditione reditus pupillaris, quam conſtat alienationem eſſe, vnde, cũ tutori interdicta ſit alie-

 natio,

4 natio,non poterit ſolutionem recipere,ex qua ſtatim liberetur debitor,præſertim diſſoluendo reditum, & maximè,cautè, & ritè contractum, vt benè probat *tex.in l.pupillo 15.ff.de ſolution.*
5 vbi poſtquam dixit,pupillo ſolui non poſſe ſine tutore authore, neque eum delegare poſſe, ſubdit ad vtrumque dictum,rationem, *quia nec alienare vllam rem poteſt,* quaſi quod ex illa ſolutione alienatio inducatur, quod cõtingit abdicando à ſe actionem,quam habet,recipiendo ſolutionem, vt ibi tradit *Caſtr.*& eſt *text.* apertus *in* §. *at ex contrario,vbi Balduin. & Hyppolit.Rimin.num.5.inſtit.quibus alien.licet vel non,Bart in l.vero procuratori num.* 1. *ff.de ſolut.& in l.3.nu.3.ff.ſolut. matr.* tùm etiam, quia quando cenſus redimitur,minor proculdubiò abdicat à ſe ius reditus annui, ſibi competens cõtra debitorem,& illius bona,vt optimè probat *Felician. de cenſibus,in appendice,lib.4.cap.vnico poſt nu.7. verſ.neque*
6 *etiam placet,fol. mihi* 229. vbi ſubdit rationem, *quia vtilius euidenter eſt minori habere integrum ius reditus annui, quam prettum illius,tùm quia perfacile illud poterit diſperdere, tùm quia euenire poteſt,vt non tam vtiliter, & ſecurè illud impendere poſſit, & ideò ex redemptione cenſus ita fit deterior conditio illius,ſicut quando alius liberat debitorem ſuum*, hæc *Felician.* qui etiam addit, in redemptione agi de damno minoris, & ideò fieri non poſſe à minore, nec ab eius adminiſtratore, ꝙ ex
7 eo confirmatur,quia ſi admittimus,annuos introitus inter immobilia computari,etiam ſi non ſint omninò perpetui, ſed redimibiles,ea ratione, quod cum incertum ſit, quando reditus luibiles,redimendi ſint, perpetui merito iudicantur, vt ex reg. *l. ſufficit,ff. de condict.indeb.* iuncto *tex.in vulg.clem. exiui de paradiſo* §. *cumque annui reditus,de verb.ſigni, et* §. *quoniam autem verſ.fin.auth.vt hi qui oblig.ſe perhib. hab. res min. ex infin. iuribus, et DD. author.* vti veriorem, & receptiſſimam ſententiam, tradunt *Guttier. pract. qq. ciuil.l.2.cap.146.num.2.& cap.83.ex num.item 2.lib.3. Felician. de cenſibus lib.1.cap.7.poſt num.2. verſ.quæ eo potiſſimum,Rodriquez de ann. redit. lib. 1.q.14.poſt num.7.verſ. pro parte negatiua*, vbi dicit, hanc eſſe communiſſimam ferè omnium ſententiam, niſi
8 ſint reditus ad modicum tempus cõſtituti, vt ad ſex,vel ad octo annos, & latiſſimè hanc opin.vt receptiſſimam cõprobat *Caſtill. quotid. cõtrou.tom.1. de vſufr. c.41.*per totũ,præſertim *n. 6. in fin. & 7.* & ex noſtris, ex iuribus ciuilibus,canonicis,& feudalibus probat *Conſ. Georgius allegat.49. ex num.43.*
9 ſiuè etiam admittamus opin. *Molinæ lib.2.de primogen.cap.10. num.6.* qui opin.hanc comm.indubiè veram profitetur,conſiderato præſenti ſtatu ante reemptionem, citans *Tiraquell. &*
10 *Ruyn.* quinimò non ſolum inter immobilia computari, cum neceſſe ſit, quod advnam ſpeciem applicẽtur,ſiuè collocẽtur, iuxta opinionẽ *Panorm.& Tiraquell.* relatam per *Rodriquez d. lib.1. q.3.nu.9.verſ.fateor tamen*, ſed etiam ſi neceſſaria non ſit applicatio, & ſic circumſcripta quoq; neceſſitate applicationis, annuos redditus dici propriè res immobiles, licet non ſtrictè, quia ratione cohærentiæ dicuntur corporales,vt ex *Aluar.in cap.1.*§.*ſciẽdum col.2.de feudi cognit.*probat *Gabr. conſ.141. num.14.* vbi *num.16.* dicit procedere etiam in materia odioſa,ita vt veniãt in confiſcatione immobiliũ, vt latè ampliando firmat *Surd.* contundens contrariam opin.viuis rationibus cum recepta ſententia *deciſ.204.* præſertim *num.8.* ex hoc ſequitur præci-
11 puus effectus in praxi, vt in alienatione, ſiuè diſtractione huiuſmodi annui reditus facienda per minorem, adhibendum ſit decretum, & reliquę ſolẽnitates neceſſariæ, de quibus in *tit. ff. de rebus eorum,& C.de præd.minorum,* vt optimè inter plures effectus huius inueſtigationis, quod annui reditus inter immobilia computentur, hunc

primo

primo loco eruditè, & diſtinctè, poſt
defenſam, vti veram, & indubiam com.
ſententiam, tradit *Gaylius lib. 2. pract.*
obſeru. cap. 10. num. 4. verſ. effectus, cu-
ius dicta extollit *Caſtill. d. cap. 41. nu. 6.*
& comprobat *Surd.* dicens, idem pro-
cedere nō ſolùm in minore, ſed etiam
in alienatione redituum Ciuitatis,
vel Eccleſiæ, *d. deciſ. 204.* poſt *num. 3.*
& num. 4. Et hanc eſſe veram, & re-
12 ceptam ſententiam in foro, minorem
non poſſe annuum reditum, etiam re-
dimibilem alienare abſq; decreto, &
ſolēnitatibus enumeratis per *Afflict.*
deciſ. 249. Menoch. de recuper. poſſeſſ.
remed. 15. ex nu. 143. Pariſ. conſ. 85.
num. 18. lib. 3. Schurff. conſil. 4. per
totum, centur. 3. incip. *quod prædicta*
13 vel conſtituere ſuper bonis ſuis, etiā
ſi ad rationē leuioris vſuræ, quæ in re-
gione frequentetur, & quamuis aliàs
ipſe minor ſit induſtrius, vel veniam
ætatis impetrauerit, & quod fortiùs
eſt, etiam ſi conſtaret, pecuniam verſā
in rem minoris, quia hoc non validat
alienationem prædij, vel ſimilis iuris,
l. non ſolum, l. vtere, l. ſi prædium C. de
prædijs minorum eruditè probat *Ro-*
driquez d. l. 1. q. 14. ex num. 10. vſque
ad 14. vbi *num. 15. & ſeq.* hanc vlti-
mā ampliationē, licet com. verſæ pecu-
niæ ſatis cum iudicio temperat, neque
pariter alienare, vel transferre in alte-
rum, aut quouis modo, ſine debitis ſo-
lemnitatibus alienate, vt ex *Bald. &*
Simoncello probat *D. Georg. d. alleg. 49.*
num. 45.

Vnde vbicumq; retrouenditio re-
ditus non fit ex neceſſitate pacti præ-
cedentis, virtute ſcilicet facultatis re-
dimendi ab initio adiectæ, quæ arctat
14 emptorem etiam inuitum ad diſſoluē-
dum reditum, iuxtà tradita *in l. 2. C.*
de pact. int. emptor. & vendit. per D. de
Franch. deciſ. 64. num. 4. cum ſeq. & in
materia reditus cenſualis iuxtà for-
mam bullę *Foller. de cenſib. in verbo*
inſtrumento gratiæ, per totum, & alij
15 paſſim, quæ cauſa neceſſaria tunc de-
mum dicitur, quando quis cogitur do-
minium transferre, aut non poteſt quis
non alienare, vt pulchrè diſtinguit
Surd. inter factum voluntarium, & ne-
ceſſarium *deciſ. 102. ex num. 15.* & me-
liùs *deciſ. 286. num. 13. in fine, & 74.*

Ex qua ſola neceſſitate redimendi
ſuaderi poterat, licere tutori cenſum
16 redimere eo ſolo colore, quod prohi-
bitio alienationis non pertinet ad ne-
ceſſariā *l. alienationes, ff. famil. erciſc.*
17 vnde inferri videbatur, prohibito alie-
nari, non eſſe interdictam cenſus redē-
ptionem, vt ex pluribus probat *Caual-*
18 *can. deciſ. 16. num. 49. 2. par.* & latiùs
hac ſola ratione licere tutori redimere
cenſum, contra *Felicianum*, concludit
Rodriquez lib. 2. q. 15. num. 81. et 82.
ceſſante neceſſitate prędicta, diſponē-
te decreto generali, vt redemptio ſor-
tis fieret numeratò, tutor nullo modo
potuit, nec debuit, recipiendo ſortem
ex pecunia depicta in bācis, tutus cly-
peo decreti, cenſum ſua ſponte redi-
mere, & voluntariè reſoluere, idque
veriſſimum apparet, nedum attenta
opinione *Feliciani*, qui ex veris iuris
regulis indiſtinctè negat, tutori licere
ſortem recipere, & cenſus contractum
diſſoluere, ſed etiam opinione *Rodri-*
quez, qui id tutori permittit eo caſu dū-
taxat, dum cogi poteſt reditum redi-
mere, & non aliter, vt latiùs ipſe expli-
cat *d. lib. 2. quæſt. 15. ex num. 80. cum*
19 *ſeq.* Opinio autem *Feliciani*, vt pro-
cedat indiſtinctè, ſatis comprobatur ex
diſtinctione *Molinæ*, dum *lib. 2. cap. 10.*
num. 6. ſcripſit, annuum reditum ex
veriori ſentētia inter immobilia com-
putari, conſiderato dumtaxat præſenti
ſtatu ante redemptionem; verùm re-
demptione ſequuta, pecunia ex re-
demptione peruenta, nulli dubium,
quin res mobilis, non autem immobi-
20 lis cenſenda ſit; quinimò taliter mo-
bilis, vt hoc *Molinæ* addatur, vt connu-
meretur inter ea, quæ ſeruando ſeruari
nō poſſunt, iuxtà veriorem, & receptio-
rem ſentētiam, inde addit *Molina* de-
21 ſumptam cautelam, vt in reſtitutione
maioratuum, pecunia ex redemptione

prou eniens in alioru bonorũ immobi-
liũ emptionẽ cõuertatur,ſub ea empliꝰ
lege, vt redemptio, quæ aliter facta
fuerit, nulla ſit, id denunciando redi-
tuum debitoribus, ne aliter redẽptio-
nem facere valeant, vt in dies ſeruari
videmus in reditibus fideicommiſſo
alijſq; bonis vinculo ſubiectis, ex quo
permitti non debet tutori bona im-
mobilia minoris,in res mobiles de fa-
cili perituras,conuertere, & nouiſſimè
veriorem eſſe indiſtinctè opin. quam
poſteà probauit *Felician.* firmauit *D.*
*de Franch.d.deciſ.*206. *in fin. num.*24.
22 vbi in ſpecie tradit *text. in l.*1.*C.quã-*
do decreto opus non eſt, vbi conuentio
paterna in cõtractu adiecta per defun-
ctũ de retrouẽdẽdo,reddito p̃tio efficit,
vt licet tutor filij pupilli retrouendere
poſſit abſq; authoritate Pręſidis, aliàs
neceſſaria,vt nõ deroget deciſioni *tex.*
*in l.*1.*C.ſi aduerſ. ſolut.* cum concord.
ſed ab illa declaratur,vt iuxta eã intel-
ligatur: licet enim quoad translationẽ
dominij nõ ſit neceſſarium decretum,
quia fit ex cauſa præcedenti, nihilomi-
nus, qui reemit, vt ſit cautus,debet ꝓ-
curare quod ſolutio pretij fiat tutori
mediante decreto iudicis, ne minor
reſtitui valeat iuxtà ll. præd. imò for-
tiùs hoc facere debere aduertit, qui
reemit,vt pretium benè ſoluat,poſtquã
ex voluntate reemit, qui non cogere-
tur, quàm qui ſoluit debitum coactè,
vt his verbis deciſ. compleuit *D. de*
Franch. vbi ita deciſum pro opin. quã
poſteà amplexus eſt *Felician.* reſoluto
fundamento *Rodriq.*

Præterea confirmantur prædicta
ex receptiſſima ferè omniũ, ac vſu fo-
renſi rerum, vbique iudicatarum pro-
bata ſententia,vt ſoluens minori,tutore
authore,vel ipſimet tutori, aut curato-
ri,qui caſus in hoc sũt adęquati,vt ad-
uertit de *Franch.* infrà citanda *deciſ.*
206.*num.*12. licet pleniorem conſe-
23 quatur liberationem, reſtituitur tamẽ
minor,ſi pecunia ſit deperdita, vel ali-
ter damno affectus ſit minor,ſui,vel tu-
toris facilitate, aut culpa, etiam ex poſt
facto,poſt ſolutionem contingenti, vt
eſt *tex.* vbi *Gloſſ.* tradit vulgatam di-
ſtinct. plenæ, plenioris, & pleniſſimæ
liberationis *in l.* 1. *C. ſi aduerſ. ſolut.*
vbi *DD.* omnes, etiam ſi minor à tu-
tore ius ſuum conſequi poſſit,cum nõ
idcirco ceſſet reſtitutionis auxilium,
vti pinguiùs prouidens aduerſus debi-
torem,qui ſoluit *l.*3.*& fin. C.ſi tutor*,
vel curat interu. quod eſſe ab omnibus
communiter paſſim receptum, cum
Gloſſ.magiſtra in l.ait prætor. 7. *§. per-*
mittitur,verb. imputãdum,ff.de minor.
cum pluribus concord. fatetur *Caldas*
in repet. l.ſi curatorem habens ver. læſis
*ex nu.*57. *&* 59.*verſ. hæc Gloſſ. diſtin-*
ctio, C. de in integr. reſtit. poſt Gomeſ.
*lib.*2.*variar. cap.*14. *nu.*4. *cum infin.*
congeſtis *per Guttier. de tutelis* 2. *par.*
*cap.*22.*per totum,num.*3.*&* 13.vbi re-
ferunt a *Mauritio de reſtit. cap.* 177.
defendi hanc comm. ſent.ab obiectis,
& ex noſtris *D. Præſes de Franch. dec.*
206. *Conſil.de Anna conſ.*49. vnde cũ
negari non poſſit,in caſu præſenti ma-
ximum damnũ illatum minori, tutricis
facilitate, quæ inconſultò ad nihil re-
ſpiciens, ſtatim fecit ſoluenti quieta-
tionem, & retrouenditionem, ſponte
diſſoluendo reditum ad rationem de-
cem per centenario, quod eſt ſupremũ
pretium,vallatum Regio aſſenſu, & tu-
tiſſimè conſtitutum, & inter priores
creditores Marchionis Roſeti, vt euẽ-
tus venditionis Terræ Roſeti demon
ſtrauit,idoneam eſſe emptionem; reci-
piẽdo pecuniam de per ſe fragilem, &
in apocis bancarijs, quæ hodie ex tẽ-
poris iniuria,eſt inexpendibilis,vt quę
nec tangi,nec videri poteſt,perinde,
ac ſi in totũ amiſſa eſſet; quis propte-
reà dubitabit, quin ſtante euidenti læ-
ſione, pupillus non ſit reſtituendus,
præſertim, quia admiſſa etiam contra-
ria quorundam ſententia, quam iidem
licet pauci fatentur eſſe contrà comm.
omnium, vt facta ſolutione tutori, ſe-
quatur pleniſſima debitoris ſoluentis
24 liberatio; reſtringunt tamen illam, vt
minori non detur aliqua aduerſùs ſol-
uentem

Digitized by Google

uentem reſtitutio, pro amiſſione pecuniæ, damno, aut læſione ipſi contingenti poſt ſolutionem, & ita eorum expreſſè reſtringunt opinionē, vt prætēdāt ſolū denegari minori reſtitutionē pro læſione ſuperuenienti ex poſt facto poſt ſolutionē factā tutori, vel curatori ex aliquo cōtingenti facto, expreſſè concedentes, ſecus eſſe ſi læſio cōtingat in ipſo actu, ſiuè tempore ſolutionis, quo caſu nemo ex his, quos vidi auſus fuit à recepta ſententia, nec gratia diſputandi diſcedere, vt apertè profitetur *Caldas d. verb. læſis nu.* 60. dum defendit opin. *Vaſquij lib. 3. controuer. vſu frequent. cap. 66. num. 4. & cap. 67.* & eò tendit vnica ratio, ſiuè ipſorum fundamentum, vt ſit diſtinguendum, vtrum læſio interceſſerit in ipſo ſolutionis actu, vel poſt ipſam ſolutionem emerſerit, quo caſu emergentia poſt cōtractum contingentia ad eam rē minimè ſpectare contendunt, *ex l. verum 12. §. ſciendum, ff. de minor.* & alijs iuribus, quaſi perempta poſteà pecunia vexari debitorem non poſſe; ſiquidem illius periculum ad minorem, qui dominus iam pridem effectus fuit, ſpectare debet ex regul. *l. quod te, cum ſimil. ff. ſi cert. petatur*, vt latiùs explicat *Caldas d. verb. læſis, poſt num. 60. verſ. quare in caſu noſtro*, quod latiùs explicat *Guttier. d. l. 2. cap. 22. ex nu. 9 verſ. tertio quia, num.* 10. vbi *num.* 12. *&* 13. *verſ. nihilominus tamen*, fatetur rece-
25 ptam eſſe ſententiam, abſque vlla diſtinct. minori competere reſtitutionē aduersùs debitorem, qui ſoluit tutori, etiam ſi læſio contingat ex poſt facto, vnde fortiùs, cum læſio contigerit in caſu præſenti in ipſo actu, & *num.* 22. addit *Guttier.* vt læſio in ipſo
26 actu intercedere cenſeatur, etiam ex mente *Vaſquij & Caldas*, ſi minus tēpore, loco, cauſa, aut conditione recipéret tutor, vel aliqd de debito remitteret; tunc enim, tamquā malè ſe gerēte tutore, minori pro læſione reſarciēda, competere debet reſtitutio aduersùs ſoluentem, iuxtà *d. l. 3. C. ſi tutor vel curat. interu.*

Non fuit hæc cauſa aliter deciſa, nec proſequuta, quia proceſſus fuit deperditus.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio aliquorum graduum inſtitutionis, teſtamentum dicitur, non codicillus.*

2 *Teſtamentum poteſt à ſecundo, & tertio gradu ſubſtitutionis incipere, irritato primo, vel etiam vlteriori, tam ex l. quàm hominis diſpoſitione.*

3 *Subſtitutus in euentu conditionis, dicitur propriè inſtitutus.*

4 *Subſtituto vulgariter, pupillariter, aut compendioſè, etiam tacitè concedenda eſt immiſſio* ex edicto diu. Adrian. *etiam ſi inſtituto obijciatur de reuocatione teſtamenti per poſteriùs, & num.* 5.

6 *Immiſſionis remedium non conceditur vigore codicillorum.*

7 *Teſtamentum, an intelligatur reuocatum curſu decennij per ſecundam nudam voluntatem, in qua vlteriùs teſtator non progreditur.*

8 *Hæreditas, nec dari, nec adimi poteſt iure directo in codicillis, iure obliquo ſic, & num.* 10 *& quæ ſit ratio differentiæ, num.* 14.

11 *Verba directa, an obliquentur, &* tex. in l. ſeccuola 76. ff. ad Trebell. *procedit in ſubſtitutione, ſecus in inſtitutione, & num.* 12. 13. 17. *&* 18.

15 *Hæredi dari poteſt in codicillis per obliquum, non tamen poteſt adimi.*

16 *Limitatio eſt de regula, & ſic procedit in omnibus caſibus regulæ.*

19 *Teſtamentum imperfectum, non ratione voluntatis, ſed ſolemnitatis, non valet, ſuſtineri tamen poteſt ex regula* l. hac conſultiſſima §. ſi quis autem *inter venientes ab inteſtato, ſi quinq; teſtes ſint in illo rogati, & nu.* 20. *&* 21.

22 *Vltima voluntas imperfecta ratione ſolemnitatis, non voluntatis, alijs probationibus adminiculata, tollit diſpoſita in codicillis.*

23 *Te-*

23 *Teſtamentum ruptum ex iuris diſpoſitione, ſi teſtator confirmet coram quinq; teſtibus, valebit iure codicillorum, ſecus ſi adſit expreſſa reuocatio per ſecūdam ſolemnem voluntatem, & num.25.*

24 *Lex, & ſi aliquid ipſo iure ſtatuat, attamen factum hominis requiritur.*

26 *Reuocatio ſecundi teſtamenti facta in codicillis, in quo ſimilis ſit à reuocatione facta in teſtamento, & nu.27. & 28.*

29 *Hæredi ſcripto in primo teſtamento reconualidato per tertiam voluntatē ſolemnem, an detur actio de iure ciuili, vel potius de iure precario, & num.30.*

ARGVMENTVM.

Reuocatio inſtitutionis factæ in teſtamento, iudicatur potius teſtamentum, quàm codicillus: ſubſtituto vulgariter pupillariter, & compendioſè, competere remedium *l. fin. C. de edict. diu.* ſed non vigore codicillorum: teſtamentum, an & quando temporis lapſu reuocatum cēſeatur: hæreditas, an dari, vel adimi poſſit directò, vel obliquè in codicillis: teſtamētum imperfectum ratione ſolemnitatis nō voluntatis, an valeat, & ſuſtineri poſſit.

Pro Domino Hectore Rauaſcherio Satriani Principe Duce Cardinalis Collaterali Conſiliario, & aurei Velleris Milite.

CONTROVERSIA XXXIV.

Dominus Petrus Franciſcus Rauaſcherius ex Comitibus Lauaniæ in ſcriptis ſolemne condidit teſtamentum ſub die 27. Octobris anni 1608. inſtituta hærede Maria Rauaſcheria, ex Tutino fratre primogenito, nepte, cui eius filios, eorumq; deſcendentes maſculos in infinitum ſubſtituit, quibus deficientibus vocauit Dominum Hectorem Rauaſcherium ex Ioanne Ambroſio ſecundogenito, nepotem, ad præſens Principem Satriani, Ducem Cardinalis, Regium, Status, & belli in hoc Regno à latere Conſiliarium, nec non aurei Velleris æquitē, q Catholicæ Maieſtati, æquitū Cohortibus, & legionibus peditū proprijs impēſis ſtrenuè lōgo tempore inſeruiuit, demum vtriq; Calabriæ eiuſdem Vicarius Generalis, miro omnium applauſu præfuit, & pro Ianuenſi Repub. æquitū Capitaneus Generalis extitit. Qui q dē Petrus Frāciſcus in ann. 1610. die 9. Iunij coram Notario Iudice, cartulario, & ſeptem teſtibus diſpoſitionem factam in beneficium Mariæ, eiuſque deſcendentium, reuocauit: voluit tamen, quod firma remaneat, firmitatem, ac robur obtineat quoad legata, ſubſtitutiones, maioratus, ac fideicommiſſa in ea contenta: poſtmodum vndecima die menſis Aprelis 1611. mediante codicillo confecto coram Notario, Iudice ad contractus, ac quinque teſtibus, ipſe Petrus Franciſcus, ratificando teſtamentum primo loco conditum, antedictum inſtrumentum, ſeù codicillum factum anno 1610. reuocauit, mandauitq; quod diſpoſitiones omnes contentæ in dicto teſtamēto in beneficium Mariæ, ac filiorum, reuocatione prædicta non obſtante ſuum ſortiantur effectum. Tandem mutauit Petrus Franciſcus voluntatē, ac reuocando diſpoſita in beneficium Mariæ, & deſcendentium, nouiſſimum intendebat condere teſtamentum; in quo Hectorem ex aſſe inſtitueret, irritando

rando omnes alias diſpoſitiones in beneficium Mariæ factas: Hæc voluntas quæ Notario Cæſari Benincaſa, cuius manu, præcedentes omnes diſpoſitiones erant ſcriptæ à Petro Franciſco, nedum declarata, ſed etiam ſcripto tradita fuit; verùm inopinata morte præuentus teſtamentum iſtud ſolemniter perficere non potuit.

Hector, ſtatim ſequuto obitu Petri Franciſci, bonorum omnium hæreditariorum poſſeſſionem, optima adhibita diligentia adeptus, & inter cætera Terrarum Badulati, Turturæ, & Soreti, cũ earum Caſalibus, quas Petrus Franciſcus proprio ęre, non in ſuo, ſed in alieno capite fiduciariè emerat, cum promiſſione recognitionis in d. Petri Franciſci, ac ſuorum hæredum beneficiũ; ad quorum tamen bonorum feudalium tenutã remanſã in hæreditate prædicta, Maria intentando remediũ *l. fin. C. de edict. diui Adrian.* inſtabat immitti in poſſeſſionem, velut bonorũ hæreditariorum.

Princeps verò Satriani petebat cõſeruari, & quatenus opus eſſet immitti in poſſeſſionem bonorum prædictorum.

Ex hoc autem facto breuiter elicito pro temporis anguſtia circa ſucceſſionem opulentiſſimę hæreditatis quond. Domini Petri Franciſci Rauaſcherij, & varietate diſpoſitionum ab ipſo factarum, mihi videtur colligi poſſe ſubſcriptas iuris concluſiones.

Prima concluſio, ſecundam diſpoſitionem de anno 1610. in qua teſtator
1 vocauit primum, & ſecundum gradum inſtitutionis, & ſubſtitutionis in perſonam Mariæ, & filiorum, eſſe teſtamentum, non codicillos, *l. non codicillum, C. de codicill.* tùm quia ademir hæredirem iure directo, quod non poteſt fieri niſi in teſtamento, tùm ex adhibita ſolemnitate ſeptem teſtium de iure requiſita in nũcupatiuo teſtamẽto, per ea, quæ tradit *Socin. iun. conſ. 69. l.* 4. & latiſſimè Eminentiſſimus, & nunquam ſatis laudatus I. Conſultorum noſtræ ætatis Princeps, *D. Card. Mantica de coniect. vlt. l. 2. tit.* 3. quidquid teſtator, ſeu notarius in fine d. ſcripturæ nuncupauerit codicillum, & quia nos contendimus, primum teſtamentum anni 608. remanſiſſe firmum quoad alia, ne dicamus, hunc teſtatorem deceſſiſſe cum duobus teſtamentis, quod fieri non poteſt, dicimus, hoc ſecundum de anno 610. eſſe vnum, & idem cum primo, vel non eſſe propriè teſtamentum, ſed inſtrumentum ſolemnis reuocationis inſtitutionis, & ſubſtitutionis in perſonam Mariæ, & filiorum factarum, in primo teſtamento, ex quo infertur ipſo iure cenſeri reuocatum primum, & ſecundum gradum inſtitutionis, & ſubſtitutionis.

Secunda concluſio, ſuppoſito, eſſe irritatos dictos gradus, dici poteſt, Ducem Cardinalis ſubſtitutum in primo teſtamento in defectum Mariæ, & filiorum poſſe prætendere immiſſionem vigore *l. fin.* ex primo teſtamento iuncta reuocatione, quia reſtamẽtum po-
2 reſt incipere à ſecũdo, vel tertio gradu ſubſtitutionis tam irritato primo, vel etiam vlteriori gradu ex diſpoſitione iuris, iuxtà *text. in l. ex facto* §. *Lutius, ff. de vulg.* quàm ab ipſomet teſtatore, *l. 2. quæ incipit, cancellauerat, ff. de his,*
3 *quę in teſtam. delentur*, ex quo ſubſtituti in euentum conditionis dicuntur ꝓpriè inſtituri, & ſubſtitutio, nihil aliud eſt, niſi ſecunda inſtitutio, *l. cohæredi*
4 §. *qui diſcretas ff. de vulg.* Et ꝙ ſubſtituto vulgariter, pupillariter, aut compẽdioſè, concedatur immiſſio, eſt *text. l. 1. C. de edict. diui*, etiã ſi tacitè ſit ſubſtitutus, *Menoch.* latè *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 214. *q.* 29. quod procedere in ſpecie, vbi ſubſtitutus objicit inſti-
5 tuto aliud teſtamentum poſterius, ſiuè reuocationem primi, eſt *Gloſſ. vltima in fin. in l. 1. C. de edict. diui.*

Nec Maria inſtituta in primo teſtamento reuocato quoad ipſius inſtitutionẽ, poterit petere ipſa immiſſionẽ ex codicillis tertio loco factis de anno 1611. quos conſtat eſſe verè codicillos, nomine & effectu, cum quinque

teſtibus

teſtibus,q̃a verior eſt opinio,nõ cõcedi remediũ immiſſionis,vigore codicil-
6 lorum , vt videtur eſſe magis comm. opin.apud *Menoch.d.remed.4.adipiſc. num.193.verſ.aduerſ.Bald.*

Tertia concluſio in caſu noſtro, per hunc actum reuocationis de anno 610. in quo fuit reuocata inſtitutio, & ſubſtitutio in perſonam Mariæ,& filiorum *reſtando fermo, & in ſuo robore il teſtamento in quanto all'altre coſe, maioraſco fideicõmiſſo ſubſtitutioni, & legati in eſſo fatti,etc.* habetur pro abſoluto,fuiſſe legitimè reuocatam inſtitutionem, & ſubſtitutionem Mariæ,non obſtante
7 curſu decennij, & ſic nos eſſe extra caſũ *l. Sancimus C.de teſtam.* vbi requiritur curſus decennij, quando eſt nuda voluntas, & teſtator non progreditur vlteriùs, ſed hic expreſsè confirmauit cætera diſpoſita in priori teſtamento, & preciſè ſubſtitutionem in perſonam Ducis,& ſic non oportet diſpungere controuerſiam inter *Bart.*& alios contradicentes,de qua latè poſt alios *Guido Papè quæſt.200. Teſſaur.iun. lib.1. quæſt. forenſ. cap. 56.* & ita videtur determinare in caſu noſtro *de Frãchis deciſ. 287.*

Quarta concluſio , in qua videtur
8 cõſiſtere omnis difficultas ; Hæreditas non poteſt dari iure directo,nec adimi in codicillis *§. codicillis inſtit.de codic.* vnde quamuis teſtator tertio loco de anno 611.irritauerit diſpoſita per ipsũ in ſecunda diſpoſitione perfecta de anno 610. confirmãdo inſtitutionem, & omnia diſpoſita per eum in primo teſtamento de anno 608. in beneficiũ Mariæ,nihilominus hæc diſpoſitio vltima non poteſt efficere , vt inſtitutio
9 primo loco facta,& iam extincta,& annullata per ſecundã diſpoſitionẽ equè perfectam coram ſeptẽ teſtibus,reuiuiſcat per codicillos , & ſic p̃ diſpoſitionẽ imperfectã, cum minori teſtium numero, nec dicatur , quod ſaltim valebit hæc vltima diſpoſitio iure obliquo per fideicommiſſum , & ſic cenſebitur rogatus Dux Cardinalis reſtituere hæreditatem Mariæ, quo caſu cũ in teſtamento ſit prohibita detractio quartæ Trebellianicæ,aduerſùs Ducem petẽtem immiſſionem, vigore primi teſtamẽti,iuncta reuocatione,poterit objici exceptio *dolo facis petere,&c.* cum non valeat retinere ob detractionem Trebellianicæ,iuxtà regulas notas .

Primò enim dici poteſt , quod quãuis hæreditas dari poſſit in codicillis
10 iure obliquo, intelligi debet,cum verba ſunt talia, quæ poſſunt inducere fideicommiſſum , ſecus cum verba ſunt directa,vt in caſu noſtro, quia nõ obliquantur,vt probari videtur *in l.2.* ibi,
11 *vnde inefficaciter te codicillis rogatum, etc.C.de codic.*& ad *tex.in l.ſceuola 76. ff. ad Trebell.* ibi, *tamen benigna interpretatione placet,vt frater,etc.* põt reſpõderi,q̃ loq̃tur in ſubſtitutione, & aliud in inſtitutione,q̃ eſt caput teſtamẽti,vt dicit *Aret.in d.§.codicillis n.5.* Et ſi diceretur , q̃ in caſu noſtro Dux ſit ſubſtitutus, vnde cum veniat ex ſubſtitutione , obliquabitur ſubſtitutio, iuxtà
13 *Gloſſ.* in verbo *Sceuola* in verſ. *obligetur*,replicari poteſt, quod nos agimus, an inſtitutio Mariæ de nouo facta in diſpoſitione codicillorum tertio loco facta obliquari poſſit , quæ eſt inſtitutio,& non ſubſtitutio. Et ratio differẽtiæ inter caſum,quando datur iure di-
14 recto, & quando expreſsè relinquitur iure obliquo,poteſt eſſe,tũ ne miſceãtur iſtæ duæ voluntates , vt dicit *Gloſſ.* in verſ.*ne confundantur, in d.§.codicillis,* tùm etiam, quia non totum auferũt preces,cum non auferunt quartam , vt dicit *Gloſſ. vltima in d.l.2. C. de codic.* vnde à ratione ceſſante,cum auferetur quarta,non videtur poſſe dari hæreditas in codicillis.

Secundò dici poteſt, quod licet hæreditas poſſet dari in codicillis per
15 obliquum, non tamen poteſt adimi, vt videtur innuere *Gloſſ. magna* in verbo *peti poterant, in l. hæreditas 4. C.de his quibus,vt indignis,poſt med.*ibi,*vel qui aliàs in alio teſtamento ſolemni erant inſtituti,idem, et ſi ademit in codicillis, vt hic in princip.&c.*quod comprobari poteſt *ex l. inſtitutio talis,& l.quidam in ſuo*

in ſuo 27.ff. de condit. inſtit. in verſic.
hæredi quem teſtamento, &c. ſi enim
non poteſt adijci, nec adimi conditio
in codicillis inſtitutioni factæ in teſta-
mento, ergo multò minùs adimi,
nec obſtat *d. §. codicillis*, qui in regula
negatiua loquitur de inſtitutione, &
16 ademptione, ergo limitatio, quæ ſubij-
citur, quæ debet eſſe de regula, intelli-
gitur quoq; in vtroq; caſu etiam adẽ-
ptionis, ille enim text. loquitur, cum
expreſsè hæreditas per fideicommiſsũ
17 relinquitur, nos verò cum iure dire-
cto, & hæc limitatio confirmari poteſt
ex traditis per *Roman. conſ.* 179. *col.* 4.
& 5. & à Pariſ. conſ. 35. *per totũ lib.* 2.
quamuis in contrarium faciat, id quod
tradit *Gugliel. de Benedict. in cap. Ray-
nutius §. teſtamentum 3. nu. 61. verſ.
idem puto*, vbi concludit velut indubi-
18 tatum, quod verba directa in codicillis
obliquantur.

Tertiò, & vltimò, poteſt dici, quod
cum in facto ſupponatur poſt tertiam
diſpoſitionẽ factam in codicillis, ꝙ te-
ſtator de nouo quarto loco iuſſerit ei-
dem Notario, quod ſcriberet teſtamẽ-
tum, quod fuit vltimo loco ſcriptum, &
cõpletum, & cum fuiſſet rogatus No-
tarius, illud iam completum, & exten-
ſum legere, vt audita diſpoſitione il-
lud publicaret, in quo teſtamento Du-
cem hæredem fecerat in primo gradu
in omnibus ſubſtituta Maria, & filijs,
quos in primo teſtamento priori loco
hæredes ſcripſerat, quãuis illud teſta-
mẽtũ nõ fuerit publicatũ, ex impedimẽ
to caſualiter dato ab eodẽ Duce, qui
accerſitus fuit, vt teſtatorem viſitaret,
cum alio communi conſanguineo, ex
quo teſtator iuſſit Notario, vt rediret
ſequẽti die de mane, & interim ea no-
cte cũ eſſet ſanus, ob corporis craſſitu-
dinem, repentina morte preuentus, te-
ſtamentum nõ fuit publicatum coram
teſtibus, ſed plures teſtes omni exce-
ptione maiores cum Notario deponũt
pluries declaraſſe in hoc vltimo teſta-
mento feciſſe hæredem Hectorem, &
quod hæc erat ſua vltima, & enixa vo-
luntas, vt is eſſet ſibi hæres, quamuis
inquam hoc teſtamentum ſit imperfe-
19 ctum, non ratione voluntatis, ſed ſolẽ-
nitatis ſecundũ magis comm. & vt im-
perfectũ ratione ſolẽnitatis nõ valeat
ex traditis per *Oldrad. conſ.* 119. *Caſtr.
conſ.* 75. *par.* 1. *&* 450. 2. *par. Alex.
conſ.* 105. *lib.* 7. *Dec. conſ.* 158. *&* 488.
num. 10. *&* 626. *in fin. Cephal. conſ.*
99. *lib.* 1. *Ruyn. conſ.* 15. *&* 204. *l.* 2.
Gabriel latiſſimè *de teſtament. concluſ.*
9. *Calcan. conſ.* 91. *Curt. iun. conſ.* 12.
& Ioan. de Anan. & ibi *Ludou. Bolog.*
diſtinguentes *conſ.* 57. *Iaſ. in § ex im-
perfecto, n.* 4. *Viuium deciſ.* 13. *Surd.* no-
uiter repertum *deciſ.* 292. nec ſubſti-
20 neri poſſit, ex reg. *§. ſi quis autem l. hac
conſultiſſima*, tanquam coram quinq;
teſtibus inter venientes ab inteſtato,
quia in primo teſtamẽto non ſunt vo-
cati extranei, ſed Maria, quæ eſt de
venientibus ab inteſtato. Nec ſunt
in hoc vltimo teſtamento imperfecto
vocati omnes venientes ab inteſtato,
vt reqritur *in d. §.* vt tradit *Facchin. lib.
4. controu. iuris c. 6. fol.* 390. Et tertio
non fuerunt rogati illi quinque teſtes
21 vt requiritur, vt ſit locus *d. § ſi quis au-
tem*, vt tradit *Roman. conſ.* 306. *Iaſ. in
d. § ſi quis autem, poſt num. 2. & d. n. 2.
in fin.* verſ. *tu autem*, tamẽ fundari poſ-
ſet, quod ex hoc quarto teſtamento, &
voluntate imperfecta adminiculata,
diuerſis ꝓbationib⁹ faciẽdis, ꝙ teſtator
22 in hunc nepotẽ maſculũ omnẽ ſuã ſpẽ
collocauerat, vt debebat, quia eum
agnouerat hominẽ ſecũdum cor ſuum,
nec eũ ſpes feſellit, quod ex hac volũ-
tate tollantur diſpoſita in codicillis
tertio loco factis, maximè ex traditis
per *Dec. conſ.* 632. *in fin. & Gamam
deciſ.* 221.

Vltimo loco, aduocati Mariæ aduer-
ſariæ allegant pro ſe, & magnam
vim faciunt *in l. pen. §. teſtamento, ff. de
bonor. poſſeſſ. ſec. tab.* in ſecundo caſu
verſ. *Plane ſi ſui iuris, & tex. in l. 1. C. de
codic.* & ſi dicatur dicta iura loq, cũ ex
23 diſpoſitione iuris, teſtamẽtum rumpi-
tur, licet ob aliquod factũ hominis, ex
quo

quo tacitè inducitur quædam præſũ-
pta reuocatio, vt in arrogatione, & na-
tiuitate poſthumi, regulare eſt enim, ut
cum lex aliquid ſtatuit, quamuis di-
24 cat, ipſo iure, requiritur factũ hominis,
notat *Andr. in c. 1. n. 9. quo tẽpore miles,*
Tiraq. latiſ. in repet. l. ſi unquã C. de re-
uoc. donat. ver. reuertatur, ſecus in caſu
noſtro, ubi exp̃ſſa eſt reuocatio ꝑ ſecũ-
dam ſolemnem uoluntatem in inſtru-
25 mento publico coram ſeptem teſtibus,
& ſic nõ poteſt argui ab eo tex. ad caſũ
noſtrum, ubi teſtator in ſolemni uolũ-
tate expreſſa per actum habentem ſo-
lemnitatem teſtamenti nuncupatiui
reuocauit primum, & ſecundum gradũ:
replicari poteſt ex aduerſo ex eodem
§. *teſtamento*, uerſ. *non ſecus, ac ſi quis,*
26 ubi I. C. ęquiparat reuocationem per
arrogationẽ, reuocationi per teſtamẽ-
tum, qui uerſ. fortiter vrget, ſed poteſt
reſponderi cum *Gloſſ.* in uerſ. *non ſecus,*
quod ſimilitudo eſt in excipiendo tã-
tùm, & ſic non eſſe per omnia ſimiles,
quæ concludit in effectu, quod inſtitu-
27 tus in primo reconualidato in tertia
diſpoſitione facta in codicillis, habeat
exceptionem tantùm ſi poſſideat, ſed
28 non competat ei actio, unde cum Du-
ci, ex ſupra dictis, non debeat denegari
immiſſio, data poſſeſſione penes eum,
tutus erit, ſi Mariæ nõ competet actio,
& opin. *Gloſſ.* ſequuntur *Rayn. Odofr.*
Alber. Bart. *Angel. & Salyc.* optimè *in*
d. §. & in l. Sancimus C. de teſtam. & in
ſpecie *Bart. in d. §. teſtamẽto, poſt nu.* 3.
uerſ. *item dicit Gloſſ. & Salyc. in d. l. Sã-*
cimus dicit com. Verùm contrà *Gloſſ.*
& Bart. inſurgunt *Nicol. mat.* Bald.
Fulg. & Paul. qui dicũt nõ dari actionẽ
29 hæredi ſcripto in primo teſtamẽto de
iure ciuili, ſed benè de iure prætorio,
& maximè cũ ultima nõ eſt ſolùm nu-
da, ideſt tacita uoluntas, quæ colligi-
tur per inciſionem teſtamenti, ut in ca-
ſu d. verſic. *non ſecus*, ſed expreſſa, vt
latè firmat *Menoch. pro* Bald. contrà
Salyc. conſ. 176. *vol.* 2. *à num.* 8. *Marc.*
Ant. Eugen. conſ. 59. *num.* 19. vbi citat
etiam *Vaſquez*, & poſt eos *Facchin. lib.*
5. *contr. cap.* 93. & in caſu, vbi neuter
poſſidet, concludit Bart. *in d. §. teſtamẽ-*
30 *to*, verſic. *quæro quid ſi nemo* immittẽ-
dum eſſe in poſſeſſionem ſcriptum in
primo, cuius doctr. in ſpecie ſequitur
M*enoch. remed. 4. adipiſc. q.* 83. *nu.* 698.
adeò, vt dixerit idem M*enoch.* quod cũ
ex falſa cauſa ſit facta immiſſio in fauo-
rem inſtituti in ſecundo, debet immiſ-
ſio retractari, vt per eum in *d. conſ.* 176.
verſ. *quia circa num. 9 in fin.*

Deciſio infra, cap. ab hinc tertio.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas, nec dari, nec adimi directo poteſt in codicillis.*

2 *Præſumitur, quem elegiſſe viam, nè eius iudicium ſubuerti poſſit, & factũ non facere eluſorium.*

3 *Clauſula* omni alia meliori via *adiecta cum copula, &, facit valere actũ vltrà alios modos expreſſos.*

4 *Teſtator ſi ſeruatis ſolemnitatibus dixerit, actum velle valere ſolum iure codicillorum; attamen valet iure teſtamenti, ſi non poteſt iure codicillorum valere, & num.* 5.

6 *Actus dignoſcitur magis ex forma, & effectu, quàm nominis impoſitione: forma actus, cui conuenit, congruit etiam eius ſpecies, & è contrà.*

7 *Teſtamentum, & conſequenter reuocatio inſtitutionis in illo facta, nulla ſunt, vbi deficit hæredis inſtitutio.*

8 *Inſtitutionis reuocatio non valet; niſi aditione hæreditatis confirmetur, & aliter non ſenſiſſe eundem* D. Cardinal. Manticam lib. 2. tit. 3. de coniectur. *oſtenditur num. 9. &* 10.

11 *Subſtitutus in tertio gradu inſtitutionis; ſi primus, & ſecundus gradus inſtitutionis deinde reuocẽtur, tacitè tamen intelligitur hæres inſtitutus, & ſi nulla adſit expreſſa ſubſtitutio.*

12 *Decedere nemo poteſt cum duobus teſtamẽtis; niſi ſit miles, etiam ſi vnus, & idem hæres ſit inſtitutus in vtroq; num.* 14.

13 *Teſtamentum primum ſi contineat*

plures

plures inſtitutionis, et ſubſtitutionis gradus, ſi primi gradus ſint ſublati in ſecundo teſtamento, an valeat, et incipiat à poſteriori gradu, vel potius valeat ſecundum.

14 *Hæres ſcriptus in duobus teſtamentis, poteſt ex vtroque adire hæreditatem, nu.* 15.

16 *Teſtator ſi dicat in ſecundo teſtamento, velle primum valere: vtrum illud valeat iure codicillorum, non iure teſtamẽti, quid ſi idem eſſet hæres ſcriptus in primo, et ſecundo teſtamento, et num.* 17.

18 *Teſtatoris prima diſpoſitio per ſecundã reuocata, an, noua eiuſdem teſtatoris voluntate, conualeſcat.*

19 L. qui ex liberis §. teſtamento, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul. *declaratur, et nu.* 22.

20 *Exceptio eſt actionis excluſio.*

21 *Legis diſpoſitio non habet locum, cum verba eiuſdem deficiunt.*

23 *Vltima voluntas, etſi imperfecta ratione ſolemnitatis, prodeſt ad declarationem teſtatoris voluntatis.*

24 *Teſtatoris voluntas per duos teſtes declaratur.*

25 M*utatum quod non eſt, ſtare non prohibetur.*

ARGVMENTVM.

Teſtatoris diſpoſitio dubia, quando iudicari debeat potius teſtamentum quàm Codicillus, dum in illa hæreditas fuit data, & adiecta clauſula *omni modo meliori*, & adhibiti ſeptem teſtes. Quando teſtamentum poſſit incipere à tertio gradu ſubſtitutionis, prioribus reuocatis, & alia in materia præcedentis controuerſiæ.

Sequitur votum Eminentiſsimi Cardinalis Franciſci Mantica ſuper præcedẽti facto ſucceſsionis Dom. de Rauaſcherio.

CONTROVERSIA XXXV.

FActi ſpecies, quæ pluribus verbis proponitur, viſa eſt mihi prima facie valdè difficilis: ſed ſuperuacuis dubitationibus, & allegationibus relictis, ea dumtaxat attingam, quæ mihi videtur ad indaginem veritatis, & iuſtitiæ pertinere.

Primùm ergo quæritur, an inſtrumentum à tabellione conſcriptum, anno 1610. in quo Petrus Franciſcus reuocauit inſtitutionem D. Mariæ, & filiorum, & aliorum deſcendentium, quæ factæ ſunt in teſtamẽto anni 1608. die 17. Octobris, ſit codicillus, vel teſtamentum? Et quidem placet mihi concluſio Excell. D. Fabij Capycij Galeota, quod magis intelligatur teſtamentum, quàm codicillus, quia hæredis inſtitutio dictæ Mariæ, filiorum, & deſcendentium, expreſsè reuocatur:
1 hęreditas autem in codicillis, directò, nec dati, nec adimi poteſt, *l.* 2. *C. de codicillis, & l. inſtitutio talis, ff. de condit. inſtitut. &* §. *codicillis inſtit. de codicill.*
2 neque præſumitur quis eligiſſe viam per quam eius iudicium poſſit ſubuerti, & actum voluiſſe facere eluſorium, *l.* 3. *& ibi* Bart. & alij, *ff. de milit. teſt. Socin. iun. in conſ.* 103. *num.* 8. *lib.* 1. *& Gabriel conſ.* 132. *num.* 17. *lib.* 1. præſertim, cum idem Petrus Franciſcus dixerit, ſe velle illam diſpoſitionem ſic valere, *& omni alia meliori via*. Nam

3 quando hæc clauſula ſubijcitur cum
copula,intelligitur, quod valeat, vltrà
alios modos expreſſos, & conſequẽter
iure teſtamenti, quod dictum non fuit,
quod quidem magni eſt momenti,
*Achil. dec.*1*.de clauſulis, & b.m. Card.*
*Paleot.deciſ.*114*.* & Bubal.*in quadam*
Bon.die 10*. Decembris* 1584*.et Gabriel*
4 *conſ.*127*. num.*22*. lib.*2*.* & in proprijs
terminis,ſi teſtator,ſeruatis ſolemnitatibus,dixerit, quod volebat illum actũ
valere dumtaxat iure codicillorum,
nihilominus valeat iure teſtamenti, ſi
non poteſt valere iure codicillorum
ſcribit *Socin.ſenior in conſ.*173*.nu.*1*.*
*verſic.adduco, lib.*2*.* qui allegat *Ioan.*
Andr.in addit. ad Specul.de inſtrumenti editione §*. compendioſè, num.* 28. in
5 verbo *codicillum*: addo etiã, quod hæc
clauſula facit, vt ſi in vno caſu etiam
impropriè pleniùs poſſit verificari,de
eo intelligatur *Decian. conſ.* 34*. num.*
81*. lib.*3.

Accedit etiam, quod ſeptem teſtes
fuerunt adhibiti, qui in teſtamento requirũtur, *l.hac conſultiſſima in princ.&*
l.ſi vnus C, de teſtamen. et inſtitut. eod.
tit. poſt princ. et §*. vlt.* in codicillis autem quinq; ſufficiunt, *l.vlt.in fin. C.de*
codicillis; ergo intelligitur teſtamentũ,
6 nam ad cognoſcẽdum quid actum ſit,
forma, & effectus magis inſpicitur,quã
nominis impoſitio, *l. inſulam de præſcript.verb. et l.ſi vno* in princ.*ff. locat.*
7 perinde cui conuenit forma actus, eius
ſpecies etiam congruit,B*ald. per illum*
*tex. in l. cum dotem, num.*2*. C. de iur.*
dot. & à quo remouetur effectus, eius
ſpecies etiam excluditur, *l.cum manu*
ſata §*.vlt.ff.de contrah.empt.Aret. in l.*
exiſtimo ad fin.*de verb. obligat.Albenſ.*
*conſ.*71*. num.* 8. *D.Silu. Aldobr. conſ.*
92*. num.* 3*. lib.*1. & in proprijs terminis,ita ex facto reſpondit *Alciat.in cõſ.*
68*.num.*6*.et in fin.lib.*9.quod à me dictum eſt,etiam *lib.*2*.tit.*3*.de coniect.*

Sed in caſu propoſito illud mihi nõ
modicam faciebat difficultatem, quod
8 nullus in inſtrumento, de quo agitur
eſt hæres inſtitutus, ergo teſtamentum
dici non poteſt, quia deficit caput, &
fundamentum totius teſtamenti §*.ante*
hæredis Inſtitution.de legat.& q̃dẽ totũ
negotium, quod agitur,teſtamenti ordinandi gratia,creditur inter teſtatorẽ,
& hæredem agi,§*.ſed neque inſtitut. de*
teſtam. vnde ſine hæredis inſtitutione
nihil in teſtamento ſcriptum valet, *l.*1*.*
in fin.ff.de vulg.ſubſtit. cui conſequens
eſt dicere, vt reuocatio inſtitutionis,
primi, ſecundi, & tertij gradus,prioris
teſtamenti,nullius ſit momenti. Au-
9 getur difficultas, quod reuocatio inſtitutionis non poteſt valere, niſi aditione hæreditatis confirmetur Bart. *in l.*
*ſi iure,n.*3*. ff.de legat.*3*.Salyc.in l.Sancimus,num.*3*.C.teſtamen.* nam nihil in
teſtamento ſcriptum valet,niſi per aditionem hæreditatis vires accipiat, *l. ſi*
ſeruus communis Meuij,*et caſtrenſis peculij* in princ.*ff.de ſtipulat.ſeruor.*Bald.
*in conſ.*456*. num.*2*. lib.*4. neque ob-
10 ſtat,quod à me dictum eſt *lib.*2*. tit.*3*.*
de coniect. quod locum habet, quando
conſtat de hæredis inſtitutione, & aditione hæreditatis, vt expreſſum eſt
num. 8.

Huic obiecto, quod multum videtur vrgere,ego reſpondeo, quod reuo-
11 catio inſtitutionis factæ in priori teſtamenro,reſtricta eſt ad primum,& ſecũdum, & tertium gradum inſtitutionis
Mariæ, & filiorum,& deſcendentium
quæ fuit facta,contemplatione Ducis,
qui poſt Mariã,& eius filios,& deſcendẽtes eſt ſubſtitutus, & ideò ſubductis
alijs gradibus,ipſe primum gradum ingreditur; ex quo ſequitur, quod ipſe
etiam in ſecundo teſtamento,tacitè intelligatur hæres inſtitutus,vt Bart.ſentit *in d. l.ſi iure,num.*3*. de legat.*3. vbi
vult, quod ſi teſtator coram ſeptem teſtibus dixerit,volo primum teſtamentum non valere,quia volo decedere
inteſtatus, ſecundum teſtamentum
aditione hæredum venientium ab inteſtato confirmatur,quia cum eorum
contẽplatione facta ſit reuocatio prioris teſtamenti, ipſi tacitè intelliguntur
inſtituti.

Neque

Digitized by Google

Neque obſtat, quod Dux, in primo gradu, intelligitur inſtitutus in primo teſtamento, quod expreſsè eſt confir-
12 matum in poſteriori, & nemo poſſit decedere cum duobus teſtamẽtis, niſi ſit miles, *l.poſthum⁹ §.ſi pagan⁹ de iniuſto rupto teſtamẽto, & l.quærebatur, ff.*
13 *de milit.teſtam.* quia reſpondeo, quod primum teſtamentum valet, & incipit à poſteriori gradu, cũ alij fuerint ſublati *l. ex facto §.Lutius, ff. de vulg. ſubſt. & l.cãcellauerat, ff.de his, quæ in teſtam. delen.* & ſecundum ſimiliter valet, quia idem Dux in vtroque eſt hæres inſtitutus, & in hoc caſu poteſt quis decedere cum duobus teſtamentis, *l.vnum ff.de teſtam.* & conſequenter hæres inſtitutus ex vtraque poteſt adire hæreditatem *Angel. in l. eum qui, in princ. de acquir. hæred.* qui hoc dicit, in Ciuitate Paduæ, in ardua quæſtione contigiſſe, & ità ſubiungit, ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe, quod eſt *conſ.* 183. *nu.* 2. *verſ. in contrarium, & Imol. in d.l. eũ, qui, verſ. non obſtat* dicit hoc eſſe notãdum, & conſequenter *Paulus Caſtrenſ. in fin. & conſ. Angel.* reperitur etiam inter *conſ. l et. de Aretbar. in conſ.* 283. quod eſt ſubſcriptum à pluribus *DD.*
15 & in alio ſimili caſu cõſuluit etiã *Roman. in conſ.* 237. *in 6. dubio* dicens, hæredem, qui duobus teſtamentis eſt inſtiutus, ex vtroque teſtamento poſſe adire hæreditatem, qui tamen in libro meo, vitio impreſſoris, corruptus eſt, vt patet cuilibet intuenti, & aperiẽti oculos intellectus; namque adducit dic. *l.vnum, ff. de teſtam.* & dictum Doct. debet intelligi ſecundum legem, quã allegat, *Bart. in l. non ſolum, §.ſi liberationis verba, n.2. ff.de liberat.legat. & in l.cum quidam* circa medium, *ff.de his, quæ vt indign. Corn. in cõſ.* 304. *n.* 8. *in fin. lib.* 3. *& Dec. conſ.* 175. *num.* 5. quibus addi poteſt *Alex. in l.Sãcimus, poſt nu.* 10. *C.de teſtam. Ioſeph Ludouic. de teſtam. concluſ.* 9. *tom.* 3. *commun. opin.*
16 Neque etiam obſtat, quod ſi teſtator in poſteriori teſtamento dixerit, ſe velle prius teſtamentum valere, illud non valeat iure teſtamenti, ſed codicillorũ, *l.ſi quis in priore, ff. ad Trebell. & §. ſed & ſi quis in priore, inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* quia hæc iura loquuntur, quando alius in priore ſimpliciter, & alius in poſteriore teſtamẽto ex rebus certis eſt hæres inſtitutus; nam prius teſtamentum per poſterius ruptum eſt, quamuis teſtator dixerit ſe velle prius etiam valere, quia hæres ſcriptus ex certis rebus, detracta rerũ mentione, ex vniuerſo intelligitur inſtitutus, *l.* 1. *§.ſi ex fundo, & l.quoties §. ſi duo, ff. de hæred. inſtit.* ſed quia voluit primum teſtamẽtum valere, rebus certis ſibi relictis contentus eſſe debet, vt ſuppleta quarta, ſi deficiat, teneatur per fideicommiſſum reſtituere hæreditatẽ
17 hæredi ſcripto in priori teſtamento, ſed in caſu propoſito idem in vtroque teſtamento in primo gradu eſt hæres inſtitutus, & ideò vtrumque teſtamentum ſubſtinetur, & ex vtroque poteſt adire hæreditatem, vt dictum eſt, & cõſequenter poteſt petere ſe immitti in poſſeſſionem bonorum ex *l. vlt. C.de edict. diu. Adr. toll.*

18 Secundò quæritur, an inſtitutio D. Mariæ, & eius filiorum, & deſcendentium, facta in priori teſtamento, anno 1608. ex codicillis anni 1611. quibus teſtator reuocauit diſpoſitionem factã ad commodum Ducis anno 1610. & declarauit ſe velle primum teſtamentũ in omnibus, & per omnia valere, conualeſcat?

Et prima quidem facie videtur cõualeſcere, qa ex noua teſtatoris volũtate corã quinq; teſtibus reintegratur, *l.qui ex liberis §. teſtamẽto, ff.de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ſed ego in caſu ꝓpoſito diuerſã ſentẽtiam veriorem pu-
19 to, & huic §. reſpõdeo, primò quod ibi non quæritur de iure teſtamenti, & an valeat, & conſequenter præſupponit teſtamentum, quod per poſterius ipſo iure eſt ſublatum, ſuas vires non recipere, vt *Bart.* ibidem ſcribit in princ. & *num.* 1. & ideò in eo tex. ſubijcitur,

quod quæritur de viribus exceptionis, quæ in iudicio, actori hæredi ſcripto in ſecundo teſtamento obijcitur ab hærede poſſidente, ſcripto in primo, vt idem *Bart.* ſcribit in princip. ante *num.* 1. nam exceptio competit ei, qui poſſidet, & conuenitur, quia nihil aliud
20 eſt exceptio, quàm actionis excluſio *l. 2. in princ. ff. de excep. & l. qui æquitate, ff. de dol. mal. et inſtitut. de except. in princ.* at in caſu propoſito D. Maria non poſſidet, neq; à Duce conuenitur, & ideò illa exceptio ei non competit,
21 quia cum verba legis deficiunt, eius diſpoſitio locum non habet, *l. 4. §. toties, de damn. infec.*
22 Secundò reſpondeo, quod illa exceptio ex æquitate Prætoris, ei tantùm conceditur, qui habet vltimã teſtatoris volũtatẽ, vt *Bar.* ibidẽ ſubdit *in princ. et nu. 1. & 4.* ibi *nam ſi conuentus, & Bald. in l. ſancimus, num. 5. verſ. circa quam exceptionem C. de teſtamen.* qui dicit, quod actio, nec exceptio competit ei, qui non habet vltimam teſtatoris voluntatem, & hanc putat veram illius legis expoſitionem *à Nicol. de Mattar.* traditã, quã plurimi facit; ſed in caſu propoſito, neque D. Maria, neq; filij, vel eius deſcendentes; vltimam habent teſtatoris voluntatem: quæ tamẽ pro Duce ſatis ſuperquè comprobatur ex vltimo teſtamẽto, quod, morte inopinata præuentus, non potuit teſtibus
23 publicare, unde cum non ſit imperfecta ratione uoluntatis, ſed ratione ſolẽnitatis, optimè probatur, ſaltem ad excludendam intentionem D. Mariæ, *l. vlt. ff. de reb. eorũ, & l. 2. C. de curat. fur. Bart. in l. fideicommiſſa §. 1. de legat. 3. Rom. conſ. 179. num. 11. Io. de Anna. in conſ. 57. num. 2.* & hæc reſponſio mihi uidetur auferre omnem dubitationẽ,
24 nam ſi per duos teſtes probetur, hanc fuiſſe uoluntatem teſtatoris, hæc ſentẽtia ſine dubio recipienda eſt, *vt Alex.* ſentit *in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto, num. 3. verſ. ſaluari tamen poſſet C. de teſtam. & Ruin. conſ. 7. num. 1. coniuncto num. 6. verſ. non obſtat, lib. 3.* ergo hæc ſententia in caſu propoſito multò magis locum obtinere debet, quia in facto proponitur, teſtatorem palàm, & publicè dixiſſe, ſe uelle, Ducẽ nepotem ſuum eſſe hæredem uniuerſalem, & hoc ita conſtare dicitur, ut in dubium reuocari nõ poſſit, & non modo de hac ſua uoluntate teſtator nullũ dedit pœnitentiæ, & mutationis indicium, ſed etiam, ſex tantùm horis, antequam è uita decederet, in hanc ipſam ſolemniter publicandam enixè incumbebat, unde certò præſumitur in eadẽ uoluntate permanſiſſe, præſertim, cum
25 uerum ſit, quod illud, quod non mutatur, ſtare nõ prohibetur, *l. ſancimus C. de teſtam.* addo etiam ultimò, quod hæc ultima uoluntas benè ex hoc ultimo teſtamento comprobatur, quia nõ agitur, ut ex hoc teſtamento hæreditas debeatur, ſed vt probetur, D. Mariã nõ poſſe ſuccedere ex uolũtate teſtatoris, quod ex prædictis etiam manifeſtè apparet, & ego ita de iure ſentio, ſaluo ſaniori iudicio.

Franciſcus Cardinalis Mantica.

PVrpuratus hic Princeps, & Eminentiſſimus iuris interpres, operæ pretium eſt uidere, quanta ſua benignitate humilitatem meam nõ grauetur commendare. Hinc DD. noſtræ tempeſtatis intelligant, quàm ſit decentius in aliorum ſententijs, ſiuè referendis, ſiuè confutandis, non niſi honeſta de authoris perſona proferre, quàm eandem maledictis, conuicijſque carpere, quod quidem eſt potiſſimum, ſummæ inſcitiæ, & craſſitudinis argumentum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ciuilis, mortuo detentore, vel naturaliter poſſidente, vtrum attrahat ad ſe naturalem.*

2 *Poſſeſſio naturalis, mortuo vſufructu ſpeciali*

ſpeciali ratione extinguitur, ſecus verò, quando cauſa poſſeſſionis eſt ad hæredem tranſitoria, num. 3. 5.

4 *Heres cōmodatarij, vel depoſitarij, ſinita cauſa, non poteſt ſe defendere, ſicut, nec author ſi viueret.*

6 *Exemplum de vſufructu, licet non reſtringat propoſitionem, declarat tamen, vt non comprehendat caſus, & perſonas diſſimiles.*

7 *Poſſeſſio naturalis, tanquam fortior ciuili, attrahit ad ſe ipſam ciuilem, illamque acquirit etiam ignoranti.*

8 *Poſſeſſio ciuilis, animo deficiente, extinguitur.*

9 *Detentor, etiam ſi vacet poſſeſſio, non ex hoc efficitur poſſeſſor.*

10 *Feudatarius, ſiuè vaſſallus non habet aliquam poſſeſſionem ciuilem quoad corpus feudi.*

11 *Creditor vtrum ſibi poſſideat, an verè debitori, num.* 13. 15. *& an creditori competant interdicta poſſeſſoria, num.* 14.

12 *Poſſeſſio tranſlata per actum facti, fortior, quàm precaria, & num.* 16.

14 *Interdicta poſſeſſoria non dantur, niſi naturaliter poſſidenti.*

17 *Creditor, cui res eſt pignorata pro integro valore, cenſetur poſſeſſor, ceſſante ſpe luitionis.*

18 *Releuij pro ſolutione, non inquiritur de vero domino, vel poſſeſſore, ſed in cuius faciem ſit deſcriptum feudum in cedulario.*

19 *Poſſeſſio vtrum acquiratur hæredi per colonum etiam ſine apprehenſione, declara, num.* 24.

20 L. qui vniuerſas §. quod per colonum, ff. de acquir. poſſeſſ. *verus ſenſus.*

21 L. cum hæredes, ff. de acquir. poſſeſſ. *diſpoſitio vendieat ſibi locum etiam in poſſeſſione coloni, & in ſucceſſione feudorum, etiam in filijs, num.* 27. *& hæc eſt verior, & magis com. opinio iuxtà quam eſt iudicatum, num.* 28.

22 *Poſſeſſio, qua extinguatur, extincto inſtrumento, quo mediante retinetur.*

23 *Extincta perſona, extinguitur ſubſtantia retinendi poſſeſſionem.*

25 *Poſſeſſio feudorum non transfertur in hæredem, etiam filium ex* Iſern. *& opinio cōtraria* Cephali, & Gugliel. *eſt contra comm. & idem* Gugliel. *aliter diſtinguit, num.* 26.

29 L. fi. C. de edicto diui, *licet habeat locū in feudis, non poteſt tamen prodeſſe, niſi illi, qui eſt de comprehenſis in inueſtitura, & eſt immediatus ſucceſſor, diſtingue num.* 30. *& eſt controuerſa opinio num.* 35.

31 *Tenutam feudi, quam habebat defunctus, poteſt obtinere etiam hæres aliàs incapax ſucceſſionis feudi, & quandoque ſpurius fuit admiſſus, num.* 33.

32 *Poſſeſſio eſt facti, & in poſſeſſorio, factum, non ius attendimus, nu.* 34.

36 *Diuiſio feudi, quando inducatur ex cōſtitutione vſusfructus; ſubſtitutio cōpendioſa ante aditam hæreditatem continet directam vulgarem, ex qua ſubſtituto competit remedium immiſſionis.*

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ciuilis regulatiter, tanquam debilior, non attrahit ad ſe naturalem, licet aliud ſit finito vſufructu, veluti extincta cauſa poſſeſſionis non tranſitoria ad hæredes, naturalis verò attrahit ad ſe ciuilem, quam etiam ignoranti acquirit. feudatarius an habeat ciuilem quoad corpus feudi, & cui ex poſſeſſoribus competant interdicta; per colonum, vel creditorem, quomodo dominus, vel debitor poſſidere dicantur, & qn̄ extinguatur poſſeſſio. *l. cum hæredes, ff. de acquir. poſſeſſ. & l. fin. C. de edicto diui*, quo caſu locum ſibi vendicare dicantur in feudis, etiam quoad filios, & comprehenſos in inueſtitura, & quando incapaces admitti poſſint, vt fruantur tenuta, defuncto competenti, dilucidè explicatur.

Digitized by Google

Pro eodem Domino Duce Cardinalis, Satriani Principe, in articulo immiſsionis feudorum.

CONTROVERSIA XXXVI.

Breuiter diſcurrendo aduerſus ea, quæ nouiſſ. pro parte D. Mariæ Rauaſcherie afferuntur.

Primò conſidero, quatenus aduocati alleg. *Bart. in l. ſi arrogator, num. 12. Bald. num. 7. ff. de adopt. Imol. conſ. 16. num. 3. & 4. Caſſan. ad Conſuetud. Burg. rub. 7. §. 1. de morte ſaiſit, verſic. limita. 4. fol. 225. à ter.* ad probãdum, quod mortuo detentore, ſiuè etiam
1 naturaliter poſſidente, ciuilis poſſeſſio attrahit ad ſe naturalem, eamq; acquirit ciuiliter poſſidenti, etiam ignoranti, rogo aduertatur, omnes prædictos *DD.* & alios, quos longa ſerie recenſet, *Tiraquell. tract. le mort. in prima decla-*
2 *ratione* loqui in vſufructu, ſpeciali ratione, quia cauſa illa naturalis poſſeſſionis, & corporalis inſiſtentiæ, omninò per mortem extinguitur, vt proinde non mirum, ſi proprietarius ſit præferendus, cum naturalis poſſeſſio vſufructuarij, finita cauſa ipſius, efficiatur iniuſta, vt *Tiraquell.* dicit notari *in l. clam poſſideri §. vltimo, ff. de acquir. poſſeſſ.*
3 vnde ſecus, quando cauſa eſt ad hæredes tranſitoria, ita optimè hoc expreſsè reſtringit *Tiraquell. d. declar. 1. n. 1. iuncto, num. 4. et 7.* omninò legendus qui ibidem *declarat. 4. num. 5.* loquens in hærede cõmodatarij, & depoſitarij, finito comodato, vel depoſito
4 dicit, hæredem non poſſe ſe defendere aduersùs dominum magis, quàm defunctus ipſe, ſi viueret, potuiſſet, at nos uerſamur in longè diuerſis terminis, ſiquidẽ durat cauſa crediti in terra Turturæ, & poſſeſſionis, ratione recognitionis, ad quam tenentur hæredes Io. Baptiſtæ in Terra Badulati, ergo non poteſt ciuilis, etiam ſi adeſſet penes feudatarium, quod negamus, attrahere
5 naturalem, & quod tunc ciuilis attrahat ad ſe naturalem, quando cauſa poſſeſſionis non eſt tranſitoria ad hæredes, vt in vſufructu, declarat perbellè *Menoch. conſ. 139. num. 18. lib. 2.* vnde cum *Imol. Caſſan. & alij præd. DD.* ſe fundent in eo, non eſſe rationabile, quod hęredes vſufructuarij apprehendant poſſeſſionem extincto vſufructu, contrarium expreſsè ſentiunt, vbi durat iuſta cauſa retentionis, arguen-
6 do à cõtrarijs, & licet exemplum vſufructus non reſtringat regulam, declarat tamen caſus, in quibus regula locum ſibi vendicare poteſt, vt non comprehendat caſus, nec perſonas diſſimiles, vt eſt *tex. in l. ſi fugitiui, junct. Gloſſ. vltima, ff. de ſeruis fugitiuis, et in cap. ſedes de reſcriptis,* cum alijs per *Tiraq. de iure conſtit. par. 1. num. 63. verſ. nec*
7 *obſtat,* & licet ciuilis, tãquam debilior non attrahat ad ſe naturalem, niſi in dictis caſibus, in contrarium tamen naturalis poſſeſſio, vacante ciuili, ciuilem ad ſe omninò attrahit, ita quod acquiritur naturaliter poſſidenti, etiam ignoranti, & naturalis illicò, & indiſtinctè efficitur ciuilis, *Gloſſ. notab. in l. clam poſſidere § fin.* vbi *Iaſon num. 69. ff. de acquir. poſſeſſ. poſt Bart.* quem citat *in l. ex aſſe ad Trebell. idem Iaſon. in l. 2. §. ex contrario, num. 63. in fin. eod. tit.* vbi dicit *Bart.* debuiſſe citare *Gloſſ. meliorem in l. ſed ſi nolit. 7. ver. amiſiſſe,* vbi verè eſt *Gloſſ notab. ff. eodem,* vnde cũ per mortẽ Caroli, & Io. Baptiſtę omninò vacauerit ciuilis, cum poſſeſſio
8 ciuilis, animo deficiente, extinguatur, vt in ſpecie probant *Alex. in l. cum hæredes, num. 10. Caſtr. in l. qui vniuerſas §. qui per colonum, et Roſentb. ex Caſſan. Tiraq. Ottom. Gabriel. et alijs, de feud. par. 1. cap. 7. concluſ. 17. in add. lit. D. in fin.* motiuum retorquetur, contra D. Mariã, nec obſtat dictũ *Iaſ. in d. §.*

qui

Digitized by Google

qui ad nundinas, *n.*71.dicentis, quod
9 detentator,etiam ſi vacet poſſeſſio na-
naturalis,& ciuilis non ex hoc efficitur
poſſeſſor,quia detentio,non attrahit ad
ſe ciuilem, vel naturalem;hic enim Pe-
trus Franciſcus habebat poſſeſſionem
ex contractibus cum aſſenſu, & ſic ha-
buit iuris adminicula.

Secundò, quamuis aduerſarij ad
probandum feudatarium habere
quaſi ciuilem reſpectu iuris feudalis,
ſiuè vtilis dominij, afferant inter alios
etiam Theologos,cuiuſmodi eſt *Moli-
na Ieſuita*,adhuc tamen nobis perſiſte-
re licet cum *Afflict. qui in prælud. con-
ſtit.q.22.num.9.* dicit hæreticum eſſe
10 in iure dicere,feudatarium habere ali-
quã poſſeſſionem ciuilem quoad cor-
pus feudi,de quo nos agim⁹, cũ illa re-
maneat penes directũ dominiũ, & nũc
addimus *Conſil. de Georgio allegat.* 12.
*nu.*24. qui indiſtinctè intelligit *Iſern.*
hoc velle,qui loquitur in ſpecie in ma-
teria poſſeſſorij in cauſa Dom.de Mo-
les,& benè ſciuiſſent dicti DD. facere
diſtinctionẽ cõmẽtitiã, & metaphiſi-
cã,quæ à parte effingitur,ſi vera eſſet.

11 Tertiò, dum dicunt, creditorẽ non
poſſidere ſibi, ſed ad cõmodum debi-
toris, ultrà quod nos nõ ſumus in ſim-
plici creditore reſpectu Badulati, &
generaliter DD. loquuntur in credito-
re,qui poſſidet tantùm ratione præca-
rij ſibi conceſſi per debitorem, cum
hic ultrà poſſeſſionem per actum fictũ
12 ſit quoq; per actum facti translata cor-
poralis poſſeſſio, tamen *Bart.* citatus à
parte *in l.1.col.4. verſ.oppono, ff.de ac-
quir.poſſeſſ.* prout à *Cephalo* perfuncto-
riè citatur *conſ.63.num.*21. hoc non
13 dicit, ſed quod creditor,etiam ex ſolo
præcario uerè poſſideat,firmauit *Bart.
in l.3.§ ex contrario, num.6.*ibi, *quia
creditor poſſidet omnimodo, et debitor
nullo modo,etc.* & quod poſſideat natu-
raliter,& ciuiliter,tradit clariſſ. *Iaſ.*ubi
à parte citatur, ſcilic. *in l.1.§. per ſeruũ
corporaliter,num.5. ff.de acquir.poſſeſſ.*
qui exinde dicit, competere creditori
14 interdicta poſſeſſoria, ſi turbaretur in
poſſeſſione rei pignoratæ,quæ conſtat
non dari, niſi naturaliter poſſidenti,
& ſic uerè poſſidet ad effectum,de
15 quo nos agimus, licet quoad uſuca-
pionem, & effectum concernentem
dominium, & acquiſitionem fructuum
non dicatur poſſidere,ut latiùs probat
*Gloſſ. in l.ſciendum § creditor, ff. qui
ſatiſda. cogan.* ubi *Iaſ. in §. poſſeſſor:
num.*4. unde cum hic fuerit corporalis
poſſeſſio tradita per actum uerum,cum
16 facultate percipiendi, & diſponendi
de fructibus, tanquam de re ſua, & ad
Petrum Franciſcum quoad omnia ſpe-
ctantem,in omnibus ut uerus poſſeſſor
cẽſendus erit, præſertim cum ſint feu-
da pignorata pro integro ualore ipſo-
17 rum, quo caſu,uelut ceſſante ſpe lui-
tionis, fundus cenſetur tanquam pro-
prius creditoris, & in omnibus perfe-
ctè creditor pro poſſeſſore habetur, ut
notat *Iaſon in d.§. poſſeſſor, poſt nu.* 4.

Quartò quatenus ſub uerborum in-
uolucro dicatur, poſſeſſionem ciuilem
Io. Baptiſtæ reſpectu Badulati tranſi-
uiſſe in Germanum filium abſque ap-
prehenſione,verè fateor nõ percipere
quomodo id cõtingere potuerit, ſiquidẽ
ſi hoc prætendit ex ſolutione releuij,
18 iam fundauimus eſſe ſomnium,ex quo
Regia Curia in exactione releuij non
inqrit de uero domino, uel poſſeſſore,
ſed in cuius faciem feudum reperitur
deſcriptum in cedulario, ultrà quod
utriuſque releuium fuit ſolutum de pe-
cunia Petri Franciſci,ſi uerò dicit quæ-
ſitum Germano hæredi, tanquam per
colonum, ſiuè procuratorem,per quos
19 quæritur poſſeſſio hæredi, etiam ſine
apprehẽſione ex notatis *in d.l.1.§. per
procuratorem, & in l. qui vniuerſas §.
quod per colonũ*, quãuis hic ſimus ex-
tra hos terminos, cum Petrus Franci-
ſcus non ſit colonus, nec ſimplex pro-
curator,tamen idem tex. dicit contra-
20 rium, *quod per colonum poſſideo hæres
meus,niſi ipſe nactus ſit poſſeſſionem, nõ
poterit poſſidere*, quia ut ſubdit *Gloſſ.*
etiam in poſſeſſione coloni habet locũ
21 *text. in l. cum hæredes*, adeò ut nec
hære-

hæreditas retineat naturalem per co-
lonum,& vt ibi declarat optimè *Caſtr.*
licet poſſeſſio, quam defunctus detine-
22 bat animo,& corpore,extinguatur per
mortem ſuam , quia vtrumque inſtru-
mentum extinguitur,ex quo illa,quam
tenebat per colonum,ex hoc non de-
beret extingui , quia non extinguitur
inſtrumentum coloni,tamen contrariũ
eſt verum, quia ſubſtantia poſſeſſionis
erat apud ipſum defunctum , & colo-
nus præſtabar nudum miniſterium cir-
23 ca illam ſubſtantiam retinendã,extin-
cta igitur perſona defuncti,extinguitur
omnis ſubſtantia,ergo neceſſariò extin
guitur inſtrumentum coloni,quod tan-
quã accidens ſtare nõ poteſt,& ſubdit,
habet ergo neceſſe hæres apprehendere ,
24 *niſi colonus conduxerit ab hærede , vel*
ſoluerit eidem penſionem, quæ eſt limi-
tatio in fin. *tex.* & ita loquitur *Afflict.*
*deciſ.*167.*num.*6. ibi, *ſi continuet colo-*
nus in poſſeſſione nomine hæredis, & idẽ
*deciſ.*325 *num.*3.vbi loquens ſecundũ
terminos *d.tex.* ſe declarat , ſi colonus
dicat tenere nomine illius , vel fatetur
cognoſcere ab eo , quæ ratio etiã mili-
tat in procuratore, tutore , & curatore,
qui ſimiliter præſtant nudum miniſte-
rium, nec radicatur poſſeſſio in perſo-
nam eorum, vt probat Iaſ.*in d.* §. *per*
procuratorem num. 3.

Sin autem, & tertiò dicat, poſſeſſio-
nem feudorum transferri in hæredem
nedum filium,ſed etiam extraneum in-
25 diſtinctè,ex *Cæphalo cõſ.*30. vel ſaltim
transferri poſſeſſionem in hæredem
contrà quemlibet extraneum , ſed non
contra dominum , ex *Gugliel. de* Be-
ned.citato per Tiraq.in præfat. tract. le
*morte declar.*4. *num.*7. tam opinio *Ce-*
phali,quàm diſtinctio ſolius *Gugliel.* sũt
contra communem, & receptam opin.
omniũ , vt videre eſt ex relatis *ab eod.*
*Tiraq.d.loco, num.*4.*qui d.nu.*7. *verſ.*
poſtea vero,dicit Benedic.non reſidere,
cum *d.diſtinct.*ſed aliter diſtinguere ,
26 vt ſucceſſor ex teſtamento,etiam vni-
uerſalis non ſit ſaiſitus , vt vniuerſalis
ab inteſtato cenſeatur ſaiſitus,etiã cõ-
tra dominum , & ſic non eſt curandum
de opin. ſingulari vnius D. dum I*ſer.*
27 dicit *l.cum hæredes* habere locum in
feudis,& expreſsè loquitur etiam in fi-
lio *in cap.*1.*num.*5. *verſ.in filijs,& nu.*
6. *verſ.ſi eſt filius, iuncto verſ. item eſt*
dominus,de feudi cognit.idem in cap. 1.
in princip.nu. 2. *verſ.ſi ergo,iunct.verſ.*
quia non fuit,vbi *Lipar.lit.H.infinitos*
affert pro hac opinione affirmatiua , q
habeat locũ *l.cũ hæredes*, in feudis, *quo*
tempore miles,, & hanc eſſe communẽ,
28 & veram *Zaſius conſ.*10. *num.*10. *&*
*conſ.*30.*nu.*8. *lib.*1. *VVſembec.* dicens
veriorem,magis com. & ſecundum eã
ſępè iudicatum *conſ.*1.*num.*39. *&* 50.
vbi quod conſiderato effectu , & actu
poſſidẽdi corporali,impoſſibile eſt trã-
ſire, etiam in filium , & proinde occu-
pata per alium poſſeſſione feudi,habe-
re filiũ remedia adipiſcendæ, non reti-
nendæ,*Schrader.de feudis, part.* 7.*cap.*
*de ſucceſſ.tranſuerſ.num.*21. *quæſt.*12.
in fine,cumulat *Roſenthal.par.*1.*de ſuc-*
*ceſſ.ex teſtamen. cap.*7. *concluſ.*17. *in*
add.lit.D.per totum,et ſeq.& in ſuis ex-
preſsè loquitur I*ntrigl. de feudis cẽtur.*
1.*q.*46.*num.*18.*&* 19. *poſt* Iacob. *et*
alios,& optimè *Pariſ.conſ.*13. *nu.*84.
& 87.*lib.*1.

Quintò ad id , quod dicitur, reme-
29 dium *l. fin.* non habere locum in feu-
dis , niſi ad comodum illius hæredis ,
qui nedum eſt de comprehenſis in in-
ueſtitura, ſed eſt verus , & immediatus
ſucceſſor,ex quo infetunt nõ poſſe D.
Ducem prætendere immiſſionem, nec
retentionem feudorum, cum Maria,nõ
ipſe, ſit deſcendens ex fratre primoge-
nito,quod ius primogeniturę conten-
dunt locum habere etiam in linea trãſ-
uerſali , omiſsis multis , quæ dici poſ-
ſent,ſi de veritate harum concluſ.eſſet
30 diſputandum . Diſtinguimus duos ca-
ſus,quia aut hæres prætendit ſuccede-
re,& in poſſeſsionem immitti , vt hæ-
res eorum feudorũ,quę in pleno vtili
dominio, & poſſeſsione ſpectabant ad
defunctum, & tunc cum hæres nõ poſ-
ſit alio modo , & iure admitti ad ſuc-
ceſsio-

ceſsionem, quam vt defunctus habebat, tunc neceſſe eſt diſcutere de capacitate perſonę hęredis, ſi eſt proximus, nec ne, non enim penes hæredem poteſt diuerſo iure feudum peruenire, quàm quo erat apud defunctū, & hoc caſu diſputandum eſſet de pred. concluſ. aut verò defunctus non fuit dominus, ſed ſimplex poſſeſſor, ſiuè detētor, & tunc hæres ipſius, qui aliud non prætendit, niſi poſſeſsionem, ſiuè tenutam illam nanciſci, non habet neceſſe oſtēdere, ſe verum, & legitimū eſſe hæredē, & immediatū ſucceſſorē in feudo, quia non agimus de dominio feudi
31 ſed de ſimplici poſſeſsione, cuius eſt capax etiam ille, qui dominus eſſe non poteſt, vt de hoc eſt optima theorica *Iſern. in c. Imper. §. illud*, vbi poſtquam *à num. 68. verſ. ex his* arguit contra, tamen *poſt nu. 70. verſ. nam licet feudum*, concludit, poſſe feudum ad eum peruenire, & poſsideri, quamuis non ſit capax ſucceſsionis, & dominij, ibi *dominium non tranſit, ſed poſſeſſio ſic*, &
32 reddit rationē, q.a poſſeſsio, q̄ eſt facti, iure ciuili infirmari non poteſt, & *n. 71.* dicit, feudum à quolibet detineri poſſe quoad poſſeſsionem, quia poſſumus poſsidere rem, cuius proprietatem habere non poſſumus, *c. dilectis 12. q. 1.* idē *Iſern. in conſtit. violētias, in fine, & in d. §. illud, poſt n. 69.* dicit hæc verba, *qui non poſſunt poſſidere, poſſunt tenere, ſicut aſinus tenet bardam*, quorum *detentatio dicitur naturalis poſſeſſio im-*
33 *propriè*, & proinde, etiam ſpurius omninò incapax fuit admiſſus in poſſeſſionem feudi per Regiam Cam. vt refert *Anna ſing. 535.* & proinde dicimus, in poſſeſſorijs factum, non ius at-
34 tendi, quia poſſeſsio plurimum facti habet, vt ex *Bald. Dec. & alijs*, etiam quoad exercitiū iuriſdictionaliū, inſpici ſtatum, & non ius, probat *Peregrin. de iure fiſci, par. 1. § fiſcalia, num. 55. et ſequent.* nec tamen cōcedam indiſtinctè aſſumptum partis, remed. *l. fin.* non
35 habere locum, niſi in beneficium immediati ſucceſſoris, quia contrariam opinionem magis comm. eſſe probat *Intrigl. de feud. cētur. 2. quæſt. 34. n. 49.* & idem in regno, ſaltim, quando prætendens ſuccedere, allegat in termino, ſe probaturū poſſe ſuccedere, quia interim non debet denegari immiſsio, probat *Conſ. Georg. allegat. 12. nu. 30. & 31.* & fuit opin. *Afflict. deciſ. 119. et Dec. cōſ. 588. viſo puncto, et dubijs ex n. 10. et 12.* vbi pbat dec. S. C. multa. n. poterit Dux probare in termino, ex quibus excludetur prætenſum ius primogenituræ D. Mariæ.

In quantum verò prętēdit pars hic, ex poſſeſsione tradita Petro Frācíſco, fuiſſe inductam cōſtitutionem vſusfru-
36 ctus, & ſic feudi diuiſionem, ex not. *in l. fundi Trebatiani, ff. de vſufruct. leg.* & per *Vrſill. deciſ. 240. num. 22.* aducto *Vrſill.* expreſsè loqui, vbi conſtituitur ius vſusfructus ppetuò duraturū, hic autem fuit permiſſa tantùm perceptio fructuum, donec de credito ſatisfieret, vel fieret recognitio, & ſic ad tempus. vltrà, quod neceſſarium eſſet iudiciū, & ſententia ſuper hac nullitate contractus.

Denique dubitari non poteſt, ſub-
37 ſtitutionem factam in beneficium Ducis, in defectū D. Mariæ, & filiorū, eſſe compendioſam, quæ ante aditam (vt eſt caſus noſter, vbi antequam veniret mors teſtatoris, reperitur reuocata inſtitutio Mariæ, & filiorum) eſt directa vulgaris, iuxtà notiſsimos terminos, quæ continet caſus, ſi hæres non erit, vel non potuerit, idcirco, non erit dubitandum, Duci, tanquam directè ſubſtituto, competere remediū immiſsionis, & fortiùs, retentionis, vt arguit *Pariſ. d. conſ. 13. nu. 86. in fin. lib. 1.* & ita cenſeo 9. Iulij 1613.

DECISIO.

Diſcuſſa cauſa in S. Conſ. referente Conſiliar. Pomponio Saluo, iunctis aulis, cum interuentu decem Votantium, menſe Iulij anni 1613. fuit datus

tus terminus in cauſa, & interim conſeruatus Dom. Principes in poſſeſsione, vt infrà latiùs cap. ab hinc tertio.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes etiam pro actore, & ante litem cõteſtatam ſunt recipiendi ſenes valetudinarij, aut diſceſſuri, ſed vbscunque mora poteſt nocere probationi veritatis, num. 2.4.9.& 13.*

3 *Iudex poteſt recipere teſtes omni caſu, vbi dubitari poteſt, ne veritas occultetur, & probationes amittantur, num. 5.16.*

6 *Teſtes poſſunt recipi ad futuram rei memoriam, vbi timeri poteſt, quod controuerſia moueatur, et ſufficit cauſa, quæ dubitetur de futuro, nu. 14.*

7 *Teſtes, qui tempore actus geſti interfuerunt, poſſunt recipi, vbi dubitatur nè proceſſu temporis, probationis copia depereat.*

8 *Examinatio teſtium ex prædicta cauſa, differt ab illa, quæ fit de ſenibus, et valetudinarijs.*

10 *Probatio ſemiplena non requiritur, ſed ſufficit quælibet ſuſpitio oriens ex leui inditio, vt recipiantur teſtes ad futuram rei memoriam.*

11 *Inditium eſt minus, quàm ſemiplena probatio, et ſuſpitio inducitur ex minori cauſa.*

12 *Interloquutoria aliqua non eſt neceſſaria, qua declaretur, iuſtè peti huiuſmodi teſtium examinationem, cum ſatis id factum cenſeatur, cum iudex examen admittit.*

15 *Teſtes, vbi agitur, an ſint recipiendi, nec nè? ante litem cõteſtatam intelligitur in actore, quia de reo non eſt dubium.*

17 *Deciſiones plures* Rotæ Romanæ *remiſſiuè.*

18 *Actori fauendum eſt in ipſo litis exordio.*

19 *Reus conuentus, ſi differat litem conteſtari, iuſtè conceditur actori, vt admittantur eius probationes.*

20 Conſtitutio Regni, *ſpecialiter concedit actori, vt poſſit ſuos teſtes recipi facere ante litem conteſtatam, in omni iuſto caſu, quod ex pulchris verbis* Iſern. & Napod. *Regni luminum, cõprobatur, nu. 21.*

22 *Teſtes ad futuram rei memoriam, non debent recipi, cum poſſunt recipi iure ordinario.*

23 *Deciſio S.C. iunctis aulis, ſuper hoc, pro creditoribus, contra* Illuſt. *Principem Sancti Seuerij.*

24 *Teſtes non recipiuntur ante litem conteſtatam, fallit in omnibus cauſis, in quibus lis non conteſtatur. Et in emergentibus, num. 25.*

26 *Litis conteſtatio non fit in iudicio ſummarijſſimo immiſſionis.*

27 *Immiſſionem petens, vigore* l. fin. C. de edicto diui, *poteſt ad ipſius immiſſionis iuſtificationem, petere examinationem teſtium, ad futuram rei memoriam.*

28 *Teſtes ad futuram rei memoriam, recipi poſſunt ad conualidandum teſtamentum, ex quo petitur immiſſio.*

29 *Feuda veniunt in petitione hæreditatis quoad ius competens defuncto tempore mortis.*

30 I*mmiſſio vigore* l. fin. *habet locum in feudis, etiam ad beneficium illius, qui non eſt ſucceſſurus, quoad nudam detentationem.*

31 *Spurius immittendus, licet inhabilis, et ita deciſum.*

32 *Filiæ fœminæ, etſi excluſæ de iure com. competit immiſſio, quia plura poteſt probare in petitorio.*

A R G V M E N T V M.

Teſtes ante litis conteſtationem, vel ad futuram rei memoriam recipiendi ſũt, etiam ad inſtantiam actoris, vbicumque iuſtè timeri poteſt, quod probationes ex varijs cauſis deperire poſſent, nè veritas occultetur, nec requiritur interloquutoria, ſed ſufficit examinis commiſſio, præſertim in cauſis, vel loco, vbi lis non cõteſtatur ſolemniter, vt in Regno, & in poſſeſſorio ſummarijſſimo immiſſionis, vigore

gore *l.fin. C.de edict.diui,* quod remediū
concediturin feudis quoad ius,quod ha-
bebat defunctus, etiam in beneficium
non ſucceſſuri.

Pro eodem Domino Duce Cardinalis nunc Satriani Principe, ſuper receptione teſtium, & excluſione prætēſæ turbationis in terris Turturæ, & Badulati, cōtrà D. Mariā Rauaſcheriam.

CONTROVERSIA XXXVII.

1 TEſtes etiam pro actore,& ante
litem conteſtatam ſunt recipiē-
di,non ſolum, cum ſunt ſenes, valetu-
dinarij, aut de proximo diſceſſuri, ſed
etiam cum timetur, quod propter mo-
ram varient fidem ſuam,vt dicit *Gloſſ.*
verè *aurea in cap. quoniam frequenter*
in verbo *ſubtrahatur, vt lite non con-
teſt.* dum alternatiuè loquitur, quod
2 varient fidem ſuam, aut moriantur,&
ſic alterum ſufficit, vt eſt de natura al-
ternatiuæ,argumento *l.ſi hæredi plures,
ff.de condit.inſtit.*

Et verè Summus Pontifex,tametſi
tradat exempla de ſenibus, & valetu-
dinarijs,quæ,clarum eſt,non reſtringe-
re regulam, apertè inſinuat id proce-
3 dere in omni caſu,vbi diſcretus iudex,
à cuius arbitrio tota teſtium materia
dependet, veriſimiliter pro ſui animi
motu dubitare poteſt,ne veritas occul
tetur,ibi *ne veritas occultetur,et proba-
tionis copia fortuitis caſib⁹ ſubtrahatur
ſenes valetudinarij,& alij teſtes,de qui-
bus ex aliqua rationabili cauſa timetur
etiā lite non conteſtata ſunt proculdubio*
4 *admittendi,&c.* & loquitur in actore,
ibi,*ſiuè pars conuenta,* & in verſic.*ſed ſi
actor,* idemque ſubdit Pontifex *in §.
ſunt, & alij,* vbi apertiſſimè oſtendit,
nedum ſenes, & abſuturos à mundo,
vel loco iudicij, ſed in omnibus caſi-
bus ſimilibus, in quibus dubitari po-
5 teſt de amiſſione probationis, recipi
debere ante litem conteſtatam, vbi
*Gloſſ.*in verbo *publico,* expreſsè loqui-
tur, vbi quis timet, quod ſuper aliquo
contractu cōtrouerſia moueatur, quia
tunc poteſt petere à iudice, vt teſtes,
6 qui interfuerunt negotio, redigantur
in publicam formam,& recipiantut ad
æternam rei memoriam, citans *cap.ſi-
gnificauit 41.de teſtib.* qui *tex.* loquitur
7 de teſtibus,qui tempore actus geſti in-
teruenerunt, & dubitatur,nè proceſſu
temporis ptobationis copia depereat,
vbi *Gloſſ. magna* in verb. *teſtes,* dicit
duo. Primùm,hanc receptionem dif-
ferre ab ea,quæ fit de ſenibus, & vale-
tudinarijs, & inter alia diſcrimina,in
iſta,dicit recipiēdos eſſe omnes indif-
ferenter,tàm ſenes, quàm iuuenes,qui
negotio interfuerunt, & in fine dicit
9 procedere,nedum in actore, ſed etiam
in reo,& ſequitur *Gloſſ.Florian.in l.in
lege aquilia, ſi deletu 41. poſt n. 3. verſ.
& ſecundum, ff.ad l.aquil.,* vbi *Gloſſ.
in verb. qui teſtes* loquitur exemplifi-
catiuè per dictionem *verbi gratia,* &
proinde non immeritò *Barthol.Socin.*
authoritate *Bart. in l.admonēdi col. 4.
ff.de iureiur.in conſ.244.num.7. lib.2.*
dixit,quoad recipiendos teſtes ante
litē conteſtatam, non exigi, nec ſemi-
10 plenam probationem, ſed ſufficere
quamlibet ſuſpitionem orientem ex
quolibet etiam leui inditio, ex quo iu-
dex inclinare valeat animum ſuum ad
11 id faciendum,cum inditium ſit minùs,
quàm

Digitized by Google

quam ſemiplena probatio , & illud
quod non eſt ſufficiens ad ſemiplenã
probationem , ſufficit ad inducendam
ſuſpitionem,& *Socin.* ſequitur , *et alijs*
comprobat *Menoch.de arbitr. caſu 62.*
nu.5. fol.103. in quo conſ. idem Socin.
*num.10. verſ.non obſtat,*addit ex men-
te,vt is dicit,omnium DD. non requi-
12 ri aliter, quod præcedat aliqua inter-
loquutoria, qua declaretur,eſſe caſum
neceſſarium, vt recipiantur teſtes ante
litem conteſtatam, cum ſatis huiuſmo-
di interloquutoria pronunciata cẽſca-
tur, cum iudex examen committit, vt
de commun. *ex Socin. & Crauett. con-*
trà Roland. concludit *Menoch. lib.2.de*
præſumpt. cap. 54. in fin. hinc *Practic.*
Papienſ. in forma capit. ad ætern. rei
memor. noluit ſe reſtringere ad caſum,
13 cum de teſtium morte , vel abſentia
timetur,ſed id procedere,etiam in alijs
caſibꝰ notatis *per Gloſſ. & DD.*tã *in d.*
*c.quoniam frequenter,*quã *in l. in lege*
Aquilia ſi deletũ,et in auth.de teſtib.§.et
*hic vero,*vbi *Gloſſ. in ver. præſentem,in*
*verſ.tertium nota,*dicit *nota,quod teſtes*
producũtur hic ante litem conteſtatam ,
quia moribundi , vel receſſuri,vel ſimi-
lis cauſa ſuperuentura citans plura iura
& ſubdit, *& hoc ſi eſt actor, qui eos pro-*
ducit, reus enim ſemper poteſt producere
*etiam ante,&c.*ex qua *Gloſſ.*duo adno-
14 tãtur, primum ſufficere etiam cauſam,
quæ de futuro ſuperuenire poteſt, etiã
ſi non ſit de præſenti,alterum,omnes
DD. de hac re loquentes,intelligi de-
15 bere in actore,non autem in reo, cum
in eo non ſit dubium,& ad idem *Gloſſ.*
in l. 4. §. quotieſcumque verb. abſenti-
bus C.de aduoc.diuerſ.iud. vt etiam ad-
uertenter notat *Socin.iun.conſ.34. n.4.*
lib.1. dum dicit,permitti examen in
actore , ſi periculum ſit, ne pereat fi-
des teſtium , vel quia ſint ſenes , &
ſic tanquam diuerſa iſta conſiderat , &
in cauſa rationabili ſe fundant *Rebuf.*
ad conſtit.franc.lib.3.de cauſ.benef.poſ-
ſeſſ.art.2.Gloſſ.vnica num.3. & alij re-
lati per *Pinell.in l.1.par.3.poſt nu. 78.*
verſ. nec verum eſt, fol. 365. in paruis
C.de bonis matern. & magnꝰ ille *Pract.*
Octau.veſtr. in praxi Romanæ cur. lib.
16 *6.n.3.*ibi *timore mortis, abſentiæ , vel*
alias amiſſionis facultatis probandi, re-
cipi poterunt teſtes lite non conteſtata,ac
parte non vocata,ne interim,veritas,ſeu
probatio pereat,& per eadem verba ge-
neraliter loquitur *Maſcard. de proba-*
tion. concluſ. 1373. vbi *num.* 4. di-
cit, hoc eſſe permittendum vbicun-
que differendo probationes , po-
ſtea haberi non poſſent , referens plu-
17 res *deciſ. Rotæ , & num.6.* ex quibus
probatur,nedum ob mortem,vel abſẽ-
tiã, ſed vbi de alio quouis impedimẽ-
to dubitatur,id eſſe decernendũ,idque
non mirum, cũ in principio litis, actori
18 fauẽdum ſit, vt in terminis,ex hoc de-
bere procliuem eſſe iudicem ad id de-
cernendum, ſcribit *Menoch. de arbitr.*
caſu 62.poſt num. 4. & ita procedit id,
quod dicitur , ꝙ ſi cepto iudicio, reus
19 excipiendo impediat, & differat litem
conteſtari,præſertim per cauillationes;
tunc iudex,etiam lite non conteſtata
poteſt facere recipi teſtes, *Innocent.in*
d.cap.quoniam frequenter, & alij *à Fa-*
*rinac.*relati *in tract.de teſtib. de oppoſit.*
contra exam.teſt. quæſt.76. par.1. nu.
51.limit.24. quæ ſi procedunt de iure
20 communi , fortiùs de iure Regni , vbi
ſpeciali *Conſtit.probationum incurſibus*
competẽti remedio,eſt vltrà ius com-
mune prouiſum,etiam in actore , vbi
*Iſern.*in verſic. *Actor verò,* dicit, acto-
rem poſſe producere ante litem con-
teſtatam,etiam eos , de quorum fide
dubitaret:puta nè efficerentur eius ini-
mici, vel poſſent obliuiſci de eo, quod
tunc habent in memoria , vel aliter ſit
veriſimile, quod iuſtè timeat , nè ipſos
teſtes habeat tempore litis conteſtatæ:
quæ omnia iuſtè, varijs de cauſis poſ-
ſunt timeri in præſenti caſu,vt quilibet
prudẽs Iudex ſuſpicari,nedum poteſt ,
ſed debet, cui de futuris hoc caſu præ-
uidere iura demandant , vt not. *in d.*
l. in lege aquilia 41. & non immeritò
Napod.in conſuet. teſtamẽtũ,poſt n. 19.
21 loquens expreſsè in actore, meminit
de

de teſtibus ſenibus abſuturis; vel alia
cauſa expreſsè ſentiens iura cõmunia
& municipalia non loqui reſtrictiuè ,
ſed exempli gratia, vbicumq; de amit-
tenda probatione ſuſpicari poteſt, &
Viuius in ſuis commun. opin. cap. 922.
num.7. notanter dixit, in Regno etiam
pro actore indifferenter omnes teſtes
recipi, etiam ante litem conteſtatam, &
ita quotidie practicari.

Hæc autem, quæ ſupra dicta ſunt, re-
cipiunt reſtrictionem, quando inſta-
22 ret tẽpus examinationis teſtium iure
ordinario, quia tunc non poſſent reci-
pi teſtes ad futuram rei memoriam, ſe-
cundum *Socin. conſ.14. n.10. lib.4.* qui
dicit hæc verba *non memini me legiſſe*
hanc practicam, quod quando inſtat tẽ-
pus examinationis teſtium iure ordina-
rio, examinentur ad perpetuam rei me-
moriam, ſequitur *Corrad. in pract. de*
teſtib. rub. de recept. teſt. ante lit. conteſt.
num.48. in vltimo caſu, verſ. item de-
clara, *Monticel. in repert. teſt. rub. quan-*
do ad perpetuam rei memoriam, Farin.
d. tit. de oppoſit. contra exam. teſt. q.77.
23 *cap.2. num.66.* ſicut obtinui in cauſa
contra Illuſt. Principẽ Sãcti Seuerij p
creditoribus die 2. Maij 1616. quod
ad inſtantiam actoris moto iudicio, il-
loq; per reũ ſuſcepto, non poſſint recipi
teſtes ante litem conteſtatam, tanquã
ſenes valetudinarij, aut diù abſuturi,
decreto S. Conſil. iunctis aulis, penes,
actorum Magiſtrum de Mondellis.

Secundò, regula negatiua, vt non
recipiantur teſtes ante litem conteſta-
tam pro actore, fallit in ſuis, vbi
proceditur ſummariè, & de plano, in
24 quibus non eſt neceſſaria, litis conte-
ſtatio, quia ob id meritò in his ante li-
tem cõteſtatam teſtes produci poſſunt,
generaliter fallit in ſuis cauſis, in
quibus de ſui natura lis non conteſta-
25 tur, & ſic etiam in omnibus quæſtio-
nibus emergentibus, ita *Angel.* no-
tab. *in d. §. & hic vero, auth. de teſtibus,*
ſequitur poſt omnes Canoniſtas, vti
comm. *Lanfranc. in repet. cap. quoniam*
contra, in ver. teſtium depoſit. num. 301.
vnde cum in Regno *ex cap. deteſtantes,*
nõ requiratur litis conteſtatio, vt *Ma-*
rant. part.6. memb.10. f.375. ſequitur,
vt faciliùs recipi poſſint: & ſi require-
retur, cum iudicium ſit ſummariſſimũ
immiſſionis, vigore *l. fin.* in quo lis non
26 conteſtatur, vt probat *Bald. in l. publi-*
cati C. deteſtam. Rolãd. cõſ.36 n.10. lib.1.
ſequitur, vt ex pluribus cauſis conbina-
tis, teſtes iſti ſint omni iure recipiendi.
Et tãdem, nè deficiat deciſio punctua-
lis in caſu noſtro, quod petens immiſ-
27 ſionem vigore teſtamenti non cancel-
lati *ex l. fin.* poſſit ad iuſtificandam im-
miſſionem, vel ad excludendum impe-
dimentum, quod obijci poſſet ipſi
immiſſioni, vel facultati adeundi,
examinari facere teſtes, ad futuram rei
memoriam, ante litem conteſtatam, ex
quibus facilior aditus pateat ipſi im-
miſſioni, & appareat teſtamentum ſolẽ-
ne, & perfectum ad ſui beneficium, etiã
ſi de morte, vel abſentia non timeatur,
vidẽdus eſt omninò *Corneus conſ.172.*
primus conſultationis, littera H. verſic.
tamẽ prædicta non obſtãt: & in ſpecie in
ſubſtituto, in caſibus, in quibus ei cõ-
petere poteſt d. remedium, *lit. O. verſ.*
quidquid autem, & infrà, *verſ. ideò in*
ſupplicatione, lib.2. vbi latiſſ. quidquid
dici poteſt, reſoluens contraria: nec eſt
nouum, quod ad inſtantiam petentis
immiſſionem recipiantur teſtes ad cõ-
28 ualidandum teſtamentum, vel diſpoſi-
tionem teſtatoris, vt per *DD. in d. l. pu-*
blicati, & probat *Rol. d. conſ.36. n.13.*
lib.1. Menoch. de adip. remed.4. n.660.

Quoad vltimum punctum ſufficit
Caſtra Turturæ, & Vadulati, fuiſſe
reperta tempore mortis in hæreditare,
vt poſſit Dux Cardinalis petere im-
miſſionem horum feudorum, quæ nun-
quam poſſedit Maria, ſed cum ſint re-
perta in hęreditare defuncti, meritò, iu-
re Dux, qui prætendit immiſſionem,
debet obtinere, & interim nihil nouari,
29 ex quo feuda veniũt in petitione hæ-
reditatis, quoad illud ius, quod habe-
bat defunctus, tempore mortis, *Affiict.*
deciſ. 119. num.8. & habet locum in
E e feudis

30 feudis remediũ *l.fi.* ẽt ad beneficiũ ill...
q aliàs nõ eſſet ſucceſſurus, *de Põt.lect.*
20.*feud.n.*25.*f.*174. & ſic, quoad nudã
detẽtationẽ, vt pluribus relatis, decisũ
teſtatur *Ann.ſing.*525. in ſpurio, quem
31 cõſtat incapacẽ, latiſſimè *Menoch. re-
med.*4.*adipiſ.q.*47.*n.*375. in id expen-
32 dẽs §.*inter filiã*, vbi filia fęmina, etiã ſi
iure cõmuni repellatur à ſucceſſione,
immittitur tñ, etiã cõſtito, q ſit feudũ:
qa plura põt ꝓbare in petitorio, alios
affert *Intrigl.cẽt.*2.*art.*34.*n.*49. *& D.
Conſil.Georg.alleg.*12.*num.*28.*&* 30.

Ex quo non obſtat ſimilis decisio de terra S. Lucæ in cauſa Principiſſæ Mõtis Caueoſi: ſiquidẽ, ibi Alexãder Loffred⁹ germanus Principis, nõ habebat teſtamentũ pro ſe; ſed teſtator vxorem ſibi hæredem fecerat vniuerſalem, ſub qua feuda comprehendebantur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi prætendenti immiſſionem ex teſtamento, incumbit oſtendere teſtamentum non cancellatum.*

2 *Relatum ineſt verè, & propriè in referente.*

3 *Teſtamentum poteſt incipere à ſecundo, vel vlteriori gradu ſubſtitutionis.*

4 *Sobſtituti poſt euentum conditionis, dicuntur propriè, & verè inſtituti.*

5 *Subſtituto cuilibet conceditur remediũ* l.fin.C.de edict.diu.Adr.toll.

6 *Subſtitutio compendioſa facta à Pagano, non eſt ſpecies ſeparata de per ſe, ſed quædam adiectio plurium ſubſtitutionum, ſaltim verbis generalibus.*

7 *Vulgaris ſubſtitutio facta in vnum caſum, extenditur ad omnes, qui poſſunt adaptari impotentiæ, & volũtati, maximè in vulgari, comprehenſa in compendioſa.*

8 *Subſtitutus, quando eſt immittendus in poſſeſſionem ex remedio* l. fin. *excluſo etiam inſtituto.*

9 *Teſtamentũ, nõ codicill⁹ dicitur ea ſcriptura, in qua ſeptẽ adhibitis teſtib⁹ inſtituitur directè quis hæres; licet teſtator codicillos ſe facere dixerit, &* num. 11.

10 *Teſtamentum cenſetur ſcriptura, non codicillus, quæ habet ſolemnitatem teſtamenti, quod amplia, vt num.* 13.

12 *Clauſula valens, quod teneat, tàm iure codicillorũ, quam iure teſtamenti, et alio meliori via, operatur, vt diſpoſitio valeat potentiori modo, quo poſſit.*

14 *Paganus non poteſt decedere cum duobus teſtamentis.*

15 *Teſtamẽtũ primũ dicitur ſublatũ ex ſoli⁹ hæredis reuocatione, quod amplia, vt n.* 16.

17 *Teſtamẽtũ primũ, vt reuocetur, an ſufficiat ſimplex reuocatio, vel procedendum ad aliquam diſpoſitionem.*

18 *Codicillis hæreditas directò dari, vel adimi non põt, et qua ratione n.*19. *quod amplia, etiã in codicillis inter liberos nu.*20.

21 *Cõditio adiecta inſtitutioni factæ in teſtamẽto, nõ poteſt adimi, nec adijci in codicillis*

22 *Codicillis, inſtitutio directò facta, trahitur in vim fideicommiſſi, & num.*34.

23 *Fideicõmiſſario, etiã vniuerſali ante reſtitutionem, non competit immiſſio ex remedio* l. fin. *& qua ratione nu.*28.*remiſſiuè.*

24 *Fideicommiſſarius ante reſtitutionem nullum habet ius in bonis hæreditarijs.*

25 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio dicitur tranſitiua, ſeu translatiua.*

26 *Hæres directò inſtitutus, proprio iure poteſt apprehendere hæreditatem vacantem.*

27 *Fideicõmiſſari⁹ cogit hæredẽ adire hæreditatem ſuo periculo, officio iudicis, & poſt aditionem, ei actio cõpetit ex teſtamento, vt hæres ſibi hæreditatem reſtituat.*

29 *Fideicõmiſſarius vniuerſalis, ſi nõ poſſidet nõ eſt legitimus cõtradictor, quod amplia, etiam facta reſtitutione, vt nu.*30. *etiam ſi poſſeſſionem vacantem cępiſſet, vt num.*31.

32 *Fideicommiſſarius, cum non poſſidet, nõ põt impedire immiſſionem ſub prætextu, quod non eſt detrahenda Trebellianica.*

33 *Fideicõmiſſario, vigore codicillorum, nõ cõceditur immiſſio ex remedio* l.fin.

35 *Declaratur plena manu* tex.in l.pen.§.teſtamẽto, verſ.planè, & verſ.ſec⁹, ff.de bon. poſſeſſ.ſecũd.tabul.& n.37.30.41.& 43. *reiecta contraria opinione, et intellectu* Nicolai de Mattarellis, num.44.

38 *Clauſula in fine poſita, debet referri potius ad proxima, quàm ad remota.*

40 *Teſtamentum non tollitur ipſo iure per inciſionem, etſi ſit actus facti, cum non ſit ſolemnis voluntas.*

42 *Te-*

42 *Teſtamentis duobus confectis, in quibus diuerſi ſunt instituti, nec ſciri poteſt, quod fuerit poſterius, hæres poſſidens eſt præferendus.*

45 Menoch.conſ. 176. vol. 2. *reprobatur*, & num. 49.

46 *Nuda voluntas quæ dicatur.*

47 *Teſtamenti mutatio non fit ſola volũtate, quoad hæredis inſtitutionem, ſed alio teſtamento, ſolemnitatibus vallato, quod intellige, vt num.* 48.

50 *Poſſeſſio non dicitur iniuſta, quæ iure permittente apprehenditur.*

51 *Teſtamento ſecundo inciſo, non poteſt dari remedium* l. fin. *ſecus, ſi nuda voluntate ſit reuocatum, & quare.*

52 Tex. in l. qui res, §. aream, ff. de ſolut. *declaratur.*

53 Angeli *diſtinctio* conſ. 108. *ad intellectum* d. l. pen. §. teſtamento *approbatur, & commendatur.*

54 Tex. in l. 1. C. de codicill. *declaratur.*

55 *Lex ſuccurrit fortiùs ei, qui mutat ſtatum inuitus, quàm ei, qui ſponte aliquid facit.*

56 *Fideicommiſſum nuda voluntate reuocatur, etiam coniecturis, quæ habentur pro expreſſa voluntate, & num.* 59. *& ſufficiunt quæcunque verba, etiam enunciatiua, vt nu.* 60.

57 *Vltima voluntas nutu fieri poteſt, quod limita in hæredis inſtitutione, vt nu.* 58.

61 *Voluntas teſtatoris expreſſa, licet informis, ad multa ſufficit, & probat mentem teſtatoris.*

62 *Relicta in minus ſolemni teſtamento, in foro conſcientiæ debentur, & datur pro eis exceptio legatario poſſidenti.*

63 *Hæredi inſtituto in vltima teſtatoris voluntate, datur exceptio in terminis* d. l. pen. §. teſtamento.

64 *Fideicommiſſum ex inimicitijs reuocatur, quod amplia, vt num.* 65.

66 *Teſtatoris voluntas declaratur ex teſtamento, licet nullo.*

67 *S. C. iudicat ex lato arbitrio, & poteſt adhibere fidem etiam ijs, quæ de per ſe fidem non faciunt, & ſecundum conſcientiam iudicare.*

68 *Poteſtas Principis, & Conſilij ſupremi, quæ ſit, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Subſtituto, & an etiam fideicommiſſario competat remedium *l. fin. C. de edicto diui Adriani toll.* Teſtatorem, quãdo præſumatur voluiſſe facere teſtamentum, an verò codicillos. Hæredis inſtitutio facta in codicillis, quando ſubſtineatur, vt valeat in vim fideicommiſſi. Quæ ſint neceſſaria ad inducendam validam reuocationem prioris teſtamenti. latè, & ſubtiliter agitur de vero, & germano ſenſu *l. qui liberis, §. teſtamento, ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabulas.*

Pro eodem in eadem cauſa.

CONTROVERSIA XXXVIII.

CVm iam Sac. Conſil. cœperit innoteſcere notoria iuſtitia Domini Hectoris Rauaſcherij Ducis Cardinalis, in ſucceſſione quond. Domini Petri Franciſci patrui, dum, cognitis, & optimè perpenſis potioribus iuribus, circa immiſſionem in poſſeſſionẽ vniuerſæ hæreditatis, excluſis vanis prætenſionibus DD. Mariæ, & Hieronymi Rauaſcherij, conceſſit terminum in cauſa, confirmando poſſeſſionem bonorum, quam D. Dux, vti iuſtus hæres apprehendit, & alio iure retinere non poterat; ſupereſt modò, vt paulò diligentiùs fundetur, D. Mariam in prætenſa per eam immiſſione hæreditatis, obtinere non poſſe, illamq; eſſe proinde cõcedendã quoad omnia bona, ipſi Duci vero, & legitimo hæredi, & poſſeſſori partis hæreditatis.

Et tandem, vt omnis tollatur ſcrupulus etiam in iudicio petitorio, nullum aliud remedium ſupereſſe Mariæ, vi-

gore codicillorum anni 611. ita vt, nec
per obliquum aliquid prætendere
poſſit in dicta hæreditate, denegata ſi-
bi à iure actione, ſine qua nemo expe-
ritur.

1 Quoad primum, cum hæredi præ-
tendenti immiſſionem ex teſtamento
neceſſarium ſit oſtendere teſtamẽtum
non cancellatum, neque abolitum, iu-
xtà terminos notiſſimę *l. fin. C. edicto
diui Adrian.* Dominus Dux in prom-
ptu oſtendit teſtamentum anni 608.,
quod quidem, iuncta alia diſpoſitione,
cum eadem ſolemnitate numeri ſeptẽ
teſtium, anni 610. in qua apparent re-
uocati primus, & ſecundus gradus in-
ſtitutionis, & ſubſtitutionis in perſonā
Mariæ, & filiorum, confirmata ſubſtitu-
tione in perſonā Ducis, remanet ipſe
D. Dux inſtitutus in primo gradu ex
virtute, & efficacia relationis, iuxtà
2 quam, ſcriptura relata ineſt verè, &
propriè in referente, *l. aſſe toto, ff. de
hæred. inſtit. l. ait prætor, §. ſi iudex*, *vbi
Alex. & Ripa, ff. de re iudic. Natta* in
terminis, *conſ. 484. nu. 25. ante finem*,
*Gama deciſ. 209. num. 1. Crauett. conſ.
143. nu. 6.* ſiquidem notiſſimi iuris eſt,
3 teſtamentum poſſe incipere à ſecundo,
tertio, vel vlteriori gradu ſubſtitutio-
nis, tam ſi primus, vel ſecundus gradus
reddantur nulli ex diſpoſitione iuris, vt
in *l. 3. §. fi. ff. de liber. & poſth.* vbi *Gloſſ.
vlt.* citat concord. *l. ſi filius 75. ff. de
hæred. inſtit. l. ex facto 43. §. Lucius Ti-
tius, ff. de vulgari*, quàm etiam, ſi id cõ-
tingat ex diſpoſitione teſtatoris cãcel-
lantis priores gradus, vt hic, de quo eſt
*tex. in l. cancellauerat 2. ff. de his quæ
in teſtamen. delen.* & ratio eſt euidens,
4 quia ſubſtituti poſt euentum conditio-
nis, dicuntur propriè, & verè inſtituti,
*l. cohæredi, §. qui diſcretas, ff. de vulg.
& pupill.* nihil aliud enim eſt ſubſtitu-
tio, quàm ſecunda, vel vlterior inſtitu-
tiò, & ſubſtitutum directò, dici propriè
5 inſtitutum, & proinde non minùs con-
cedi remedium *d. l. fin.* ſubſtituto, quã
inſtituto, eſt tex. *in l. 1. C. de edicto diui*,
& nedũ ſubſtituto ꝑ vulgarẽ pupillarẽ,
aut exẽplarem ſubſtitutionẽ expreſſã,
vt poſt *Gloſſ. Bart. & Alexãd. num. 10.
Iacob. Iaſ. Dec. Curt. iun. Sapi. Zucch.
Tiraquell.* & alios, probat *Menoch. de
adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. q. 28. num. 206.*
ſed etiam concedi ſubſtituto ex tacita
vulgari, vel pupillari, adeo receptum
eſſe, vt nemo ſit, qui ab hac opin. diſsẽ-
tiat, probat idem *Menoch. d. remed. 4.
quæſt. 29. num. 214. in fin.* ita vt non
ſit dubitandum, competere immiſſionẽ
Duci ſubſtituto compendiosè, quę illa
propriè dicitur, quæ ſub conditione
mortis, vel alia, plura complectitur tẽ-
pora, vt per *Bart.* comm. probatur *in
6 l. centurio, num. 9. ff. de vulg.* & facta
à pagano non eſt ſpecies ſeparata de
per ſe, ſed quædam adiectio plurium
ſubſtitutionum, vt poſt *Bart. Iaſ. Ripã,
Gulielm. de Benedict. et alios*, ꝓbellè ꝑ-
ſequitur *Sfortia Odus de ſubſtit. tit. de
compend. par. 1. in princ. & par. 3. art. 2.*
& in primis ſub compendioſa contine-
tur vulgaris, vt ex omnium ſententia
concludit idem *Sfortia de effect. com-
pend. par. 5. art. 1.* eaque vulgaris ſub
ipſa contenta, ſicut & reliquę ſubſtitu-
tiones ſub ea cõprehenſæ, dicuntur ex-
preſſę, ſaltim verbis generalibus, vt
tradit idem *Sfortia de compend. art. 6.
7 q. 2.* quæ vulgaris, quamuis generali-
ter comprehendat caſum, ſi inſtitutus
noluerit, vel non potuerit eſſe hæres;
id tamen potiſſimè locum ſibi vindica-
re in vulgari contenta ſub compendio-
ſa, vt ex ea ſubſtitutus cenſeatur voca-
tus in omnẽ caſum, quo inſtitutus hæ-
res non ſit, licet vnus tantùm fuerit ex-
preſſus, tradunt optimè *Angel. conſil.
204. Curt ſen. conſ. 75. num. 14. in fin.
& 15.* vbi probat, ſubſtitutionem vul-
garem, factam in vnum caſum, expreſ-
sè comprehendere generaliter omnes
caſus, qui poſſunt adaptari impotẽtiæ,
& voluntati, idque ex eo, quia in ſub-
ſtitutionibus directis, larga ſemper in-
terpretatio eſt facienda, & in terminis
vulgaris ſub compendioſa, latè idem
probant *Socin. iun. conſ. 106. num. 20.
vol. 1. Tiber. Decian. reſp. omnium 1.
nu. 98.*

*nu.*98. *& ſeq.lib.*1. Vnde cum Maria, & filij non poſſint eſſe hæredes, ſtante ſecunda diſpoſitione valida, & ſolemni, omnino D. Dux, tanquam ſubſtitu-
8 tus expreſsè in vulgari contenta in cõpendioſa, eſt immittendus, excluſo inſtituto, vt in terminis exẽplificat *Gloſſ.* in ſpecie caſum noſtrum *in l.* 1. *in poſtremis verbis C. de edict. diui*, vbi dicit, ita demum inſtitutum præferri ſubſtituto circa immiſſionem, *niſi aliud obijciatur ei inſtituto, puta aliud teſtamentum poſterius, vel aliquid tale*; quã ibi omnes ſequuntur, & nullus diſcrepat, vt teſtis eſt *Dec. in l. fin. num.* 40. *verſ. & ita concluſio negatiua, Menoch.* ſequitur *in* 4. *remed. num.* 581. *verſ. declaratur nunc, Peregr. de fideicom. art.* 48. *num.* 33. *in fin. verſ. aut vero, & n.* 40. & ante hos omnes *Bart. in l. fin. n.* 10. *eod. tit.* dum ad hoc, vt ſubſtitutus vulgariter admittatur, docet, debere oſtendere teſtamentum, in quo ſubſtitutus eſt, & repudiationem primi, vel aliquid aliud, propter quod ſit excluſus prim⁹ hæres, & ſic habemus *Gloſſ.* in indiuiduo docentem, quod cũ ſubſtitutus aduersùs inſtitutum in primo obijcit teſtamentum poſterius, quo prior inſtitutio eſt irritata, eo ipſo, tanquam probans, caſum ſubſtitutionis eueniſſe, debet inſtituto præferri in poſſeſſione, de qua agitur *in d. l.* 1. vt notat ibi *Bart. in ſolut. contr. verſ. vlterius opponi*: num ad aliud ſubſtitutus non teneatur, niſi docere, quod ſubſtitutionis caſus euenerit, vt per *Franc. Marc. deciſ.* 445. *ad fin.* cum alijs à *Menoch. d. remed.* 4. *adipiſc. quæſt.* 28. *num.* 212. *&* 255. *verſ. hæc tamen*, & cum *Gloſſ. & Bart.* & reliqui, non ſine myſterio dixerint, debere ſubſtitutum petentem immiſſionem, oſtendere teſtamentum poſterius, quo prior inſtitutio fuerit irritata, quaſi aliud eſſet ſi niteretur codicillis, in quibus certũ eſt, nec dari, nec adimi poſſe hæreditatem, vt infrà latiùs probabitur; dubitari non poterit in caſu noſtro, hanc ſecundam diſpoſitionem anni 610. ad beneficium Ducis, eſſe teſtamentum, vel habere vires teſtamenti; ſiquidem in ea reuocatur inſtitutio in perſonam Mariæ, & ſubſtitutio filiorum; confirmantur ſubſtitutiones directè factæ in beneficium Ducis in priori teſtamento, & adhibẽtur ſeptem teſtes, in teſta-
9 mentis requiſiti, & ſic ſuccedit deciſio *Io. Andr. in addit. ad Specul. §. compendiosè, in add. incip. ad intellectũ*, vbi poſt *Dyn. ſiuè Pileum* docuit, quod ſi quis adhibitis ſeptem teſtibus, inſtituat quẽ hæredem directò, nihilominus ea ſcriptura non erit codicillus, ſed teſtamentum, valebitque hæredis inſtitutio in ea facta, ac ſi in teſtamento facta fuiſſet; quamuis teſtator dixerit, ſe facere codicillum, vel illam ſcripturam, codicillum appellauerit, ſequuntur *Bald. Salyc. & Paul. in l. teſtamentum, C. de teſtament. idem Paul.* optimè *in l.* 2. *in fin. C. de his, quibus vt indign. Alexand. & Iaſ. latè in l. codicillum, C. de codicill. Greg. Lopez in l.* 2. *tit.* 12. *par.* 6. *Gloſſ. in verb. herederos, Burgos de Pace in l.* 3.
10 *tauri, nu.* 1338. ea ratione, quod ſcriptura, quæ habet ſolemnitatem teſtamenti, teſtamentum, non autem codicillus cenſendus erit, vt latiùs tradidere *Socin. iun. conſ.* 69. *lib* 4. & Illuſtr. iuris lumen, & Italiæ decus, *Cardin. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 5. *verſ. ſed tamẽ contrarium, &*
11 *num.* 9. & quamuis *Molina de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 32. *verſ. ſed vt vlterius* latè huic opin. contradicat, quam tamẽ fatetur communem, *n.* 33. & aliter intelligat doctrinam *Io. Andr.* vt loquatur, cum diſponens adiecerit clauſulam, *quod talis diſpoſitio valeat omni meliori via*; quia tunc benè poteſt valere, vt teſtamentum, & non aliter; patet etiam iuxtà opin. *Molinæ*, hãc diſpoſitionem in præſenti caſu habere vires teſtamenti, cum expreſsè in ea legatur, adiecta dicta clauſula *volens, &c. quod præſens reuocatio valeat, & teneat, tam iure codicilli, quàm iure publici inſtrumenti, reuocationis, & caſſa-*
12 *tionis, & alia meliori via, &c.* quæ

clauſula operatur, vt diſpoſitio valeat in potentiori modo, quo poteſt, vt tradit *Alexand.conſ.* 53.*num.*67.*vol.*7.*& idem* D.Card. Mantica *d. lib.* 2. *tit.* 3. *num.*5.*in fin.verſ. & hoc quidem*, & in
13 ſpecie, quod ex reuocatione inſtitutionis factæ in teſtamento, quæ non poteſt reuocari in codicills, pateat, quem noluiſſe codicillari, ſed teſtari, quia ex qualitate, & modo diſponendi dignoſcitur ſpecies diſpoſitionis, tradit in terminis *Aret.in l. hæredes palàm*, §. *ſi quid poſt, col.vlt. verſ.ſed illa iura, ff.de teſtament.* nec dici poterit, hunc teſtatorem deceſſiſſe cum duobus teſtamē-
14 tis, quod eſt impoſſibile in pagano, *Gloſſ.in* §.*poſteriore, inſtit.quibus modis teſtam. infirm.* cū alijs concord. *per Ioſeph Ludouic. de teſtament. concluſ.* 9. Dicimus enim, quod eo ipſo, quod in teſtamento mutatur inſtitutio hæredis, in qua conſiſtit integra eius vis, & ſubſtantia, & non in legatis, & in aliis acceſſorijs, *l.* 1. §. *qui neque, ff. de hæred. inſtit.* & cuius inſtitutionis reſpectu, cū ipſa mutatur, lex ſtatuit, omnia ex integro eſſe faciēda, vt benè declarat *Gloſſ. in l.hæredes palàm*, §. *ſi quid poſt, verb. omnia*, ibi, *quod ergo hic dicitur*, vbi DD.omnes, *ff. de teſtament.* quamuis quoad alia confirmetur teſtamentum;
15 tamen ex hac reformatione, primum teſtamentum, omniſque eius virtus ſūt ſublata, tanquam mutata forma, & ſubſtantia primi teſtamenti, *l.Iulianus*, §.*ſi quis, ff. ad exhib.* vbi *Bald.* notat, quod per digreſſionem ad nouam formam, dicitur actus mutari, imò in totum tolli, & ſic negamus vtrumque teſtamētum habere effectum, ſed ſecundum tātùm, in quo tanquam reformans cenſetur omninò transfuſum primum, nec attē-
16 ditur amplius primum reformatum, ſed teſtamentum poſterius reformans, tanquam nouum, vt probat *Natta in terminis de communi, conſ.*527.*num.*1. quod procederet, etiam ſi ſimpliciter in ſecundo fuiſſet confirmatum primū, vt declarant Bart. *Bald.Angel. et Imol. in l. poſthumus* 12. §. *ſi paganus*, vbi optimè *Caſtr.* qui hæc verba ſubijcit *nō enim confirmando primum, potuit derogare diſpoſitioni iuris, quæ eſt, vt paganus non poſſit decedere cum duobus teſtamentis validis; præfertur ergo vltimum validum, et primum tollitur ipſo iure, & confirmatio operatur, quatenus poteſt operari, &c.* ſequitur explicando latiùs *Natta*, qui concedit id procedere, etiā in ſecundo teſtamento reformante primum, vt nō valeant diſpoſita in primo, niſi prout in ſecundo teſtamēto diſponitur, & quod ſecunda diſpoſitio attendi debeat *conſ.*484. *num.*7. 21. iuncto *num.*23.*ibi, fateor, vnde*, & ſic etiam nō
17 obeſt, ſi diceretur, non potuiſſe reuocari inſtitutionem Mariæ, factam in primo teſtamento nuda voluntate, in hac ſecunda diſpoſitione; ſiquidem in hac cauſa nullo modo cadit diſputatio, ſi ad hoc, vt reuocetur primum teſtamētum, ſufficiat, quod teſtator, conuocatis ſeptem teſtibus, dixerit ſimpliciter, reuoco primum teſtamentum, etiam ſi nō adſit curſus decennij, vt placuit *Imolæ, & Aret.* vel etiam ſit neceſſarium vlteriùs procedere ad aliquam diſpoſitionem, inſtituendo aliquem, vel declarando, ſe velle decedere inteſtatum, vt placuit *Bart.in l.ſi iure, num.*3.*ff. de leg.*3. *& Alb. & in l.ſancimus, C. de teſtament.* quorum opin. communiter recipi contra *Imol.& Guid.Pap. deciſ.* 200. niſi in caſu, cum decennium effluxerit à die conditi prioris teſtamenti, non à die reuocationis, tradunt latiſſimè poſt alios *Viuius opin.*879.*verſ. teſtamētum iure perfectum, Anchar. iun. famil. qq.lib.*2.*cap.*70. *& Teſſaurus itē iun.lib.*1.*qq.forenſ.cap.*58.*per totum*, vbi latiſſimè omnes cumulantur; non enim fuit hic nuda voluntas, ſed teſtator expreſsè progreſſus fuit his verbis *reſtando fermo in ſuo robore lo detto teſtamento, quanto all'altre coſe, maioraſco, fideicommiſſo, ſuſtitutioni, & legati*; vnde confirmata ſubſtitutione, ſubſtitutus ex iuris diſpoſitione incipit tenere locum inſtituti, & ſic apparet de voluntate teſtatoris, ad cuius beneficium

voluerit

voluerit reuocare inſtitutionem, quod ſolum inquirunt quorquot DD. qui *Bart.* & commun. ſequũtur opin. vt benè explicat ex noſtris *D. Præſ. de Franch. deciſ.* 287. qui in ſpecie loquitur de eo, qui teſtamentum à ſe factum reuocauerat, ratificando & confirmando teſtamentum conditum à patre, idemq; eſſe, ſi cõfirmaſſet anterius teſtamentum à ſe factum, vt probat *Teſſaur. iun. d. cap.* 56. *num.* 20. Quibus ita ſolidiſſimè iactis, vt incipiamus reſoluere obiecta partis, in quibus cardo negotij reſidere videtur. Non obſtant aſſerti codicilli, tertio loco facti à teſtatore, de menſe Aprelis 1611., in quibus aſſeritur, teſtatorem, irritata, & annullata ſecunda diſpoſitione anni 1610. diſponere, q; omnes inſtitutiones, & ſubſtitutiones factæ in beneficiũ Mariæ, & filiorum, ſortiãtur ſuum effectum, eo modo, vt in dicto primo teſtamento continentur, non obſtante dicta reuocatione; ſiquidem, aut prætendit Maria hæreditatem iure directo ſibi denuò ritè datam in codicillis, & D. Duci ademptam, ita vt, tanquam hæres directò iterum facta poſſit petere immiſſionem vigore *l. fin.* & hoc eſt cõtra regulas notiſſimas, quibus hære-
18 ditas in codicillis directò dari, & adimi quoque expreſsè prohibetur, *l.* 2. *C. de codicill. l. hæreditas* 4. *C. de his, quibus, vt indign. l.* 2. *§. ſi. & l. diui ſeuerus, ff. de*
19 *iure codicill.* tum quia minor ſolemnitas in codicillis obſeruatur, quàm in teſtamentis, tum etiam, ne ſcripturarũ nomina, & effectus confundantur; ſi.n. in codicillis hæres directus inſtitui poſſit, illicò codicillus eſſet idem cum teſtamento, cum nulla maior prærogatiua à iure tributa fuerit teſtamento, quã quod in ea, & non in alia ſcriptura hæres inſtitui poſſit, vt benè colligitur ex *§. fin. inſtit. de codicill ex l. ſi idem, & l. hæreditatem, & ibi DD. C. de codic.* & plures aliæ rationes conſiderantur, ex quibus hæreditas in codicillis dari nõ poteſt, de quibus *in l. quod per manus ff. de iure codic.* & huius rei duodecim rationes aſſignat *Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib.* 3. *§.* 25. *num.* 2. vt, & ſi vna, vel plures ceſſent, tot iurium diſpoſitio non variatur, vt optimè conſiderat *Molina d. lib.* 2. *de primogen. cap.* 8. *nu.* 30. *in fin.* quinimò hoc procedere etiam
20 in codicillis inter liberos, per patrem factis, vt neque in his hæreditas dari, vel adimi poſſit, probat de magis com. & veriori *Viuius opin.* 355. *num.* 2.
21 *verſ. in contrarium.* & nec poſſe adijci, nec adimi conditionem in codicillis, inſtitutioni factæ in teſtamento, probatur *in l. inſtitutio talis* 10. *& l. quidem in ſuo* 27. *ff. de condit. inſtit.*

Aut verò Maria prætendit, quod inſtitutio in ſui perſonã facta in codicillis iure directo, & ſic inutiliter, flectatur in
22 obliquum, & ſic cenſeatur Dux inſtitutus, rogatus ſibi reſtituere hæreditatem iure fideicommiſſi, ex traditis *in l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. & l. ſceuola, ff. ad Trebell.* & quamuis infra per veros iuris terminos probabitur, ex pluribus nullo modo in præſenti caſu huiuſmodi inſtitutionem obliquari poſſe, nec ad fideicommiſſum trahi; tamen eſto citrà veri præiudiciũ, ex hoc perneceſsè includitur, immiſſionem omninò eſſe concedendam D. Duci hæredi ſcripto directò, & Mariam nullo
23 iure id prætendere poſſe; ſiquidem vera indubitata, & comm. ab omnibus eſt ferè recepta theorica *Bart.* in ſæpe citata *l. fin. n.* 9. fideicõmiſſario, etiam vniuerſali ante reſtitutionem factam ab hæredi directò, re, vel verbo, nullo modo competere poſſe immiſſionem, ſiuè vti poſſe remedio *l. fin.* vt, infinitis relatis, concludunt *Menoch. de adipiſc. remed.* 4. *q.* 23. *n.* 166. *Peregr. de fidei-*
24 *comm. art.* 48. *nu.* 5. *& ſeq.* quia fideicõmiſſarius ante reſtitutionem realem, vel verbalem, nullum habet ius in bonis hæreditarijs, *l. reſtituta, l. facta, ff. ad Trebell.* & proinde, vt ſit locus fideicõmiſſariæ hæreditatis petitioni, neceſse eſt, hæredem prius adire, & hæreditatem acquirere; ſiquidem, hærede non adeunte, fideicommiſſum penitus deficeret

ceret, *l. quia poterat*, *ff. ad Trebell.* fideicommiſſarius enim hęreditatem ab alio acquiſitam conſequitur, ac de hęredis manu illam capere cogitur, &
25 ideò fideicōmiſſaria ſubſtitutio tráſitiua, ſeù tráſitiua dicitur, vt docet elegāter *Bal. in l. eā quā, n. 14. C. de fideicōm.* ita vt ius fideicōmiſſarij ex toto pēdeat ab aditione hæredis inſtituti, quod nō eſt in inſtituto, vel ſubſtituto directè,
26 qui proprio iure apprahendit hæreditatem vacantem, vt poſt *Bart. in l. Centurio, num. 14. & 15.* fuſiùs *Peregrin. de fideicōm. art. 1. n. 3. et 4. art. 3. n. 6. et 12.* fideicommiſſarius autem vniuerſalis,
27 non niſi iudicis officio, compellere poteſt hæredem, periculo ipſius fideicommiſſarij, adire, vt reſtituat, ne fideicommiſſa ſubuertantur, *§. ſed quia, inſtitut. de fideicomm. hæred. Peregrin. art. 2. num. 65.* & poſt aditā hæreditatem, ex illa obligatione, quam hæres adeūdo contrahit, non conceditur fideicōmiſſario, niſi actio ex teſtamento, vt hæres reſtituat, vt per *Gloſſ. in l. 2. verb. perſonales, C. commun. de legatis, Natta cōſ.* 400. *n. 2.* & rectè aduersùs *Petram* probauit *Peregr. de fideicomm. art. 45. nu. 13. & in fin.* & pulchram rationem,
28 cur fideicōmiſſario vniuerſali non cōpetat remediū immiſſionis ante reſtitutionem realem, vel verbalem, vt cōpetit hæredi directo, explicat *Menoch. d. remed. 4. num. 171. verſ. non eſſe veram,* quem ſequitur *Peregr. d. art. 48. num. 8.* quinimò etiam in caſibus, in quibus fideicōmiſſarius vniuerſalis poteſt prætendere immiſſionem; nunquā
29 tamen, ſi non poſſidet, poteſt eſſe legitimus contradictor ad impediendam hæredis immiſſionem, & ſic nullo modo poteſt concurrere cum hærede, *l. filiam fratribus*, vbi *Bart. & Alexand. ff. ad Trebell. Bart. in l. fin. num. 22. Caſtr. num. 13.* & optimè *Dec. num. 40. verſ. ſecundo ampliatur, & nu. 48.* quamuis ſi eſſet citatus ab hærede, ad hoc tantū admittendus eſſet, vt de iuribus ſuis cognoſceretur, vt poſt *Zucard. n. 378.* tradit *Menoch. d. remed. 4. num. 567.*
30 quod procedere, etiam facta reſtitutione verbali per hæredes, aut legali in caſibus, vbi per legem ipſo iure inducitur, defendens comm. probat *Mattua in d. l. fin.* quoniam ſemper fideicōmiſſari⁹ vniuerſalis debet capere à manu hæredis, & ſequitur *Peregr.* videndus *d. art. 48. num. 33.* quia etiam in his caſibus, in quibus eſt facta reſtitutio ipſo iure, debet tamen fideicommiſſarius, corporalē poſſeſſionē petere a manu hęredis, nec poteſt præferri in remedio *l. final.* hæredi ſcripto in teſtamento, etiam ſi incontinenti vellet probare de iure ſuo, vt ex *Natta, Beroo, et alijs,* optimè reſoluit *Rolād. conſ. 78. num. 15. lib. 3. dicens eſſe magis comm.* & quamuis fideicōmiſſarius
31 cepiſſet poſſeſſionem rerum hæreditarium vacantem, adhuc eius poſſeſſio, tanquam vitioſa, prout verè eſt, in dubio, cum poſſeſſio non fuit capta de voluntate teſtatoris, vel hæredis, non faceret eum legitimum contradictorum ad impediendum, quominus hæres in poſſeſſionem mitteretur, vt ex *d. l. filiam fratribus* expreſsè firmat *Dec. d. num. 48. Menoch. vbi ſupra, n. 635.* poſt *Alexand. conſil. 82. num. 3. lib. 2. Tiraq. tract. le mort ſaiſit, par. 5. declar. 1. & par. 6. decl. 2. Peregr.* in ſpecie *art. 47. num. 18. in fin. verſ. quibus in locis, & num. 64. & 73.* vbi *nu. 76.* recenſet plura requiſita, vt poſſeſsio fideicommiſſarij non cenſeatur vitioſa, & optimè *Roland. d. conſ. 78. num. 19. & 20. lib. 3.* vnde cum hic, ipſi aſſertæ fideicommiſſariæ nulla ſit facta à iure, vel homine reſtitutio, & nedum non poſsideat, ſed maiorem partem iam poſsideat D. Dux, vt verus hæres, cuius poſſeſſionis commodum maximū in terminis cōſiderat *Peregr. d. art. 48. nu. 24.* ob id ſumus extra omnem dubitationem; neque in præſenti caſu aliquid noceret hæredi directo, quod nō eſſet detracturus Trebellianicam; quāuis enim, ſi inſtitutio Mariæ traheretur ad fideicommiſſum, quod negamus, fere omninò hic quartam detrahendam

infrà

inſtà probabitur;attamen tunc tantùm
32 caderet hęc diſputatio,cum fideicommiſſarius apprehẽdiſſet poſſeſsionem, eo enim caſu eſſet videndum, ſi hæres poteſt detrahere quartã, nec ne, ne videatur poſſeſsio vitioſa, in quibus terminis loquuntur omnes DD.citati per *Peregr.d.art.47.num.45.* at cum fideicommiſſarius non poſsidet, fruſtrà tractatur, an hæres poſſit detrahere Trebellianicam, quia nullo modo poteſt impedire hæredis immiſſionem,quia fideicommiſſarius non poteſt præferri hæredi directo in immiſſione, vt benè explicat *Roland.* poſt alios *in d. conſ. 78. num.15. in fin. lib.3.* & non poſſidens,nunquam eſt legitimus contradictor,vt his verbis dicit *Pereg.d.art.47. num.79. in fin. & art.48. num.33.* & regula, *dolo facis petere* nõ prodeſt,niſi poſſeſſori,ut per *Rolãd. d.conſ.78.n.2.* quæ ſi procedunt in fideicommiſſo relicto in teſtamento, ut præd. DD. paſſim loquuntur.; multò fortiùs in caſu noſtro, ubi Maria contendit ſe uocatã per fideicommiſſum in codicillis, quo
33 caſu grauiſsimi auctores uoluerunt,nõ concedi huiuſmodi beneficium fideicommiſſario,cui relictum eſt fideicommiſſum in codicillis, idque non ſine maxima ratione, quia priuilegium hoc contra regulas iuris,ut ad ſolam oſtenſionem teſtamenti ſcriptus hæres mittatur in poſſeſſionem, cum cætera inſtrumenta non habeant exequutionem paratam, non debeat extendi ad codicillos, in quibus non tanta exigitur ſolemnitas, & quos conſtat ex diuerſitate nominis, etiam effectu,& ratione diſtare à teſtamentis, *l.ſi idem C. de codicill.*ubi *Iaſ.* poſt alios,ſũmat *diuerſitas nominum,diuerſitatẽ in potentia, & effectu inducit*, & ne ius teſtamenti cõfundatur, *§.fin.inſtit. de codic.* ut concludunt *Cyn. Rayn. Alber. Ang. Salic. Fulgoſ. Iaſon,Corn. Curt.iun. & Sapia* relati à *Menoch.remed.4. q.26. n.192. verſ. aduerſus*, Bald. & his ego addo *Gloſſ.in l.fin.verbo,ex more,C.de codic.* quam ibi ſequitur *Caſtr.*expreſsè, *n. 6. verſ. item notat Gloſſ.* & non diſſentit *Boer.deciſ.156.num.20.* ex quibus ap-
34 paret prima reſponſio ad *conſ. Alex. 194. lib.7.* & ad auctoritatẽ *Imol. Bertrandi,Dec.Rubei,Xuares*, & aliorum quos refert, & ſequitur *Menoch. conſil. 942.nu.4.verſ.ſecundo admiſſo,lib.10.* vbi firmant, hæreditatem directò datã in codicillis, trahi ad fideicommiſſum etiam,quod præcedat teſtamentum,in quo alius ſit inſtitutus,quia tametſi infrà fundabimus nos verſari in ſatis diuerſis terminis, attamen eo ipſo, quod aduerſaria prætendit, ſe vocatam vigore fideicommiſſi in codicillis, vt ipſa intendit fundare ex prædictis ſimulatque fatetur, omninò D. Ducẽ eſſe immittendum,& ſic ſuomet gladio cõfoditur: & ſi fortè aduocati ex aduerſo, vt hoc euitarent, præ-
Supereſt igitur, vt probemus,dinumerando DD. hunc intellectũ ita clarè firmatum ab *Azone, & Gloſſ.* eſſe communem, vt ab eo in iudicando recedi non poſſit. hunc igitur primò ſecuti ſunt *Rayn.Iacob.Oldrad. & Dyn.* quos refert, & optimè ſequitur, & comprobat *Alber.* gloſſando, cum præd. DD. omnia,& ſingula verba *d.§.teſtamento*, cuius paraphraſis eſt tota legenda, quia nihil aliud deſiderari poteſt; præſertim in ſummario,vbi reddit rationẽ, quare in primo caſu reuiuiſcit, quoad agendum, & excipiendum, in ſecundo verò, quoad excipiendum tantùm, quia in primo caſu de arrogato, teſtamentum,non fuit ipſo iure ruptum,ſed per exceptionem, in ſecundo caſu ipſo iure, concordat etiam *Odofred.* dum in fine citat *l. ſi quis priore* quaſi voluerit dicere,vt ibi dicit *Gloſſ.ſup. ver.ſed teneri*,quod agitur ex confirmãte,non ex cõfirmato, vt clariùs colligitur ex verbis *Alber.* dum dicit, *aut agitur ex confirmante,& tunc habet locum iſta Gloſſ.* idem Bart.in *d.§.teſtamento in princip. in verſ. item teſtamentum, & num.3. verſ.veniamus*,ad *verſ. non ſecus*, vbi dicit hæc verba,*item dicit Gloſſ.eſt diſſimilitudo in reſuſcitatione,& in hoc dicit veritatem,vnde apparet,quod ſimilitudo eſt quoad excipiendum, ſed quoad agendum eſt diſſimilitudo*, & poſt nu.4. *in verſ.dicitur hic*,nedum dicit *in verſ. non ſecus*,non reconualeſcere teſtamẽtum,vt detur actio contra aliquem, ſed datur exceptio poſſidenti, *ſecundum Gloſſ. ſuper verb. reſuſcitari*, & ſic declarat notabiliter,quod ita demum detur hæc exceptio vocato in primo *ſi poſſideat, & non aliter*;eandemq; opin. tenent ferè omnes *in l.ſancimus*, ſequentes *Gloſſ.præd.in verb.ipſo iure,in verſ.vel loquitur*,quæ eſt *penul. ſolutio* ſiuè intellectus datus *ad d.§.teſtamẽto*, quàm ſequitur ibi *Petrus de Bellapert. verſ. dicitur hic*, vbi referens caſum *d. § teſtamento*,aduertit, quod in caſu *d.§.teſtamento*, non dicit lex illa,quod ſi agatur ex primo teſtamento, obſtat exceptio; imò ruptum eſt ipſo iure, quaſi dixerit, quod ſi ipſis non datur actio, fruſtra quæritur, an contra ipſos detur exceptio, ſed benè,ſi agant inſtituti in ſecundo contrà inſtitutos in primo,ſcilicet poſſidentes,*vt Bart. & alij* declarant,obſtat exceptio:ſequitur *Iacob.Butrig. in verſ.item opponitur, & in fin.*approbans *pen ſol.Gloſſ.* & idem *in l. noſtram Cod.de teſtamentis, verſic. opponitur*, quod ibi opponens cum *Gloſſ de d l.pen.§.teſtamento*,firmat *d.l. noſtram* determinari debere iuxta *dec. d.§.*vt detur tantùm exceptio perſonalis hæredi ſcripto in primo, idem *Cyn.* latè *num.2.in 4. oppoſ.*dicens,ſecundũ teſtamentum inciſum,non eſſe omninò ſublatũ, & primum, ꝙ ipſo iure fuit reuocatum per tale ſecundũ, nõ recõualeſcere;& ideò dicit fortè textus,quòd de iure teſtamenti non quæritur, ſed de viribus exceptionis, ſcilicet doli, opponendæ per hæredem ſcriptum in primo contrà hæredem ſcriptum in ſecundo, contrà quem alius forte non opponet,&quamuis *Cyn.*in fine dicat, ſe dubitare cum inciſo teſtamento,hæres

tes repellatur, ex trad. *in l. noſtram*, friuola tamen fuit ratio dubitandi,
40 cum recepta ſit opin. *Gloſſ. in d. l. noſtram*, quod per inciſionem, quamuis ſit actus facti, cum tamen nõ ſit ſolemnis voluntas, cuiuſmodi quoq; eſt codicillus, non tollitur teſtamentum ipſo iure, ſed tantùm ope exceptionis, vt per *Angel. Alex. ex Iaſ in d. l. noſtram poſt Bart. in l. 3. §. non ſolùm, ff. de adim. legat. Alber.* optimè *num. 3.* addẽs etiam *Martin. Sylim. Bart.* qui vnico verbo ſequitur pen. ſolut. *Gloſſ. in verſ. vel loquitur*, vt facit etiam *in d. l.*
41 *noſtram in fin.* hanc etiam opin. ſequitur *Angel.* dicens *d. §. teſtamento*, turbaſſe ſpiritum Gloſſatorum, & ideò ipſe latiùs explicat, dicens notabile verbum, per vltimam cancellationem, non deſtrui teſtamentum quoad omnes, ſed tantùm intuitu inſtituti in primo, & ideò ius excipiendi competit ſolùm inſtituto in primo, ſcilicet ſi poſſideat ipſe, non ſi alij poſſideant, *Salyc.* qui nedum diuinè loquitur in hac materia, ſed dicit, hanc opinionem eſſe communem, ex cuius theorica *num. 2.* poſt *verſic. quinto ſoluit Gloſſ.* duo ſunt notanda.

Primum, quod ratio quare primum teſtamentum non reſurgat per inciſionem ſecundi, non eſt, quod inciſio, qui eſt tertius actus, non ſit tantæ potentiæ, ſed quia, cum primum ſit ſublatum per præexiſtentiam, quam fecit in ſecundo, non reſurgit per inciſionem ſecundi, *ex regula, l. qui res, §. aream, ff. de ſolut.*

Secundum, quod ita demum competat exceptio inſtituto in primo, ſi poſſideat primus hæreditatem, & clariſs. *Salyc.* explicat *in verſ. ſed non propterea*, quòd voluit, & *Bart.* & omnes ſentiunt, ſed nemo meliùs ipſo declarat, vt etiam facit *Caſtr. in l. noſtram, num. 2.* vt infra ponderabitur, & hoc eſt, quod dicit text. quod exceptio ex perſona eius, qui opponit, æſtimatur, ſcilicet poſſidentis, non aliter, quia perſonalis eſt, vt omnes DD. prædict.
42 tradunt, nec mirum, quia in dubio, ſi cõfecta ſint plura teſtamẽta, in quibus diuerſi ſint inſtituti, nec ſciri poſſit, quòd fuerit poſterius, ſi vnus ex ſcriptis hæredibus poſſideat, ei dimittenda eſt hæreditas ratione poſſeſſionis, tanta eſt poſſeſſionis vis, vt poſt innumeros declarat *Menoch. de adipiſc. remed. 4. n. 793. verſ. declaratur ſexto*,
43 & cum *Salyc.* firmat optimè *Alex. poſt num. 7. verſ. in ea*, vbi ſequitur reprobare ſolut. *Gloſſ.* dicentis, quod *verſic. nec putauerit d. §. teſtamento*, referatur ad primum caſum de arrogato, non ad verſiculum *non ſecus*, idque iuris rationibus, concludit, pen. ſolut. *Gloſſ.* ibi *vel loquitur*, eſſe communiter approbatam, & *num. 8.* reprobat opin. *Bald.* dicentis, quod in caſu *d. §. teſtamento*, licet proſit quoad exceptionem tantùm, id intelligitur de iure ciuili, ſecus de iure prætorio, quo datur etiam actio, ſ3. bonorum poſſeſſio inſtituto in primo, quam opin. contra *Bald.* ſimiliter, & in *verſic. præterea iſta ſolutio*, clarè innuit, exceptionem ità demum competere ſcripto in primo, ſi poſſideat, non aliter, idemque *Iaſon. in d. l. ſancimus in fin.* vbi concludit, text. *in d. §. teſtamento*, non contradicere *d. l. ſancimus*, nam teſtator fecit primum teſtamentum, deinde fecit ſecundum, an illud ſecundum tollat primum, text. non decidit, ſed id tantùm, quod ſi teſtator incidat ſecundum teſtamentum, vt primum valeret, cum primum fuerit ſublatum per ſecundum, *vt in d. l. ſancimus*, non reſuſcitatur ipſo iure, ſed ope exceptionis tantùm, ſequũtur etiam Canoniſtæ, vt ſunt *Anchar. & Francus in cap. penult. de præb. in 6.* in ſpecie ita declarantes *d. §. teſtamento, verſic. non ſecus*, quos declarando ſequitur *Tiraquell. ad l. ſi vnquam, ver. reuertatur, n. 307. verſ. 43.* in id etiam citans *Arcbid. & Io: Andr.* quibus accedit Purpuratorum decus, Illuſtriſſimus *Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 43.* Vnde cum opin. *Gloſſ. & Bart.* concurrant, & pro ea

ceſſatio dicatur nuda voluntas, non ex alio, niſi ex eo quod careat ſolemnitatibus, tradit *Rimin. iun. in l. poſthumo, num.* 272. *C. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* Et regulariter plus operatur voluntas expreſſa facto, quàm verbis: præterea 49 ratio *Menoch.* apertè confunditur ex his, quæ tradunt omnes DD. citati pro opin. *Gloſſ.* contrà *Bald.* qui omnes dicunt, quod cum primum teſtamentum ſit ſublatum per ſecundum, ipſo iure ex *d. l. ſancimus*, non poteſt per voluntatem minùs ſolemnem ſuſcitari primum, vt *Iaſ.* optimè explicat.

Secundò, dum *Menoch.* vt euitaret doctrin. *Salyc.* dicit, illius theoricam debere intelligi ſecundùm opin. *Bald.* vt non detur actio ex primo de iure ciuili, ſecus autem de iure prætorio; hoc non eſt reſpondere, ſed deſtruere, cum loquatur contrà expreſſa verba *Salyc.* qui vllam omninò dari actionem negat, & bene ſciuiſſet *Salyc.* dicere, dari actionem de iure prætorio, vel ſe cum *Baldo*, prout paſſim ſolet ſentire, & quod *Salyc.* expreſsè teneat contra *Bald.* teſtis eſt mihi locupletiſſimus *Alexand. in d. l. ſancimus, num.* 8.

Tertiò non obeſt, quod ſubijcit *Menoch. d. n.* 9. *in verſ. præterea, & tertio*, dum dicit, hæredes inſtitutos in ſecundo, quos ſupponit in caſu ſuo cępiſſe poſſeſſionem, non mereri dici poſſeſſores, ſiquidem iniuſtè cenſentur apprehendiſſe poſſeſſionem ex ſecundo teſtamento reuocato per codicillos, idq; ex *Bart. in d. §. teſtamento, in fin.* ibi *quaero quid ſi nemo*, quem ſequitur *Ioſeph. Ludou. commun. opin. tom.* 3. *de teſtamen. concluſ.* 2. *cart. mihi* 565. *Menoch.* enim præſupponit pro conſtanti id, de quo diſputatur; nullo .n. modo 50 poteſt dici iniuſta poſſeſſio, quæ iure permittente apprehenditur, & apprehenſa fouetur, argumento *l. iuſtè poſſidet*, & ſi vera eſſet aſſertio *Menoch.* nunquam poſſet practicari *text. in d. §. teſtamento*, & inanis eſſet DD. diſtinctio ſupra relata, dum dicunt, denegari actionem inſtituto in primo, aduersùs inſtitutum in ſecundo, ſi is poſſidcat, certum eſt enim, eos præſupponere ipſum poſſeſſionem cępiſſe, nec ad rē facit doctrina *Bart. in d. §. teſtamento, in fin. verſ. quaero quid ſi nemo*, quam ſicco pede refert *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *q.* 83. *num.* 698. ſiquidem, vt ſupra probauimus, inter alia, 51 quod plus habet uirium inciſio ſecūdi teſtamenti, quàm nuda volūtas expreſſa in codicillis, eſt hoc, vt inciſo, vel cancellato ſecundo teſtamento, vt primum valeat, non poſſit dari inſtituto in ſecundo, remedium *l. fin. C. de edict. diui*, in quo exigitur, ſcripturam nullum habere uitium in apparentia, quæ ratio ceſſat, cum ſecundum teſtamentum reuocatur nuda voluntate in codicillis, quibus ſicuti hæreditas adimi non poteſt, ita pariter, cum ipſis codicillis nullum vitium irrogetur teſtamento, quod adhuc remanet in ſua forma intactum, & illęſum, & ex quo actio etiam oritur, vt dicti DD. dicunt, proinde nihil impedire poteſt, quin hæredi ſcripto detur immiſſio.

Quartò, in caſu *Menoch.* ipſe ponderat ex pluribus, facto, & verbo expreſſis, teſtatorem voluiſſe omninò cū prima voluntate decedere, ſuper quo ipſe potiſſimè fundat ſuum reſponſum *num.* 5. in primo fundamento, & *nu.* 8. *verſ. & voluntatem*, at in caſu noſtro adeſt ſolus, & ſimplex codicillus, quinq; teſtibus tantùm adhibitis, cum priorem voluntatem ad beneficium Ducis, quam codicillum Notarius appellauit, cum verè eſſet teſtamentum, ſeptem teſtibus ſolemniter conſultò roborauerit, & poſt hunc codicillum adeſt alia diſpoſitio tota, & integra ad beneficium D. Ducis, ex qua omnis ceſſat dubietas, vt infrà probabitur; quatenus autem *Menoch. num.* 10. co- 52 netur reſpondere ad regulam *l. qui res §. aream, ff. de ſolut.* quæ affertur pro commun. opin. illam limitando, quod interdum res ſemel extincta reuiuiſcit, quamuis eius declarationes facili negotio dilui poſſint, coaceruatis in proprijs terminis circa *d. §. areā in l. qui res* per *Rimin. iun. in l. poſthumo, num.* 240.

cum ſeq.& iterum *num.*288. *in fin. & num.*311.*C.de bonor.poſſeſſ. contr. tab.* vbi optimè probat, quod in his, quæ ſunt ipſo iure ſublata, nō datur regreſſus ad priſtinam formam vllo modo, quia illa non eſt amplius in conſideratione,& quod actus non poſſit reconualeſcere, ex quo effectus eſt iam conſumatus non indigent tamen replicatione, ſiquidem cum habeamus caſum particularem *in d.*§. *ſed ſi quis, poſt l. hæredes palàm*, ibi *niſi omnia ex integro fiant, & in d. l. ſancimus* iuncta doctrina *Ang. ſing.* in propoſito *in d. l. noſtra, verſ. ſi vero condidit aliam, C. de teſtament.* non eſt reccurrendum ad generalia. Sed vt intellectus in hoc
53 articulo conquieſcat, legendus eſt idem *Angelus* verè angelico ore loquens,& diſtinctionis fœdere omnes caſus, & iura concilians, ita vt nullum alium reliquerit dubitationi locum, is enim in *conſ.* 108.incip. *iſta quæſtio*, ex facto conſultus in hac materia *n.* 2. *in fin.* ſubijcit hęc verba *quid dicimus? difficile eſt, & altius exordior iſtum paſſum*, & incipit diſtinguere, aut teſtamentum validum ab initio, teſtatoris facto infirmatur, aut abſq; facto teſtatoris,non enim loquitur *Angel.* de teſtamento, quod ab initio eſt nullum ob inhabilitatem perſonæ teſtantis,de quo loquitur *in l.* 1.§. 1. *vbi Gloſſ. in verb. durauerit,Bart. & alij,ff.de leg.*3. primo caſu, quando infirmatur facto teſtatoris, ſubſtinguit *Angel.* aut infirmatur ope exceptionis, aut quia teſtator fecit ſecundum teſtamentum poſt primum, quaſi dixerit, aut illud impedimentum ſuperuenit facto teſtatoris, ſed ex ipſius voluntate, tacita tamen, non ad hoc principaliter ordinata, vt quia interuenit aliquis actus cōtrarius voluntarius tacitus non habens debitas ſolemnitates, aut verò interuenit actus contrarius expreſſus, & ſolēnis,vt diſtinguit,etiam expreſsè *Alber. in d.*§.*teſtamento, poſt med.* his verbis, *& ratio, quia in primo caſu non interuenit mutatiō volūtatis expreſſa, in ſecundo verò ſic*, exemplum primi caſus, dicit *Angel.* eſt in eo,qui poſt teſtamētum ſe dedit in arrogationem, & tunc ceſſante tali impedimento, puta per emancipationem, reconualeſcit ipſo iure teſtamentum, ſi poſterior voluntas accedat teſtatoris declarantis,ſe velle primum teſtamentum valere, tūc enim hoc teſtamentum redditur integrum,tam quoad agendū,quàm quod ad excipiendum,& confirmatur teſtamentum per omnia ſic ruptum, & tunc illa voluntas declaratoria debet ſaltim habere quinque teſtes, & ita ait *Angel.* procedit *d.* §. *teſtamento* in primo reſponſo,iuncta *Gloſſ.* in verbo *alijs litteris*,à quo, vt hoc illi addam,declarationem recipit §.*non tamen,inſtitut. quib.mod.teſtament.infirm.* quem intelligit *Gloſſ.* in verbo *fuerit, ſi aliquo indicio voluntatem primam retineat*, quam commun. probati, teſtis eſt ibi *Chriſtoph.*& firmant *Alber.Bart.* & alij *in l.conficiuntur,* §. *ſi poſt ff. de iure codicill.* quamuis non ignorem, alios diuerſos intellectus à DD. tradi *ad d.*§. *non tamen*,ne videatur obſtare *d.*§.*teſtamento*, ſed iſte eſt verus, & comm. & ratio eſt, quia ibi teſtamentum per capitis diminutionem non fuit ipſo iure ſublatum,ſed dumtaxat exceptionis ope,& ideo conualeſcit, quoad vtrūq; effectum agendi,& excipiendi,& benè declarat *Rimin.iun. in d. l. poſthumo, num.*271. Exemplum verò ſecundi caſus, ſubdit *Angel.* cū teſtator fecit poſt primum,aliud ſecundum teſtamentum tunc non confirmatur primum ex poſteriori voluntate,adueniente poſt ſecundum teſtamentum, ſed tantummodo paratur exceptio contra inſtitutos in ſecundo, volentes hæreditatem auocare, ſcilicet ab inſtitutis in primo poſſidentibus, & ita dicunt procedere *d.*§.*teſtamento, in ſecundo reſponſ. in verſ.non ſecus*, & hic propriè eſt caſus noſter. Et ratio diuerſitatis inter primum caſum,& ſecundum *in d.*§. *teſtamento* eſt illa,quod in primo caſu de arrogato, teſtamentum ipſo iure non diſſolui-

diſſoluitur voluntas,non extinguitur; ſed tantùm ceſſat, & obumbratur, & videtur eſſe caſus apertus *in § hoc autem caſu, Inſtit. quib. mod. teſtament. infirm.* etenim ibi Iuſtinianus cum prædixiſſet, teſtaméta capitis deminutione irritari, atque infirmari, ſubdir, *Hoc autem caſu irrita fieri teſtamenta dicuntur, cum alioqui, & quæ rumpuntur, irrita fiant*; ergo ſumatur conſequentia:teſtamenta capitis deminutionē irritata, vere non rūpi,non diſſolui! Quod idem, & notabiliter quidem, apertiùs ad illius §.paraphraſim detexit græcus auctor *Theophilus* aureis verbis,*ſed neque vitium irriti,teſtamentum diſſoluit, ſi contingat, vt teſtator capitis deminutionem, quam ſubierat effugiat,* & per text.noſtrum comprobatur, ibi, *voluntas, quæ defecerat*, & proinde non mirum, ſi ex nouæ volūtatis indicio, coram quinque teſtibus declaratæ, *iudicio recenti rediſſe intelligitur,vt ex l.humanitatis in verb. ceſſet, C. de impub.* tradit *Bart.in l.ex facto,nu.* 40.quem *inibi ſequent.Cuman. Alexand. Iaſ. & Seyſell. col. pen.* dicentes eſſe comm. vbi *Ripa num.* 102. *ff.de vulg.& pup.* cum alijs per *Rimin. in d.l.poſthumo,num.*226. & 288.In ſecundò verò caſu per ſecundum teſtamentum funditùs extinguitur, ſiuè rumpitur primum §.*poſteriore Inſtitut. quib. mod. teſt. infirm.* cum ſimilib.ex quo *Viglius in dicto* §.dixit,omninò ſuperfluas eſſe Notariorum cautiones, qui prioris teſtaméti reuocationē ſecūdo ingerūt,ex eo,qa sm̄ dicitur canon latæ ſententiæ, & denotat ipſo iure *l.in criminali,C.de iuriſdict. omn. iud.* cum alijs à *Tiraquell.in l. ſi vnquam verb.reuertatur, num.*17. vbi teſtatur *de comm. C.de reuoc.donat. Rimin. vbi ſupra,num.*238.Secundum verò caput principale, cum teſtamentum rumpitur ipſo iure, ſed abſque facto voluntario teſtatoris,ad hoc ſcilicet ordinato, vt cum rumpitur teſtamentum natiuitate poſthumi, quod accidit cōtra, vel præter teſtatoris voluntatem, *l.*1.*ff.de poſthum.hæred.inſtit.* tunc *Angel.* iterū ſubdiſtinguit, quod, aut per aliqua inditia conſtare poteſt, teſtatorem voluiſſe cū eodem teſtamento decedere, vtquia dixit, iam feci tale teſtamentū, quod volo valere,vel alia verba æquipollentia protulit, & tunc reconualeſcit teſtamentum ruptum agnatione poſthumi, de quo teſtator non cogitauit:ſin autē nō adſunt huiuſmodi inditia,ſed tantum allegatur,quod teſtator potuiſſet mutare, ſi voluiſſet,& hoc nō ſufficit,vt teſtamentum reconualeſcat, quod latiùs *Angel.*explicat ibi, *& in l. prima C. de codicill. num.* 3. quæ omnia ſunt ſubtilia, & notanda,
54 ex quo apparet planus ſenſus *ad dictam l.* 1. *C.de codicill.*quamuis *Angel.* illā non alleget,videbatur .n. aduerſari *d.§. teſtamento,* non enim eſt mirum, quod ibi rupto teſtamento natiuitate poſthumi, & ſic ipſo iure,recōualeſcat ex nouę voluntatis inditio,etiam quoad agendum, non tamen ita vt agatur ex confirmato teſtamento,ſed ex noua voluntate confirmante, vt in terminis *d.§. teſtamento, in ſecundo reſponſ.* firmat ibi *Alber. poſt med. verſ. in Gloſſ. quæ tamen habent, Natta conſ.*483.*nu.*16. *& poſt num.*17. *& conſ.*527.*nu.*9. *in fin.* & proinde non ſubſtinetur diſpoſitio directò, ſed per obliquum, vt optimè præ cæteris explicat ibi *Caſtr. in fin.num.*5. quod ſecus eſt *in d.§.teſtamento*, vbi poſtrema illa voluntas non prodeſt ad agendum,ſed parat tātùm exceptionem perſonalem in primo,ſi poſſideat,vt ſupra,quia quamuis in primo caſu *d.§.teſtamento* agatur ex confirmato,in ſecundo tamen caſu agitur ex confirmante,vt in caſu *d. l.* 1. *C. de codicill.* quæ, cum non ſit efficax ad producendam actionem,vt euenit in caſu *d.l.*1.ex hoc etiam ſequitur, vt cū inſtituto in primo denegetur actio,per neceſsè non valet diſpoſitio in vim fideicommiſſi, & ſic per obliquum,nam alioquin ſi ſaltim hoc mòdo valeret, pernecesſè daretur actio,imò actiones à iure proditæ ad conſequendum fi-

deicommiſſum, & ſic ex diuerſitate
deciſionis inter tex. *in l. 1. C. de codic. & dictum* §. *teſtamento*, in ſecundo reſpõſo, in verſ. *non ſecus*, clariſſimè probatur in caſu *d.* §. *teſtamento* non reuiuiſcere diſpoſitionem, neque vt valeat in uim fideicommiſſi; ſiquidem hæc expreſſa conſtituitur differentia, inter vnum caſum, & alterum, vt ſcilicet in caſu *d. l. 1.* inſtituto in primo concedatur actio, vt valeat diſpoſitio per obliquum, vt probatur ibi, *prætor nihil contra ius fecit, ſi nouiſſimam eius voluntatem ſequutus, relictum teſtamento Reipublicæ fideicommiſſum, vt ex codicillis relictum, præſtandum eſſe pronunciauit*, & declarat *Gloſſ. in verb. iudicium*, & DD. ibi, inter quos *Caſtrenſ. num. 4. in fin.* dicit, quod valet, vt ex nunc, non vt ex tunc, ideſt agitur ex iſta voluntate confirmatoria, non ex prima confirmata, vt latiùs etiam notat ibidem *Alexand. in tertio notab.* & quamuis idem *Caſtrenſ. num. 5.* dum opponit de *d.* §. *teſtamento*, dicere videatur, diuerſum eſſe in caſu *d.* §. *teſtamento*, vt ibi agatur ex primo teſtamẽto confirmato, non ex confirmante, loquitur tamen expreſsè reſpectu caſus contenti in primo reſponſo *d.* §. *teſtamento*, de teſtamento rupto ex capitis diminutione, quia teſtator dedit ſe in arrogationem, & nihil penitus loquitur de ſecundo reſponſo in verſ. *non ſecus*, imò dum dicit, quod in dicto caſu de arrogato, teſtamentum conualeſcit de æquitate prætoria, ſi cõſtat, voluiſſe decedere cum eodem teſtamẽto, & ſubijcit *voluntas hoc non dat, ſed declarat*, & aliqua verba verè aurea, clariſſimè ſentit, aliud eſſe cum teſtamentum primum rumpitur ipſo iure, quod tamen eſt intelligendum cum diſtinctione *Angel.* quodaut eſt ruptum contra voluntatem teſtatoris, & tunc reſurgit, vt valeat per obliquum, vt in caſu *d. l. 1. C. de codicill.* aut ex facto voluntario teſtatoris, & tunc datur tantũ exceptio, non autem actio, vt in *d.* §. *teſtamento* in ſecundo reſponſo, & ratio
diuerſitatis inter vnum caſum, & alte-
55 rum, eſt illa, quia fortiùs lex ſuccurrit
ei, qui mutat ſtatum inuitus, vt faciliùs
recõualeſcat eius diſpoſitio, quàm ei,
qui aliquid facit ſua ſponte voluntariè
l. fideicommiſſa, §. *ſi rem, ff. de leg. 3.* &
tradit in terminis, citans *d.* §. *teſtamento*, *Bart. in l. ſi quis filio* §. *quatenus, ff. de iniuſto rupto, Imol. in l. is cui bonis ad finem, ff. de teſtament.*

Vltimò præſens caſus dicitur eſſe extrà omnem dubitationem ex facto notorio, quo attento, non eſſet neceſsè diſcutere præcedentes iuris articulos; ſiquidem multifariàm diſpoſitio facta in codicillis in beneficium Mariæ fuit ex clara, & enixa voluntate teſtatoris, verbis, & factis manifeſtè declarata, penitus, & omninò reuocata, & irritata.

56 Cum tamen ſatis conſtet, fidei-
commiſſum, quod ex diſpoſitione facta in codicillis, ad ſummum iuxtà aduerſantium prætenſionem, induci potuiſſet, nuda voluntate reuocari poſſe, *l. 3.* §. *fin. l. ex parte, ff. de adim. legat. Gloſſ. in l. militis,* §. *veteranus, ff. de milit. teſtament. Gloſſ. in l. hæredes palàm 21. verb. omnia, verſic. ſed contra eum, ff. de teſtament. Angel. Paul. & reliqui in l. noſtram 30. C. de teſtament. Teſſaur. iun. lib. 1. qq. forenſ.*
57 *cap. 56. num. 19.* vltima enim voluntas
nutu fieri poteſt *Bart. in l. iubemus 29. C. de teſtament.* & tamen certum eſt, nutu declarati voluntatem, coniecturali, & præſumpto quodam modo, &
58 proinde generaliter nutu hæres inſti-
tui nõ poteſt, cũ in hæredis inſtitutione lex requirat certitudinẽ, vt pluribꝰ relatis, probat *Mantica de coniectur. lib. 4. tit. 4. n. 6.* ſed nutu fideicõmiſsũ inducitur *l. nutu, ff. de leg. 3. l. in epiſtola, C. de fideicõm. Corn. cõſ. 256. lib. 4. Aret. conſ. 71. col. 1.* latè *Peregr. de fideicõm.*
59 *artic. 1. num. 45.* & latiùs *artic. 9.* con-
iecturæ enim in fideicommiſſis habentur pro expreſſa voluntate, *l. cum ex familia* §. *ſi omiſſa, &* §. *fin. ff. de legat. 2.* ibi *rectè datum, & minus ſcriptũ*
intelli-

Digitized by Google

intelligitur, & ſufficit quomodocunq;
de mente appareat *l.cum proponebatur
ff.de leg.*2.latiſſimè *Petr. de fideicomm.
q.*9. *num.* 21. *in fin.verſ. & ſufficit*
60 *cum ſeq.*& per quæcunque verba,etiã
enunciatiua *Surd.deciſ.*232.*nu.*6.vnde
eodem modo diſſoluitur, ſeu reuoca-
tur, maximè cum ademptio fideicom-
miſſi fauorabilis de iure cenſeatur *ex
I.C.in l.ſi fuerit*,vbi *Caſtrenſ.& Socin.
in* 5.*notab.num.*5.*ff.de reb.dub.*

Hic autem adeſt expreſsa voluntas
declarata pluries, diuerſis vicibus co-
ràm diuerſis perſonis, quòd Ducem
vniuerſalem hæredem inſtituere vole-
bat,quem tandem,maxima præhabita
deliberatione,in vltimo teſtamento ſi-
bi hæredem fecerat, quod etſi morte
præuentus, ſolemnibus munire non
potuerit,apparet tamen ex eo, non ta-
cita, & præſumpta per nutum, ſed ex-
preſsa voluntas,ex qua licet in foro fo-
ri non pariat effectum, ex defectu for-
mæ requiſitæ à iure ciuili, tamen pro-
61 bat voluntatem teſtatoris, ita vt ad
multa ſufficiat,vt docuit *Bart in l.fidei-
commiſſa*, *§.* 1. *ff. de leg.*3.quod ſi ad
multa ſufficit, ſine dubio, plus nutu,
quo fideicommiſſum reuocatur, ope-
rari debet; ſiquidem & maiorem pro-
62 ducit effectum, cum & relicta in non
ſolemni teſtamento, de quo verè con-
ſtet per duos, aut tres teſtes, in foro
conſcientiæ deberi, & ſi hæres, vel le-
gatarius nactus ſit poſſeſſionem,poſſit
ſalua conſcientia poſſidere,cum tale
teſtamentum ſubſtineatur lege naturę,
& conſcientiæ, quæ in corde loquitur,
& defuncti volũtatem ex præcepto di-
uino ſeruari iubet,& ob id competere
etiam poſſidenti exceptionem, quia
poſſidet rem ſibi naturaliter debitam,
poſt *Bart.in l. nemo poteſt, num.*18.*ff.
de leg.*1. *in fin.* probat *Mantica de con-
iectur.vltim.lib.* 2.*tit.*14.*ex num.*9.&
præſertim *num.*16. verſ. *ſed conſidera*,
vbi de commun.DD.ſententia probat
ex teſtamento non ſolemni veram na-
turalem obligationem oriri, quæ eſt
iuriſgentium, quo iure nulla alia ſolẽ-
nitas exigitur, vbi aliquid duobus te-
ſtibus probari poteſt, ex quo & illud
63 ſequitur,quod cum exceptio,de qua
in l. penult.§. teſtamento ei tantùm cõ-
petat,qui vltimam habet teſtatoris vo-
luntatem,vt apertè notat *Bart. in d. §.
teſtamento,Bald.in l.ſancimus, num.*5.
*C.de teſtament.Cuman.in l.hæredes pa-
làm,num.*6.*ff.de teſtament.* quam Du-
ci dumtaxat, non autem Mariæ ſuffra-
gari eſt abſolutum, vllo modo poteſt
Mariæ opitulari deciſio *d.§.teſtamẽto.*
cui ademptum quoque fideicommiſ-
ſum, quatenus ex codicillis cenſere-
tur iniunctum ad ipſius beneficium,ex
inimicitijs ortis inter teſtatorem, &
Mariã poſt codicillos ex graui cauſa,
dubitari nõ põt ex eo, ꝙ Maria enixè
rogata à teſtatore,ꝙ filiã nuptiui trade-
ret *Leonardo Rauaſcherio* renuerat cũ
illo filiã collocare,quem pro vnica fi-
lia ſibi priùs teſtator, generum, vti fi-
liũ ex propria familia delegerat, quod
multifariàm teſtator oſtendit ad ani-
64 mum maximè reuocaſſe, ex quo ſolo,
fideicommiſſum cenſeri reuocatum
clarè habetur *in l.4.§.fin.et l.ex parte,
ff.de adim. legat.* latè *Mantica de con-
iectur.lib.*12.*art.*5.adeò vt,etiam ſi cũ
fratre teſtatoris inimicitiæ contrahe-
rentur, fideicommiſſum cẽſeretur adẽ-
ptum,cum ad fratrem viderẽtur eſten-
ſæ,vt latè *Peregr.de fideicomm.art.*18.
65 *in fin.* quod procedere etiam ſi culpa
teſtatoris interceſſerit, & quod duo-
bus teſtibus probari poſſint, latè *Cõſ.
de Anna ſing.*688. quod ſi ſolæ inimi-
citiæ hoc efficerent, etiam ſi nihil ex-
trinſecùs declaraſſet teſtator ex ſola
iuris præſumptione, vt declarat *Man-
tica d.art.* 5.quantò fortiùs in præſenti
caſu, vbi voluntatem contrariam ma-
nifeſtè oſtendit teſtator,tam ex vltimo
66 teſtamento, ex quo licet nullo,decla-
ratur voluntas,vt per *Bald.in d.l.ſanci-
mus in princip. C. de teſtament. Guid.
Pap. deciſ.* 200. & in terminis probat
*Mantica lib.*2.*tit.*15. *num.*19. quàm
etiam ex inſignibus regalibus, quibus
vtuntur titulo decorati,quas depinge-
re,

re, & ſculpere fecit teſtator in ſuis domibus,& capella, vt expreſsè oſtenderet D. Ducem, qui ſolus huiuſmodi inſignibus vti poterat, ſibi hæredem delegiſſe, & ex tractatu, quem fecit de emenda terra Filogaſij, ingenti pretio maiorem ſuarum facultatum partem abſorbente, in beneficium Ducis,& ex alijs, quæ citrà ius, & nomen hæredis vniuerſalis fieri non poterant, verbis, & factis reiteratis, declarando in hac ipſum, voluntate perſiſtere, ex quibus omninò codicillum, & in eo diſpoſita adempta, & deleta, quilibet diſcretus iudex arbitrabitur, & præſertim, cum ſimus in S. C. & ſic corã ſupremo ma-
67 giſtratu, q; cũ ex lato arbitrio iudicet; poterit fidem adhibere huic vltimo teſtamento, etiam non ſolemni,& ſecundùm eius conſcientiam iudicare, cum ipſe ſit ſupra ius, vt obſeruat *Decius conſil. 632. caſus de quo quæritur in fin.* & contraria procedunt coràm inferioribus, vt per *Gràm. deciſ. 62.*
68 *num. 29.* & de poteſtate Principis in iudicando, & conſilij ſupremi, Principem repræſentantis, videndus omninò *Afflict. in cap.* 1. incip. *regalia, num.* 74. 77. 88. & in terminis in materia teſtamenti, *num.* 113. *Quæ ſint regal.*

DECISIO.

Diſcuſſa cauſa in S. C. ad relationẽ Conſiliarij Pomponij Salui, iunctis Conſiliarijs duarum aularum, numero decem, de anno 1613. & cognita iuſtitia etiam cauſæ principalis in petitorio, fuit impertitus terminus in cauſa, & interim Princeps conſeruatus in poſſeſſione: à quo decreto, licet reclamaſſet D. Maria, fuit denegata audiẽtia, & prouiſum per quatuor ſeniores Conſiliarios, qui tunc temporis regebant officium Præſidis S. Conſ. non eſſe locum reclamationi prædictæ, vt ex actis in Banca de Felice.

Lis hæc poſteà, informante Principe, contradicentibus Aduocatis, trãſactione fuit terminata, ſcilicet, vt æquè ſibi, partes ipſæ hæreditatem diuiderent, vt ſequutum eſt die 8. Septembris, & 26. Octobris 1613. ex inſtrumento rogato manu Notarij Cęſaris Benincaſa.

SVMMARIVM.

1 *Iudice coram ſuſpecto litigare periculoſum, præſertim inimico, & inſenſo.*

2 *Arbitrator eſt, qui eligitur, tanquam amicabilis compoſitor cum poteſtate procedendi abſque ordine iudiciario.*

3 *Arbiter verò dicitur, qui iudicare debet de iure tantùm.*

4 *Arbiter recuſari poteſt, præſertim ex cauſa de nouo ſuperuenienti, & num. 47.*

5 *Arbitrator etiam legitimè recuſatur de comm. & ita deciſum.*

6 *Arbitri, notionem tantùm, non iuriſdictionem, habent.*

7 *Arbitri non ſunt verè iudices, licet iudicum loco habeantur.*

8 *Iuriſditio, priuatorum conſenſu tribui non poteſt.*

9 *Cauſa longè minor ſufficit ad repellendum arbitrum, quàm ad recuſandũ iudicem, & nu. 48.*

10 *Argumentum affirmatiuè valet, cauſa ſufficit ad repellendum iudicem; à fortiori valet ad remouendum arbitrum, conſultorem, actorum Notarium, & ſimiles, ſecus negatiuè.*

11 *Arbitro coram litigare, agitur de maiori præiudicio, quia habet pleniorem poteſtatem.*

12 *Recuſationes arbitrorum, & arbitratorum ſunt decidendæ ſecundùm iura communia, nõ autem ſecundùm rigorem noſtrarum Pragmaticarum.*

13 *Iudicium humanum corrumpitur quatuor modis.*

14 *Suſpectus eſt, qui ſe ingerit.*

15 *Iudex affectans in ſe compromitti, iuſtè recuſatur.*

16 *Iudex poteſt monere potius, quàm cogere partes ad concordiam.*

17 *Iudex ſuffraganeus litigantis, redditur ſuſpectus.*

18 *Iudex*

18 *Iudex minimum fauens vni ex partibus, legitimè recuſatur.*

19 *Iudex nimis animosè procedens, & qui vnum ex collitigantibus pluries grauauit, redditur ſuſpectus.*

20 *Iudex à quo appellatur in vno articulo, etiam non docto de grauamine, poteſt ab appellante in alijs cauſis, & articulis recuſari, præſertim ſi reuocauit ad animum, num. 21. 34.*

22 *Odium non eſt neceſſè oſtendi, ſed ſufficit in materia recuſationis adeſſe cauſam odij, etiam ſi ſit cauſa iniuſta.*

23 *Iudex, qui votum propalauit, vel aliter ſui animum detexit, recuſatur.*

24 *Conſenſus litigantis coram iudice non impedit recuſationem, quando cauſa de nouo ſuperueniunt.*

25 *Cauſa de nouo ſuperueniens poſt concluſionem in cauſa, admittitur iure communi, quinimò etiam ſi de nouo ſuperueniat ad notitiam, et num. 51.*

26 *Exceptio quælibet, quæ de nouo ſuperuenit ad notitiam, præſtito iuramento ignorantiæ, opponi poteſt, & præſertim recuſatio.*

27 *Mediator, vel proxeneta non admittitur in teſtem, niſi vtraque parte conſentiente.*

28 *Mediator fortiùs repellitur à iudicando.*

29 *Iudices plures reperiuntur, quàm teſtes, qui ſcire poſſint factum.*

30 *Mediator dicitur etiam, qui gratis, & ſine ſalario operatur, quia naturale eſt, vt quis aſſequatur eius rei finem circa quem verſatur.*

31 *Amicus, qui partes occaſione amicitiæ ad concordiam deduxit, repellitur à teſtificando.*

32 *Iudex, et teſtis quis eſſe non poteſt in eodem negotio. Et maximè, vbi non ageretur de ſimplici declaratione, ſed de noua interpretatione, num. 33.*

35 *Arbiter, vel iudex, ex recurſu habito ad ſuperiorem, & conqueſtu grauaminum, iniuria afficitur, & maximè in grauibus negotijs, nu. 42.*

36 *Animus qualis fuerit in præcedentibus, colligitur ex poſteà geſtis, et ex coniecturis probatur, num. 41. & 46.*

37 *Reclamatio tantùm admittitur à ſententijs, et decretis Senatus per viam ſupplicationis.*

38 *Decreta* Mag. *Curiæ Tribunalis ordinarij inferioris purgato grauamine per Sac. Conſ. eidem remittuntur, licet aliud eſſet ſeruandum de iure.*

39 *Animus malus in iudice, probato grauamine præſumitur, etiam iure ciuili, num. 40.*

43 *Inimicitiæ præſumptæ ſufficiunt ad recuſandum iudicem, etiam ſi diſſimulet, & leuis cauſa ſufficit, num. 44. & 45.*

49 *Princeps debet reuocare licentiam conceſſam ſenatori, quod procedat vt arbiter, dum cognoſcit illa eum abuti, grauamina inferendo.*

50 *Approbatus ad officium, debet remoueri ex cauſa ſuperuenienti.*

52 *Dolus, & machinatio ex inſolito modo procedendi, & cautela adhibita, inſurgunt.*

53 *Verba præcedentia determinata, declarant, & reſtringunt ſequentia.*

ARGVMENTVM.

Arbiter, & arbitrator recuſari poſſunt ex cauſa ſuperuenienti, & fortè faciliùs, quàm iudices, nec arbitrorum recuſationes alligantur rigoroſis Regni Pragmaticis, De ſuſpicionib⁹ officialium, de pluribus recuſationum cauſis, & quomodo iudex, qui grauauit, & à quo eſt appellatum, veluti iniuria affectus, poſſit in cæteris recuſari, & de odio præſumpto de proxeneta, & mediatore, quando poſſit eſſe teſtis, vel iudex in cauſa, etiam ſi velut amicus abſque premio egerit de concordia inter partes, & de ſententijs Senatus, ſiuè Præfecti Prætorio.

Noua

conſ.472.num.21.& 23.in 4. ex quo
illud ſequitur, quod dum,de arbitri,ſi-
uè arbitratoris ſuſpictione agitur, tam
ad cognoſcendum,ſi rectè, quàm ſi ri-
tè procedat in omnibus, iuxtà iuris
comm. diſpoſitionem, nõ autem iux-
ta rigorem noſtrarum legum munici-
paliũ, erit decidenda, q̃ de ſuſpitioni-
b⁹ Officialiũ, nõ arbitrorũ,inter quos
longa eſt ratio differentiæ,loquuntur.
Et quoniã quatuor modis cõſtat cor-
13 rumpi humanum iudiciũ,amore ſcili-
cet odio, timore, & premio *cap. qua-
tuor modis* 11. *quæſt*.3.de primis duo-
bus licebit diſſerere, quæ ipsũ iudicẽ
reſpiciunt, nec pars in his participat
Menoch. de arbitr. centur.4. *caſ*.343.
num.14.Et vt oxordiar ab initio, vltrò
ſe,& ſponte obtulit ad preces Mariæ ,
quæ ſuccubuerat in poſſeſſorio, & per-
ſuaſit Duci tranſactionem, vt ſemeti-
pſum arbitrum faceret, & proinde
contra eum omnis laborat ſuſpitio ,
14 nam ſuſpectus eſt, qui ſe ingerit *l. quæ
omnia* §.*nec ferendus ff.de procur*. cum
concord. per *Maſcard.concluſ*.1364.
num.63. quod exornat etiam *Surdus
conſ*. 377. *in fin. lib*.3. & ſe geſſit per
plures menſes, vt mediator,& arbiter,
antequam ab Excellentiſ. Prorege
ſibi licentia impartiretur, & ſic affe-
15 ctauit in ſe compromitti, vnde iuſtè
recuſatur *Aufr. de recuſ.cauſa* 57.*Ma-
ranta poſt Speculat. cauſa* 27. *num*.60.
& vtinam fuiſſet ſimplex zelus redu-
cendi partes ad concordiam , quas
poteſt iudex monere, nõ autem nimis
16 cogere,iuxtà doctrin.*Alexand. in l.*1.
§.*& poſt operis, num*.7.*ff.de noui oper.
nunc*.& tradita per *Auiles in cc.prætor.
cap*.9.*Gloſſ.compromiſſos*. Sed poſteà
compertum eſt,id factum eſſe opera
Pauli de Oria, conſanguinei aduer-
ſariæ,ſub clypeo, & authoritate maxi-
morum Principum ab Auria, quorum
noſter arbiter, non dicam ſubditus ,
quippè qui per ſenatoriam dignitatem
exemptus eſſet,ſed vti oriundus à Tur
17 ſio,ſuffraganeus eſt ob relationem,
quam habet ad fratres cõſanguineos,
ad ortum,ad bona,ad familiares, & ad
nonnulla alia, ac proinde eorum volũ-
tati morem gerendo, & conſequenter
ſuſpectus in cauſa,*cap.accedens* 1.& 2.
vt lite non conteſtata, *Aufrer.de recu-
ſat.cap*.13.20.& 22.proinde in omni-
18 bus,ſe nimis fauorabilem oſtẽdit Ma-
riæ,quam legitimam eſſe cauſam ſuſpi-
tionis, conſtat ex *cap. cauſam, quæ &
cap.cum R.Canon. de offic. deleg. Pariſ.
conſ*.31.*num*.92.*lib*.1.*Nauarr. in cap.
cum contingat,cauſa* 10.*num*.5. *de re-
ſcript*. & quia, vt optimè dicunt *Hi-
ſpani,obras ſon amores*, dicitur iudex
19 nimis fauere parti,cum nimis animo-
sè procedit in præiudicium alterius ,
vel quia grauauit alteram partem in
tali, & tali articulo , *Aufr*. in terminis
cauſa 28.*verſ.dici vero*,ꝙ hic vtroque
modo pluries in grauiſſimis rebus,ne-
dum bona, ſed honorem Ducis tangẽ-
tibus,effectum eſt , & cum pluries gra-
uatus Dux in rebus arduis,coactus fue
rit appellare,etiam per viam recurſus
ad Principem,eiuſque ſupremum Col-
lat. Conſil.vbi iuſtificatis cauſis gra-
uaminum,obtinuit,prouiſa per arbitrũ
ipſum reformari, & reuocari,ipſo,non
vt iudice, ſed vt parte,reclamante, &
reluctante,non video,quæ magis legi-
tima cauſa conſiderari poſſit, cum de
20 iure,iudex,à quo appellatur in vno ar-
ticulo,etiam nõ docto aliter de graua-
mine,poſſit in omnibus alijs cauſis, &
articulis ab appellante reuocari,*cap.ad
hæc* 6. *& cap. propoſuit* 24. *de appell.
Nauarr.in cap.cum cõtingat,in* 10.*cau-
ſa,num*. 7. *de reſcript*. quod ſeruari de
ſtylo curiarum Franciæ,teſtis eſt idem
Aufrer.cauſa 44.& 45. vbi *in verſ.&
ſic mimima*, dicit, id præſertim proce-
21 dere,cõſiderato animo iudicis,appel-
lationem ad iniuriam reuocãtis , quod
hic maximè factum fuiſſe, exitus noui
ſequeſtri facti cum maiori grauamine
in vltionem appellationis, ſatis oſten-
dit,& multa in hoc cõſiderant *Decian.
tract.crimin.lib*.3.*cap*.25.*num*.61.*Fa-
rinac.in praxi crimin. tomo* 1. *part*.2.
de indit. & tortur. quæſt.49. *num*.68.
&

& cum appellatione, & recurſu, vnitus
fuit conqueſtus Ducis, qui ęgrè tulit
tot grauamina, & ob id maximè indi-
gnatus eſt noſter arbiter, & lex non
22 exigit odium, ſed dicit ſufficere cauſã
odij, vt iuſtè recuſetur iudex, vt inimi-
cus, nec curat, quod cauſa ſit iuſta, vel
iniuſta, *Alexand. conſ. 99. num. 2. vol. 1.*
Cæphal. conſ. 710. num. 40. lib. 5. nec
quod veniat ad notitiam iudicis, &
etiam ſi is diſſimulet, *Alex. conſ. 127.*
num. 19. in 4. Milan. d. deciſ. 15. n. 20.
& 21. & fortiùs in caſu noſtro, vbi nõ
diſſimulauit, ſed apertè prorupit, ſui
23 animi motum detegendo, & votum
propalando, *Menoch. centur. 5. c. 458.*
num. 14. & pugnauit pro ſua iuriſdictio-
ne, dicendo, non potuiſſe ſibi iniungi,
quod relationem faceret S. Excellen-
tiæ, quæ itidem iuſta eſt cauſa recuſa-
tionis, *Balbus deciſ. 259. Tepatus in tit.*
de recuſ. col. 3. verſ. vbi iudex, et in verſ.
iudex recuſari. Nec dicatur, aliquas
ex cauſis propoſitis non eſſe admittẽ-
das ex eo, quod poſteà Dux cõsẽſerit,
procedẽdo coràm dicto arbitro, & op-
ponendo alias exceptiones, per quarũ
obiectum videatur recuſationi renun-
ciaſſe, & ſic remaneat excluſus, tum ex
Pragmaticis, tum etiam de iure com-
muni, ex traditis à *Couarr. pract. c. 26.*
num. 2. conſtat enim, ferè omnes cau-
ſas propoſitas, ſuperueniſſe de nouo
24 poſt aſſertum conſenſum, cum vna
tãtùm ſufficeret, quo caſu cõſtat de iu-
re, & etiam attentis Pragmaticis, legiti-
mam eſſe recuſationem, cum cauſa ſu-
peruenit, etiam ſi iudex aliàs fuiſſet
millies approbatus *Pariſ. cõſ. 31. n. 62.*
iuncto *num. 94. lib. 1.* cum tamen cre-
dam, abſolutum eſſe, vt dixi, caſum no-
ſtrum nõ comprehendi, vllo modo ſub
diſpoſit. Pragmat. & de iure certum eſt,
nedum proponi poſſe, etiam poſt con-
25 cluſionem in cauſa, id quod de nouo
ſuperuenit, ex regul. *cap. inſinuante, de*
offic. deleg. ſed etſi cauſa præcedat, quæ
tamen poſt cõſenſum præſtitum ſuper-
uenerit ad notitiam recuſantis, poterit
nihilominus, non obſtante conſenſu,
præſtito huius ignorantiæ iuramento,
iudicem recuſare; quod generale eſſe
26 in omni exceptione, & præſertim in
recuſatione, de communi, & recepta in
praxi ſententia, probat *Couarr. d. c. 26.*
poſt num. 2. verſ. quod ſi cauſa, & in
verſ. ſic & poſt concluſum, poſtremò ac-
cedat, quod cũ hic noſter arbiter fuerit
mediator tranſactionis, de cuius ſenſu,
& intellectu hodie agitur, ſicut ex hoc
27 repelleretur à teſtificando, ſecundùm
communẽ, & receptam ſentent. quod
non admittatur, niſi vtraque parte vo-
lente, nec ſufficiat alteram tantùm cõ-
ſentire, ſecundùm *Gloſſ. in ver. ad nu-*
merationem, in §. in his, Auth. de inſtr.
caut. & fide, Gloſſ. in cap. ſi quis epiſc.
ver. mediator 1. q. 1. Gloſſ. vnic. magna,
poſt princip. in cap. dilectorum de teſtib.
cogẽd. Gloſſ. in c. romana, ver. in teſtem
de teſtibus, Alexand. conſ. 13. num. 14.
lib. 1. & conſ. 128. in 2. Burſat. conſil.
320. *num. 109. in 3.* quam eſſe magis
comm. teſtantur *Gaſl. lib. 1. pract. ob-*
ſeruat. cap. 100. nu. 19. Surd. conſ. 327.
n. 44. lib. 3. Maſcard. de probat. concluſ.
1040. 1238. *num. 4. &* 1363. *num. 36.*
Gabriel de teſtibus, concluſ. 20. ſic etiam
28 mediator omninò, & faciliùs repelli
deber à iudicando, quia plures repe-
29 riuntur, qui iudicare poſſint, quàm te-
ſtificari, *Rebuff. de recuſ. art. 14. Gloſſ.*
vnica, num. 44. Dec. in cap. cum ſpeciali,
n. 6. de appell. Aufrer. de recuſ. cauſ. 16.
Pariſ. conſ. 31. num. 93. lib. 1. Surd. conſ.
50. *num. 21. in primo.* Mediator autem,
vt repellatur, dicitur, nedum proxene-
ta, qui mercedem conſequitur, & ſala-
rium ex eo, in quo fuit mediator, ſed
etiam locum habebit in non ſalariato,
30 & gratis operante, quia præſumitur,
quod affectet compleri id, ꝓpter quod
laborauit, & quod firmum remaneat,
nec ei obijciatur, quod non caurè ſe
habuerit, verba ſunt *Gloſſ. in §. quo-*
modo vero, in Gloſſ. magn. verſ. ſed quid
ſi pretium, auth. de teſtibus, & alijs cita-
tis, firmat *Farinac. de teſtib. quæſt. 60.*
illat. 16. num. 409. & 410. qui de ma-
gis comm. ampliat etiam, cõtractu per-

fecto

fecto, & etiã, ꝙ nullũ ſperet cõmodum,
31 & in ſpecie in eo, qui ſub amici nomi-
ne partes ad tranſactionem deduxit, vt
repellatur, celebris eſt deciſio *Anton.*
Fabr. C. de teſtib. defin. 56. omninò vi-
denda, nec in compromiſſo facto in
hũc arbitrum, fuit ipſi tributa, niſi exe-
quutio capitum, iam media tranſactio-
ne clarè diffinitorum, & declaratio vo-
luntatis teſtatoris, non autem declara-
tio, quæ ex dubietate tranſactionis per
ipſum factæ oriri potuit, quam partes,
nullo modo conceſſerunt, vt de iure
conceſſa cenſeri non debet, ne duplici
32 ille fungeretur officio, iudicis ſcilicet,
& teſtis, quod fieri non debet, *l. quiſ-*
quis C. de poſtul. Panorm. in ſpecie *in*
cap. cum à nobis, col. 3. verſ. primo caſu,
vbi bona additio *in ver. teſtimonij, &*
Felyn. num. 6. de teſtib. idem *Felyn. in*
cap. dilectorum, num. 6. et num. 10. *ver-*
ſic. ſed iſtũ, de teſtibus cogend. Aufr. latè
in addit. ad Cappell. Tboloſ. deciſ. 141.
num. 2. & in fin. vbi quod non admit-
tatur, nec etiam declaratio, & maximè,
vbi non ageretur de ſimplici declara-
tione obſcuritatis, ſed de noua inter-
33 pretatione, cum illa noua ſit diſpoſitio
potiùs, quã declaratio, vt per *Menoch.*
de arbitr. cap. 73. lib. 1. num. 23.

Sequitur additio in eodem articulo.

AVdio, aduocatos Mariæ Rauaſche-
riæ tria allegare ad excludendam
recuſationem Cõſil. Palatij arbitri, iu-
dicio meo ſatis leuia.

Primum, cauſas recuſationis propo-
ſitas per Ducem conſiſtere in graua-
minibus illatis, ex quibus non conſue-
uerunt iudices recuſari.

Secundum non eſſe de facili admit-
tẽdam recuſationem arbitri à partibus
electi, ad inſtar iudicis delegati de cõ-
ſenſu partium, ex not. *in l. quia poterat*
ff. ad Trebell. & in l. Theopompus, ff. de
dote prælegata.

Tertium, cauſas recuſationis allega-
tas fuiſſe poſt lapſum quadraginta die-
rum à R. Pragm. ſtatutorum.

Verùm ad primum dicimus, quod
quamuis de iure iudex, à quo appella-
tur in vna cauſa, vel articulo, poſſit le-
34 gitimè recuſari in alijs cauſis, vel arti-
culis ipſius appellantis, propterea quia
iudices, à quibus appellatur, ſolẽt pro-
uocari ex appellatione, & maximè ex
recurſu habito ad Principem per viam
querelæ, vt hic factum fuit, propter quã
prouocationem ſolent iudices ſe velle
vlciſci, *l. qui cum maior §. ſi libertus, ff.*
de oper. libert. l. in minoribus, C. de appell.
l. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſe,
& ſunt *tex.* aperti *in cap. ad hæc 6. & c.*
propoſuit 24. ibi *iudex tamen, à quo ap-*
pellatur, quia illi omninò ſuſpectus eſt,
eum non debet ad reſpondendum
ſuper alijs compellere, de appellation.
35 & in arbitro, quod ex recurſu habito
ad ſuperiorem, contumelia, & iniuria
is afficiatur, eſt *text. in l. litigatores* 11.
ibi, *qui ei contumeliam hanc fecerint, ff.*
de arbitr. Gloſſ. fi. ver. careat, in c. ex te-
nore de reſcrip. Aufr. de recuſat. cauſ. 44.
Nauarr. in c. cum contingat, cauſa 10.
de reſcript. tamen non ſe fundat Dux
ſolùm in ipſis grauaminibus, ante &
poſt compromiſſum illatis, & ſucceſſi-
uè continuatis, quæ de iure ſufficere
36 deberent, nam qualis fuerit animus in
præcedentibus, colligitur ex poſteà ge-
ſtis *Surd. deciſ. 307. num.* 11. ſaltim in
arbitro, cum non ſimus in recuſatione
Senatorum, in quibus ex particulari
præeminentia S. Conſ. per eoſdem
iudices reclamatio ab eius decretis, &
ſententijs reuidetur, cum nomine Re-
gio ſententiæ proferantur, à quibus nõ
37 admittitur appellatio, ſed tantùm ſup-
plicari permittitur, iuxtà formam *auth.*
quæ ſupplicatio, C. de precib. imper. offer.
vt per *Dom. de Franchis deciſ. 528. in*
38 *fine*, cum & decreta M. Curiæ, tametſi
Tribunalis inferioris, purgato graua-
mine per Senatum, eidem Tribunali
remittantur, licet de iure communi cõ-
trarium eſſet ſeruandum.

Verumtamen innititur Dom. Dux ſuper iniquo animo iudicis, & modo procedendi, & ſic ſuſpitio non tantùm fundatur ſuper grauamine, ſed ſuper
39 iniquo animo, qui in dubio, ꝓbato grauamine præſumi debet, quod ex malo animo proceſſit, quia in malè factis, præſumitur malus animus, & quod grauamen non re tantùm, ſed ex mente proceſſit, vt his verbis docuit *Panorm. in cap. ad hæc 6. poſt num. 2. & num. 3. in fin.* vbi iuxtà ſeptimam lect. *Ioann. Andr.* quam dicit comm. probat non requiri, quod ex mente procedat, ſed quod de contrario non appareat, quod
40 *nu*. 4. ampliat procedere etiam de iure ciuili, & optimè *num*. 5. *verſ. ego puto*, vbi *Butr. nu*. 2. ſubijcit hæc verba *iam enim facto oſtendit, quod me non diligit, & ſic ſuſpectus eſt, de accuſation. cap. inquiſitionis*, & fortiùs debet admitti in
41 caſu noſtro ex animo, iudicem grauaſſe, quod ex coniecturis probari aſſerit *Imol. in d. cap. ad hæc in verſ. ſed fortè*, vbi ante finem ita loquitur, *et ideò interim pendente dubio videtur, quod appellans habeat iudicē ſuſpectum, cū ex iuris præsūptione aliqualis iniuria videatur*
42 *illata*, & maximè in grauibus negotijs, vbi faciliùs admitti debet recuſatio, quàm in leuibus, vt *ex cap. vbi periculum, de electi̇on. in 6.* probat *Panorm.* vbi plura *in d. cap. propoſuit, num. 5. verſ. mihi videtur*; præſumptam autem
43 inimicitiæ cauſam ſufficere in iudice probant poſt alios *Milan. dec. Sicil.* 15. *part.* 1. *Reg. de Ponte deciſ.* 30. *num.* 4. etiam ſi illam iudex ignoret, *Iaſ. in l. apertiſſimi, num.* 7. *C. de iudic.* & etiam ſi ex ſignis oſtendat amare, quem odiſ-
44 ſe cauſam habet *Paris de ſyndic. verſ.*
45 *ſuſpitio, num.* 5. & leuem cauſam ſufficere, fuiſſe iudicatum refert *Maſtrill. deciſ.* 151. *num.* 42. *part.* 2. vnde fortiùs eſt admittēda recuſatio in caſu noſtro,
46 vbi ex tot ſignis malus animus deprehenditur, qui non niſi per coniecturas probari poteſt, *c.* 2. *de renunc. in 6. Panorm. in cap. repellantur, num.* 2. *de accuſat.*

Non obſtat ſecundū, quod ſit ele-
47 ctus de conſenſu partium, quia in pluribus ſcriptis eſt latè fundatum arbitrum, & arbitratorem recuſari poſſe, quos conſtat non niſi de conſenſu partium eligi, ex relatis à *Maſtrill. dec.* 91. *lib.* 1. & nunc addo *Marcum Mantuā ſingul.* 517. *Tepatum lib.* 1. *tit. de arbitr. in fin. verſ. arbitri & arbitratores*, &
48 ex ſatis leuiori cauſa *Dec. in c. poſtremo, n.* 2 *de appell. Rolād. cōſ.* 31. *in fin. lib.* 3. *Maranta in verſ. quandoq; appellatur, cauſa* 40. *n.* 73. *in ſuo Speculo*, & maximè in caſu noſtro, vbi hic arbiter iure communi, & ex Pragmaticis non poterat procedere ſine licentia Excell. Pro-
49 regis, qui debet eam reuocare, cum videt ex modo procedendi hunc arbitrū licentia ipſa abuti, tot grauamina inferendo, debet enim intelligi rebus ſic ſtantibus, vt ex *l. nullus C. de iudeis* plura *Surd. deciſ.* 307. *num.* 7. & 9. & in
50 terminis in approbato in vno officio, quod poſſit, & debeat reprobari, & remoueri ab officio ex ſuperueniēti cauſa plura *Boerius dec.* 149. *num.* 17. 18. & 23.

Non obſtat tertium, quod ſint propoſitæ cauſæ poſt 40. dies præfixos à Pragmatica. Primò enim dicimus, nos verſari in recuſatione arbitri, de quo non loquitur Pragmatica, & ſic attendi debet ius commune, quo attento ſuſpi-
51 tio emergens poſt cæptam cauſam poteſt quandocunque proponi vſque ad ſententiam excluſiuè, maximè quādo proponens iurat, de nouo ad notitiā deueniſſe, vt hic factum eſt, latiſſimè *Maſtrill. d. deciſ.* 151. *num.* 67. & 69.

Secundò, caput ſequeſtri ex abrupto facti, quæ potiſſima cauſa eſt, fuit propoſitum etiam infrà quadraginta dies ſi Pragmatica eſſet attendenda, & nūc reperiū eſt ex fide Actorum Magiſtri, facta D. Præſidi, Conſil. Palatium in abſcondito, ſua manu ſcripſiſſe decretū ſequeſtri in dorſo litterarum miſſarum
52 per Mariam, vbi de hoc, ipſum enixè rogauit, & iniunxiſſe Actorum Magiſtro, vt nemini diceret viſionē, res planè

inſolita

inſolita, ex quo dolus, & machinatio manifeſta detegitur, quæ pluſquam iudicis recuſationem ex prudentia iudicãtium operari deberet. Nouiſſimè dũ dixi, non eſſe in compromiſſo comprehenſa, niſi duo, exequutionem capitum clarè ſcilicet deciſorum, & declarationem voluntatis teſtatoris in ſuis diſpoſitionibus, & ſic caput hoc omiſſum, de quo hodie agitur, non eſſe comprehẽſum, rogo aduertant domini non obſtare verba, quæ ponderat Maria in dicto
53 capitulo; ſiquidem verba præcedentia expreſsè determinata, declarant, & reſtringunt ſequentia generalia non ita clara, *l. legatorum petitio, §. fin. vbi Bald. ff. de legat. 2. Anna allegat. 53. num. 28.*

Menſe Auguſti 1614. S. Excellentia eiuſque ſupremum Collaterale Conſil. cauſam ad ſe aduocauit, & in ea proceſſit, excluſo arbitro.

SVMMARIVM.

1 *Actio cenſetur propoſita, cum ſua cauſa, & cum exceptione, quæ ipſi ineſt.*
2 *Exceptio, quæ ſimul oritur cum ipſa actione, dicitur pariter priuilegiata.*
3 *Debitor promittens ſoluere, omni exceptione remota, poteſt opponere exceptionem ex eodem inſtrumento orientem.*
4 *Voluntas in amiſſione proprij iuris ſtrictiùs interpretatur, quàm voluntas acquirendi in acquiſitione.*
5 *Verba licet generalia, & vniuerſalia debent reſtringi ad cauſam, & finem, ob quem proferuntur, & ad cauſam ſuperiùs ſpecificatam, num. 7.*
6 *Renunciatio, liberatio, & quietatio generalis, reſtringi debent, ad cauſam, & ad caſum, rem, & perſonam, de quibus partes ſenſerunt, num. 13.*
8 L. ſi de certa, C. de tranſact. *procedit, non ſolum in tranſactione, ſed in pacto, de magis communi, & ſic etiam in.*
9 *Acceptilatione, calculationibus, et computis, militare diſpoſitionem* d. l. ſi de certa, *& ita iudicatum.*
10 *Verba* ò altro, *vel etiã ſi dicatur* quocunque alio modo, *in tranſactione, & pacto, reſtringenda ſunt ad cauſam expreſſam.*
11 *Liberatio, ſeu quietatio ex cauſa ſocietatis, etiam cum verbis ampliſſimis, non extenditur vltrà ſocietatem.*
12 *Aſſertio præcedens reſtringitur ex ſequentibus verbis determinatis.*
14 *Reſtrictio fieri debet, etiam vbi ratio recti ſermonis non benè ſaluatur.*
15 *Verba generalia, effuſo ſermone prolata in tranſactionibus, & conuentionibus, apta ſunt nocere, & ob id ab ipſis cauendum.*
16 *Clauſula in fine poſita, quæ non ſtat de de per ſe, ſed adijcitur modificatiuè, non refertur ad omnia, ſed ad proxima, & num. 17.*
18 *Cautiùs eſt agendum, vbi de maiori damno agitur.*
19 *Tutores, & adminiſtratores ſolent vltimo anno, & in fine adminiſtrationis computa reuidere, data & accepta referre.*
20 *Clauſula non refertur ad omnia, ſed ad proxima tantùm, vbi adeſt diuerſitatis ratio, & num. 21.*
22 *Clauſula refertur ad proxima tantùm, vbi diſpoſitio ex relatione ad omnia redderetur inutilis.*
23 *Verbum nullum in contractibus debet eſſe ſuperfluum, & ſine virtute aliquid operandi, etiam impropriè intelligendo.*
24 *Clauſula quælibet intelligi, & ſuppleri debet, præterquam quo ad expreſſa in ſpecie in reſeruatione.*
25 *Repugnantia in verbis contractus excludenda.*
26 *Exceptio eſt eiuſdem generis, cuius eſt regula.*
27 *Liberatio, vel quietatio generalis, non comprehendit reliqua, nec quicquid dolo apud adminiſtratorem remanet, & num. 28. 29. 31.*
30 *Tutor non cenſetur liberatus à reſtitu-*

 tione

tione bonorum, quæ iure dominij ad liberantem pertinent, nec à reliquatu.

32 *Tutor non deſcribendo in libris, videtur eſſe in dolo, qui nunquam cēſetur remiſſus.*

33 *Quietatio, ſiuè liberatio quantumuis generalis, non comprehendit partitas in libro non deſcriptas, etiam ſi fiat mediante inſtrumento, cum iuramento, & ampliſſimis clauſulis, num. 34. decreto, & quibuſuis cautelis.*

35 *Remiſſio, ſiuè quietatio, non viſis libris, nulla & inualida redditur.*

ARGVMENTVM.

Ttranſactio, quinimò & quælibet liberatio, quietatio, vel remiſſio, etiam in acceptilatione, calculationibus, & computis per viam pacti, & conuentionis, reſtringēdæ ſunt ad cauſam, rem, & perſonam ſpecificatas, de quibus partes ſenſerunt; tametſi addiuncta ſit dictio *ò altro*, vel *quocunque alio modo*. Nec comprehendunt reliqua, nec etiam dolum præteritū, partitas iure dominij ſpectantes, & minùs, in libris non deſcriptas. Clauſula in fine poſita, quando referenda ſit ad proxima tantùm, non ad omnia, & ferè integra materia liberationis explicatur.

Pro Duce Cardinalis nunc Principe Satriani.

CONTROVERSIA XXXX.

PEtente Dom. Maria Rauaſcheria vigore declarationis factæ per Ducem Cardinalis in 6. capitulo tranſactionis, inter ipſos initæ ſuper ſucceſſione Dom. Petri Franciſci patrui, inſtatiſſimè cogi ipſum Ducem ad ſoluendum partitas confeſſas.

Cum ex eodem fonte, & conteſtu eiuſdem capituli tranſactionis oriatur exceptio Ducis, dum in illo cautum legitur, vt inſpiciantur, & diſcutiantur libri, eo tempore adhuc non viſi, nec cogniti, ex quibus de facili contingere poteſt, vt Dux non obſtāte declaratione prædicta, quam non impugnat, ex alijs cauſis remaneat, vt cum effectu remanet, creditor in maxima ſumma, præſertim ſtante expreſſa reſeruatione facta in beneficium ipſius Ducis: eadē
1 Maria, proponendo ſuam actionem, cēſetur illam proponere cum omni ſua cauſa, & conſequenter cum exceptione ad Ducem ſpectante, quæ ineſt ipſi obligationi, *Bald. in l. dicta, num. 21. ff. ſi cert. petat. Iaſon in §. actionum, num. 128. Inſtit. de action.* cenſetur enim
2 hæc exceptio non minùs priuilegiata quàm actio, quæ ſimul oritur, etiam ſi
3 quis promiſerit ſoluere, omni exceptione remota; non enim dicitur excipiens venire contra inſtrumentum, ſed illius virtute dicitur facere contradictionem, *Auendan. Canarius, Parlad. & alij relati per Ceuall. tract. commun. opin. contra commun. cap. 536. num. 49.* latiſſimè *Carol. de Graſſ. de except. c. 13.* idcircò Maria, quæ hoc non poteſt effugere, prætendit Ducem in eodem capitulo feciſſe ampliſſimam, & generalem quietationem, nec ſibi reſeruaſſe, niſi partitas exactas per defunctum ab anno 1611. citrà, non antea, idque ex illis verbis adiectis in fine reſeruationis ibi *dal detto anno 1611. in qua inclusiue*, quę prætendit, referenda eſſe ad omnia præcedentia, & ſic nedum modificare, & reſtringere tempus deſcriptionis faciendæ in libris, ſed etiā tempus exactionis: ſed facilè reijcitur hæc intelligētia, cum apertè repugnet, nedum menti, & intentioni contrahentium, præſertim Ducis; quem non eſt veriſimile, voluiſſe iactare ſuum in tā maxima quantitate, ſed clariſſimis, & expreſſis verbis ipſius conuentionis; ſi
4 quidem in amiſſione proprij iuris ſtrictiùs limitatur voluntas amittendi, quā

è con-

Digitized by Google

è contra voluntas acquirēdi in acquiſitione, *Gloſſ.* & ibi *Bart. n. 4. in l. 1. ff. de acquir. hæred. Aretin. conſ. 161. poſt num. 5. verſ. ex hac ergo, Guttier. de tutelis, part. 3. cap. 20. ex num. 7.*

Hæc enim conuentio tam clara eſt, vt alia interpretatione non egeat; in prima enim parte in verſ. *& più vado* vſque ad verſiculum *reſtando ſolo* in quo adijcitur reſeruatio in beneficium Ducis, nihil aliud obtinere voluit Maria, nec Dux concedere, niſi vt nihil poſſet Dux obijcere ex quauis cauſa dependenti tamen ex adminiſtratione tutelę, licet pars minùs iuſtè etiā aliā quamuis cauſam comprehendi contēdat, vt mox probabimus, quo minùs Dux inficiare poſſet, ſe nō debere partitas confeſſas, cum benè ſciret Maria plures exceptiones Duci competere penitus excludēdas partitas prædictas. In verſiculo verò ſequēti, voluit Dux ſibi cauere, & correſpectiuè reſeruare partitas ad eum ſpectantes, ex ſuis bonis, exactas quocunque tempore, & ſic ante, vel poſt annum 1611. non deſcriptas in libris in creditum Ducis à dicto anno, & tandem in verſ. *e dal detto anno 1611. in dietro*, contentus extitit Dux extinguere compotum adminiſtrationis ſcilic. tutelæ, de quo paulò ante incidenter mentionem fecerat, per totum tempus ante annum 1611., quoad partitas deſcriptas in creditum ipſius Ducis, à dicto anno 1611. in præteritum.

Quod autem hic ſit verus, & germanus huius conuentionis ſenſus, verba ſatis oſtendunt, dum poſtquam Dux declarauit, ſe debitorē partitarum additur *alli quali ſi debbia ſtare, & non ſi poſſa opponere, & cæt.* & ſic patet, hęc verba fuiſſe incidenter ad illum dumtaxat finem adiecta, ne vlla de cauſa poſſet Dux impugnare partitas, quarū ſe debitorē declarauerat, & ſic quoad hoc præmiſit nihil opponere, ex cauſa adminiſtrationis, vel alterius, ex eadē tamen adminiſtratione dependenti, vt ſequentia verba indicant; vnde ſatis

5 operantur hæc verba, tam etſi genera-
lia, ſi ad ſuam cauſam, & finem, ob quē
prolata ſunt, reſtringantur, vt de renun-
6 ciatione, & liberatione generali, probat
*Card. Pariſ. conſ. 89. num. 45. lib. 1. Ri-
minald. iun. conſ. 138. num. 63. lib. 1.*
clarum eſt enim verba non ſolùm ge-
7 neralia, ſed vniuerſalia reſtringi ad rē,
& cauſam ſupra ſpecificatam, *l. ſi de
certa, C. de tranſact.* cuius diſpoſitionē
8 non ſolùm procedere in tranſactione,
quæ ad rem ſigillatim in litem dedu-
ctam reſtringi debet, ſed etiam in pa-
cto, in quo generalitas ſolet generali-
ter operari; magis communem eſſe
opinionem contra *Gloſſ.* ibi, ex multis
oſtendit *Iaſ. num. 5. Curt. Calcan. &
Bellon.* relati per *Surd. dec. 217. num. 6.*
9 vbi teſtatur in acceptilatione, calcula-
tionibus quoque, & computis proce-
dere, ex *text. in l. emptor, §. Lucius ff. de
pact.* addens in fine deciſionis ita iudi-
catum *Morot. reſponſ. 59. n. 1. Menoch.
de præſumpt. lib. 4. cap. 164. num. 12. in
fine*, & ita loqui omnes *DD.* etiam in
contrarium citari ſolitos, teſtatur idem
Surd. conſ. 431. num. 74. lib. 3. & quod
verba illa *per ragion della adminiſtra-
10 tione, ò altro* reſtringi debeant ad ea,
quæ ſunt eiuſdem generis, docet opti-
mè *Oldrad. conſ. 297. num. 5.* vbi etiam
ſi adijciatur dictio, *vel alio*, iuncta vni-
uerſali orationi ſcilic. *quocunque alio
modo*, adhuc reſtringi ſecundùm ſubie-
ctam materiam ad ea, quæ geſta ſunt
occaſione cauſæ expreſſę, ſcilic. admi-
niſtrationis, non alterius, cui accedit;
Panorm. conſ. 114. num. 3. & 4. lib. 2.
vbi voluit, liberationē factam ex cauſa
ſocietatis, & quacunque ratione, cauſa,
vel titulo, cum verbis ampliſſimis, non
extendi ad ea, quæ ſunt extrà ſocieta-
tem, *Surd. d. deciſ. 217. n. 4. & 5.* quod
indubiè procedit in caſu noſtro, vbi
hæc reſtrictio neceſſariò fit ex verbis
ſequentibus, ibi *ne opponerſi, che li pa-
gamenti notati, &c.*

Ex quibus dupliciter declarantur, & coarctantur præcedentia verba; primò, vt reſtringantur ad cauſam admi-

Digitized by Google

niſtrationis, apparentem ex libris: ſecundò, vt illud dumtaxat operatur hoc pactum, vt Dux inficiare non poſſit, ſolutiones, & partitas, notatas in libris, nō fuiſſe legitimè factas; generalis enim
12 aſſertio præcedens, declaratur, & reſtringitur ex ſequentibus verbis determinatis, *l. ſi fundum, vbi Bart. ff. de verborum obligat. Bald. in l. legatorum petitio,* §. *vltimo, ff. de legatis* 1. cum concord. *per Lanar. conſ.* 82. *in fine, Morot. reſponſ.* 83. *num.* 11. & ſic nihil operari debent verba præcedentia, niſi hoc dumtaxat, non aliud: reſtringi.n. debet
13 liberatio generalis ad caſum, rem, & perſonam ſpecificatam, cum id nedum fieri poſſit, ſed hoc ſuadeat in præſenti ratio recti ſermonis, vt de communi *per Natt. conſ.* 546. *num.* 15. & 16. cum
14 reſtrictio fieri debeat etiam, vbi ratio recti ſermonis nō benè ſaluatur *Eugen. conſ.* 13. *num.* 16. *Hondedeus conſ.* 49. *num.* 24. *lib.* 1. Marcobrun. *conſil.* 17. *num.* 13. *Surd. conſ.* 431. *num.* 74. *lib.* 3. & quamuis ex prædictis verbis, nullo modo prætendi potuiſſet, Ducem ſuis iuribus, & creditis renunciaſſe, aut aliter ceſſiſſe, cum ſatis opetentur prædicta verba, vt circa partitas confeſſas, & alias declarandas ex libris nihil opponi potuiſſet, ex infinitis exceptionibus etiam nototijs, ex quibus potuiſſet Dux partitas prædictas excludere: nè
15 tamen ſub prædictis verbis generalibus ex effuſo nimis ſermone in promptū incidiſſet periculum, iuxtà cautelā *Baldi in l. pactum, quod dotali, quæſt.* 16. *C. de collation.* & aliorum quos referūt *Afflict. deciſ.* 319. *num.* 3. *Natta d. conſ.* 546. *num.* 3. expreſsè ſibi Dux reſeruare voluit, *che ſi poteſſe auualere delle partite eſatte delle ſue entrate non poſte in detti libri in credito ſuo dal* 1611. *in quà incluſiuè*.

Nec obſtat, quod Dux ſibi reſeruauerit ſolum partitas exactas ab anno 1611. in antea, ex eo quod verba illa *dal* 1611. *in quà*, velut clauſula in fine poſita, referatur ad omnia, & reſtringat præcedentia: clariſſimè enim appatet, anni illius adiectionem non ſtare de per ſe, ſed eſſe appendicem vltimorum
16 verborum, quo caſu clauſula, etiam in fine poſita, quæ non ſtat de per ſe, ſed adijcitur per modum conditionis, vel alterius modificationis, ſiuè qualificatiuè, tunc refertur tantùm ad proxima, & ſic remanent reſeruatæ partitæ exactæ quandocunque, ante, vel poſt annū 1611. non illę tantùm, quæ non ſunt deſcriptæ in creditum ab anno 1611. Bart. *in ſpecie, in l.* 3. §. *filius in ſumm. & num.* 7. *verſ. ſed quando in vna, ff. de liber. & poſthum. et in l. talis ſcriptura,* §. *fin. num.* 3. *verſic. quandoque in diſpoſitione, ff. de legat.* 1. *Alexand. conſ.* 226. *num.* 9. *lib.* 6. vbi enim clau-
17 ſula eſt ſpecialis, & diſcretiua, vt eſt hęc, non refertur ad omnia, ſed ad proxima, *Iaſon in d. l. talis ſcriptura, ff. de legat.* 1. & *in l.* 1. *ff. de liber. præter. in* 9. *limit.* ſequitur *Simon de Prat. de interpr. vlt. vol. lib.* 2. *interpr.* 3. *dub.* 2. *ſolut.* 1. & *num.* 185. *Curt. iun. conſ.* 7. *ex num.* 11. & meliùs omnibus *Afflict. deciſ.* 248. *num.* 12. *in fin.* quem ſequitur Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *c.* 181. *num.* 22. & alij congeſti *per Caſtill. Hiſpan. tom.* 2. *quotid. controuerſ. cap.* 4. *num.* 126. addo *D. Caſanate conſ.* 53. *num.* 72. *Maurum allegat.* 33. *num.* 2.

Secundò maxima adeſt ratio diuerſitatis, inter tempus exactionis partitarum, & deſcriptionem in creditum: ſiquidē quoad tempus exactionis, quod ſint exactæ ante, vel poſt annum 1611. nihil referre debet, cū omnes ad Ducem eodem iure ſpectent, vt ſuæ, imò cum omnis exactio ſit facta ante annū
18 1611. præſumendum eſt, cautiùs egiſſe Ducem, vbi de maiori ſumma agebatur, arg. *cap. vbi periculum, de elect. in* 6. diuerſum eſt autem in deſcriptione in creditum. Primò, quia cum eſſent diſcutiendi libri ab anno 1611. ad finem, vt videretur, ſi Dux erat debitor, vel creditor, pariter correſpectiuè erat inſpiciendum, ſi partitæ erant deſcriptæ in creditum eodem tempore in beneficium Ducis. Secundò, quia

quoad

quoad deſcriptionem in creditum ille annus tanquam vltimus adminiſtrationis tutelæ, quæ expirauit in principio anni 1612. erat inſpiciendus, in quo potuiſſet tutor deſcribere in creditum pupilli, partitas quandocunq; exactas, veriſimile enim erat; imò debebat tutor, partitas, quas per totum tẽpus adminiſtrationis exegerat, & deſcribere neglexerat, ſaltim in vltimo anno, quo
19 tempore ſolent adminiſtratores computa reuidere, data, & accepta referre, deſcribere in creditum pupilli, quod Duci damnum non attuliſſet, ſicut maximum ſibi allatum fuiſſet ex remiſſione partitarum exactarũ ab anno 1611. citrà, & ſic ſtante maxima diuerſitatis
20 ratione, clauſula hæc etiam ſi de per ſe ſtaret, non debet referri ad præcedentia, ſed ad proxima tãtùm, vt poſt *Bald. & alios in l. 1. C. de liber. præter. tradit Crauett. conſ. vltim. num.* 14. *lib.* 2. *Aſflict.* optimè *d. deciſ.* 248. *num.* 12. cum
21 enim ratio eſt diuerſa, vel ex quauis cauſa ratio hoc ſuadet, ad immediata tantùm fit relatio, ſecundùm *Alexand. Felyn. vtrumq; Socin. Boer. & Gozad.* quos refert *Menoch. d. cap.* 181. *lib.* 4. *de præſumpt. n.* 17. *&* 18. Tertiò clau-
22 ſula in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, ſed ad proxima tantùm, vbi diſpoſitio ex tali relatione redderetur inutilis, *l. cum vulgari, vbi Bart. ff. de dote prçleg. idem in l. talis ſcriptura, §. & ad ea, & in §. fin. num.* 3. *verſ. itẽ ſi ex hac, ff. de legat.* 1. cum alijs *per Gabriel. comm. opin. lib. 6. de clauſ. cap. 9. n.* 10. *Menoch.* latè *de præſumpt. lib.* 4. *c.* 181. *num.* 11. *in* 4. *declar.* vnde ſi nulla poteſt prætendi per partem facta quietatio, niſi de partitis adminiſtrationis ante annum 1611. vt clarè apparet in verſic. *et da detto anno* 1611. *in dietro* reſeruatio quoad partitas exactas poſt annum 1611. ſi non comprehẽderet partitas quandocunq; exactas, eſſet prorſus inutilis, vnde nè reddatur omninò eluſoria reſeruatio, hæc temporis adiectio debet referri, vt ratio quoque recti ſermonis indicat, ad proxima tãtùm, & ſic modificet deſcriptionem dũtaxat partitarum in libris, non autem tempus exactionis partitarum, quæ cum nullo tempore ſint limitatæ, cedent in beneficium Ducis, etſi exactæ fuerint ante annum 1611. vt aliquid reſeruatio prædicta operetur,
23 cum nullum verbum in contractibus debeat eſſe ſuperfluũ, imò potius verba ſint intelligenda impropriè, & contrà ipſorum naturã, quàm vt nihil operentur, iuribus citatis *à Surd. dec.* 272. *num.* 35. *& conſ.* 524. *n.* 14. cum ſimil. ex quibus clariſſimè quoque patet nõ obſtare Duci vltima verba *dicti cap. 6. tranſactionis* in verſ. *& da detto anno* 1611. *in dietro*, in quo Dux contentus remanſit, quod ab anno 1611. retrò, remaneret firma ratio adminiſtrationis ſcilic. tutelæ, de qua paulò ante incidenter mẽtionem fecerat, quia cum expreſsè priùs ſibi reſeruauerit partitas exactas quandocunque, vt perneceſsè intelligi debet de partitis, nõ deſcriptis tamen in creditum ipſius ab ann. 1611. in antea; hçc clauſula ſub-
24 ſequens, ne contineat repugnantia, intelligitur, præterquam quoad expreſsè, & ſpecificè incontinenti reſeruata, vt in puncto in reſeruatione, docuit *Iſern. in cap.* 1. poſt *num.* 9. *vbi additio Lipar. littera Q. in verſ. in eo quod conceſſit*, omnes cumulat, *qui ſucceſſ. teneant. Bald. Socin. Dec.* & alij relati *per D. Reg. de Ponte conſ.* 15. *num.* 7. *&* 8.
25 neceſſaria enim dicitur hæc interpretatio, nè verba contractus repugnantiã contineant *Bar. in l. fin. §. idem quæſitũ, nu.* 4. *ff. de condict. indeb.* cum alijs *per Lipar. vbi ſupra*, & ex eadem reſeruatione aliud etiam oritur, vt tametſi verba illa proxima ante dictam reſeruationem ibi, *& non ſi poſſa opponere neſſuna pretenſione, &c. per ragione dell' adminiſtratione, ò altro*, debere intelligi, vt Maria prætendit, de alia quauis etiam diuerſa re ab adminiſtratione, cuius contrarium eſt veriùs, vt ſupra, adhuc tamen reſeruatio mox adiecta omnia etiam extra adminiſtrationem

reſer-

Digitized by Google

26 reſeruaſſet Duci, cum exceptio ſit eiuſ-
dem generis, cuius eſt regula *l.1. §.ſed*
excipiuntur, ff.de ferijs, Iſern. in termi-
nis *in d.cap.1.poſt num.5.qui ſucceſſ.te-*
neantur.

Vltimò ſi pars non acquieſcit huic
intelligentiæ, iuſtiſſimè poterit Dux
prætendere, quod licet remiſerit, & li-
berauerit, ſiuè quietationem fecerit,
27 non propterea prohibetur reliqua pe-
tere, & etiã quicquid ex dolo admini-
ſtratoris apud ipsã remanet, vt ꝓbatur
apertè *in l.ſi quis rationes 10.ff.de liber.*
legat. ibi, *ſi quis rationes exigere vetetur*
(vt eſt ſepiſſimè reſcriptũ) nõ impeditur
reliquas exigere, quas quis ipſe reliqua-
uit, et ſi quid dolo fecerit, quirationes geſ-
ſit, ꝙ tẽperatur, niſi dãnetur hęres quid-
qd ab eo exigerit reſtituere, vel actio-
nem ei remittere, quem *text.Gloſſ.ibi et*
Bart. in ſpecie dicunt procedere in
adminiſtratione præterita, ad idem
text.in l. Lucius 13. in l.Aurelio 21.§.
Caius, vbi Bart.n.6. ver. dicerẽ ſic, eod.
28 *tit.* tradit etiã in generali liberatione
facta in contractu inter viuos, non vi-
deri remiſſum dolum præteritum, nec
etiam reliqua, cum ei, qui remiſit abeſt,
& penes eum, cui remittitur, adeſt, idẽ
in l.Aurelius 29.§.Titius, ff.eodem, &
vtrobiq; Bart. quem teſtatur *Couarr.*
omnes DD. ſequi, *variarum reſolut.*
lib.2.cap.14.poſt num.1.verſ.poſtremò,
& verſ.hoc ipſum, ſequitur dicens cõ-
mun. & receptiſs. ſentent. *Menoch. de*
præſumpt.lib.4.cap.165.num.27.verſ.
quartus caſus, vbi ampliùs tradit, quod
29 ſicut in generali liberatione non vi-
detur remiſſus dolus, etiam præteritus,
30 nec liberatus tutor à reſtitutione re-
rum, quæ iure dominij ad liberantem
pertinent, & à tutore debentur, tanquã
extraneo, non vt tutore, *ex l. Aurelius*
29.§.meuia, ff.eodem tit. ita quoque
non cenſetur liberatus à reliquatu, ſi-
uè reliquorum reſtitutione, vt latè per
eum *in 2.3.& 4.caſu, n. 10.12. & 17.*
parificans optimè hos caſus, quem ſe-
quitur *Conſil.de Anna conſ.115.n.25.*
& 35. vbi optimè reaſſumit, diſtin-
guendo tres caſus *Munnoz de Eſcob.d.*
tract.de ratiocinat.cap.5.num.18. in 2.
regula.

Et ratio multiplex eſt, tum quia ſatis
31 eſt, quod in generali quietatione cen-
ſeatur tutor, vel eius hæres liberatus à
lata, leui culpa; negligenter geſtis, &
ab alijs, ad quæ tutor tenetur, non autẽ
à reliquis *Socin.conſ.92. num.7. lib.4.*
Dec.cõſ.274.n.4. Gratus conſ.23.nu.9.
lib.1. cum alijs congeſtis per *Guttierez*
de tutelis lib.3.cap.1.num.32. Montan.
eod.tract.cap.38.n.26. tum etiam quia
32 tutor exigendo, & non deſcribendo in
libris verſatur in dolo, & fraude *Socin.*
conſ.159, lib.2. Iaſon conſ.4. lib.3. Fa-
rinac.latè conſ.96.nu.5.& 17. qui do-
lus nunquam cenſetur remiſſus, *Dec.*
conſ. 178. vbi additio dicit commun.
Montan.vbi ſupra, num.36. Menoch.
conſ.22. num.16. latè *Reuſnerius conſ.*
33 *11.lib.2.num.49.* & proinde quieta-
rio, quamuis generalis, nunquam com-
prehendit partitas in libro non deſcri-
ptas, vt per *Socin.d.conſ.159. & 190.*
lib.2.Pariſ.conſ.9.lib.1. Thobiã Noniũ
conſ.63.num.2. Roland.conſ.49.n.25.
lib.1.Farinac.d.conſ.96. num.3. & 4.
vbi addit, hoc procedere, etiã ſi quie-
34 tatio ſit facta per publicum inſtrumẽ-
tum, cum iuramento ex certa ſcientia,
pluries, verbis, & facto ratificata, in
ampliſſima forma, cum prægnantibus
verbis, cum pacto, tranſactione, laudo,
ſeù compromiſſo de non contraueniẽ-
do, cum iudicis decreto, & cum aſſer-
tione, quod computa fuerunt bene vi-
ſa, diligenter examinata firmata, &
ſub quibuſuis alijs ſimilibus clauſulis,
& cautelis, & ſic eoſortiùs in caſu
præſenti, vbi conſtat, penitus fuiſ-
ſe viſos libros, quo caſu nulla, & in-
35 ualida redditur liberatio, vt per *DD.*
congeſtos per Montan.d.loco, num.141.
& Farin.ibidem, num.79. optimè *Gut-*
tierez poſt Auend.de iurament.confirm.
part. 1. cap.40. num. 10. Munnoz de
ratiocin.cap.10.num.6. & 16. & ſic li-
cet in perſona tutoris, de qua agitur
omnem dolum, & fraudem abeſſe om-
ninò

Digitized by Google

ninò fateamur, vt in quo vmbra, nec ſuſpitio quælibet, etiam leuiſſima conſiderari poſſit, erit tamen à prætenſa per aduerſarium, vafra tranſactionis interpretatione releuandus Dux, præſertim qui nimis callidè, & per notas inſidias, metu carceris inductus fuit ad hanc tranſactionem: ex quo ſaltim Supremi magiſtratus, nedum clara, ſed dubia quoque in ipſius decepti fauorem interpretare debent.

Supradictis autem de clauſula in fine poſita, addendus eſt *Curt. iun. cõſ. 7.* videretur prima conſider. *lib. 1.* & ita &c. die 29. Nouemb. 1614.

Deciſio ſupremi Collareralis Conſilij in calce ſequentis capitis.

SVMMARIVM.

1 *Retentio differt à compenſatione, et in quo, num. 2. et faciliùs conceditur, n. 3.*

4 *Actio, et exceptio orientes ex eodem fonte ſunt pariformis naturæ, et admittitur exceptio, etiã ſi ſtatuto quælibet exceptio ſit remota, num. 6. et 7.*

5 *Actor proponens actionem, cenſetur illam proponere cum ſua cauſa.*

8 *Exequutio pro partitis liquidatis connexis in liquidatione computorum fieri non debet, niſi diſpunctis, et liquidatis integris rationibus, et habita ratione dati, et accepti, etiam ſi ſint clara, liquida, et confeſſa, num. 9.*

10 *Compenſatio non admittitur de liquido ad illiquidum, declaratur, et reſtringitur pluribus modis, num. 11. 12. 17. 18. et 20.*

13 *Compenſatio non admittitur aduerſus debitum iuramento firmatum, limitatur ſi ius opponendi ſuperueniat poſt promiſſionem iuratam, num. 14. et 15.*

16 *Iuri compenſandi ſuperuenienti poſt promiſſionem de ſoluendo, cum iuramento, de quo debitor iurans non habebat diſtinctam notitiam, nec ſcripturas, non cenſetur renunciatum.*

18 *Clauſula ſola facti veritate inſpecta ſuadet, admittendam eſſe compenſationem.*

19 *Vinculum duplex pacti, et ſtatuti fortiùs operatur.*

21 *Compenſatio fit de quantitate ad quantitatem, non de ſpecie ad quantitatem, vel de ſpecie ad ſpeciem, ſecus in retentione, quæ admittitur omni caſu num. 22.*

23 *Retentio conceditur, etiam vbi iuramento excluditur compenſatio.*

ARGVMENTVM.

Exequutio in liquidatione rationum in partitis connexis fieri non debet, niſi facta integrali liquidatione, & diſcuſſis inuicem partitis, & computis dati, & accepti. Compenſatio quando admittatur aduersùs debitum iuramẽto firmatum, & quomodo differat à retentione, & vtrum fieri poſſit de ſpecie ad quantitatem, vel de ſpecie ad ſpeciem, diſtinctè examinatur.

Pro eodem Domino Duce Cardinalis cum D. Maria, ſuper admittenda compenſatione, vel ſaltim retentione.

CONTROVERSIA XXXXI.

Dominus Dux Cardinalis legitimè, & iuſtiſſimè opponit D. Mariæ Rauaſcheriæ petenti, quod faciat depoſitũ ann. ducat. decem mille, ad quorũ ſolutionem ſe obligauit in inſtrumẽto tranſactionis, poſſe dictam quãtitatem per eum debitam retinere in computũ partitarum, quas ſibi in eodem inſtrumento

mento tranſactionis reſeruauit, quæ
vel ſunt liquidæ, vel de proximo liqui-
dandæ, nec opus habet, vt obtineat al-
legare exceptionem compenſationis,
in præſenti caſu, q̃ nõ eſt ſibi neceſſa-
ria, cũ poſſit, & valeat, virtute reſerua-
tionis orientis ex eodem fonte, & con-
tractu, retinere, quamuis & compenſa-
tione quoque vti poſſet, ſi vellet, non
obſtãtibus motiuis ex aduerſo, quę nec
in facto, nec in iure militant; retentio
1 enim differt à compenſatione, compẽ-
ſatio nãq; eſt debiti, & crediti inter ſe
ex vtraque parte contributio, *l.1. vbi
Gloſſ. & DD. ff. de compenſ.* & ſic in
quolibet debito, etiam ex diuerſa cau-
ſa, in eodem tamen genere, ſcilic. quã-
titatis, vel rerum, quę recipiũt functio-
nem in genere ſuo, compẽſatio admit-
titur M*ynſinger.in* §. *in bonę fidei, inſtit.
de action.Sebaſt. Medices de compenſ.in*
2 *1.2. & 5.q.1.part.* retentio verò eſt,
quæ procedit ex eodem fonte, & cauſa
non ex diuerſa, & ideò fortiori ratione
cõceditur, ad tradita per *Bart.in l.ſi nõ
ſortem* §.*ſi centum, num.8. vbi* Bald.*in
fin.Caſtrenſ.num.5.ff.de condict.indeb.
Gloſſ.vbi Caſtrenſ.num.3.in l.ſi petenti,
ff.de pignor.action.* cum alijs per *Surd.*
3 *deciſ.46.num.12.* & ob id etiam, vbi
non habet locum compẽſatio, compe-
tit retentio *Gloſſ.in l.grege,* §.*cũ pignori
ver. compenſatum, ff.de pignor.* & ideò
faciliùs admittitur retentio, quàm cõ-
penſario *Petrus Stella in l. repetitio,
n.48.ff. de condict. indeb. Sebaſtian.
Medices dicto tract.part.2.q.28.nu.5.*
Et ratio eſt, quia quando ex eodem
4 contractu venit actio pariter, & exce-
ptio, ſi eſt guarentigiata actio pariter,
& exceptio, neque is, qui ex inſtrumẽ-
to ipſo opponit, nullo modo iudicari
debet aduersùs inſtrumentũ ire *Bald.
in l.ex prædijs C.de euict.in l.ſi traditio,
C.de action. empti,* & cum actor propo-
5 nit ſuam actionem, cenſetur eam pro-
ponere cum omni ſua cauſa, & conſe-
quenter cum exceptione reſeruatio-
nis, quę ineſt ipſi obligationi, & proin-
de actor ipſemet dicitur ſeipſũ exclu-
dere Bart.*in l.lecta, num.21.ff. ſi cert.
pet. Iaſ.in* §.*actionem, num.128. de
6 actionib.* & quando actio, & exceptio,
oriuntur ex eodem fonte, admittendã
eſſe exceptionem, etſi magis pacto, aut
ſtatuto omnis exceptio ſit ſublata, ex-
cãdeſcenſq; *Bald.*in aduerſarios, ſubiũ-
xit, *at iſti diaboli ſuo modo ſtatutum
interpretantur,* quod latiùs comprobãt
poſt *Anton. Camer. Marſil. Auendañ.
Padill.et alios, Parlador. rerum quotid.
lib.2.cap.fin part.5.§.11.num.27.cart.
mihi* 538. & alijs quoq; congeſtis *Ce-
uallos tract.comm.contra comm.c.536.
num.48. & 49.* & in promiſſione de
7 ſoluendo, etiam iuramento firmata,
etiã ſi promiſiſſet ſoluere, omni exce-
ptione remota, quinimò vt iudex te-
neatur ſupplere hanc exceptionem ex
officio, *Carol.de Graſſ.de except.c.13.*
Et in ſpecie, quod cum rationes debi-
ti, & crediti ſint connexę inter ſocios
litis conſortes, vel aliter paciſcentes,
aut tranſigentes, quod non poſſit, facta
liquidatione accepti, vel ex inſtrumẽtis
guarentigijs, & liquidis, vel vnius ex
partibus confeſſione, fieri vllo modo
8 exequutio, etiam pro partitis accepti
liquidis, & confeſſis, antequam diſcu-
tiantur partitæ dati, & crediti, ex qui-
bus debitum liquidum extingui, vel
dominui poteſt, latè *Anchar.conſ.235.
Alexand.conſ.192.per totum, lib.7.Iaſ.
conſ.100.lib.4.Neguſ.de pignor.mẽb.1.
5.partis, Crauett. conſ.231.n.16.verſ.
vndecimo conſidero, iuncto n.19.Auend.
de exequend.mandat. Baeza de decima
tutor.c.2. num.169.* vbi quod interim;
quod expẽſi, ſiuè alterius crediti ratio
9 non recipitur, non poſſunt capitula ac-
cepti, quantumcunq; clara, liquida gua-
rẽtigia, & confeſſa exequutioni demã-
dari, cum ſint adeò in ſcriptura conne-
xa, vt nunquam præiudicet confeſſio
accepti, niſi videatur expenſum, quam
opin.veriorem, & tutiorem, *& in Pin-
tiano Hiſpanico Senatu* frequentiſſimè
deciſionibus comprobatam, reſolutis
contrarijs, optimè, & latè probat *Mun-
noz de Ratiocin. cap.21.ex num.12.* vbi

gene-

generaliter loquitur, & reſoluendo il-
10 lud vulg. axioma, quod de liquido ad
illiquidum non admittitur compenſa-
tio ex *l. fin. C. de compenſ.* in quo totum
fundamentum conſtituunt aduerſarij,
dicit, & quidem optimè, illum *text.* de-
11 bere intelligi, quãdo creditum, & de-
bitum deſcendunt ex diuerſis, & ſepa-
ratis ſtationibus, ſecus tamen eſſet, ſi
ex eodem contrãctu, & qui indiuiduã
connexam, & correſpectiuam cauſam
habet, deſcẽderet, vt ſumus in caſu no-
ſtro ex cauſa hæreditatis quond. Petri
Franciſci, ex qua credita, & debita etiã
tutelæ deſcendunt, & ex eodem con-
tractu tranſactionis, vbi iſta iam ſunt
etiam ex indiuiduo voluntatis contra-
hentium connexa, & vnita, arg. *l. grecè,*
§. *ſi quis*, *ff. de fideiuſſ.* Sed & aliter,
& ſecundo modo declaratur vulgaris
12 prædicta reg. de qua *in l. fin. C. de com-
penſ.* vt intelligatur in debito liquido
per teſtes, vel alias probationes, ſecus
in debito liquido per confeſſionem
partis, quia tunc etiam de liquido ad
illiquidum compenſatio admittitur, vt
per *Gloſſ in d. l. fin. verſ. coniuncta, &
in l. nemo ex his, ff. de regul. iur. Socin.
tract. regul. cap. 22. ver. compenſatio
Veronẽſ. cautel.* 83. licet his nõ ſit opus,
cum nos de reſeruatione, & retentione
agamus, non de compenſatione, *Medi-
ces d. tract. 2. part. quæſt. 24. num. 3. &
part. 1. quæſt. 13. num. 3. in fine, &* 4.
ſed & ſi in terminis compenſationis
verſaremur, compẽſatio admitti debe-
ret in præſenti caſu ſine dubio, etiã ad-
miſſa opin. *Canoniſt.* negatiua, ꝙ aduer-
13 sùs debitum iuramento firmatum, non
admittatur compenſatio, de qua in *c. ad
noſtram, de iureiurand.*

Primò, quia opin. *Canoniſt.* negatiua
declaratur procedere, quotieſcunque,
qui iurauit ſoluere creditori ſuo, ipſe
erat in alia manu creditor certus ſui
creditoris, & debita erant hincinde
prompta, & compenſabilia; tũc enim
videtur ſe obligaſſe ad non cõpensã-
14 dum, ſecus verò ſi ius opponẽdi ſuper-
ueniſſet poſt promiſſionem iuratam,
quia iuramentum debet intelligi, alio
non apparente, & rebus ſic ſtantibus,
& proinde iure debet admitti opin.
Bart. & aliorum affirmatiua *in l. am-
plius non peti, num. 8. ff. rem ratam ha-
beri,* vt poſt *Panor. & Tindar.* opinion.
cõtr. cõciliantes, reſoluit *Afflict. noſter
deciſ.* 381. *num. 3. verſ. & ad hoc bene
facit.*

15 Et quod ius compenſandi ſuperue-
niens poſt promiſſionem iuratam, pro-
ſit ad inducendam compenſationem,
poſt *Socin. Pariſ.* Anton. *Galleſ. & alios*
probat *Viuius tomo* 1. *opin. cap.* 115.
verſ. promittens ſoluere, & poſt *Cottam
modern. Vecon. Syluan. et alios,* latiſſimè
Oſaſch. deciſ. 92. *num.* 34. vbi *n.* 35.
dicit quod proinde Senatus ſequens
æquitatem, ſequendo *Bart.* opin. cen-
ſuit hoc caſu, capitula concernentia
compenſationem, quæ ſuperuenit poſt
iuramentum infrà breue tempus, etiam
ad probationem admittenda, non ob-
ſtante *d. l. fin. C. de compenſ.* cum paria
ſint eſſe liquida, vel de proximo liqui-
dãda, & ſequitur M*edices d. tract. part.*
1. *quæſt.* 25. *num.* 21. *cum ſequent.* & la-
tiſſimè meliùs omnibus *Guttierez de
iuram. confirm. part. 3. cap. 3. n. 7. verſ.
retenta igitur ſupradicta*, & cum myſte-
rio ponderant præd. DD. tunc excludi
ſolùm compenſationem, quando cre-
dita ſunt hincinde, tẽpore promiſſio-
nis iuratæ compenſabilia, & ſic prom-
pta, certa, & liquida, ſecus ſi ius com-
penſandi, vt *Guttierez* aduertenter lo-
quitur, ſuperueniat, quia etſi creditum
iurantis, ſiuè factum, ex quo creditum
dependet, præcedat, ſi tamen eo tem-
pore illius nõ habuerit diſtinctam no-
16 titiam, nec ſcripturas illum fundantes,
non dicitur pręcedere creditum hinc-
inde certum promptum, & compenſa-
bile, & proinde non videtur iuri com-
penſandi renunciatum, vt in præſenti
caſu certum eſt, D. Ducem tempore
tranſactionis non habuiſſe notitiam,
nec ipſi fuiſſe facultatem conceſſam
pſcrutandi libros, & ſcripturas, ex qui-
bus partitæ in ipſius beneficium colli-
gi

gi, & fundari poterat, & proinde ipſius creditum non erat tunc compenſabile, ſed ex poſt facto deuenerunt ad notitiam partitę ex libris poſteà viſis:& ne deficiat authoritas in puncto, quod ſi creditor non habebat, tunc temporis notitiam, quod admittenda ſit compenſatio, ex quo non interuenit requiſitum, quod credita dici poſſint hincinde compenſabilia,in ſpecie aduertit *Capyc.d.deciſ.*167.poſt *num.* 5. *in fin. verſ.tamen non habebant*

Secundò limitatur opinio *Canoniſt.* negatiua, vt admittatur compenſatio
17 etiã de debito illiquido aduersùs debi
18 tum iuratum, vbi proceditur,ſola facti veritate inſpecta, prout in patria Pedemõtium, vbi ex his duabus limitation. hanc opin. vſu rerum iudicatarum, admiſſam teſtatur *Oſaſch. d.dec.*92.*n.*35. *&* 36. poſt *Gratũ,Pariſ.& alios,* quos refert *Gabriel de iureiur.concl.*7.*n.*12. *verſ.quinto limita,*vnde cum hic,nedũ ex regni legibus, ſed ex particulari pacto in hac eadem tranſactione ſpecialiter inito, in hac cauſa,quæ ob id prius fuit compromiſſa in Conſ. Palatium, & deinde ob illius recuſationem,ad ſupremum Senatum Collateralẽ ex ſpeciali ordine S. Excellentiæ fuit aduocata, ſit ex bono, & ęquo,ac ſummariè procedendum, eò fortiùs compenſatio erit admittenda, cum concurrat du-
19 plex vinculum pacti cum diſpoſitione ſtatutorum, quo caſu fortiùs operantur.

Tertiò limitatur opin. negatiua, ſi
20 debitum, quod opponitur in vim cõpenſationis,pariter fuerit iuratum,tunc admittitur compenſatio,& ratio eſt,qa *Canoniſt.*loquuntur in compenſatione debiti non iurati aduersùs debitum iuratum, ſecus ſi pro vtroque debito ſit iuratum, vt aduertit *Viuius d.* 1.*tomo cap.*114.*ver. compenſatio, num.*3. ſequitur in ſpecie *Oſaſch. d. deciſ.*92.*poſt n.*35.*verſ.aliam etiam,*ſequitur *Medices d.tract.part.*1.*quæſt.*25. *num.* 26. *verſ.quarto, aut quod,Guttierez de iuramẽt.confirm. d.part.*3.*cap.*6.*in fin.*

Nec oberit ſi dicatur, non poſſe fieri compenſationem, cum credita nõ ſint
27 inuicem compenſabilia,ex quo compenſatio fit de quantitate ad quantitatem,non de ſpecie ad quantitatem, vel de ſpecie ad ſpeciem,vnde cum pecunia debita per Ducem ſtare debeat,ſubiecto vinculo maioratus erecti per Petrum Franciſcum, & creditum Ducis depẽdens ex ratibnibus tutelæ hæreditatis quond. Io. Ambroſij patris Ducis,pariter ſit ſubiectum vinculo fideicommiſſi,diſpoſitis per ipſum Ioan. Ambroſium Ducis parentem, non videtur poſſe admitti compenſationem.

Primò enim negatur,aliquod adeſſe fideicommiſſum, vel vinculum iniunctum in caſu,qui euenit,quod in dubio inductum non præſumitur, & ſententia eſſet neceſſaria, quæ id declararet, ſed etſi aliquod vinculum adeſſet, nõ ideo minùs partitę inuicem debitæ deſinerent conſiſtere in quantitate pecuniarum,quæ functionem recipere poſſent in genere ſuo,vt aduerſarius non benè negat. Nec agitur, vt obiecto compẽſationis omninò credita inuicem debita extinguantur in damnum vocatorum, ſed vt dumtaxat exequutio ad inſtãtiam Mariæ differatur, donec liquidentur partitæ in beneficium Ducis, vt ipſis declaratis, deinde res inuicem in tuto ponantur,prout iuſtum decernere viſum fuerit. Et tandem etſi mutua credita occaſione vinculi, ſi adeſſet, ex debitis in quantitate,conuerterentur in debita ſpeciei, vt pars effingit,adhuc cum verſemur in retẽtione, quæ oritur ex eodem fonte,non in cõ-
22 penſatione,retentio conceditur etiam inter ſpecies, ſiuè in ſpecialibus, *l. ſi in area,ff.de condict.indeb.* compẽſatio autem in quantitate, vel in genere, *l.ſi ſi conuenerit, ff.de pignor. action. Tindar.de compenſ.art.*6.*num.*46.*Medices eodem tract.part.*2.*cap.*28.*num.*5.*cart. mihi* 250.quam retentionem concedi,
23 etiam vbi per iuramentum, vel aliud impedimentum,excluditur compenſatio,docuerunt *Corn. conſ.*61. *verſ.nec refra-*

refragatur ſi quiſpiam, lib. 3. Socin. cōſ. 143. verſ. ſed poſito, quod ita eſſet lib. 1. Pariſ. cōſ. 100. n. 35. & ſeq. verſ. quæ retentio, lib. 2. Crauett. conſ. 148. verſic. modo ex iuribus, ita vt quocunque pars ſe vertat, compenſationem, aut retentionem interim excludere non valeat. ita ex tempore menſe Iunij 1616.

Fuit hæc controuerſia incluſa in transactione ſupra in præced. relata.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio eſt eiuſdem generis, cuius eſt regula.*

2 *Actus ſimul facti, dicuntur correſpectiui, & vnus, alterius contemplatione geſtas.*

3 *Mens contrahentium, & ſenſus contractus, colligitur ex toto contextu conuictionis ſimul vnito.*

4 *Clauſulæ, & pacta in medio poſita, ex ſuperioribus, & inferioribus, declarantur.*

5 *Actio cenſetur propoſita, cum ſua exceptione, & cauſa illi cohærenti.*

6 *Exceptio æquè priuilegiata cenſetur, ſicut actio, quando ſimul eum actione oritur.*

7 *Articuli iuris controuerſi, in præſenti cauſa proponuntur.*

8 *Inſtrumentum ſtipulatum inter partes pro exequutione præcedentis tractatus, & conuentionis, dicitur idem contractus, quamuis addantur clauſulæ, quæ ſolēt apponi de Stylo Notariorū.*

9 *Tranſactionis vis, atque effectus regulatur à ſpecifica enumeratione litiū & cauſarum facta in principio contractus, & n. 11.*

10 *Procœmium declarat cauſam finalem, & mentem contrahentium.*

11 *Verba quæcunque generalia, vniuerſalia, et geminata tranſactionis, reſtringuntur ad ſpecificata, & n. 17.*

12 *Quietatio, ſiuè liberatio facta ex vna cauſa, nō porrigitur ad nouas ſpecies, præſertim de nouo repertas, & non comprehenſas in libris rationum, & num. 15. & 19.*

13 L. ſi de certa, C. de tranſact. *procedit, nedum in tranſaction., ſed in pacto, & conuentione de communi ſententia.*

14 *Clauſula, quæ ſolet adijci à Notarijs* deueniſſe partes ad tranſactionem conuentionem, & pactum, *ad maiorem cautelam eſt inuenta.*

15 *Dictum, ſeù clauſula generalis, reſtringitur per rationem, finem, & cauſam.*

16 *Dictio* ò altro *in materia quietationis, & remiſſionis reſtringitur.*

17 *Liberatio, & quietatio, vt ſit generalis, & vniuerſalis, & omnia comprehendat, quibus ſit concipienda verbis, & num. 18.*

20 *Tranſactio generalis cum generaliſſima liberatione, etiam ſi ratio recti ſermonis non patiatur, adhuc eſt reſtringenda, ne menti contrahentium contradicat, & num. 21.*

22 *Quietatio, ſiuè liberatio generalis non comprehendit reſtitutionem reliquorum; etiam ſi adminiſtrator liberetur ab actione tutelæ, num. 23.*

24 *Clauſulæ in inſtrumentis quietationū, remiſſionum, et renunciationum, cenſentur appoſitæ de ſtylo Notariorum.*

25 *Renunciationes, ſiuè remiſſiones ſunt reſtringendæ, & illa eſt ſumenda interpretatio, qua remiſſionis præſumptio euitetur, & potiùs error, & fatuitas, quàm remiſſio, præſumenda.*

26 *Clauſulæ renunciationum minus nocēt, cùm apponuntur poſt procemium, & præfationes; imò tunc cenſentur adiectæ contra voluntatem contrahentium.*

27 *Clauſulæ huiuſmodi non obſunt, niſi probētur ſcienter, & conſultò adiectæ in renunciatione.*

28 *Clauſulæ prædictæ, quatenus ſit verum, cenſeri adiectas de mente contrahentium, reſtringuntur in his, quæ pertinent ad exequutionem, firmitatē, & declarationem, ſecus in his, quæ diſponunt, vel nouum effectum producunt.*

29 *Clauſula non adiecta in protocollo, non poteſt per Notarium deſcribi in inſtrumento extenſo.*

30 *Clauſula non appoſita in primo inſtrumento, deſcripta tamen in poſteriori, eodem cum primo; cenſetur contra mentem contrahentium.*

31 *Clauſula acceptilationis, videtur potiùs appoſita ad ſolemnizandum actum, quàm quod verum ſit, quod in illa continetur.*

32 *Tranſactionis cauſa ceſſante, ceſſat tranſactio.*

33 *Ratio eadem, omnes caſus complectitur.*

34 *Reſeruatio, nè reddatur inutilis, omnem caſum comprehendit.*

35 *Clauſula in calce orationis poſita, ad proximiora reſtringitur, nè ſit inutilis.*

ꝯ9 *Bona, & iura propria competentia iure dominij, non includuntur in generali renunciatione, quietatione, & remiſſione.*

37 *Actione remiſſa, vtrum cenſeatur facta liberatio, etiam à doloſe geſtis, & num. 43.*

38 *Liberatio, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate non comprehendit dolum præteritum, vbi liberans eſt in damno, et quid in dolo præſumpto, num. 40.*

39 *Remiſſio quælibet, etſi generalis, debet reſtringi, vt ciuilem, et iuſtum recipiat intellectum, et dolus excludatur.*

41 *Dolus futurus, neque in ſpecie, expreſſis verbis, remitti poteſt.*

42 *Actione tutelæ remiſſa, quando reliqua remiſſa videantur, probatur generaliter opinio negatiua.*

44 *Verba dubia contra ſtipulantem, vt minus obligent promiſſorem.*

45 *Læſio inſurgens ex tranſactione, facit, vt illa interpretetur in fauorem læſi.*

46 *Tranſactio, ſiuè rationum redditio, non viſis libris, eſt nulla, præſertim cum ad libros ſe remiſerint tranſigentes, et ex libris poteſt apparere veritas.*

47 *Aequitas, et veritas, potiſſimè in Principis Supremi Conſiſtorio, attendi debent.*

A R G V M E N T V M.

In eadem controuerſia coràm Supremo Collaterali Conſilio, de vero ſenſu, & intelligentia tranſactionis, & liberationis, deſumēda ex tractatu, & conuētione p̄cedēti, poti⁹ quā ex clauſulis adiectis in inſtrumēto celebrato in exequutionē primi cōtractus, & ex integro cōtextu ipſius ſimul iūcto, & de intellectu, & vigore clauſularum, tranſactionum, liberationum, de remiſſione actionis, & ſimilium, quando cenſeantur adiectæ de ſtylo, præter, aut contra voluntatem contrahentium, & quando ex earum mente conſultò, & deliberatè, & quomodo id dignoſcatur, & quanti, quoad effectū interſit inter vtrūq; caſum. Quando cenſeantur remiſſa reliqua, & dolus præteritus, vel præſumptus cum futurus nec remitti poſſit, & alia plura ad intelligētiam contractuum, & clauſularum.

Pro eodem Dom. Duce Cardinalis, Satriani Principe.

CONTROVERSIA XXXXII.

DVos articulos proponit Dom. Maria Rauaſcheria in ſua exceptione. Primò, quietationem, ſiuè liberationē in tranſactione contentam fuiſſe generaliſſimam, & ob id comprehendere omnes, & quaſcunque ſummas, & partitas, etiam extrà cauſam adminiſtrationis tutelæ; ſecundo reſeruationem, in beneficium Ducis adiectam, continere dumtaxat partitas exactas ab anno 1611. & in libris non deſcriptas, non autem exactas ante annū p̄dictum, quas cōtendit indiſtinctè fuiſſe remiſſas; quamuis non fuerint *in libris* deſcriptæ.

Primus

Primus autem articulus, tam longo
verborum, & motiuorũ apparatu exa-
geratus, parùm, aut nihil facit ad cau-
ſam: ſiquidem parùm refert diſputare,
an aſſerta quietatio comprehẽdat om-
nes, & quaſcunque cauſas, & partitas,
etiam non pertinentes ad ſucceſſionẽ,
& tutelæ adminiſtrationem, ſed alias
quaſcunque res, etiam diuerſas, quan-
doquidem, & ſi hoc verum eſſet (cuius
contrarium mox probabimus;) adhuc
tamen reſeruatio in medio contextus
capituli, adiecta, q̃ quietationi ineſt,
& omnia in dicto capitulo contenta,
informat, declarat, & reſtringit, ex in-
diuiduo voluntatis, pariter Duci reſer-
uaſſet omnia, etiam extra cauſam ad-
1 miniſtrationis, cum exceptio ſit eiuſdẽ
generis, cuius eſt regula *l. 1. §. ſed exci-
piuntur, ff. de ferijs, Iſern.* in terminis,
reſeruationis, *in cap. 1. poſt num. 5. qui
ſucceſſ. teneant. Crauett. conſ. 214. n. 7.
Reg. de Ponte conſ. 15. num. 7. & 8.
Euerard. loco ab exceptione ad regul.
n. 9. & 10.* non enim aliter Dux quie-
2 taſſet, niſi reſeruaſſet, & è contra, vt ex
regula *l. petens 27. C. de pactis*, & alijs,
latè exornat regulam correſpectiuita-
tis *D. de Francb. dec. 369.* ex toto enim
3 contextu capituli vnito, & ſimul iun-
cto, colligitur illius ſenſus, & interpre-
tatio, qualis mens fuerit *l. Mæuia 44. ff.
de manum. teſtamen. Mantic. de coniect.
lib. 6. tit. 13. num. 1.* vbi inquit, quod
4 quæ ſunt in medio, ex ſuperioribus, &
inferioribus declarantur, *Surd. deciſ.
202. num. 15. Caſanate conſ. 45. n. 27.*
5 & proponendo Maria ſuam actionem,
cenſetur illam proponere cum omni
ſua cauſa, & conſequenter, cum exce-
ptione ad Ducem ſpectante, quæ ineſt
ipſi obligationi *Bald. in l. lecta 40. n. 21.
ff. ſi cert. petat. Iaſon in §. actionum, n.
6 128. de actionib.* cẽſetur enim hæc ex-
ceptio non minus priuilegiata, quàm
actio, quæ ſimul oritur, etiam ſi quis
promiſerit ſoluere, omni exceptione
remota; non enim dicitur excipiens
venire contra inſtrumentum, ſed illius
virtute, dicitur facere contradictionem
Auend. Camer. Parlad. & alij relati *per
Ceuagl. tract. commun. contra commu-
nes, cap. 536. num. 49.* latiſſimè *Carol.
de Graſſ. de except. cap. 13.* Vnde
omiſſis iuris articulis parùm pertinen-
tibus, & propoſitis, vt veritatem obũ-
braret, & Ducis iuſtitiam inutilibus al-
legationibus inuolueret. Duo tantùm
7 denuò proponuntur articuli, pro deci-
ſione puncti generalis ab initio propo-
ſiti, quos nunc à leuiſſimis obiectis de-
fendimus.

Primus erit articulus, quod etiam ſi
facta fuiſſet principaliter per Ducem
quietatio generalis adminiſtrationis
tutelæ; non includeret tamen remiſſio-
nem petitionis reliquorum, nec etiam
remiſſionem partitarum in libris non
deſcriptarum.

Secundus, eſtò quod eſſet facta ge-
neralis quietatio, ſub tali forma, quæ
includeret etiam reliquorum reſtitu-
tionem, (quod planè negamus), ad-
huc tamen reſeruationem in medio
contextus capituli adiectam, reſeruaſſe
Duci omnes partitas ad eum ſpectan-
tes, ideſt quæ vtcunque ex iuris diſpo-
ſitione ad eum ſpectant, nõ deſcriptas
in creditum Ducis à prædicto anno
1611. incluſiuè.

Hinc tertiò ex abundanti, licet non
neceſſarium ad cauſę victoriam, ſed ne
videamur quid erroneũ fateri, proba-
bimus, quietationẽ de qua agitur, nullo
modo includere partitas, Duci debitas
extra cauſam tutelæ, ſed ad ipſas dum-
taxat reſtringi.

Et vt incipiamus ab hoc vltimo iux-
tà ordinem partis. Præmitto noſtram
tranſactionem vnicam fuiſſe tractatam,
concluſam, & vndique in ſubſtantia
conuentorum inter partes perfectam,
& ſtipulatam ſub die 8. Septembris
1613. vbi verè quid ſenſerint, & vo-
luerint partes, clarè demonſtratur. Et
8 inſtrumentũ poſteà ſtipulatum ſub die
26. Octobris in forma pleniori, non
fuit diuerſus contractus, cum nihil pe-
nitus fuerit additum, nec immutata
quidem ſyllaba in ſubſtantia; quamuis

Notarius inter capita cōuentionis per
eadē verba formalia in primo conten-
ta,in hoc poſteriori inſtrumento, in la-
tinum ſermonem conuerſa, inſeruerit
clauſulas quaſdam,de ſtylo, & conſue-
tudine Notariorum apponi ſolitas, ad-
notata *in vulg. l.conficiuntur* 8. *ff. de iure codicill.& in fin.* latiùs.

In hoc autem primo contractu, qui
veram, & originalem continet tranſa-
ctionis ſubſtantiam, ex eius proœmio
apparet de expreſſa voluntate contra-
hentium,nihil aliud ſenſiſſe partes,niſi
principaliter tranſigere ſuper lite, iam
deducta in S. C. ſuper ſucceſſione hæ-
reditatis communis patrui, & inciden-
ter ſuper adminiſtratione,ſcilic. tutelæ
facta per defunctum,bonorum Ducis,
expreſsè partes ſe reſtringendo ex re-
latione ad acta, ibi, *vt ex proceſſu, & actis quibus &c.* & ex ſpeciali alterius
futuræ litis adminiſtrationis, ſcilic. ex-
preſſione,in primo capitulo in fine,ibi,
& anco alla pretenſione, &c. Ex qua
litium, & controuerſiarum ſpeciali
enumeratione in proœmio tranſactio-
nis facta, manifeſtè patet, nihil aliud
fuiſſe tractatum, nec cogitatum,& om-
9 nia, quæ ſubſequūtur à ſpecifica aſſer-
tione in proœmio, ſiuè præfatione,fa-
cta,reſtringi,& modificari debent,quo
caſu propriè locum eſſe deciſioni *l. ſi de certa* 31.*C.de tranſact.*docuit *Natta conſ.*546.*num.* 16. *in fin.&* 17. quod
10 & generale eſt, vt ex proœmio, cauſa
finalis,rei veritas,ipſaque mens, & in-
tentio contrahentium clarè dignoſca-
tur, vt latè explicat *Molina de primogen.lib.* 1.*cap.* 5.*num.* 1. & hoc parſmet
fatetur,dum in fin. ſecundi motiui,cir-
ca primum articulum, concedit fieri
reſtitutionem, quando per conuentio-
nem diſceditur à lite, & cauſis ſpecifi-
catis,citans *Eugen. conſ.* 13. licet con-
tra expreſſa verba noſtræ tranſactio-
nis, contendat, id non poſſe applicari
ad caſum noſtrum, in quo miſerè labi-
tur,& conuincitur ab *eod. Eugen.*quem
citat,qui in puncto *num.*30. 32. *in fin.* & poſt *num.*33. probat de mente om-
11 nium, vt cum initio tranſactionis ex-
primūtur certæ lites, quæcunque ver-
ba generalia ſubſequentia, quinimò,
quæuis vniuerſalitas, & geminata ver-
borum adiectio, puta, *& alia quacunq; cauſa,& de omnibus, vſque in præſentē diem, &c.* adhuc reſtringitur ad ſpeci-
ficata,& ſic cum duæ eſsēt cauſæ,ſcilic.
adminiſtrationis tutelæ, ac etiam de
exactis per Dominum Petrum Franci-
ſcum, vti procuratorem Ioannis Am-
12 broſij patris, quietatio facta à Duce
ratione adminiſtrationis, reſtringitur
ad cauſam tutelæ tantùm, & non ad
alias cauſas,& nouas ſpecies;pręſertim
de nouo repertas, non deductas, nec
comprehenſas in libris rationum, de
qbus ſpecialiter actū nō fuit *tex. clar. in l.emptor* 48. §.*Lucius*, vbi *DD. et in l.tres fratres* 35.*in gloſſ.in verſ.poſſe,ff. de pact. vbi* Angel. dat cautelā *Bald.in l.ſub prætextu* 19.*n.*12. *C. de tranſact. Crauett.conſ.*221.*num.*8.*Maſcard.de probat.cap.*1253.*num.*41. cui ſolidiſſi-
mæ concluſioni non obſtat, quod pri-
mò obijcitur, quod diſpoſitio *l. ſi de*
13 *certa* procedat in tranſactione, ſecus
in pacto, & conuentione, iuxtà opin.
Gloſſ.in d.l.ēptor,§.*Lucius,ff.de pactis*;
ſiquidem, vt ex hoc primo dignoſca-
tur leuitas ſequentium obiectorum,
communis, & recepta opinio eſt con-
tra Gloſſ. vt deciſio *l.ſi de certa*, proce-
dat,tàm in trāſactione, quàm in pacto,
& conuentione, vt eadē fiat reſtrictio,
quod ex *Gulielm. Tigrino, Cyno,Bart. Bald.Salyc.Caſtr. Alexand. Iaſon.Curt. iun.*& alijs,probat *Surd.deciſ.*217.*n.*6.
& inter commun. contra *Gloſſ.* ad ſcri-
pſit *Gabriel.tit.de regul.iuris concluſ.*4.
*num.*28. *Padill. videndus in d.l.ſi de certa,*Menoch.*de præſumpt.lib.*4.*c.*164.
num. 12.*in fin.* Morot *reſponſ.*59.*n.*1.
Vrſill. corrigens *Afflict.* perſunctoriè
aliud dicentem *deciſ.* 285. *n.*9. *Eſcob. de ratiocin. cap.*40. *num.*24. *in fin.* &
14 dum ſubijcit, ideò, Notarios ſolere
adijcere *deueniſſe partes ad infraſcriptam tranſactionem, conuentionem, & pactum*,vt ex hoc tranſactio,& pactum,

non

non reſtringatur, citans ad hoc in ſpecie *Afflict.* omninò videndum *deciſion. 319. num. 6.* qui in dicto numero, & in tota *deciſ.* tale quid dicere non cogitauit, nec poſſet id dicere cum ſit contra terminos: vbi enim conſtat, partes voluiſſe tranſigere, non attenditur, quod illæ, alium imponant nomen contractui, quia præualet veritas, & ſubſtantia, *l. inſulam 6. ff. de præſcript. verbis, & toto tit. plus val. quod agitur*, & maximè quando illud adijcitur ex ſtylo Notariorum, & ad *deciſ. Afflict.* in principali puncto infrà reſpondebimus. Præterea, quod Notarij vtantur hac cautela ad maiorem cautelam, ad euitandum opinionum varietatem, non ex hoc infertur neceſſariò, aliud eſſe de iure.

Secundò obijcitur, quod in prima ſcriptura continetur generaliſſima quietatio in illis verbis *per ragione dell'adminiſtratione, ò altro* longè diſcurrēdo ſup efficacia hui⁹ dictionis *ò altro* inferens, verba huiuſmodi eſſe talia, quæ, ſalua ratione recti ſermonis, ad ſpecificata reſtringi non poſſunt.

Et quod in ſecundo inſtrumento latiùs extenſo, adſint verba pleniora in clauſulis exequutiuis, ibi *ceſſerunt litibus quomodocunque, & qualitercunque ex cauſis cognitis, vel incognitis, &c.* quo caſu contendit, omnia includi ex dicto *Panorm. in cap. 1. de trāſact. cum ſimil.* Sed hæc non obſiſtunt in facto, & minus in iure: in facto enim clarè patet, verba prædicta, adiecta in principio *6.* cap. originalis tranſactionis, nullam continere quietationem adminiſtrationis tutelæ, nec ad eam referri poſſe, q̃ inferiùs ſubijcitur, & ſic aliud iſta verba operari non poſſunt; ſiqui-
15 dem dictum generale limitatur, & reſtringitur per rationem, finem, & cauſā dicti, vt in puncto quietationis, & remiſſionis, docuit *Angel. in l. obligatione, 6. nu. 5. ff. de pignor. Natta conſ. 546. num. 12. Crauett. Rimin. Pariſ. & alij* relati *à Surd. conſ. 431. num. 13. & 14.* vbi id generaliter probat in qualibet diſpoſitione; quietatio autem poſteà ſubijcitur in vltimis verbis *d. cap. 6.* ibi, *& da detto anno 1611. in dietro, &c.* præuia prius reſeruatione, in medio poſita; vnde patet, verba præcedentia ad alium diuerſum finem, quàm quietationis, adiecta fuiſſe: in iure autem
16 non eſt verum, dictionem hanc *ò altro* in materia iſta quietationis, & remiſſionis, quam conſtat eſſe ſtrictiſſimè interpretandam, & coanguſtandam, non poſſe reſtringi, ſalua ratione recti ſermonis, ad ſpecificata; ſiquidem cōtrariū in pūcto de iſta dictione *ò altro* docuit *Oldràd. conſ. 297. num. 5. Roman. conſ. 92. num. 2.* vbi plenè *addent. & conſ. 31. num. 1. Honded.* latè *conſ. 49. num. 11. lib. 2. Panorm. Berous, Ruyn. Natta, Socin. iun. & Rimin.* relati *per Surd. d. dec. 217. n. 4. et 5.* qui *in fine* dicit ita iudicatum, concludens, verborum vniuerſalitatem non ſufficere, vbi certa cauſa eſt expreſſa, & Surdū loqui in hoc meliùs de mundo, teſtis eſt *Eſcobar de ratiocin. cap. 40. n. 22. & 24.* nec *Natta* voluit contrarium *cōſ. 546.* quia *Oldrad.* ſequitur *nu. 18. licet n. 19.*
17 limitet, vbi in liberatione nulla præcedit ſpecierum enumeratio, vel aliter appareret de mente partium, vt quia ſit facta liberatio ab omni cauſa, quæ dici, vel excogitari poſſit, & quod ſit generalis & generaliſſima, vel ſi cum dictione, *vel alia* adijciatur dictio vniuerſalis, videlicet *à quacunque ratione alia, vel cauſa*, in quo, licet aliud voluerint præd. *DD. à Surdo* citati poſt *Oldrad.* & cum illis *Eugen. d. conſ. 13.* tamen nobis non obſtat opinio *Nattæ*, cum in præſenti caſu non adſint verba, nec factum prædictum; cuius tranſa-
18 ctionis, & quietationis generalis forma, quæ ſalua ratione recti ſermonis, ad ſpecificata reſtringi non poſſit, eſt, vel cum ſit, nulla præcedēte ſpecierum enumeratione, ad q̃ magis referri poſſit, quàm ad alias, vel cum, occaſione, etiā certæ rei, additur generalis quietatio, verbis vniuerſalibus, & geminatis cōcepta, de omnibus, q̃ inter partes

acta, & geſta fuerunt vſque in illum diem, & quouis modo, & ex quacunq; cauſa, quod non negamus ficti poſſe, ſed in præſẽti facta nõ fuit, vt pro cautela, ſcripſit *Ang. in l. tres fratres 36. ff. de pactis*, tunc .n. velut vniuerſaliſſima, nulla tamẽ ſubſiſtẽte, reſtringẽdi, ratione, reſtringi nõ debet, & in his terminis loquũtur quotquot DD. ex aduerſo citãtur, vt bene explicat *Morot. reſponſ. 43. ex num. 18. et Crauett. conſ. 294. incip. verba tranſactionis, per totũ*, & ita loquitur expreſsè caſus *deciſ. Aſflict. 319* vt patet in principio, vbi nulla facta mentione litium, occaſione diuiſionis, promiſſa fuit generaliſſima quietatio de omnibus debitis, à totis retroactis temporibus vſq; in præſentẽ diem, quod pluries repetit, & ponderat *n. 2. & ante n. 3.* ſic etiam procedit *Conſult. Valaſchi 39.* alioquin his cir-
19 cumſcriptis, quietatio, tametſi generalis, nũquam porrigitur ad ſpecies in rationibus non comprehenſas, vel de nouo repertas, vt, re plenè diſcuſſa, firmat *Eſcobar d. tract. cap. 40. nu. 22. Maſcard. concluſ. 1258. in fin.* quem vnum pro omnibus citaſſe ſufficiat, &
20 quod adhuc tranſactio generalis, cum liberatione generali, & generaliſſima, tàm de cauſa cognita, quã penitus incognita, & pro omni eo, & toto, quod conſequi poſſit in bonis, & hæreditate Titij, nedum ex cauſis expreſſis, ſed ex quacunque cauſa, quod adhuc reſtringatur ad ſpecificata, & ſic ad contractũ ſuper quo interponitur, etiam vbi ratio recti ſermonis huiuſmodi reſtrictionem pati minimè videatur, vt menti contrahentium non contradicat, rogo videri ſolemne *conſil. Ioan. Bottæ 62. num. 5. & 18. cum ſequentibus*, vbi docet ex mente omniũ, ita intelligẽdã eſſe hãc materiã: Ideq; affirmarũt plures graues DD. ex mente *Iacob. de Aret. Angel. & Curt. ſen.* aſſeuerantes
21 quietationem generalem, reſtringi ad ſpecificata, etiam vbi ratio recti ſermonis ſaluari non poteſt, *Eugen. d. conſ. 13. num. 32. Surd. d. conſ. 431. num. 74.*

Prætereà dicimus, quod etiam ſi reſtrictio fieri non poſſet, adhuc ſub genera-
22 li quietatione, & liberatione, non cõprehenderetur reſtitutio reliquorũ *l. ſi quis rationes* 10 *l. Aurelius* 29. *§. Mæuia, ff. de liberat. legat.* diſpungenda erat enim ratio partitarum expenſi, & accepti in adminiſtratione tutelæ; nec non ſupererat ſolutio reliquorum, quæ plura continet, de quibus *l. cũ ſeruus* 81. *ff. de condit. & demonſtrat.* & latè proſequitur *Eſcobar de ratiocin. cap. 2. n. 5. & cap 10. num. 58. & 59. in fin.* quo caſu, facta quietatione, non includitur ſolutio reliquorum *Couarr. lib. 2. var. reſol. c. 14. Menoch. lib. 4. de præſump. c. 164. num. 27. verſic. quartus eſt caſus, Conſil. de Anxa, conſ. 115. num. 25. Guttier. de tutelis, part. 3. cap. 1. num. 32. Montan. eod. tract. cap. 38. n. 36.* etiamſi adminiſtrator liberetur in contractu ab
23 ipſa actione tutelæ, latiſſimè *Eſcobar de ratiocin. cap. 5. num. 12. 18. & 20.* & potiſſimè quietatio generalis non extenditur ad partitas in libro non deſcriptas, *Card. Pariſ. conſ. 9. lib. 1. Roland. conſ. 49. num. 35. lib. 1. Farinac. conſ. ciuili 96. in princip.*

Non obeſt ſecundò clauſula adiecta in poſteriori inſtrumento, vbi Notarius addidit quædam ampliora verba in clauſulis ordinarijs, quas inſeruit inter capitula: licet enim prędicta clauſula non ſit in forma vniuerſalis quietationis ſupra relatæ; attamen, & ſi eſſet huiuſmodi, non obeſſet, & omiſſa diſcuſſione, an generaliter ſit habenda ratio clauſularum, quæ ſolent adijci de ſtylo Notariorum, in terminis quietationis, remiſſionis, & renunciationis,
24 cenſeri clauſulas appoſitas de conſuetudine ſine vlla cognitione, & ideo nõ obeſſe, in puncto *Bald. Angel. Card. Florent. Tiraq. & Becius* quos probat *Eugen. d. conſ. 13. n. 42. Gailius* vidẽdus *lib. 2. cap. 77. num. 5. & 6.* reddens ra-
25 tionem, quod hæ renunciationes ſunt reſtringendæ, *Surd. d. conſ. 431. in fin.* & quia ſemper illa eſt faciẽda interpretatio, vt euitetur remiſſionis præſũptio,

ptio,& quod potius præſumatur error, vel fatuitas,etiam in facto proprio, quã remiſſio, & renunciatio,vt latiſſimè authores congerit *Guttierez* vidẽdus *de tutelis,part.3.cap.20.ex num.7. Surd. d.conſ.*431.& magis in ſpecie,tunc hu-
26 iuſmodi clauſulam adiectam cenſeri de ſtylo, quinimò contra voluntatem contrahentium,cùm talis clauſula non deſcribitur in præfationibus, ſed inferiùs, quo caſu minùs nocere renunciãti,conſiderauit in puncto *Eſcobar de ratiocin. cap.*28. *num.*43. & 44. Et
27 proinde probari debere ſcienter, & deliberato animo, atq; cõſilio, verba eiuſmodi in renũciatione adiecta fuiſſe,obſeruãt *Baeza de Decim. tutor. c.*18. *num.*21.*in fin.* Guttierez de tutel.part. 3.cap.20.num.6. & 13.in fin.

Tertiò, opinio illorum,qui dixerũt,
28 clauſulas huiuſmodi cẽſeri appoſitas de voluntate contrahentium,reſtringitur procedere in his dumtaxat,quæ reſpiciunt exequutionem, vel clariorem elucidationem, nõ autem in illis, quæ diſpoſitionem, vel nouum effectum producerent, qui alias non venirent; ita in terminis *addit.ad Alexand. conſ.*28. *num.*4.*lib.*2.vbi dicit iudicatum,clau-
29 ſulam non adiectam in protocollo, no potuiſſe notarium in extenſo adijcere,quã rogo reuideri, q͂a ſatis ad ꝓpoſitum,&ex eo,quod in primo inſtru-
30 mento nõ legatur, cenſeri clauſulam in ſecundo,quod eſt idem cum primo, adiectam, contra mentem contrahentium: melius omnibus tradit *Bart.* in terminis, licèt pauci aduertãt *in l. Aurelio* 21.§.*Caius,num.*11. *verſ.ratio eſt, ff.de liberatione legata*, vbi dicit,quod
31 clauſula acceptilationis videatur potius appoſita ad ſolemnizãdum actum, quàm id,quod in illa cõtinetur,verum ſit,alios citat *Tiraquell.de conſtituto,limit.* 31.*num.*14. *Couarr. de teſtament. part.*2.*num.*14.*Gabriel lib.*6. *de cõſuetudin. cap.*4.*num.*5. *Alciat.in l.*1. §.*ſi quis ita,num.*12.*de verbor.obligat.*

Nec obſtat, quod addit aduerſaria, quietationem eſſe generaliter intelligendam,ex quo reciproca;ſiquidem, ſicuti Dux quietauit Mariam, ita & è contra, Maria remiſit Duci redditionẽ computorum tutelæ ipſius Mariæ, geſtæ per Ducis genitorem: dicimus .n. tantum abeſſe, Mariam non probare fuiſſe ſub tutela patris ipſius Ducis, vt in promptu pateat,tutricem Mariæ, & Caroli fratris, fuiſſe Victoriam Spinolam,nõ alium,vnde ex hoc ſequitur, vt cum hæc reciproca remiſſio, artificio aduerſariæ fuerit callidè adiecta, vt faciliùs Ducẽ induceret ad remittẽdum, nunc comperta veritate, veluti tranſa-
32 ctionis cauſa ceſſante, dolo partis,ceſſare debet tranſactionis, & remiſſionis effectus, cum aliter fortè Dux non remiſiſſet,*Teſſaur.deciſ.*174. *Tiraquell. de ceſſante cauſa, verbo, tranſactionis cauſa ceſſante, Eſcobar d. tract. de ratioc.cap.*40.& 41.

Quoad ſecundum articulum principalem, quod reſeruatio expreſſa pro Duce, comprehendat omnes partitas exactas toto tempore tutelæ,nõ deſcriptas in libris ab anno 1611. citrà, qui partis intentionem omninò excludit, non repeto dicta in prioribus ſcriptis, vbi latè fundauimus, illam clauſulam adiectam in fine reſeruationis *dal detto anno* 1611. *in qua incluſiuè*, ex pluribus, & præſertim ex rationis diuerſitate, inter tempus exactionis,& deſcriptionis in creditum, omninò referẽda eſſe ad proxima verba tantùm,ideſt ad deſcriptionem, non ad exactionem: & nũc addimus,Ducem voluiſſe reſeruare partitas ſibi debitas, & ad eum ſpectantes, ibi *dalle mie entrate à me ſpettanti*,vnde cum certum ſit,omnes par-
33 titas pari ratione ſpectare ad patrimonium Ducis, ſiuè antea, ſiuè poſt tempus anni 1611.exactas,pari modo omnes cenſeri debent in reſeruatione incluſæ,*argumento l. his ſolis C. de reuoc. donat. eum concord. per Euerard. in Topica, à ratione,legis larga, & generali*, & alijs infinitis *à Tiraquell. de ceſſante cauſa.part.*1.*num.*134.*& ſequent.*prętereà, in quo verificari poſſent partitæ

exactæ

Digitized by Google

exactæ poſt annum 1611. ſi nullæ penitus adſunt? nec ex aduerſo demonſtrari poteſt, aliquid fuiſſe exactū poſt dictum tempus, ſed benè antea, vnde,
34 ne reſeruatio reddatur inutilis, & eluſoria, quinimò captioſa, neceſſariò ad partitas antea exactas, potiſſimè reſeruatio eſt referenda, *Bart. in l. quintus la ſeconda*, §. 1. *num.* 3. *ff. de aur. & arg. legato, & in l. pediculis* 34. §. *item cū, ff. eod. tit. & in l. cum ſenatus* 21. *n.* 3. *ff. de reb. dub. Cardinalis* Mantic. *de coniect. vltim. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 10. 13. *&* 17. &
35 clauſula in calce orationis poſita, tametſi aliàs ad omnia eſſet trahenda, attamen ad proximiora reſtringi debet, nè verbum aliquod ſine virtute operandi remaneat in dicta oratione, tam ex propoſito, & conſultò adiecta, concernente ſubſtantiam, & neruum totius conuētionis, argumento *l. ſi quãdo, ff. de leg.* 1.

Nec obſtat, quod in ſeptimo capitulo tranſactionis fuerit reſeruata partita pretij domus venditæ Duci Caſacalēdæ pro ducatis decem mille in regione Sedilis Nidi, ergo ex hac exceptione reſeruatiua partitæ exactę ante annum 1611. reliquæ cēſentur remiſſæ ex natura exceptionis; ſed faciliter diluitur obiectum; ſiquidem nullum argumentum colligi poteſt ex cōuentis in *d. cap.* nam dicta partita, diuerſam omninò habet naturam ab his, quæ dicta ſunt *in cap.* 6. illa enim non erat exigenda, nec vt talis deſcribenda, quoniam pro ea erat Duci ſatisfactum ex venditione tot annuorum introituum facta per Dom. Petrum Frāciſcum, vti extraneum, proprio nomine, ipſi Duci, & ſic non poterat includi in redditione computorum, in
36 quietatione, & reſeruatione, vti res propria Ducis, & per eum poſſeſſa iure dominij, quæ nunquam comprehenditur in quauis generali quietatione, *l. Aurelius*, §. *Mæuia, ff. de liberat. legat. Couarr. d. c.* 14. *n.* 1. *per totū Gabriel conſ.* 146. *num.* 19. *lib.* 1. *Caphal. conſ.* 575. *n.* 1. *in* 4. & partes *in d. c.* 7. cōpromiſerūt dūtaxat modū cōtrapoſitionis, idcirco ex diuerſis nulla poteſt fieri illatio, *l. Papin. exuli* 21. *ff. de minor.* prætera vnico obiecto, ab inſigni viro (vt ipſa ait) excogitato, reſpōderet, ꝙ liberatio non extendatur ad partitas exactas, & in libris non deſcriptas, quia ex hoc videtur fuiſſe in dolo, & liberatio, quamuis ampla, non extenditur ad doloſè geſta. Reſpondet ipſa primò id procedere in ſimplici liberatione; ſecus verò, cum eſt re-
37 miſſa actio, quia actione remiſſa, veniunt etiam doloſè geſta, quod procedit, tàm ſi id fiat inter viuos, quàm in vltima voluntate, prætendens in caſu præſenti per argumenta, actionem fuiſſe remiſſam. Secundò diſtinguit inter liberationem in vltima voluntate, quæ reſpicit dolum futurum, & liberationē in contractu doli præteriti, vt primo caſu in dubio non cenſeatur remiſſus, ne detur occaſio delinquendi, ſecūdo verò remiſſus cēſeatur, q̃a remitti poteſt.

Sed in hoc loquitur pars de more contra comm. & receptas DD. opin. ſiquidem, pars ſe fundat *in Gloſſ. l. actione* 4. *in gloſſ. vlt. in fin. C. de tranſact.* & tamen noluit allegare *Bart.* qui illā *Gloſſ.* declarat *in l. Aurelio* 21. §. *Caius, n.* 6. *ff. de liberat. legat.* qui indiſtinctè
38 concludit, tàm in liberatione inter viuos, quàm in vltima voluntate, nullo modo cēſeri dolum præteritum remiſſum, ſi penes illum, qui commiſit, aliquid adeſt, & dolum paſſo abeſt, & ita inquit *Bart.* intelligo *Gloſſ. in l. actione, C. de tranſact.* & concludit, nullo modo cenſeri remiſſum dolum, etiam præteritum, niſi expreſsè ſit facta mētio doli, & reliquorum, tunc enim in dolo præterito, & reliquis præteritis ſufficeret ita *Bart.* & hanc eſſe comm. opin. poſt *Bald. Caſtrenſ. Dec. Pariſ. Curt.* & alios benè probat *Maſcard. concluſ.* 1258. *num.* 8. *&* 11. quia quælibet etiam ge-
39 neralis remiſſio debet reſtringi, vt ciuilem, & iuſtum recipiat intellectum, & vt dolus, & captio excludatur, ideō; tradit *Celſus Bergal. de dolo* 2. *lib.* 3. *deciſ.*

eiſ. num. 24. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis legibus conſentaneam, & ita reſtringendã eſſe *d. Gloſſ.* in puncto iuxtà *Bart.* diſtinct. *in d. §. Caius, nu* 6. reſoluit, re benè diſcuſſa *Couarr. d. lib. variar. reſol. cap.* 14. *verſ. primum, & verſ. ſecundum etiam*, vbi amplius dicit ſibi potiùs placere, nec tunc vbi nullum ſupereſt adminiſtratori lucrũ, cenſeri verum dolum remiſſum, ſed tã-
40 tùm præſumptum, idem probauit *Padill.* videndus *in d. l. actione, C. de tranſact.* latè *Guttier. de tutelis, part.* 3. *c.* 1. *num.* 43. loquens etiam in contractu *Roland. conſ.* 49. *in fin. lib.* 1.

Differentia autem inter dolum præteritum, & dolum futurum, nõ eſt illa, quam contra comm. pars effingit, ſed
41 illa, quod dolus futurus, nullo modo neque in ſpecie expreſſis verbis remitti poteſt, *Bart.* in ſpecie *in d. §. Caius, n.* 8. *Alexand. conſ.* 62. *lib.* 4. *Maſcard. d. concluſ.* 1258. *num.* 17. nec eſt vera partis propoſitio, quod remiſſa actione
42 videantur reliqua remiſſa, quia tametſi hoc non procedat, vbi penes adminiſtratorem reperitur lucrum, vt in caſu noſtro, attamen, quod etiam remiſſa actione tutelæ, non cenſeantur remiſſa reliqua, firmauit *Bart. in d. §. Caius, n.* 7. qui licet reſtringat, non procedere, vbi teſtator grauauit hæredem, vt liberet, tamẽ indiſtinctè comm. eſt opinio, vt non videantur reliqua remiſſa, vt iuxtà opinion. *Angel. conſ.* 185. firmat, re diſcuſſa *Couarr. d. cap.* 14. *num.* 2. *verſ. hoc ipſum*, & ità reaſſumit pluribus relatis *Eſcobar de ratioc. cap.* 5. *num.* 20. quinimò *Curt. iun. in d. l. actione, num.* 27. optimè, & indiſtinctè probat, quod
43 etiam ſi quis remittat omnem actionem, non videatur remittere dolum præteritum.

Ex quibus inconcuſſa remanet iuſtitia Ducis, vt tàm virtute primi articuli, quàm ſecundi de per ſe conſiderari, iudicio Supremi Senatus ſit declarandum, reſeruationem factam per Ducem includere partitas exactas per totum tempus adminiſtrationis, etiam ante annum 1611. & non deſcriptas ab anno 1611. citrà, & hæreditatem Petri Franciſci teneri ad ſolutionem reliquorum, iam petitorũ iuxtà liquidationem faciendam.

Et pro omnium coronide, pro Duce
44 eſt conſiderandum, quod ſi verba trãſactionis eſſent dubia, prout ſunt clariſſima, adhuc contra Mariam ſtipulantẽ eſſent intelligenda, *l. cum quæritur, ff. de rebus dub. l. ſi ſtipulatio iſta, §. in ſtipulatione, ff. de verborum obligat.* & debent intelligi, vt minùs obligent promiſſorem *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur.* *Bart. in l. veteribus, in fin. ff. de pact.* maximè, cũ Dux enormiſſi-
45 mè ex trãſactione doloſa, & inſidioſa, læſus ſit dũ remiſit ducatos 250. mil. p d. tutela, & dimidiũ hæreditatis, vt in puncto conſiderat *Corn. conſ.* 258. &
46 259. facta, non viſis libris, quo caſu eſt nulla, vt apparet ex lectura eiuſdem capitularionis *Guttier. de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 40. *num.* 10. *Eſcobar de ratiocin. c.* 10. *num.* 6. & 16. & non debet pars, ſub prætextu tranſactionis, ſub inuolucro verborum congeſtæ, locupletari cum aliena iactura, & mirum eſt, quod Dom. Petrus Franciſcus mãdauit ſtari libris, circa viſionem computorum, partes in ſæpius citato *cap.* 6. tranſactionis ſe remittunt libris, in omnibus enunciantur libri, remittitur declaratio facienda per Conſ. Palatium debiti Ducis, viſis libris, & ſic apparet partes limitaſſe quietationem iuxtà libros, earum voluntatem ſubmiſiſſe libris: neſcio igitur, quo iure aduerſaria velit, quietationem cenſeri generalem; & quod extendantur ad credita, & effectus Ducis, quæ non ſunt in libris deſcripta, meritiſſimo igitur iure ſtant
47 pro Duce æquitas, & veritas, quæ ſolẽt haberi præ oculis, præſertim in Supremi Principis Conſiſtorio *Fulgoſ. in l.* 1. *in fin. C. de condict. indeb.*

Vnde perſpiciat modo Supremus Senatus, quiſnam tranſegit ex cauſa onoroſa, Maria quidem, quæ recepit à Duce poſſeſſionem bonorum, aut Dux præ-

præcipitanter à parte oppreſſus eius nororijs, & à ſeculo inauditis circumuentionibus, renunciauit poſſeſſioni bonorum, cum Dux vltrà ius ſucceſſionis potuiſſet retinere omnia bona pro redditione compurorum tutelæ aſcendenti ad ducatos tercentum mille, qui totam ferè hæreditatem Petri Franciſci abſorbebant. 4. Februarij 1615.

DECISIO.

Die Lunę 27. Aprelis 1615. referente D. Regente Marco Antonio de Ponte Marchione Sancti Angeli, & Sac. Conſil. Præſide doctiſſimo, cum interuentu Cõſiliarij Matthęi Parigni adiuncti in Collaterali fuit deciſum pro voto D. Ducis, Satriani Principis, iuxtà hic ſcripta, & fuit deciſio facta per veros iuris tramites. proceſſus penes Mag. actorum de Felice.

SVMMARIVM.

1 *Tertius ad cauſam veniens ad infringendum, vel coadiuuandum, vt audiatur, vel aſſiſtat, talis eſſe debet, qui nouiter ad cauſam veniat.*

2 *Doctores, qui hanc materiam pertractarunt.*

3 *Tertius, qui ab initio liti præſens fuit, & cauſam defendit, velut antiquus cauſæ defenſor, non poteſt dici tertius ad cauſam veniens.*

4 *Tertius non poteſt prætendere aſſiſtere, vbi nulla adeſt colluſionis ſuſpitio.*

5 *Citandus non eſt præſens, nec certus certiorandus.*

6 *Tertius, etiam de nouo ad cauſam veniens ad coadiuuandum, aſſumit defenſionem in eo ſtatu, in quo lis reperitur.*

7 *Minor, vel pupillus nouiter ad cauſam veniens, licet habeat primum, & ſecundum beneficium, & ſic reſtitutionem aduersùs omiſſas probationes, id tamen reſtringitur, num. 8. & 14.*

9 *Iura tertij oppoſitoris ad coadiuuandum, ſunt in omnibus metiẽda à iuribus principalis.*

10 *Terminus, ſiuè dilatio ad probandum, ſi principali concedi non debet, nec pariter tertio, & ita in Hiſpania practicatur, num. 12.*

11 *Tertius non poteſt allegare, neque teſtes inducere, eo tempore, quo principali non liceret.*

13 *Tertius, ad coadiuuandum, comparens, tempore expeditionis cauſæ, ipſius deciſionem retardare non poteſt.*

15 *Terminus non ſolet concedi in cauſa conſiſtenti in mero iuris articulo.*

16 *Tertius ad coadiuuandum, vt audiatur, vel aſſiſtat, excluditur ratione præſumptæ calumniæ, propriæ, vel principalis id affectantis.*

17 *Tertius comparens tenetur allegare, & docere de ſuo intereſſe.*

18 *Tertius comparens, & allegans ſe eſſe de comprehenſis in fideicommiſſo, vel maioratu, non eſt audiendus, cum hoc ſit intereſſe de futuro, præſertim quãdo non controuertitur de validitate, num. 11.*

20 *Deciſiones in caſu maioratus, ſiuè fideicõmiſſi ſuper Statu Biſiniani, vbi agebatur de ipſius validitat, & tamẽ filij Dom. Comitis Saponariæ fuit permiſſum dumtaxat aſſiſtere, & ſimilis deciſio Collateralis Conſilij, in præſenti cauſa de anno 1615. in calce.*

ARGVMENTVM.

Tertius comparens in cauſa, ràm ad coadiuuandum alterum ex collitigantibus, quàm ad infringendum, debet eſſe talis, qui de nouo ad cauſam veniat; iuraque tertij ad coadiuuandum in omnibus metienda à iuribus principalis, vt non poſſit allegare, nec teſtes inducere, quando principali non liceret. Quid in minore vel pupillo, excluditur ratione præſumptæ calumniæ, vel ſi non allegat, & docet de proprio intereſſe de præſenti, alioquin pluries deciſum, licere aſſiſtere tantùm.

Pro

Pro eodem Domino Duce Cardinalis, Satriani Principe.

CONTROVERSIA XXXXIII.

Hieronymus Rauaſcherius, tantùm abeſt, vt audiri debeat in cauſa inter Ducem Cardinalis, & Mariam matrem, vt poſthabita qualibet prouiſione, expediendus ſit omninò articulus principalis, tot vicibus, & diebus decidi iuſſus, diuerſis machinationibus vſque in hunc diem per tot menſes, artificioſè protelatus.

Omnia etenim iura, quæ de tertio oppoſitore ad infringendum, vel coadiuuandum comparente, meminerunt, præſupponunt de neceſſitate, tertium
1 hunc, qui pro ſuo intereſſe petit audiri, nouiter ad cauſam venire, & talem eſſe, cui vti nouiter ad cauſam venienti ius cõpetat, vel vt audiatur, aut ſaltim cauſæ defenſioni, ne inter litigãtes colludatur, aſſiſtat, vt eſt tex. apertus *in cap. 2. ſeu fin. vt lite pend. in 6.* ibi, *nepropter nouos aduerſarios, qui malitioſè interdũ petitionibus ſubrogantur, etc.*
2 & de tertio hoc veniente, & ſic nouiter ad cauſam, latè agunt *Afflict. deciſ. 235. Couarr. c. 13. & 14. pract. Gailius lib. 1. obſeruat. pract. c. 70. & 71. deciſ. Peruſ. 26. Facchin. lib. 1. controuerſ. c. 5.* at Hieronymus non poteſt dici tertius nouiter ad cauſam veniens, quia ſemper ab initio is cauſam egit, & ſua diligentia, & vigilãtia, & fortè plus, quàm licuit in hunc diem, cauſa eſt dilata, ipſo Hieronymo aduocatos ducente, & iura ſua accerrimè defendente, tàm ſimul cum matre, quàm ſine matre, vti quilibet diligentiſſimus litigans facere poſſet, vt omnibus, & pſertim Domino Marchioni Commiſſario, & alijs Dominis de Collaterali, eſt pluſquam notorium, & colluſio aliqua inter Ducem, & Mariam excogitari vllo mo do poteſt; vnde Hieronymus, velut an ti-
3 quus cauſæ defenſor, qui ſuo nomine ab initio diligẽtiſſime, & accuratè cauſam egit, nõ dicitur tertius, de nouo ad cauſam veniens, & ſic audiri non de-
4 bet, qui sẽper fuit auditus, nec minùs, ei aſſiſtere licebit, cum nulla oriri poſſit colluſionis ſuſpicio, iuxtà terminos text. *in auth. nunc ſi hæres, C. de litigioſ.*
5 certus enim non eſt certiorandus, & præſens non eſt citandus, *l. 1. in fin. ff. de action empt.* cum concord. *per Tiraquell. in 1. retract. §. 36. gloſſ. 2. nu. 24.* & illi, cui non conueniunt verba, neq; mens legis, nec conuenit illius diſpoſitio, vulg. iuribus.

Secundò fruſtra petit Hieronymus audiri, quia fortè ſub iſto colore prætenderet ſibi concedi terminum in cauſa, quia tàm ex propria ſua perſona, quàm ex perſona matris, hæc prætẽſio
6 non ſubſiſtit; ſiquidem tertius etiam de nouo ad cauſam veniẽs ad coadiuuadum, vt ipſe prætendit Mariam matrem coadiuuare, aſſumit defenſionem in eo ſtatu, in quo cauſa reperitur *Innoc. Butr. & alij in cap. cum ſuper de re iudic. tex. clarus in d. cap. vltim. vt lite pendente in 6. Anchar. conſ. 183. pro clariori, poſt num. 1. verſic. & pro hoc, Natta conſ. 457. Cancer. variar. reſol. part. 1. cap. 16. de tertio oppon. num. 5. Gailius d. lib. 1. c. 71. num. 1. 14. & 19.* quod procedit, etiam ſi ſit minor, vel aliter priuilegiatus, cuiuſmodi conſtat
7 non eſſe Hieronymum: minori enim nouiter ad coadiuuandum comparenti, licet concedatur reſtitutio aduersùs probationes omiſſas, quam in Regno vocamus primum, & ſecundum beneficium, iuxtà *deciſ. Afflict.* 15. & tradit idem *Vrſill. d. dec. 235. poſt n. 1. verſ. quæ omnia,* & iterum *in fin. Viuius dec. 291. num. 7.* Hoc tamen ſanè intelligi-
8 tur, quando cauſa eſt huiuſmodi naturæ; vt principali litiganti fuerit conceſſus, vel iure concedi debuerit terminus *Cancer.* in ſpecie *in d. cap. 16. n. 12.*
9 *& 13.* alioquin, cum iura huius terti oppo-

oppoſitoris omninò ſint in omnibus metienda ex iure principalis, ſi cauſa talis ſit naturæ, in qua principalibus li-
10 tigantibus, terminus concedi non debeat, neque pariter concedendus eſt incidenter de nouo venienti, & præcluſa via, principali, cenſetur quoque præcluſa alteri incidenter venienti, vt pulchrè in propoſito explicat *Couarr. cap.* 13. *practic.nu.*2. *verſ.ſecundo hinc apparet*, ſubijciens, idcirco veram eſſe opinionẽ *Innoc. & Butr.n.*18.*in cap.*
11 *cum ſuper,de re iudic.* hunc non poſſe allegare, nec teſtes inducere in iudicio poſt publicationem, ac denique eo quidem tempore, quo non poſſet ipſe principalis, & reddit rationem in *verſic.nec ipſe* dicens, ſe non videre, qua ratione poſſit contrarium probari, cum hic defenſor cauſæ, & liti aſſiſtat reum ipſum defenſurus propter præiudicium, quod ſibi imminet, ſi reus ipſe condemnetur, atque ideo veram eſſe cenſet opin. *Innoc.* & ſequacium, quæ in praxi ſatis recepta videtur apud ſuprema huius Regni Tribunalia, in quibus paſſim obtentum eſt, quod defen-
12 ſor hic admittatur ad litem, & cauſam ſuſcipiendam in eo ſtatu, in quo erat tempore oppoſitionis, ſed in caſu
13 noſtro cauſa indicta erat iam, vt votaretur eamet die, qua Hieronymus ſe oppoſuit; ergo nihil aliud erat agendum, quàm articulum propoſitum terminare, vt probatur *in clement. conſtitutionem*, vbi *Anchar.in* 6.*notab. de elect. Alexand.conſ.* 86. *num.*6. *lib.*1. *Crauett.conſ.* 14.*nu.*4. *Natta conſ.* 99. *num.*3.*& conſ.*457.*num.*1.*Caphal.cõſ.* 201.*n.* 10. *Menoch. de arbitr. caſu* 18. *num.*1.*Ludou.d.deciſ.Peruſ.* 26. *nu.*1. *Surd.deciſ.*6.*num.*6. *& deciſ.*147.*n.*6. & ita optimè firmat *Conſil. de Anna* qui probata in omnibus opin. *Couarr. in conſ.*97.*num.* 6.reaſſumendo *concl. num.*9. concludit, quod etiam ſi hic
14 tertius ſit minor, vel aliter priuilegiatus, ſi comparet tempore inhabili ad obtinendum terminum, vel beneficia, non debent illi concedi, & idem melius, *num.*14. & cum in caſu noſtro nõ adſit iudicium formatum, ſed agatur dumtaxat de interpretatione, & intellectu capituli tranſactionis, & ſic cauſa in mero iuris articulo, quo caſu non
15 eſt concedẽdus terminus aliquis, etiã Mariæ principali litiganti ex doctr.ſingulari *Innoc.in c.cũ inter de elect.Bald. in c.cõſtitutis,in fin.eod.tit.* quos referũt *D.de Franch. deciſ.* 221. *n.*12.*&* 262. *in fin. & D. de Ponte conſ.*59. *num.*1. fruſtrà prætẽdit Hieronymus iam maior, tanquam tertius audiri in re, in qua etiam Mariæ matri, licet mulieri, & ſic priuilegiatæ, ſecundùm Regni Conſtitutiones, nullus terminus concedi poteſt, nec etiam aſſiſtere in re, in qua ſine ipſo Hieronymo, ab initio nihil eſt factum, vt eſt notiſſimum.
16 Tertiò, vbi tertius eſt alioquin audiẽdus, vel admittẽdus, vt aſſiſtat, ab vno, & altero excluditur, ſi malitioſè calũniæ cauſa ipſe cõparet, vel à principali litigante eius oppoſitio procuratur, *c. ſuper eo*, vbi DD. *de offic.deleg. Marcus deciſ.delfin.*76.*num.*6. *part.* 1. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.*235. *nu.*2. *vbi Afflict.* quoque *num.* 5. quæ maior igitur calumnia ex parte Mariæ, & Hieronymi, conſideratis circumſtantijs, ſupremi Magiſtratus ipſi dijudicent, *Cancer.d. cap.*16.*num.*23.*et* 26.

Quartò Hieronymus non docuit, nec allegauit aliquod intereſſe, quod
17 tenebatur in ſua comparitione exprimere, & allegare, & de eo ante omnia docere, ſaltim ſummariè, vt primum probant *Innoc.*& alij *in cap. cum ſuper de re iudic.* *Brun.conſ.*150. *nu.*1. *lib.* 2. *Viuius deciſ.*291.*num.*6.ſecundum vero probant DD. congeſti per *Ludouic. deciſ.Peruſ.*26. *num.*1. *Maſtrill. deciſ.* 31.*num.* 13. ſi enim dixiſſet, ſe vti filiũ
18 Mariæ, eſſe de comprehenſis in fideicommiſſo, ſeù maioratu, vltrà quod hoc non eſt intereſſe de præſenti, ſed de futuro, & ſic non conſiderabile, ex plenè notatis *per Molin.de primogen. lib.* 3.*cap.* 14.*& Peregr. de fideicomm. art.* 41.*num.*4. hic non controuertitur validi-

19 liditas maioratus, ſed ſupponitur validiſſimum, ſed tantùm Dux prætendit partitas exactas, ex ſuis bonis per teſtatorem, fuiſſe ſibi reſeruatas in tranſactione, idque, neque principaliter ad finem diminuendi portionem Mariæ, ſed compenſandi cum partitis debitis, ſiuè confeſſatis per ipſum Ducem, & ſic nullum adeſt intereſſe conſiderabile ipſius Hieronymi; & tamen, etiam vbi de validitate maioratus, ſiuè fideicommiſſi actum fuit, in cauſa Status Biſiniani, fuerunt producta decreta conformia, iunctis Tribunalibus in Collaterali, quæ ius fecerunt in Regno, quibus, filijs Comitis Saponariæ, qui de nouo ad cauſam venerãt, patrẽ coadiuuaturi, fuit tamen denegata audientia, & conceſſum tantùm aſſiſtere: vnde cum hic non controuertatur de uiribus maioratus, & Hieronymus sẽper aſtiterit, fruſta audiri, vel aſſiſtere prætẽdit, ſed dumtaxat cauſa expediẽda.

DECISIO.

Die Iouis 9. Aprelis 1615. facto verbo in Supremo Collaterali Conſilio obtinui decretum, quod liceat D. Hieronymo Rauaſcherio aſſiſtere tantùm ſi voluerit.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in aſſenſu*, cum poteſtate diſponendi alienandi, &c. *operatur, vt ſequi poſſit diſpoſitio ſine nouo aſſenſu.*

2 *Aſſenſus ſuper alienatione feudi, tutius impetratur generalis, quàm ſpecialis pro vendendo certę perſonę; niſi perſona, in quam diſponitur, ſit odioſa domino, vel de probibitis, num. 3.*

4 *Aſſenſus, ſi cõceditur, vt feudum alienetur certis perſonis, ſi ita ſequatur validiſſimus, & efficax redditur.*

5 *Aſſenſus alienandi, & diſponendi inter filios, validus.*

6 *Aſſenſus ſuper inſtitutione, non extenditur ad ſubſtitutionem.*

7 *Pragmatica anni 1579. de refutationibus feudorum regiſtrandis, comprehendit futura, non præterita.*

8 *Refutatio fit erga proximum, & immediatè ſucceſſurum tantùm, & dicitur quædam ſucceſſionis præuentio.*

9 *Refutatio non poteſt fieri in filium non primogenitum, abſque ipſius primogeniti conſenſu.*

10 *Regiſtratio refutationum in quinternionibus requiſita per Pragmaticam, non comprehendit donationes.*

11 *Donatio feudi cum aſſẽſu, etiam ſi fiat primogenito, non requirit de neceſſitate ſolemnitatem regiſtrationis in quinterniionibus, & ita deciſum.*

12 *Fideiuſſor dicitur ſaltim quoad correũ, quando pecunia non peruenit ad ipsũ obligatum, vel quando quis ſe obligauit ex interuallo, & proinde à correo repetit, quod ſoluit.*

13 *Feudi conceſſio hodie ſui natura perpetua, & realis, quidquid fuerit iure antiquo, & 18. & niſi expreſsè reſtringatur ad vitam eſt perpetua, num. 26.*

14 *Stipulari quiſque præſumitur ſibi, & hæredibns ſuis.*

15 *Donatio facta filio præſertim ob benemerita, cenſetur realis, non perſonalis.*

16 *Perpetuum dicitur illud, quod ſucceſſiuè eſt duraturum ſine præfinitione temporis, & ad hæredes tranſit, licet interdum quid dicatur perpetuum ad hominis vitam, vt in ſocietate, quod eſt improprium, num. 17.*

19 *Dictio* in perpetuum *in conceſſionibus, importat tranſlationem vtilis dominij, & pleni iuris tranſitorij ad hæredes, etiam extraneos, ſi res ſit tranſitoria ad extraneos, num. 20.*

21 *Adminiſtratio conceſſa, in perpetuum: vel cũ adiectione verborũ* damus & concedimus *importat iuris tranſlationem, nec reſtringit naturam conceſſionis, num. 23.*

22 *Dominium vtile, in fructuum libera & perpetua perceptione conſiſtit.*

24 *Adminiſtratio conceſſa ſimpliciter, non*

extenditur vltrà vitam conceſſionarij, non autem perpetua.

25 *Adminiſtrationis ſimplicis, & vitalitiæ, exempla.*

27 *Remiſſio, & renunciatio ſequẽs facultatis reuocandi conceſſionem adminiſtrationis, declarat conceſſionem fuiſſe realem, & perpetuam.*

28 *Dictio*, ſicut *importat omnimodam ſimilitudinem, etiam in ſubſtantia, & omnibus qualitatibus, num.* 29.

ARGVMENTVM.

Aſſenſus ſuper alienatione, ſeù venditione feudi, generalis, vel certis perſonis, ſi ita ſequatur, optimè validatur ſubſequens alienatio, quid interſit inter aſſenſum generalem, & particularem de vendendo Titio. Refutatio dicitur in proximè, & immediatè ſucceſſurum, & hæc ſolum requirit ſolemnitatem regiſtrationis, ſecùs verò donatio, etſi in eundem facta cum aſſenſu. Feudi conceſſio ſui natura hodie perpetua, & realis, & ex quibus conceſſio adminiſtrationis cenſeatur perpetua, non ſimpliciter facta ad vitam.

Pro Domino Marchione Diani contra Dom. Ducem Ebuli.

CONTROVERSIA XXXXIV.

PRinceps Salerni Grimaldus, de anno 1567. ſub die 2. Septembris, obtinuit ab inuictiſſimo noſtro tunc Rege poteſtatem diſponendi de Terris Ebuli, Rapollæ, Diani, & Laguſnigri, cum integro earum Statu, ac titulis, tàm inter viuos, quam in vltima volũtate; diſtribuere, donare, legare, vni, duobus, aut tribus filijs ex eius corpore legitimè deſcendentibus, & vni, vel pluribus in adminiſtrationem dare cum dictis titulis, earumque adminiſtrationẽ ab omnibus, vel ab vno, prout libuerit reuocare, ita quod filij in quos diſpoſitio, vel diſtributio conferretur, gauderent priuilegijs, gratijs prærogatiuis, quibus gaudent Duces, Marchiones, quod priuilegiũ fuit exequutioni demandatum Neapol. ſub die vltima Iulij 1568. & notatum in quinternionibus Reg. Cameræ infrà legitimum tempus, contemplatione autem huius poteſtatis, idem Princeps pater, die 2. Aprelis 1574. conceſſit Terram Diani Meroaldo Grimaldo filio ſecundogenito, in perpetuam adminiſtrationem cum titulo, & honore Marchionatus, cum facultate exigendi fructus, etiam iuriſdictionis, & in proprios vſus vertẽdi, & onere ſoluendi adoha. & ſeruitia, & quamuis reſeruaſſet ſibi poteſtatem reuocandi, illam tamen remiſit, & à ſe abdicauit 13. Februarij 1579. & huius donationis vigore, cum aſſenſu deſcripta fuit dicta Terra Diani in faciem dicti Marchionis in cedulario R. Cameræ, de anno 1574. eamque poſſedit vſque ad annum 1591. quo tempore Marchio liberis carens, donauit Auguſtino Duci Ebuli fratri primogenito eandem Terram Diani cum Caſalibus 25. Octobris d. anni eidemque ceſſit omnes vitas, & militias, & partes pretij in feudis nouis, & nonnulla alia credita, quæ tàm ab hæreditate Principis communis parentis conſequi debebat, quàm etiam ingentes ſummas quas à Duce primogenito fratre proprio nomine obligato, conſequi debebat, quarum ceſſionum contemplatione, Dux ipſe ꝓmiſit ſoluere Marchioni fratri annuos ducatos biſmille, vita Marchionis durante, eo pacto addito, vt deficiente Duce à ſolutione per annum, deberet ſoluere ducatos ſexdecimmille, quibus annuis ducatis biſmille ſolutis per Ducemdum vixit; cũ modernus Dux eius filius defeciſſet continuare ſolutionem Marchioni patruo, immemor, quod omnibus bonis ſe-

ſe viuens priuaſſet, hac minima ſumma pro alimentis ſibi dumtaxat reſeruata, coactus fuit Marchio contra Ducem modernum, ciuſque matrem Dom. D. . . . . della Tolfa baliam actionē inſtituere pro cōſequutione d. ann. ducat. biſmille decurſis, ac ſorte ducatorum 165. qui tandem oppoſuerunt, donationem Terræ Diani, factam per Marchionem, Duci, non profuiſſe, ex quo ad eundem Ducem alio iure ſpectabat dicta Terra, tanquam primogenitum Principis patris; & quod refutatio facta ab eodem Principe in fauorē Ducis primogeniti de Terra Ebuli, dū in cōtractu cum Marchione facto promiſit maximam ſummam ſoluere creditoribus, contractus fuit cum ænormiſſima læſione, pro cuius cauſæ deciſione fuit per Sacr. Conſil. prouiſum, quod procedatur ad deciſionem articuli validitatis, & qualitatis donationis factæ per Principem ipſi Marchioni, & refutationis feudorū, & ſignanter Terrę Ebuli dicto Duci, & cōmittatur calculus bonorum, & pretij, & onerum exiſtentium tempore donationis dictæ Terræ Diani.

Non poteſt igitur dubitari de validitate donationis factæ per Principem patrem, ſtante aſſenſu prædicto validiſſimo, omni ſolemnitate, & perfectione roborato, vbi enim in priuilegio oppo-
1 nitur clauſula *cum poteſtate diſponendi, vendendi, alienandi, & in vltima volūtate diſponendi* poſſunt omnia fieri ſine nouo aſſenſu, *Camer. in l. Imperialem, cart.55. lit. F. ex Iſern.* ibidem *num.4.*
2 vbi docuit tutius impetrare aſſenſum generalem vendendi, quam certę perſonæ, nam vigore generalis poſſet vendere cuicunque, ſed quando impetrauit vendi Titio, non vendet Sempronio, & ſequitur ibi *Afflict. Dom. meus Capyc. & Lipar.* addens *ad Iſern. in d.l. Imperialem, num.4.* niſi ſit perſona, in quam alienatur inimicus domino, vel de prohibitis, vt ibi tradit *Camer.* & ſequitur etiam *Anna in repet. Conſt. Cōſtitutionem diuæ memoriæ, num.47.* quinimò nos ſumus in caſu longè fortiori; nam reſpectu filiorum Principis, fuit ſpecificè aſſenſus obtēptus, quod poſſet Princeps pater inter filios ad libitum diuidere, & diſponere. Vnde
4 conſequitur, quod conceſſa ſpeciali, & indiuidua poteſtate diſponendi ad libitū inter filios, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, abſolutum eſt perſonis certis, deſignatis aſſenſum validiſſimum, vt per *Iſern. in d.l. Imperialem,* vbi *Camer. cart.44. in ſecunda cōcluſ.* vbi loquitur de diſpoſitione faciēda ad beneficium certæ perſonæ, & in puncto de aſſenſu diſponendi inter fi-
5 lios, cum ſint filij in ſpecie nominati, ipſumque validum, & efficacem eſſe affirmat *D. de Franch. deciſ. 153. in 3. dubio, num.22. & 23.* vbi aſſenſu abtēpto à Comitiſſa Noiæ, diſponendi ad beneficium Marini de Azzia, & Ioannis Nicolai de Azzia filiorum ſecundogenitorum, & filiorum Marini dicit, & cōcludit, aſſenſū fuiſſe ualidū in diſpoſitione facta ad beneficiū Marini, & eius filiorū, & habuiſſe effectum, li-
6 cet non fuerit valida ſubſtitutio facta in legato, facto Ioāni Nicolao, quia de ſubſtitutione non loquebatur aſſenſus, quibus ita ſtantibus, non obſtat partis oppoſitio, per quam inquit, refutarionē factam à patre ad benficiū Marchionis, fuiſſe nullam, vti non regiſtratam in quinternionibus Regiæ Cameræ infra quindecim dies, virtute Regię Pragmaticæ editæ ſub die 18. Iulij, in anno 1579. quæ eſt vigeſima ſub titulo de feudis: nā omiſſo, quod dicta Pragma-
7 tica nō loquitur, niſi de refutationibus faciēdis, dicitur inſuper in caſu noſtro nullam fuiſſe factam refutationem; ſi-
8 quidem refutatio fit in proximum, & immediatum ſucceſſurum dumtaxat, vt *per Andr. in cap. 1. §. & ſi libellum, de alienat. feudi pat.* & poſt ipſum tradit *Camer. in l. Imperialem, cart. 15. lit. V. de prohibita feudi alienat.* ideoque dicitur, quod ſit magis cedere loco, & perſonam ſuam de medio tollere, quā alienare, vt poſt *Bald. in conſ. 300. 2. volum.*

volum. tradit *Camer. loco citatò lit. S.* & dicitur præuentio ſucceſſionis, & anticipata ſucceſſio, vt *per Frecc. de ſubfeudis lib. 2. §. pluribus autem modis in 17. limit. ad Conſtitutionem diuæ memoriæ, numer. 45.* & tradit *Anna in repetition. cap. 1. de vaſallo decrepit. ætatis, num.*
9 *225. 227. & 302.* nec poteſt fieri refutatio in filium nō primogenitum abſq; aſſenſu, vel conſenſu primogeniti, vt per eundem *de Anna loco cit. numer. 261. & ſeq.* ideoque, cum hæc refuta-
10 tio non fuerit, ſed donatio, dicta pragmatica nō habet locum in caſu noſtro, vt punctualiter deciſum refert *D. de Franch. in 4. volum. deciſ. 663.* vbi ait,
11 quod quando fit donatio cum aſſenſu, etiam ſi fiat in proximè, & immediatè ſucceſſurum, qui caſus fortior eſt, non habet locum Pragmatica de refutationibus, cum certior fiat fiſcus, donatione, & aſſenſu in Camera regiſtratis, prout verè in caſu noſtro fuit, in quo in cedulario, in capite Marchionis fuit Terra Diani poſita, vigore donationis à Patre factæ cum aſſenſu, vt ſupra, & *deciſ. præd. D. Præſid.* ſequitur, reddēs optimas rationes, quæ nōnihil, hic ſcripta confirmant *D. Regens de Ponte de poteſtat. Proregis, tit. 8. de refut. feud. in princ. ex num. 9. ad 13. fol. 360.* & hæc quoad donationem factam in beneficium Marchionis. Circa verò validitatem donationis, ſiuè conceſſionis Terræ Ebuli factæ ad beneficium Ducis à Patre die 8. Octobris 1575. poſſet dici, illam fuiſſe nullam, quia non fuit regiſtrata in quinternionibus Regiæ Cameræ, nec fuit in cedulario poſita in capite Auguſtini Grimaldi Ducis, prout fuit illa ipſius Marchionis.

Sed amplius per Marchionem dicitur, hoc parum referre ad cauſam ipſius Marchionis, nā prius fuit à Patre conceſſa Terra Diani Marchioni, quā conceſſa Terra Ebuli ipſi Duci, & prætereà cum Dux obligauerit cum aſſenſu ad beneficium Marchionis omnia ſua feudalia, nulla poteſt ratione fundari, quod pars clamat, quòd velit ſcilicet præcipuam habere Terram Ebuli, tantò magis, cū Marchio in omnibus debitis, in quibus reperitur obligatus ad beneficiū diuerſorū creditorū, vel ex ipſis cautelis apparet, debita ſpectare ad Principem patrem, & ad Ducem
12 fratrem, & ſic conſtat, ipſum, vti merū fideiuſſorem, alienam ſuſcepiſſe obligationem, vel ſe obligauit Marchio ex interuallo poſt debita contracta per Dominos Principem, & Ducem, quo caſu, etiam ſi principalem debitorem ſe conſtituerit, adhuc tamen verè dicitur fideiuſſor, qui à correis repetere poteſt; quod ſoluit, *Gloſſ. in §. 1. verſ. fideiuſſorem auth. de fideiuſſ. Alexand. conſ. 126. in fin. lib. 6. & conſ. 29. n. 36. lib. 7.* vbi dicit non reperiri contradictorem, cū alijs infin. per *Rodriquez de annuis redditibus, lib. 2. q. 5. n. 7. 8. et 9.*

Conceſſio, ſiuè donatio facta per Principē Salerni, Meroaldo Grimaldo filio ſecundogenito de Terra Diani in adminiſtrationem, & gubernationem perpetuam, cum facultate conuertendi in proprios vſus, fructus, & prouentus; reſeruata tamen poteſtate reuocandi, quam deinde remiſit, omninò eſt intelligenda realis, & perpetua, etiam pro deſcendentibus, & quatenus eſſet ad vitam, adhuc ſufficeret Marchioni, vt obtineret cōtra Ducem nepotem.

Primum oſtenditur, quia ſumus in
13 conceſſione, ſiuè translatione feudi, quæ res hodie ſui natura eſt tranſitoria ad hæredes, ſiuè deſcendentes, & ſic perpetua, ſiuè realis eſt, non perſonalis, quidquid fuerit de iure antiquo *cap. 1. §. cum vero,* vbi *Iſern. & cæteri* notant *de his, qui feud. dare poſſ.* quiſq;
14 n. cēſetur ꝓſpicere ſibi, & hæredibus ſuis *cap. 1. de duob. fratr. Bald. Aluar. Iacob.* & alij, quos citat *D. Capyc. in inueſtit. in ver. perpetuum, ac reale, f. 217. Intrigliol. de feud. centur. 1. quæſt. 34.*
15 Et maximè, cum ſimus in donatione facta filio, expreſsè ob benemerita, & ingentia ſeruitia expreſſa, quo caſu donationem factam ob benemerita, omninò

Digitized by Google

omninò cenſeti realem, &[ad hæredes
tranſitoriã,probat *Dec.conſ.*197.*in ca-
ſu,num.*2.*ad fin.* nec quicquam repu-
gnat,quod ſit conceſſa terra in admini-
ſtrationem, ſiuè gubernationem,quia ,
cum fuerit conceſſa adminiſtratio , &
16 gubernium nõ ſimplex, ſed perpetuũ,
cenſetur omninò ad hæredes tranſito-
rium, quia illud non dicitur perpetuũ,
quod cum vita finitur, ſed quod conti-
nuè durat, ſine præfinitione temporis,
& ad hæredes tranſit; caſus eſt *in l.ſor-
didorum* , vbi in ſpecie *Ioan. de Platea*
hoc notat *C.de excuſation.mun.lib.*10.
& ſubdit, quod licet interdum dicatur
17 perpetuum vſque ad vitam hominis ,
vt *in l. 1.ff. pro ſocio* , illud dicitur im-
propriè & ex ſubiecta materia.ſ3.in ſo-
cietate,cuius natura eſt, vt morte finia-
18 tur cuius cõtrariũ eſt in feudo,ſeù feu-
di tranſlatione,ſequitur latiùs explicãs
Socin. omninò videndus *conſ.* 84.*n.*5.
*& 6.lib.*3.idem *Anchar.conſ.*327.*n.*4.
*Andr.Sicul.conſ.*44.*à num.*9.*lib.*2.*Bel-
lonus conſ.* 20. *ad fin.* idque in contra-
ctibus,& in vltima voluntate ex dictio-
ne *in perpetuum* , rem fieri ad deſcen-
dentes tranſitoriam, etſi id non expri-
matur,latiſſimè authores congerit *Ga-
briel.de fideicom.concluſ.*9.*num.*12.di-
19 ctio enim *in perpetuum* in conceſſio-
nibus importat vtile dominium , ſiuè
plenum ius ad hæredes tranſitorium,
*l.*1.*§. qui in perpetuum* , vbi *Gloß. &
DD.ff.ſi ager vectig.* & perpetuum re-
ſpectu ciuitatis intelligitur , donec vi-
xerit ciuitas , vel Eccleſia *Bald. de
pace conſtantiæ,num.*8.*Surd.de alimẽt.
tit.* 5. *q.*6. *num.*23.quinimò , ſi res ſit
20 talis,vt ad extraneos hæredes tranſire
poſſit,hæc dictio *perpetuò,* nedum ope-
ratur, vt ad hæredes res tranſeat , ſed
etiam ad extraneos, *Imol.* in ſpecie *in
l.quod dicitur,num.*8.*in fin. &* 10.*ff.de
verbor.oblig. Alex.conſ.*189. *num.* 16.
in 2. *Socin. conſ.*266.poſt *num.*37. *in
verſ.ſecundo præmiſſa confirmantur* ,
*lib.*2.

Nec effectus reſultãs ex hac dictione
in perpetuum reſtringitur ex eo , quod
21 ſit conceſſa adminiſtratio : vera eſt .n.
opinio , quod licet verba *ad vtendum
fruendum* importent conceſſionem
vſusfructus, & per conſequens videre-
tur ex hoc, morte conceſſionarij expi-
rare conceſſionem,tamen ex adiectio-
ne dictionis *perpetuò* , vel verbi *damus
& concedimus* , quæ hic ſimul concur-
runt, intelligitur plena feudi cõceſſio ,
& debent intelligi,quod habeat vſum,
22 & commoditatem vtilis dominij, quæ
in fructuum libera , & perpetua perce-
ptione conſiſtit, ſicut habent cæteri
feudatarij,nec mutant naturam cõceſ-
23 ſionis , & quod feudum ad hæredes
non tranſeat *Bart. & Imol. in l. dona-
tiones,§.ſpecies,ff.de donat. Petrus de
Gregor.de conceß.feudi,part.*5.*quæſt.*2.
*num.*3.*D.Capyc.in verb.feudorum clau
ſulæ,§.ad vtendum, & in §.perſonale
feudum,in fin.Iaſ.in prælud feud.*vbi id
confirmat ſeptem argumentis *nu.* 103.
cum ſeq. alios refert *Intrigliol. cent.* 1.
*q.*33.*num.* 12. vnde tunc adminiſtra-
24 tio non poterit extendi vltrà vitã cõ-
ceſſionarij, quando eſt ſimplex, nõ au-
tem,cum eſt perpetua;de qua ſimplici
adminiſtratione tradiderunt DD.exẽ-
25 pla in Marchionatu Anchonitano ,
Ducatu Spoleti,& Comitatu Campa-
niæ, vt per *Aluar.in prælud. in* 4. *diuiſ.
& in cap.*1.*de feud.Marchiæ D.Capyc.
in d. §.perſonale feudum* , niſi enim di-
26 catur, quod feudi conceſſio intelliga-
tur ad vitam,ſemper eſt perpetua,& ad
hæredes tranſitoria , vt diſcurrit *Tho-
mas de Marin.de feudis,tit.de feudo im-
perſonali,§.hodie autẽ, Nicol. Mozzius
de feud.rub.de diuiſ.feud. num.*37. *In-
trigliol. cent.*1.*cap.*38.*num.* 31.& ſi eſ-
ſet hoc dubium, vt eſt clariſſimum, ſe-
27 quens remiſſio facultatis reuocandi ,
facta de anno 1579. apertè declarat
conceſſionem fuiſſe realem pro hære-
dibus , ibi *& vuole che d. S.* Meroaldo
*reſti libero Signore di detta Terra &c.
della medeſma manera , & forma, ch'il
detto Signor Principe la teneua, & poſ-
ſedeua prima,che haueſſe facta la ſudet-
ta donatione, & tranſlatione,*& ibi *per*

bona, & ferma la detta donatione, libera in tutto, et per tutto, come detto Si-
28 *gnor Principe la teneua*, dictio enim *ſicut* importat omnimodam ſimilitudinem *Socin. conſ.* 252. 7. *col. verſ. ſecundo quia*, 2. *vol.* & quidem in ſubſtantia,
29 & qualitatibus omnibus *cap. fin.* vbi *Butr. in* 4. *not. de reſtit ſpol.* quod non contingeret, ſi non cenſeretur facta tranſlatio, etiam pro ſucceſſoribus, vt tenebat Princeps, vt in puncto arguit *Socin. nepoſ. conſ.* 10. *num.* 152. *volum.*

Circa ſecundum verò, eſto, quod hæc donatio fuiſſet tantùm perſonalis ad vitam, quod planè negamus, hoc tamen Duci conuento nihil opitularetur; ſufficit enim Marchioni, vt obtineat, donationem eſſe validam, ſaltim ad vitam; cum enim Dux, contemplatione relaxationis Terræ Diani factæ per Marchionem ſolum, annuos ducatos biſmille promiſerit, qui important valdè minorem quantitatem, quã fructus d. terræ vẽditæ pro ducat 80. mil. adhuc prædicta ceſſio ſuum effectum produxit ad beneficium Ducis, qui proinde omninò tenetur ſoluere ſummam correſpectiuè promiſſam.

DECISIO.

Die Sabati 4. Aprelis 1615. referente Conſiliario Io. Andrea Georgio, feudorum interprete celeberrimo, iunctis aulis, obtinuit D. Marchio donationem valere, interuenientibus nouem votantibus Magiſter actorum de Viuo pro de Felice.

SVMMARIVM.

Tertius comparens ad infringendum iura actoris facit ſuperſedere in cauſa, quę tunc vnica ſententia quoad omnes eſt terminanda, & num. 2. *&* 3. *contrarium tenuerunt nonnulli cum* Couarr. num. 7. 15. & 17. *quod pluries limitatur n.* 8. 9. 10. 13. 17. *&* 18. *vbi ita deciſum per* Regiam Cameram.

4 Menoch. conſ. 488. num. 8. lib. 5. *non vndique percepit mentem* Ioannis Vincentij de Anna, allegat. 76. *non ſic* Fabius de Anna filius in cõſ. 97. 2. lib.

5 L. is à quo 58. ff. de reiuendic. *procedit quando duo actione reali à reo rem eandem petunt diuerſis iudicijs, & num.* 6. *& qua ratione, num.* 16. *& quando ceſſet, nũm.* 18.

11 Dec. de Franch. 261. num. 5. & 13. *declaratur, & confutatur, num.* 12.

14 *Sententia lata ſi præiudicium etiam reparabile generaret tertio venienti ad cauſam ad infringendum iura actoris, exequutioni non demandaretur etiam cum cautione.*

19 *Fiſcus ſuos habet iudices in Regno, & vni ex Præſidentibus Regiæ Cameræ eſt eius cauſa committenda; etiam ſi eſſet tractanda, iunctis Tribunalibus Regiæ Cameræ, & Sacræ Conſilij.*

ARGVMENTVM.

Tertius comparens an ſuperſedere faciat proceſſum inter actorem, & reum, ad intellectum *l. is à quo, ff. de rei uendic.* & aliorum. Quando cauſa fiſcalis tractatur iunctis Tribunalibus Reg. Cam. & S. C. cui ex iudicibus eſt committenda?

Pro

Pro Fiſco Regij Patrimonij, contra Dominos Principes Caſertæ, & Comitem Caſtri Villani.

CONTROVERSIA XXXXV.

EX pluribus petitio Regij Fiſci, qui
tanquam tertius ſubintrauit in lite
inter Comitem Caſtriuillani, & Prin-
cipem Caſertæ, petendo Caſtra, &
ſtatus detenta per dictum Principem,
& in proceſſu inter eos fabricato, de-
ducta, neutri litigantium competere,
ſed ad Reg. Fiſcum pertinere pleno
iure, & proinde eundem Principem
ad illa relaxandum condemnari debe-
re cum fructibus, debet ex eodẽ pro-
ceſſu inſtructo terminari, nec eſt aliter
differenda expeditio actionis propoſi-
tæ per Reg. Fiſcum, in ſeparato pro-
ceſſu poſt deciſionem cauſæ inter præ-
dictos Comitem, & Principẽ, præſtita
cautione, vt vulgò probari dicitur in
notiſſima *l. is à quo* 58. *de rei vendic.*

Primò, quia aut attendimus opin.
B*ald. in cap.* 1. *§. ſi duo, in princip. de*
pace tenenda, ibi *contendunt, ſcilic. con-*
tra tertium poſſeſſorem, Dyn. vide quod
1 *notat Innoc. ext. de teſtib. cap. veniens,*
quando vnus petitor infringit compe-
titorem, obijciendo ſe ſibi, pro neutro
poteſt ferri ſententia, niſi iure vtriuſque
diſcurſo, ſecùs ſi inter ſe non litigarent,
ſed ſolùm contra tertium poſſeſſorem,
ff. de rei vendic. l. is à quo, quod nota
hæc *Bald.* attenta inquam hac opin.
B*aldi*, cum Fiſcus non ſimpliciter pe-
tierit condemnari Principem ad rela-
xandum, ſed ſe expreſsè oppoſuerit
etiam Comiti, quod apertiſſimè quoq;
deducitur ex iure, cui innititur Fiſci
prætenſio, quæ vtriuſque litigatoris
iura collidit, & infringit, ita vt Fiſcus
obtinere non valeat, niſi vtriuſque iu-
ribus excluſis, & proſternatis; neceſſa-
riò ſequitur, attenta hac opin. inte-
gram, totamq; cauſam, eſſe quoad om-
nes, vnica diſcuſſione, & ſententia ter-
minandam, cum Fiſcus vtriuſq; iura,
tum ex verbis, tum ex iure deducto, in-
trinſecè contundat.

2 Et hanc opinionem B*aldi* probat
Afflict. ibidem *num.* 33. vbi reaſſumit
hoc caſu non poſſe ferri ſententiam
pro eo, qui primò confecit proceſſum,
ſed ille proceſſus ſuperſedebitur, do-
nec concludetur alius proceſſus, & ſi-
mul expediãtur iſtæ cauſæ, allegans p
opin. *Bald. Innoc. & Alexand.* & addit
id eſſe menti tenendum, confirmans
3 pluribus; idem voluit ante B*aldum*,
Bart. in l. ſi quis libertatem, num. 1. *ff.*
de petit. hered. & in alijs locis concord.
quæ congeſſit *Afflict. deciſ.* 15. *num.* 3.
verſ. item dicit, Bart. ſequitur *Alexand.*
in d. l. is à quo, Petrus Antonius Anguſ-
ſola conſ. 62. *lib.* 2. *& Alexandrũ* ſequi-
tur *Vrſill. dec.* 235. *in fin.* vbi reſidet, p
neutro ex prioribus litigatoribus poſ-
ſe ferri ſententiam, niſi iure vtriuſque
diſcuſſo, quod dicit notãdum, & quod
hac cautela vtuntur boni, doctiq; ad-
uocati, & ita fuiſſe deciſum in Sac. C.
de anno 1555. ſequitur, his in ſpecie
relatis, & latè comprobans hanc *Baldi*
4 opin. *Menoch. conſ.* 488. *num.* 8. *verſ.*
tertius eſt caſus, lib. 5. licet non vndiq;
perceperit mentem *Ioan. Vincent. de*
Anna ab ipſo relati, infrà citanda *alleg.*
76. vt mentem patris explicat *Conſil.*
Fabius filius conſ 97. *num.* 14. 2. *lib.*

Neque huic opin. quicquam obeſt
5 deciſio *d. l. is à quo*, pcedit enim, quã-
do duo actores actione reali petunt à
reo conuento eandem rem in diuerſis
iudicijs, ſecùs verò, quando pendente
lite inter duos iam collitigãtes, tertius
ſeipſum liti obijcit, petens, actorem ab
actione per eum mota excludi, & reum
ad ſibi reſtituendum condemnari, vt
optimè explicat M*enoch.* ſenſum dictæ
legis in *d. conſ.* 488. *poſt n.* 20. *verſ. re-*
ſponde-

Digitized by Google

ſpondetur primo, & clarè probatur hic ſenſus ex verbis dictæ legis, vbi ſupponitur, conuentum in vno iudicio, ab altero eiuſdem fundi nomine, impetitum rei vendicatione, nec enim meminit, nec exprimit I.C. prout neceſſariò fe-
6 ciſſet, quod inter ſe iſti petitores contenderent inuicem, ſed de hoc tantùm fuit hæſitatio, nè reus conuentus duplex damnum traheret, idest ſentiret, vt explicat *Gloſſ. ver. traheret*, igitur ſupponendum eſt neceſſariò, conuentũ à duobus omninò ſeparatis proceſſibus impetitum, probat hoc *Felin. in cap. cum ſuper, poſt num.* 11. *verſ. limitatur tertio, extra, de ſentent. & re iudicat.* dicens ita clarè velle *Innoc. in cap. veniens, il ſecondo, de teſtibus*, vbi tradit hanc limitationem pro indubitata, idem firmat *Caualc. deciſ.* 5. *num.* 19. *part.* 4. *Scacc. de appell. quæſt.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *nu.* 50. *Anna pater, & filius* locis infrà citandis.

Secundò etiam ſi attendamus opi-
7 nionem contrariam, quam veriorem contendit *Couarr. cap.* 14. *practicarum num.* 4. *verſ. nos verò contrarium, Hõdedeus, Ludouicus, Peruſinus, Lancell. Trentacinq. Burſat. & alij*, quos ſequitur *Giurba deciſ.* 1. *num.* 33. & quam probaſſe pluries S. C. ex Domino de *Franchis deciſ.* 261. tradit *Conſiliarius de Anna d. conſ.* 97. *num.* 13. nihilominus, etſi verior, & communior, ſine dubio ſit prima opinio ſuffulta authoritate *Innocentij*, vt optimè eam defendit *Menoch. d. conſ.* 488. qui poſt *Dominũ de Franchis* illam, vti veriorem, & magis communem probat, ſit tamen vera
8 poſterior hæc opinio, ea tamen temperatur, vt nõ procedat, vbi tertius comparens venit eodem iure, non diuerſo, & ſic vterque tàm primus actor, quàm poſterior, nedum ſe inuicem infringũt & contundunt iura; ſed ex eodem iure venit vterque, ita vt actio prioris litigantis in ſententiæ diffinitione diſcuti non poſſit, niſi de iuribus noui oppoſitoris, & de iuſtitia ſuæ actionis diſcutiatur, prout propriè contingere in præſenti caſu, ex facto apertiſſimè liquet; hoc etenim caſu cum impoſſibile ſit practicare deciſionem dictæ *l. is à quo*, quæ ſupponit, præſtita cautione illæſum manere ius eius, qui poſteriùs rem petijt, quod non poteſt contingere, niſi vbi ex diuerſis principijs, & radice oriuntur vtriuſque agentis actiones, cõſequens eſt, vt neceſſariò ſuperſedendum ſit in lite, quouſque vnica ſententia vtraque actio terminari va-
9 leat; hæc eſt doctrina verè aurea *Imol. in l. à ſententia* 5. *num.* 13. *in verſ. & per prædicta, ff. de appell.* his verbis, *nec obſtat d. l. is à quo cum ſeq. quia ibi non intererat tertij, quoad poſſeſſionem, quia reus poſſidebat, & non ipſe, nec etiam ſuper proprietate fiebat præiudicium eius, quod agitabatur, quia ibi primo agens de ſuo dominio agebat, & ideò tertius, qui ſecundo venit, & prætendebat ſimiliter ſe dominum, & ſic diuerſum ius à primo, impedire non potuit, quominùs primus ageret, ſed potuit etiam ipſe agere contra ipſum reum poſſidentem, ſi vult facere, vt ibi habetur*, ſequitur *Anna ſen. alleg.* 76.
10 *num.* 7. vbi teſtatur, ita fuiſſe deciſum in Regia Camera die 12. Iunij 1570. in fauorem Don Ceſaris Gonzaga, in cauſa inter Ducem Termularum, cum Regio Fiſco, quam opinionem ſequitur *Conſ. Anna filius d. conſ.* 97. *nu.* 13. & 14. qui licet ſequatur opin. *Couarr.* contra *Bald.* eam tamen admittit cum declaratione *Imolæ*, quem probaſſe affirmat *Annam genit.* reprobando in in hoc *Menoch.* aliter dictum patris intelligentem, idem *Monaldus conſ.* 49. quem refert, & ſequitur probans expreſsè hanc limitationẽ *Marius Giurba d. deciſ.* 1. *num.* 33. *in fin.* quicquid aliter ſentire videatur ex propria opinione, non ex opinione S.C. Dominus *de Franchis in d. vulg. deciſ.* 261. *n.* 5. & 13.
11 In quo, rogo aduertatur, ipſum Dominum Præſidem non rectè percepiſſe mentem *Imolæ*, dum *d. num.* 13. dicit *Imolam* loqui, quando tertius de

noue

nouo comparens vult defendere reum ex eodem iure, quo reus ſe defendit, quod dicit apparere clarè ex eius verbis, & ex iuribus, quæ ipſe allegat, at ſecus in altero caſu diuerſo, vbi ambo agunt contra reum, & licet prætendatur ab vtroque idem ius, non inconuenit, vt is dicit, quod ad inſtantiam vnius, cauſa expediatur, præſtita cautione, vt *in l. is à quo*, & reddit Præſes rationem nimis generalem, & remotam, quod ſcilic. diligentia debet eſſe proficua adhibenti.

12 O bone Deus, *Imola* nullo modo loquitur quando is, qui poſterius venit ad cauſam, vult defendere reum ex eodem iure, quo reus ſe defendit, retentis terminis *d. l. is à quo*, vbi tàm prior, quàm poſterior prætendunt, reum condemnari ad relaxandum, reſtringit illius deciſ. procedere, vbi ſecundus prętendit diuerſum ius à primo, quia cum poſſit ipſe quoque agere contra poſſidentem ſi velit, meritò primum impedire nõ poteſt, quaſi innuat, nihil ipſi nocere, cum ius ſuum illibatum firmumq; maneat, adhibito remedio cautionis, & ſic aliud expreſsè decidit *Imol.* vbi ſecundus velit agere, non diuerſo, ſed eodem iure, nec *Imol.* in toto illo diſcurſu allegat *l. ab executore*, *§. alio*, quam dicit *Dom. de Franch. per Imol.* allegari, & ex ea declarari mentem *Imolæ.*

13 Confirmatur opinio *Imolæ in d. l. à ſententia, ex conſ. Alexand.* 17. *requiſitus in cauſa vertente, lib.* 1. & ex his
14 quæ illius conſilij authoritate tradit *Felin. in d. cap. cum ſuper, poſt num.* 17. *verſ. item nota*, quod quando tertio poſteà venienti fieret ex ſententia, quæ ferri poſſet cũ priori pręiudiciũ nõ ſolũ irreparabile, ſed etiã difficiliter reparabile, tunc etiam ſi lata eſſet ſentẽtia, non eſſet locus exequutioni, etiam cum cautione, & hoc caſu probat, paria eſſe præiudicium eſſe irreparabile, vel non ex toto ita facile, iuxtà exempla Baldi *in l.* 1. *C. in integrum reſtit. poſtulata*, vnde cum negari non poſſit, maximum præiudicium inferri poſſe Fiſco ſciẽti, præſenti, & patienti, ſi de iure ſuo diſcureretur, inter Comitem, & Principem, & maximè ſi Princeps obtineret, quod fortè irreparabile eſſet, vel difficillimè eſſet obtinere, iure ſuo, quod eſt Idem cum iure, quod prius inter partes prædictas diſcuteretur, diſcuſſo, & contra Fiſcum deciſo, ob id neceſſariò ſequitur, primi, & ſecundi petitoris actionem, quæ ex eodem iure dependet, vnico contextu terminandam.

Tertiò etiamſi non admitteremus opinionem *Imolæ*, quæ ex prædictis
15 veriſſima, & communis apparet, cum tamen omnes Doctores infrà citandi circa ſenſum *d. l. is quo*, adeò dubitent, vel affirment cum opinione *Couarr.* & ſequacium, quia durum videtur, vt ſecũdus interueniens faciat differri primum iudicium, quouſque ordinetur proceſſus inter ipſum interuenientem,
16 & reum, & hac ratione vnanimi conſenſu dicunt, fundari deciſionem dictæ *l. is à quo* vt adhibito remedio cautionis, non impediatur expeditio inter
17 actorem, & reum, hac de cauſa vbicũq; vel ex natura cauſæ, vel ex conſenſu nouiter comparentis non agitur de differendo iudicio, ſed poteſt vtraque cauſa in promptu expediri, hoc caſu nemo ex his, quos vidi, negat, quin integræ cauſæ expeditio fieri poſſit, & proinde DD. formant hanc quæſtionẽ vtrum tertius comparens ad infringendum poſſit impedire expeditionem cauſæ inter actorem, & reum, prout loquuntur *Bald. Caſtrenſ. Felin. Iaſon.*, *Decius, Aſſiictus, Aymon, Ruin. Boer. Couarr. Zaſius, Puteus, Oſaſch. Franchis*, *Mynſing.* Menoch. *Gailius, Grauatius*, *Vantius, Duena, Fachineus, Diaz, Coſta*, & alij, quos longa ſerie cumulat *Gratianus tom.* 2. *cap.* 261. *num.* 27. 28. & iterum *tom.* 3. *cap.* 439. *in princip.* & in ſpecie *Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſina*, 26. *num. item* 26. *Fabius de Anna d. cõſ.* 97. *num.* 10. *Giurba d. deciſ.* 1. *num.* 33.

Et in puncto quod quando tertius inter-

interueniens non vult impedire, & ſu-
ſpendi facere inter actorem, & reum ,
ſed ſolùm vult, quod ſuper vtroque
18 pronuntietur, quod tunc ceſſet, ne-
dum diſpoſitio *d. l. is à quo*, ſed etiam
alterius concord. nempe *l. penultima*,
ff. de petit. hæreditatis optimè probat
Menoch. in d. conſ. 488. *poſt n.* 20. *verſ.*
reſpondetur quarto, vbi in fine, *verſic.*
reſpondetur ſecundo, dicit, hoc maximè
procedere, vbi inſtructus eſt proceſſus
cauſæ dominij, receptæ probationes
omnes, & omnia deducta, quæ ad causã
pertinere poſſunt, quo caſu, eãdem ſen-
tentia, vtrumque iudicium diffiniri de-
beri probat, & maximè cum ex proba-
tionibus receptis, de iure dominij ipſi⁹
tertij facilè conſtare poſſit, quo caſu ex
Innocentio ad cauſæ expeditionem eſ-
ſe deueniendum, probat, prout deueni-
ri debet in præſenti, vbi Fiſcus inter-
ueniẽs declarauit, velle abſq; alio ter-
mino ad expeditionem procedi.

Et dum interuenit Fiſcus tanquam
19 actor, licet cauſa ad inſtantiam Comi-
tis tractetur, iunctis Tribunalibus S.C.
& Reg. Cameræ, cum interuentu Regij
Fiſci, etiam ſpecialiter petiti ex parte
Principis à S. Maieſtate, dum ſperabat
eius defenſionem ſuſcepturum, ſicut in
cauſa Comitis proceditur coràm Cõ-
ſiliario Saluo Iudice inter partes, ſic
cauſa Fiſci omninò eſt committenda
vni ex Præſidentibus, quos ſuos Iudi-
ces nouit Fiſcus, non alios, iuribus ci-
tatis *à Peregrino tract. de iure Fiſci, lib.*
7. tit. 1. latiſſimè per *Reuerterium deciſ.*
7. tom. 1. Surgentem lib. 1. cap. 26. n. 23.
Dominum Regent. Tapiam de iure
Regni, lib. 2. pragm. 1. & eſt expreſſa
Prag. Inuictiſſ. Philippi II. 6. in ordine
ſub tit. de officio Procuratoris Cæſaris; in
nouis incipiens *cum Regia Camera*,
& maximè cum dignior ſit cauſa Fiſci,
ex cuius perſona ratione ipſius præe-
minentiæ deberet potius cauſa priua-
torum vniri cum cauſa Fiſci, quàm è
contra, ex reg. quod maius dignum
trahit ad ſe minus dignum.

Litteris S. Maieſtatis exhibitis, quib⁹
iniũgebatur, causã expediri cũ inter-
uẽtu R. Cam. ob Fiſci intereſſe; cauſa
vlterius nõ pceſſit, inclinabãt tũ dñi in
hãc noſtrã sẽtẽtiã Act. mag. Scacciau.

SVMMARIVM.

1 *Ritus Regiæ Cameræ*, in S. ſi vaxellum de fundic. flagell. *quatuor caſus conſiderat, & qui ſint, n. 2.*

3 *Ritus Regiæ Cameræ conſiderat etiam ex onerationem voluntariam merciũ de vaxello in terram.*

4 *Vaxellum ſi voluntariè in portum venit cauſa cõmercij, ſoluit fundicũ merciũ in Regno etiã ſi nõ exonerat, ſimiliter ſi coactè, etiam ſi exoneraſſet coactè, non ſoluit, num. 6. 8. 9. & 10.*

5 *Portulanus debet curare, vt vaxellum ex neceſſitate in portum appulſum ſedata tempeſtate, recedat, & quare.*

7 *Exoneratio libera, non coacta continetur appellatione exonerationis.*

10 *Ius fundaci eſt membrum dobanæ, nec cognitum de iure communi, ſed introductum per Imperat. Freder. in Regno, ſub colore, quod merces cuſtodirentur in domo Regia, & an fuerit color quæſitus, num. 11.*

12 *Vectigal non debetur de iure communi ex nauigijs, & bonis, vi tempeſtatis in terram appulſis, et qua ratione, n. 13. & 15. etiam ſi nauis exoneret merces in terram, n. 16. 28. & 32. idem ſi timore hoſtium, vel Piratarum, n. 18.*

14 *Lex, & Conſtitutio cum clauſula irritanti, omnes futuræ leges ſtatuta, & conſuetudines, contrarium diſponentes aufert.*

17 *Gabellam deberi, & incidere in commiſſum, paria ſunt.*

19 *Gabella non debetur per eos, qui famis neceſſitate vadunt ad molendum in territorio, vbi ea ſoluitur.*

20 *Bona naufragata eorum dominis reſeruantur, neque ex eis aliquid datij exigendum, et in edictum incidit non tãtum, qui rapuit, ſed etiã qui abſtulit, vel damnum dedit, & num. 21. 24. 25. & 26. aut is, cuius opera factum eſt, ne naufragantes opitulentur, num. 22.*

23 *Na-*

23 *Nauis expugnata, ſiuè naufragata, quando dicatur.*

27 *Publicanorum execrabilis, & nefandiſſima cupiditas.*

28 *Extrahere incipiens bladum à loco permiſſo, ſi antequam extrahat, promulgetur ſtatutum prohibitiuum, nihilominus licitè poteſt.*

29 *Actus ſubſequens cum habeat neceſſariam conſequentiam ad principiũ regulatur ab antecedenti, & quid in mercatore reſpectu caſus fortuiti, & num. 30.*

31 *Finis cum habeat neceſſariã conſequẽtiam, ad principium, principiũ attenditur, & non finis.*

33 *Ritus Regiæ Cameræ debet recipere interpretationem ſecundùm ius commune, etiam ſi eſſet contra ius commune.*

ARGVMENTVM.

Ius fundaci, ſiuè vectigal non deberi pro mercibus, vi tempeſtatis, vel alia neceſſitate in portum delatis, & ibi eadẽ neceſſitate exoneratis, ad intellectum Ritus Regiæ Cameræ *de fundico flagelli, §. ſi vaxellum*, & diſpoſitionis iuris communis.

Pro Dominis mercium nauis, ſub nomine Sanctiſsimæ Annũtiatæ, & Sancti Franciſci, quæ Brunduſium caſu diuertit, contra Regium Fiſcum.

CONTROVERSIA XXXXVI.

CVm anno præterito mihi contigiſſet ex tempore, & maxima temporis anguſtia preſſo, de iure reſpondere pro Dominis mercium nauis appellatæ de Sancto Lazaro ex portu Veneto profectæ, vt pro mercibus nauis, vi tempeſtatis in portu delatæ, ac etiam præciſa neceſſitate cogente, in terram expoſitis, ius fundaci, nec aliud vectigal deberi de iure communi, nec etiam ex diſpoſitione Ritus Regię Cameræ, viſiſque meis allegat. contrariũ fundare nixus fuerit eruditiſſimus, ac ſummi ingenij Fiſci patronus Dom. Conſ. Vincẽtius Corcionus, cuius dictis fruſtra conati sũt extranea, & prorſus inutilia ſuperaddere defenſores Arrendamenti, cum idem articulus adhuc in altera cauſa nauis, quæ Venetias proficiſcens neceſſitate coacta Brunduſium diuertit, pendente adhuc indeciſa prima, cuius expeditionem Fiſcus hucuſque diſtulit, ex his, quæ initio ſemel ſcripſi, obtinere ſpero, paucis ex abũdanti nunc ſuperadditis; idq; tàm ex diſpoſitione ritus Reg. Cam. & eorum, quæ inibi ſcribit *Iſern.* quàm etiam ex eo, quod hæc non ſit gabella, quæ non debetur ex mercibus tempeſtate delatis, ſed ius quodam debitũ pro vtilitate, quã ſentit Dominus mercium, ex hoſpitio ſibi conceſſo, ſed neque ritus, neque vllus color, ſiuè prætextus bonorum conſeruationis huiuſmodi compendium ex re tam luctuoſa Fiſco concedere poteſt: non quidem

1 Ritus in §. *ſi vaxellum, ſub tit. de fund. flagelli.* quatuor enim caſus, ille *text.* conſiderat.

2 Primò, ſi vaxellum quod vi tempeſtatis ad portum Regni delatum, ſi ceſſante tempeſtate, velit recedere, nec exoneraret, nihil ſoluet pro iure fundaci, & reddit rationem.

Secundò, quod ſi ex libera volũtate, ſuaque ſponte, ſedata tempeſtate, & ſic dum poteſt recedere, nullo iuſto impedimento detentus, remanere voluerit

Digitized by Google

rit in eodem portu, ſoluere debet.

Tertiò; quod ſoluet ſaltim ius anchoragij pro hoſpitatione, ſeù albergo, quia in ipſo portu fuit tutò receptum vaxellum.

Quartò, quod vbi vaxellum voluntariè veniſſet cauſa commercij, etiam ſi non exoneraſſet, ſoluet fundacum, vel cauere debet ire ad terram fundaci infrà Regnum, ex quibus patet, quod dum ritus conſtituit potiſſimè diſcrimen inter vaxellum, quod venit ex neceſſitate, vel ex voluntate, totum decidendo, & diſtinguendo inter voluntatem coactam, & liberam, quæ ab ini-
3 tio, vel ex poſt facto ſuperuenit, ex hoc apertè ſequitur, quod dum diſtinguit inter caſum, vbi dominus exoneraret merces, vel nō exoneraret, pari modo diſtingui debet inter caſū, quo is ſpōtè, & voluntariè exonerat, vel vbi coactus id facit: quod apertè probatur ex illis verbis ibi *velit recedere, nec exoneraret*, & ſic conſiderat ritus caſum exonerationis voluntariæ, accedunt ſubſequentia verba, ibi *quod ſi volūtarius remaneat, ſoluere debeat &c.* & tandem idem colligitur ex vltimis verbis, ponderando illa à contrario ſenſu, ad cor-
4 ticem verborum, dum dicitur *vbi verò voluntariè veniſſet cauſa commercij, etiam ſi non exoneraſſet, ſoluet fundacū*, igitur à contrario, vbi coactè veniſſet, non cauſa commercij, etiam ſi exoneraſſet, non ſoluet fundacum, arg. eorum quæ notat *Euerardus* loco à contrario ſenſu: requirit enim titus, quod vaxellum, vel voluntariè veniat cauſa commercij, vel ſaltim etiam ſi ex neceſſitate venerit, quod voluntariè ſaltim remanſerit, dum ceſſante tempeſtate, potuit recedere, vel ſi exonerat, quod ſimiliter voluntariè intelligendum eſt, non autem quando eadem neceſſitate impulsū, ex qua portum petere coactū fuit, eadē, & maiori exonerare neceſsè fuit, nè penitus, & omninò cum onere mercium obrueretur, & hoc eſt, quod
5 dicit ritus, dum monet Portulanum, vt curare debeat, vt ſtatim, ſedata tempeſtate, recedat; non enim hoc fit ex pietate, & charitate, ſed vt ex eo appareat, ſi dñs nauis velit voluntariè permanere, dum potuit ad ſuum redire iter, quo caſu ſoluere debet, vnde ſicuti ſpontanea volutas tribuit ius Fiſco, quoad ius fundaci, ſic neceſſitas immunem reddit dominum nauis ab omni vectigali,
6 neque ab iſto vero, & germano ſenſu ritus, recedit *Iſern.* prout rectè intuenti patebit, ſiquidē nihil obſtat, quod ſubijcit *Andr. in verſ. ſed in prędictis*, ſcilic. quod ſi inceperat dominus vendere, vel exonerare, ſtatim tēneretur ſoluere ius fundaci, etiam ſi vi ventorum veniſſet impulſa, vel exoneraret de vno vaxello in alterū, quia loquitur *Iſern.* de eo, qui incipit vendere, vel exonerare voluntariè, iuxtà ſecundum caſum conſideratum per ritum in verſic. *ex quo videtur:* nec immeritò, quia dum pariſicat caſum venditionis, & exone-
7 rationis, ſicut in dubio, venditionis appellatione, continetur venditio libera, & non coacta, quæ non eſt venditio *Theſaur. filius qq. forenſ. lib. 1. cap. 39. in fin.* ſic etiam de eo intelligi debet, qui voluntariè exonerat, dum ſub vna pariformi determinatione, & ſub vnica verborum ſtructura loquitur *Iſern.* de incipiente vendere, vel exonerare.
8 Quod euidenter conuincitur ex his, quæ idem *Iſern.* ſubijcit in verſ. *item aliud ſi vi*, dum ponit caſum, vbi Naui vi ventorum impulſa, aliqui mercatores exonerant, & alij non exonerant, & reſoluit, quod illi qui exonerant, ſoluent ius fundaci, nec præiudicabunt alijs, qui non exonerauerunt, etiam ſi merces eſſent communes, niſi pro ſua parte, ex quo patet, *Iſern.* loqui, vbi dominus exonerat voluntariè, non coactè ex mera neceſſitate, tunc enim non datur electio exonerandi, uel non exonerandi, cum, neminē præſumatur uelle iactare ſuum, & in mari perdere mer-
9 ces. Confirmatur idem ex uerbis *Iſern.* ſequentibus, dum declarat ius anchoragij, & ſubijcit *ſatis æquum videri, vt non ſoluat, vbi quis non vendit; nec habuit*

buit voluntatem vendendi, & quod ſi voluntate vendendi venerit, & non vendidit in mari, nec exonerat in terra, pariter non ſoluet, & ſic ſemper loquitur *Iſern.* retentis terminis ritus, vbi ſcilicet voluntariè Dominus vendit,& voluntariè exonerât.

Qui ſenſus etiam cõprobatur ex additionibus marginalibus ad dictũ ritũ,
10 & tãtò fortiùs, quia iſtud ius fundaci, quod eſt membrum iuris dohanæ,non eſt ius antiquum, nec cognitum à iure communi, ſed introductũ per Frider. qui inter multa iura noua hoc introduxit, vt ſub colore, quod merces cuſtodirentur in domo Regia(cum tamẽ, vt plurimũ cuſtodiantur in fundacis priuatorũ,mediãte mercede,prout in præſẽti caſu factum fuit)introduxit hoc ius ad rationem granorum quindecim pro vncia, ſiuè ad rat. duc. 2. pro centũ,&
11 verè fuit color quæſitus,vt nouam adderet gabellam, vt ex *Ritu* expreſſo *de iure fundaci*,ex *Iſern.& Afflict.* probat *Reg.* Moles *in tit. de iur.fundaci in §.ſe-*
12 *cundum membrum*, *quæſt.* 1. de iure autem communi, ſi caſus eſſet omiſſus per ritum, certum eſt, nullum ius, nec aliquod vectigal cuiuſcunq; nominis, ſub quouis quæſito colore,vel prætextu exigi poſſe per Fiſcum ex nauigiis, & bonis, quæ vi tempeſtatis in terram veniunt, *auth. nauigia, C. de furt.* ibi *nauigia rupta, vel quæ aliàs ad terram peruenerint, tàm ipſa, quàm nauigantium bona integra reſeruentur illis, ad quos ſpectabant, antequam periculum incurriſſent, ſublata pœnitus omnium locorum conſuetudine*, vbi *gloſſ.* 1. citat cõcordãtes,& *gloſſ.*2. addit rationem,
13 quia non debet addi afflictio afflicto, citans iura : non autem reſeruarentur integra bona ſi à naufragium paſſo, & exonerãte bona vi tempeſtatis,ius fundaci nouũ, & proindè odioſum exige-
14 retur, & quod ex d. *Conſt.* cũ clauſula irritanti, omnes futuræ leges, ſtatuta,& conſuetudines ſint ſublatæ, latè probat *Gail.lib.*1.*obſeruat. cap.*18.*per totum*, quid enim eſt dicere, *quod Fiſcus meus*
15 *ſeſe nõ interponat cum nullum ius habere poſſit in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur*, vt dicit *Conſtant. in l.* 1. vbi *gloſſ. Bart.* & reliqui, *C. de naufrag. lib.* 11. niſi prohibere, quod Fiſcus nullam exigere valeat gabellam ex rebus vi tempeſtatis exoneratis?& hoc notat *Bart.* ibi, *nota ex hac* l. imò caſu, quod ſi per tempeſtatẽ maris aliqua nauis venit ad portum, non debet ſoluere gabellam,ſeù portorium, quia uiolenter uenit *l. Cæſar, & l. fin. §. ſi propter neceſſitatẽ,ff. de*
16 *public.* qui textus loquitur in ſpecie de domino nauis exonerante onus in terrã,ut res non debeat commiſſa uendicari: *Bart.* autem,& cæteri *DD.* notãt ex eo, quod non debeat pro ijs rebus
17 ſolui gabella: nihil .n. differt incidere in commiſſum,& teneri ſoluere gabellã; ſunt enim unum, & idem,ſiuè unum alterius cauſa,& origo,quia ex obligatione ſoluẽdi gabellã,oritur commiſſũ co ipſo,quod omittitur profeſſio, *Bart. in l.commiſſa* 14. *in princ. ff. de public.* & proindè *Angel. in ead. l.* 1. *C. de naufrag.*
18 ſequitur *Bart.* quod pro bonis in portũ uiolẽter delatis non ſoluitur gabella,neque portorium,& idem ſi propter timorem hoſtium, uel piratarum, citãs in ſpecie *d. l fin. §. ſi propter neceſſitatẽ, qui text.* loquitur de exonerante merces : addunt *Bart. & Angel.* adeò hoc
19 eſſe uerum, ut ij, qui uadunt ad molẽdum in molendino territorij, ubi adeſt gabella, quod ſi coacti id faciunt tempore famis,quod poſſunt reportare farinam ſine ſolutione gabellæ, qui propter neceſſitatem famis uenerunt, quæ eſt magna neceſſitas,cũ ſit naturalis:triplex eſt enim neceſſitas, naturalis, fatalis,in qua quis fortuito caſu, & fato incidit, & culpoſa,quarum primæ duæ neceſſitates excuſant omni caſu, *Crauett. in reſpõſo, pro genero, num.* 94. *Cacher. dec.* 167. *Feder. Martin. de iure cenſuum, cap.* 4. *num.* 96. & inter fortuitos caſus uim tempeſtatis connumerari conſtat, ex *l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, ff. locat. Sebaſtian. Medices de*

Kk *fortuit.*

fortuit. caſibus, part.2.cap.3. num.5.&
20 ob id *Vlpian. in l.1. verſ.huius ædicti,*
ff.de incend.ruin. & naufrag. dixit,pu-
blicè intereſſe, nihil rapi ex huiuſmodi
21 caſibus naufragorum,& in *l.3.* dixit,in
ædictum incidere, non ſolùm, qui ra-
puit,ſed etiam qui abſtulit, uel damnũ
dedit, licet non de manibus, ſed aliter
eo inuito,vt ſubdit *gloſſ. & in fin. in* §.
item alio, addit,eos,quorum opera,aut
conſilio naufragi ſuppreſſi fuiſſent, ne
naui,ibiuè periclirantibus opitulentur,
l.Corneliæ pęna afficiendos, quinimò
eos qui,aliq d ex miſerrima naufragorũ
fortuna rapuiſſent, uel lucrati fuiſſent
ex ædicto Prætotis teneri tantùm, &
Fiſco dari debere,& in *l.6.eod. tit.* po-
23 nitur caſus præſens, nauim expugna-
tam cenſeri, cum ſpoliatur, mergi-
tur, diſſoluitur, aut pertunditur, aut
funes eius præciduntur, aut uela
24 conſcinduntur, & in *l.3.* prohibetur
aliquid ex naufragijs diripi, neque
quod extraneus interueniat in colligẽ-
dis bonis, neque miles, neque priua-
tus,neque ſeruus Principis,plura *Gail.*
d.cap.18.lib.1.num.4. & ſeq. compro-
bat latiſſimè *Rip. de peſte tit. de priuileg.*
*contract.ex num.*158. *ad* 165. ubi in-
uehit contra Fiſcum, & datiorum con-
ductores, ut nihil omninò prætendere
poſſint ex rebus ui tempeſtatis in por-
tum delatis, afferens plura ſimilia in
materia repreſaliaium, & diſtinguit
*num.*164. inter aduentum uoluntariũ,
uel qui excuſari poterat,& neceſſariũ,
26 optimè *Guliel Bened.* ſimul, & latiſſi-
mè in repetione *cap. Raynutius, verſic.*
& vxorem nomine, ex num. 373. *ad*
27 *num.* 377. qui execrabilem & nefan-
diſſimam cupiditatem appellat, quod
ex alieno fletu ridendum putent pu-
blicani, & quod omnia mala nouere,
qui circa lites verſantur,ad ipſum me
remitto, *Stracca de nauibus n.26. ex*
Bart.Bald. Laud. Alex. M*arſil. & alijs*
28 quos ipſe citat, & in pũcto in terminis
noſtris in materia *d.l.Cæſar,& l.fin.* §.
ſi propter neceſſitatem,quod ſi actus ſub
ſequens habet neceſſariam conſequẽ-
tiam ad principium, tunc licitè, & ſine
periculo vllo poſſint extrahi merces,&
fortiùs exonerari,dicit *Ioan.de* I*mol.in*
cap. cognoſcentes, quod eſt ſecundum,de
conſtit.in fin. ponens exemplum in eo,
qui cępit extrahere bladum, & nondũ
extraxit à territorio, quod non ligetur
ſtatuto, quod interim fuit factum pro-
hibens extractionem,quia actus poſte-
rior fit ex neceſſitate, ne damnum pa-
tiatur, & ſic poteſt licitè fieri, quia
actus ſubſequens regulatur ab antece-
denti, ſequitur *Felyn. ibidem in fin.* &
ante ipſos *Bart.optimè in d.l.Cæſar* 15.
num.9.ff. de publican.vbi in 7. oppoſit.
quod in his terminis, nedum quando
finis habet neceſſatiam conſequentiã
ad principium reſoluit,attendi princi-
30 pium,& non finem, ſed etiam quando
non habet omninò neceſſariam conſe-
quentiam, quando ſumus in mercato-
re, nè caſus fortuiti, quos fuit paſſus
ſint ei in damno, quaſi hoc ſit in priui-
legium, caſum fortuitum paſſi, vt idem
Bart. tradit *num* 4.*& in* 6.*&* 8.*oppoſit.*
amplius docet, quod quando vis præ-
ceſſit,& poſteà ſequitur actus volunta-
rius,tunc nõ attenditur,neque prodeſt
vis præcedens, ſi tamẽ actus ſubſequẽs
volũtarius approbauit actũ illũ, in quo
fuit vis,& coactio, & ſic electiuè ſua
ſpõtè actũ illũ præcedentẽ cõfirmauit,
aliàs ſecus: quomodo .n. actus exone-
rationis uaxelli poteſt cẽſeri uolũtari⁹,
& talis,ex quo ſoluatur gabella, cũ ha-
beat neceſſariã cõſequentiã ad princi-
pium cauſatum ex ui tempeſtatis?certè
ſicuti ex appulſu nauis in terram non
debetur gabella, ità nec etiam propter
exonerationem mercium, quæ ex ea-
31 dem neceſſitate facta fuit;quãdo enim
finis habet neceſſariã conſequentiã ad
principiũ, tunc attenditur principiũ,&
nõ eſt in cõſideratione finis, *Euerard.*
loco à virtute finis poſt n.8.ver.alij autẽ
dicũt, & proindè rectè cõſuluit *Surd.*ꝗ
32 ꝓ nauibus, & mercibus, q̃ ui uentorũ,
uel tẽpeſtatis, piratarũ,uel alio timore,
uel incurſu in aliquẽ portum uectæ,uel
reductæ ſunt præter intentionem nau-
tæ,

tæ, vel Domini, nullo iure deberi gabellam *in conſil.239.in fin.lib.2.* citans iura, & Doctor. & ſic expreſsè firmat *Surd.* quod nedum pro nauibus in portum delatis, ſed pro mercibus in terrã reductis, nulla ſit ſoluenda gabella, cõprobat idem latiſſimè *Iul. Ferret. de gabell.num.115.tom.12.tract. Igneus in l.contractus,num.85.ff.de regul.iur.* & ex his cum ita ſit clariſſimè iure
33 comm.conſtitutum, Ritus noſter non eſt aliter vllo modo intelligendus, ſed recipere debet omninò interpretationem reſtrictiuam ab eodem iure communi, etiam ſi ſtatutum hoc eſſet contra ius commune, vt latè tradit *Surd. deciſ.182.num.24. & conſ.4.num.49.* & in puncto in hac materia vectigaliũ, & portorij, nè ab ea recedamus, docuit *Bart.in d.l. Cæſar, num.7. 24. & 26.*

Sopita tandem fuit, tranſactione, vt in ſequentis controuerſię calce.

SVMMARIVM.

1 *Ritus Regiæ Cameræ decidit etiam caſum exonerationis multis modis, & qui illi ſint, referuntur.*

2 *Ritus prædictus cum interpretationem recipere debeat à iure communi, eſt intelligendus, conſtituiſſe differentiã inter actum voluntarium, & neceſſarium, nec fuiſſe neceſſe hoc exprimere.*

3 *Ritus in ſenſu directo declaratur, & num.4.& 5.*

6 *Dictio* tamen *eſt aduerſatiua.*

7 *Ius anchoragij non regulatur ſecundũ ius fundaci, cũ ſit ſatis leue cõparatiuè ad ius fundaci, quod eſt maximè odioſum.*

8 *Ius fundaci erit ſoluendum Regi, licet mercatores domos conducant pro conſeruandis mercibus, & fundacis non vtantur.*

9 *Argumentari non licet à ſolutione minoris, ad ſolutionem maioris vectigalis.*

10 *Nauis vbi coactè venit ad portum, nõ cauſa commercij, etiam ſi exonerat non ſoluit fundacum.*

11 *Argumentum à ſenſu contrario deſumendum eſt à ſenſu illius qualitatis, quæ, cauſa ſit diſpoſitionis.*

12 *Appulſus voluntarius ſolus, cauſa commercij, obligat merces ad ſolutionẽ vectigalium, quod limita, quando vſu veuntur, nu.14.*

13 *Commercium fuit occaſio, ex qua vectigalia ſint inſtituta.*

15 *Venditio neceſſaria ex cauſa violenti appulſus, ius fundaci fiſco aufert.*

17 *Caſus fortuitus excuſat mercatores à ſoluendo ius fundaci.*

17 *Dictio,* verò, *eſt aduerſatiua.*

18 *Nauis, quæ venit ad refriſcandum dicitur voluntariè veniſſe.*

19 *Caſus in ritu ſpecificati, licet videantur duri, vt ſolueretur ius fundaci ab eo qui voluntariè venit cauſa commercij, vel refriſcationis, & non exonerauit, tamen ſeruari debent, quia ſtatui potuerunt, & num.21.*

20 *Dictio* idem *inducit ſimilitudinem, & paritatem, caſus ſequentis cum præcedenti, vt eorum eadem ſit deciſio.*

21 *Princeps in terra ſua poteſt facere legẽ, quam velit, et vt conſueta ſeruentur, licet aliquantulum dura.*

22 *Quæ ſunt ad tempus, non videntur adeſſe.*

23 *Veniſſe non dicitur ſtatim receſſurus, prout, is qui venerat ad refriſcãdum*

24 *Reges, & Principes monentur, vt non ſtatuant iura irrationabilia, quia peccant.*

25 *Verbum* refriſcare *in materia iſta importat neceſſitatem.*

26 *Recedere non licet in dubio à propria ſignificatione vocabuli, præſertim ſi conueniat et communis vſus loquendi, & valde notorius.*

27 Capitulum 85. Conſulatus, & Ritus prædictus *loquuntur de verbo* refreſcare *abſolutè, & de per ſe, ſine aliquo ſubſtantiuo.*

28 Refreſcare *ſimpliciter aliud eſt, &*

aliud eſſe poteſt cum adiuncto.

29 Intellectus verus, & genuinus dicti capituli, conſulatus.

30 Ius fundaci ſoluere, de omnibus tenentur ij, qui cęperunt vendere, vel exonerare, licet voluntariè veniſſent, aut ſpontè ad refrinſcandum, vel cauere de eundo ad terram ſundaci infrà Regnum.

31 Dictio, ſed, licet ſit aduerſatiua in facto, & in iure, tamen hic aduerſatur tantùm in facto, vt etiam eſt quando iũgitur cum copula &.

32 Dictio prædicta aduerſatur etiam in iure hoc caſu in duobus.

33 Iſerniæ intellectus enucleatur.

34 Exitus acta probat.

35 Animus colligitur ex poſtea geſtis.

36 Venditio, ſeù exoneratio omnium mercium non expectatur, ſed ſufficit quod cęptum ſit vendi, aut exonerari, vt ſtatim exonerans teneatur de omnibus ſoluere ius fundaci.

37 Verba Iſern. accipi oportet, de voluntaria venditione, vel exoneratione, & ratio.

38 Venditionis appellatione venit libera, & vera, quæ conſenſu perficitur.

39 Voluntas, & conſenſus coactus, licet ſit conſenſus, & voluntas ſecundum quid, non tamen verus, & ſimplex.

40 Dictio etiam eſt extenſiua, augmentatiua, & ampliatiua.

41 Vectigal ſolui debet, ſiue exoneratio fiat in terra, ſiuè in mari de vaxello in vaxellum, et ratio, num. 42. quod ampliatur, num. 43.

44 Neceſſitas in iſtis terminis conſideratur in duplici actu, ſcilicet appulſus, ad portum, & exonerationis, ſeù venditionis partis mercium.

45 Nauis neceſſarius ad portum appulſus, non includit neceſſariò mercium exonerationem neceſſariam, vel earum partis venditionem, et ratio.

46 Ritus, nec Iſern. exprimunt caſum poſteriorem coniunctum cum primo, & qui ſit iſte caſus.

47 Fiſcus, nec alius poteſt extendere ritum ad factum in eo non expreſſum.

48 Extenſio nullo iure, nulloue modo fieri poteſt de caſu, ad caſum non comprehenſum, expreſsè, vel tacitè, & quæ ſunt facti, non præſumuntur, nec ſuppleri poſſunt.

29 Statuta recipiunt interpretationem à iure communi, & caſus omiſſus ab eo relinquitur diſpoſitioni eiuſdem iuris.

50 Ius fundaci, et vectigalis eſt materia odioſa, & rigoroſa.

51 Commoditas differt à neceſſitate.

52 Commodè dicitur fieri, quod ſine promittentis incommodo, et ſalua dignitate fieri poteſt, et paria ſunt, fieri cõmode, et abſque penuria, et neceſſitate.

53 Iſernia loquitur non ſolùm in primo caſu neceſſarij appulſus, ſed è contrario ſenſu expreſsè deciditur ſecundus, vt exiſtente eadem, aut ſimili neceſſitate, quę non permittat nauem diſcedere, releuetur dominus mercium à ſolutione vectigalis.

54 Fatuum eſt conſiderare caſum, in quo mercatores mallent merces amittere, quam exonerare.

55 Voluntas coacta non eſt ſimpliciter voluntas, ſed conditionata, et ſecundùm quid.

56 Ariſtotelis aurea verba, pro roboratione, & dilucidatione materiæ integrè referuntur.

57 Ex duobus actibus, ſi poſterior eſt executio prioris, ambo ſunt vnus.

58 Gabella non debetur ex actu, qui ſit in exequutionem, et neceſſariam ſequelã præcedentis.

59 Actus non dicitur nouus, qui fit in exequutionem præcedentis.

60 Diſcrimen maximum inter ſolutionẽ gabellæ, et ſolutionem portorij, tributorum, et vectigalium, et ratio differentiæ.

61 Socij, vel hæredes non ſoluũt laudemia ob neceſſariam inter eos factam emphy-

phyſtheotica rei diuiſionem, et ratio.

62 *Venditio, vel exoneratio mercium, vt facta neceſſariò in exequutionem appulſus, confunditur cum ipſo appulſo.*

63 *Actus, qui fieri poteſt duplici ex cauſa, debet referri ad cauſam neceſſariam, & ex ea factus cenſetur.*

64 *Actus, qui fit ex neceſſitate alterius præcedentis, præſumitur neceſſarius, & geſtus in exequutionem præcedentis.*

ARGVMENTVM.

Agitur de eadem quæſtione, de qua in controuerſia præcedenti, & latius de intellectu, & explicatione ritus Regiæ Cameræ, *in* §. *ſi vaxellum, ſub titulo de fundico flagelli, & c.* 85. *Conſulatus maris*, ac de diſcrimine inter ius anchoragij, & ius fundici, ac cætera alia vectigalia.

Pro ijſdem, nouus diſcurſus, ad verum intellectũ ſuprad. ritus Regiæ Cameræ.

CONTROVERSIA XXXXVII.

ETſi in prioribus ſcriptis pro defenſione immunitatis vectigalium, occaſione alterius nauis, ſatis ſuperq; iuſtitiam aduerſus Fiſcum patere, iuſtè credamus, vt tamen omnis nebula ceſſet; pro reſolutione obiectorum, & germano, & vero ſenſu ritus Cameræ, ſubſcripta ſuperaddenda cenſui. Non obſtat igitur primò, ritum in omnibus caſibus in ipſo conſideratis, & diſtinctis, diuerſimodè c[illegible]derare appulſum ab exoneratione; [illegible]quidem diſtinctio, quæ fit in appulſu, non aliter fit circa actum exonerationis, vndè infert Fiſcus, diſtinctionem inter caſum voluntarium, & neceſſarium, eſſe faciendam in appulſu tantùm, non autem in caſu exonerationis, quia tunc etiam ſi exonerentur merces ex neceſſitate, debetur portorium.

1 Primò enim dicimus, ritum apertè continere, & decidere etiam caſum exonerationis multifariàm, ſcilicet. Primò apertè in ſenſu directo. Secundò ſaltim per inflexum à ſenſu cõtrario. Tertiò à ratione expreſſa in ipſo ritu, quæ vtrumq; caſum inſeparabiliter coniungit, & comprehendit. Quartò ex vi repetitionis. Quintò, &

2 tandem, ſi nihil horum adeſſet, ita ritũ eſſe intelligendum ex interpretatione paſſiua, quam recipere debet à iure communi, quæ generaliter in omni caſu, & præſertim in ſpecie caſus noſtri expreſſam conſtituit differentiam inter actum voluntarium, & neceſſarium, & ſic nõ fuit neceſſe hoc exprimere. In

3 ſẽſu directo hoc dicit in primis verbis ibi, *ſi ceſſante tempeſtate, velit recedere, nec exoneraret, nihil ſoluet pro iure fundaci*: loquitur igitur expreſsè initium ritus, de vaxello mercibus onuſto, quod venit ad aliquem Regni portum vi ventorum, & tempeſtatis, quod ſi ceſſante tempeſtate, velit recedere, nec exoneraret, nihil ſoluet, coniungit igitur expreſsè ritus caſum appulſus nauis, & exonerationis, diſponẽs quod ſi ceſſante tẽpeſtate recedat, nec exoneret, non ſoluit, ergo ſi durante tempeſtate, permaneat, & exoneret, ex eadem neceſſitate, nihil pariter ſoluet.

4 Confirmatur ex ſequentibus verbis, *quia non dicitur veniſſe, qui coactus, & compulſus venit*, ſi ergo mox ritus coniunxerat caſum appulſus, & exonerationis, ſequẽtia verba, quę per dictionẽ *quia* exprimũt rationem dicti *cap. quia propter, de reſcript. Alexand. Barboſ. de diction. cap.* 265. pariformiter vtrumq; caſum comprehendunt, & ad omnia præcedẽtia referuntur, ac ſi dixiſſet ri-

 tus,

tus, quod non dicatur exonerare, qui coactus, ſeù cōpulſus, eadē neceſſitate vrgente, exonerat, *l. talis ſcriptura*, §. *fin.ff.de leg.*1. cum alijs ad propoſitum per *Surd.deciſ.*322.*n.*59. & hoc etiam ex vi repetitionis, propter vnitatem ſermonis, & connexitatem orationis, iuxtà tradita per *Bart.in l.in repetēdis, ff.de condit.& demonſtrat.Crauett. cōſ.* 208.*num.*6. *Surd. deciſ.* 88. *num.*24. cū alijs in fin. ex quibus repetitio pręcedentium induci poſſet, quæ doctè ſatis, licet prolixè, cumulat *Caſtil. Hiſp. lib.*2.*quotid. cōtrouerſ.cap.*4. *ex n.*138.

5 Ponderentur pręterea ſecundò illa verba *curare debet Portulanus, vt ſtatim ſedata tempeſtate recedat, ex quo videtur, quod ſi voluntarius permaneat ſoluere debeat*, ſi eſſet verum aſſumptū Fiſci, diſcrimen inter actum voluntatis, & neceſſitatis conſiderari ſolùm in appulſu nauis, non in reliquis, ſcilicet circa exonerationem, & venditionem, fruſtrà ritus in actu ſequenti permanēdi, diſtinxiſſet inter actum volūtatium, & neceſſarium, vnde dum dixit, *quod ſi voluntarius remaneat*, nec dixit, quod ſi remaneat ſimpliciter, & indiſtinctè, ergo eadem diſtinctio, quæ fit in appulſu, debet fieri in reliquo, ſcilicet in actu poſteriori permanendi, qui actus non fit, niſi ad finem exonerandi, vel vendendi, fruſtrà enim quis remaneret in portu, niſi ad hunc finem; ſi quidem omne agens propter finem agit.

Tertiò confirmatur ex illis verbis, *dicunt tamen multi, quod ſoluet ius anchoragij, quaſi pro hoſpitio, quia in tali portu ſecuratum fuit vaxellum, ſicut in domo propria*. Vnde vbi voluit ritus indiſtinctè ſolui ius aliquod, ſcilicet anchoragium, generaliter, & indiſtinctè hoc diffiniuit, & ſtatuit, idque expreſſit per dictionem *tamen*, quæ eſt aduerſatiua, & aduerſatur, quoad omnia præcedentia in eodem genere, retentis eiſdem terminis, vt ius anchoragij indiſtinctè ſolui debeat abſque vlla neceſſitatis, & voluntatis diſtinctione *Vulpel. de propoſit. & aduerb. dict.tamen, Barboſ.d.tract.c.*347.*n.*2

7 & proinde quod diſponitur de iure anchoragij, extendi non debet ad ius fundaci, & cætera alia vectigalia per Fiſcum prætenſa, tùm quia ius anchoragij eſt ius ſatis leue, præſertim comparatiuè ad ius fundaci, quod eſt maximè onerosū, & odiosū, vt in ſuperiori Cōtrou. fundauimus, & proindè faciliùs ferri poteſt ſolutio modicæ quātitatis ſub magis colorata ratione, quod vaxellum ſit ſecuratum in portu Regis, in cuius portus cōſtructione, & conſeruatione, Rex de ſuo expendit, vnde deberi videtur ob impenſam, laborem, & reuerentiam, ad quæ munera non extenditur immunitas, *Menoch.conſ.*297. *ex num.*15.*lib.*3. *Gratian. diſcept.forenſ.*

8 *tom.*2. *cap.*377.*num.*23. quod non eſt in fundaco, quo vt plurimum non vtūtur mercatores, ſed cōductis domibus, cum ſolutione mercedis, in quibus cōmodius, & tutius cōſeruantur merces, & nihilominus ſoluitur ius fundaci Regi, ſub quæſito dumtaxat colore exigēdi maximum, & nimis onerosum vectigal, vt dicit in ſpecie *Iſern.in d.tit. de iure fundaci in princip.*§.*item ſi ponan-*

9 *tur*; vnde à ſolutione minoris, ad ſolutionem maioris vectigalis, non debet licere Fiſco argumentum ducere, præſertim affirmatiuè *Euerard. loco de minor.ad maius.*

Quartò idē ſuadetur ex verbis ſeqq. *vbi verò voluntariè veniſſet cauſa commercij, etiam ſi non exoneraſſet. ſoluet fundacum, vel cauere debet, &c.* igitur

10 vt aliàs dixi, & nunc non repeto, vbi coactè ueniſſet, nō cauſa cōmercij, etiā ſi exoneraſſet, nō ſoluet fundacū, & nūc addo, hoc argumentum non poſſe aliter formari ad corticem verborum, & in ſenſu perfectæ orationis; ſiquidem

11 conſtat, argumentum à ſenſu contrario, deſumēdum eſſe à ſenſu illius qualitatis, quæ cauſa ſit diſpoſitionis, vt ex *l.conuenticulam, C.de Epiſc.et Cler.* probat *Dom. Alphanus* præceptor meus poſt alios in *l.* 1. *num.*1 *ff. de off. eius* & inſpecta ratione, ſeu mente legis

Euerard.

Euerard.loco à contr.ſenſu,n.21.lim.9.
Et hic verſic.ſi p̄ dicta deficerent,ſolus
dicideret quæſtionem noſtram, æqui-
parantur enim appulſus, & exoneratio
mercium voluntarij, ſicut enim ſolus
12 appulſus voluntarius cauſa commercij
obligat merces ad ſolutionem vectiga-
lium,inſpecto fine,& intentione,quia
mercator venit ad portum cauſa com-
13 mercij, quod commercium eſt potiſſi-
ma cauſa,radix, & occaſio, ex qua ve-
ctigalia ſunt inſtituta, & in ſpecie ius
fundaci deberi ex cõmercio,dicit *And.*
*in noſtro tex.in §.ſi vaxellũ,in fin.*in il-
lis verbis, *vel ibi,facit inde commerciũ,*
latiſſ. Guttier. poſt Carond. Laſart. &
alios de Gabell.quæſt.1.ex n.8.cum ſeq.
14 vt exinde pro vſu non ſoluantur, *l. in*
lege conſonam, ff. de verb.ſignif. Re-
*gnor.de regal. lib.2. cap.6.num.*128.ſic
etiam exoneratio cauſa commercij, &
venditionis volũtariæ, pari modo pro-
ducit ius ſoluendi vectigalis Fiſco, &
ſic per contrarium appulſus nauis ne-
15 ceſſarius, & exoneratio, vel venditio
neceſſaria ex cauſa violenti appulſus
ius Fiſco auferunt, & eximunt merca-
tores, ſiuè ex regula contrariorum
æquiparatorum per contrarium,ſiuè à
ceſſante ratione, cum nedũ neceſſitas,
16 ſed quilibet fortuitus caſus mercato-
res excuſet, ne ſint in damno,*Bart.* &
alij infrà citandi, & proinde ritus in
præd.verb. vtitur altera aduerſatiua,
*vbi verò,*vt oſtenderet diſcrimen inter
ſolutionem anchoragij, & fundaci: cõ-
ſtat enim dictionẽ *verò* aduerſari,addit
ritus,*idem ſi veniſſet ad refriſcandum,*
vt multi dicunt, ſic ſeruatum eſſe ex vo-
luntate regnantis,de qua ſi conſtaret,cer-
tum eſſet, vnde cum ampliaret proxi-
mum caſum,tradendo ſimile exemplũ,
quod etiam ſi nauis veniſſet ad refri-
ſcandum,& ſic pariter voluntariè,ſicut
in præcedenti; eſt enim hæc ſpecies
voluntarij appulſus, qui ex germana
vera, & p̄pria verbi ſignificatione pro-
ficiſcitur, & eodem modo accipitur in
vulgari, & communi vſu loquendi: cõ-
ſtat enim eſſe vulgare dictum nautarũ,
& eſt communis omnium vſus,ſiuè lo-
quendi genus, *andare à pigliare refri-*
ſco, ò à refriſcarſi, quod & vſitatur in
terreſtri itinere; vbiq; enim in Regno
nouimus inuitari tranſeuntes, & maxi-
mè notos, etiam non ſitientes, vel alijs
indigentes, *venite à refriſcarui,ò veni-*
te à bere, & ſic concordat æthimologia
vocabuli,cum communi vſu loquendi,
quorum vterque,voluntarium actum
ſignificat. Subſiſtit parumper *Iſern.*
19 gloſſando dicẽs,quod licet hi duo ca-
ſus in ritu parificati, de quibus proxi-
mè dixerat,viderentur duri,vt ius fun-
daci ſolueretur ab eo, qui licet volun-
tariè veniſſet cauſa commercij ab ini-
tio, tamen non exoneraſſet,vel ſaltem
debuiſſet cauere de eundo ad terram
fundaci infrà Regnum,idemq; ſi veniſ-
ſet ad refriſcandum, ex qua dictione,
20 *idem,* qua vtitur *Iſern.* colligitur om-
nimodò ſimilitudo, & exęquatio, vt
vna ſit ſubſtantia, & æquiparet caſum
ſequentem cum præcedenti,ita vt om-
ninò in diuerſis caſibus ſit eadem cẽ-
ſura, ſeù deciſio, vt latè probat *Alex.*
*Barboſ.de dictio.c.*122.vt latius hoc eſſe
nimis durũ, probat inferiùs idẽ *Iſern.*
in verſ.ſiuè,§. alij dicunt præmiſſo caſu,
& iterum in verſic. ſeq; *idem debet dici*
*variè,*dum dicit, *quod etiam in delictis*
ſi pænitet antè conſummatũ crimen, eſt
impunè,etiam in atrocibus,& quod licet
*mutare voluntatem re integra,*vt plenè
per eum. Quod & iterum pleniſſimè
alijs rationibus cõprobat inferiùs antè
fin. eiuſdem ritus in §. *id quod aliundè*
portatur,& non exoneratur in mari Re-
gni,& iterum poſteà,*portare in portum,*
& non exonerare in Terram,vel in ali-
quo vaxello,nõ eſt immittere in Regnũ,
quia mare, & littus naturali iure ſunt
*communia,*vbi latiſs. attamen redeun-
do ad ſupradicta,excuſat *Iſern.* dicens
22 poſſe hoc Principem in terra ſua,cum
in poſitiuis ſibi liceat dicere legem,
quam velit, & conſueta ſeruanda eſſe,
licet ſint perquam dura,& ſic reſoluit
22 obiectum, quod ea, quæ adſunt ad
tempus,non videantur adeſſe, & quod
non videatur veniſſe, confeſtim receſ-
ſurus, cuiuſmodi erat iſte, ſcilicet qui
vene-

Digitized by Google

venerat ad refriſcandum, conſideratus
in proximo præcedenti caſu; qui non
venerat, vt venderet, nec vt perpetuò
dimitteret merces in Regno, ſed ad tẽ-
pus breue moraturus, cõfeſtim receſſu-
rus, ſcilicet poſtquam ſe refriſcaue-
rit. Attamen his, & ſimilibus non ob-
ſtantibus inqt *Iſern.* hæc etſi dura ſta-
tui potuiſſe, monet tamen, vt caueant
24 ſibi Reges, & Principes, vt hæc iura
ratione carentia, non ſtatuant ſine cau-
ſa, aliàs peccãt, vt *Innoc.* ſolitus eſt ad-
uertere, & corrigere Principum inſti-
tutũ in locis, quos alibi citat *Iſern. in
tit. quæ ſunt regal. poſt num. 7. vbi con-
cord. per Lipar.* nec obſtat, quod verbũ
25 *refriſcare*, importet neceſſitatem, vt
probari videtur in *cap.* 85. *Conſulatus
maris*, in quo aſſeritur vſurpari verbum
refreſcare exarcia, & ſic in caſu, vbi na-
uis indigeret velis, & alijs naualibus
inſtrumentis; dicimus enim primò, in
dubio non eſſe recedendum à propria
vocabuli ſignificatione, maximè cum
illa conueniat cum communi vſu lo-
quendi ſatis notorio, vt ſupra, nec *d. c.*
27 *cõſulatus* loquitur de verbo *refreſca-
re* abſolutè, & de per ſe conſiderato, ſi-
ne aliquo ſubſtantiuo, ſicut loquitur
ritus noſter, ibi, *idem ſi veniſſet ad re-
friſcandum*, & iterum in verſ. *alij dicunt
præmiſſo*, ibi, *vt aliò tenderet, puta*, *vt*
28 *refriſcaret*, aliud eſt enim ſimpliciter
refriſcare, aliud eſſe poteſt cum adiũ-
cto, ſcilic. *refriſcare exarcias, vel velas*,
de qbus loquitur *c. cõſulatus*, nec dictũ
aſſertum c. quicquam probat, dum .n.
dicit, *ſe per auentura la naue babbia
biſogno più eſarcia, ò che la ſua foſſe cõ-
ſumata in tutto, ò in parte, il padrone
della naue non è tenuto dare acconcio, ne
di refriſcare eſarcia*, il *dare acconcio*,
29 poteſt includere neceſſitatem, *il refre-
ſcare l'eſarcia* remanet in ſua propria
ſignificatione, vt importet duplicem,
vel maiorem, ſiuè fortiorem habere
exarciam ad cautelam, & ſic nullibi
probari poteſt, vt verbum, *refreſcare*,
importet præciſam neceſſitatem, de
qua nos agimus: ſubdit *Iſern.* per dict.
*ſed ſi, in præd. caſibus, inciperet vendere,
vel exonerare, ſtatim teneretur, de oĩbus,
ius fũdaci ſoluere, vel cauere, vt dictum*
30 *eſt*, & ſic tam in primo, vbi ſcilicet vo-
luntarius veniſſet, nec exoneraſſet, quã
in ſecundo, vbi etiam ſpontè veniſſet,
ad refriſcandum, ad tempus breue
moraturus, vt ſtatim recederet, addit
nunc, quod ſi inciperet uendere, uel
exonerare, ſtatim teneretur, de omni-
bus, ius fundaci ſoluere, uel cauere, ut
31 dictum eſt, & ſic licet dictio *ſed*, ſoleat
aduerſari regulariter in facto, & in iu-
re, hic tamen aduerſatur in facto tan-
tũ, nõ in iure, ut interdum prædicta di-
ctio hoc operatur, ut quando iungitur
cum copula (&) *Octau. Vulp. de præpoſ.
& ad verb. dict. (ſed) cart.* 108. *Sanchez,
& alij per Alexand. Barboſ. de diction.
cap.* 309. quia ponitur caſus, quando
inciperet uendere, uel exonerare, in
quo aduerſatur caſibus proximè dictis,
concordat tamen in iure; uerùm ni fal-
lor, meo quidem iudicio dici poteſt
dict. præd. *ſed et ſi*, in iure, etiã hoc caſu
aduerſari in duobus. Primò, quia in
præced. caſibus, ubi uoluntariè ueniſ-
ſet, & non exoneraſſet, vel vbi veniſ-
ſet ad refriſcandum, ſtatim receſſurus
33 intentio *Iſern.* fuit oſtendere, ꝙ de iu-
re non deberet ſolui ius fundaci, ſed
benè de facto, & de conſuetudine; ſic
de uoluntate regnantis, qui potuerat
hoc ſtatuere: hic uerò, cum mutata uo-
luntate inciperet uendere, uel exone-
rare, intentio *Iſern.* eſt dicere, ut etiam
iure ſtricto de omnibus ius fũdaci ſol-
ui debeat, uel caueri, quia uenit utro-
que caſu, cauſa commercij, ut exitus
acta probat, dum uendit, uel exonerat,
34 quia animus colligitur ex poſteà ge-
ſtis, & his, q̃ ſequũtur, & ampliùs in iu-
35 re aduerſatur in eo, vt ex eo, ꝙ incipiat
uẽdere, uel exonerare, ſtatim teneatur
36 de omnibus ſoluere, & ſic non eſt ex-
pectanda venditio, uel exoneratio om-
nium mercium, vnde neceſſariò hu-
37 cuſq; accipienda ſunt verba *Iſern.* de
voluntaria uenditione, uel exoneratio-
ne, tùm quia metus, uis, & coactio non
præ-

38 præſumuntur, & præſertim uenditio-
nis appellatione, intelligitur de libera,
& vera, quæ conſenſu perficitur, *l. 1. §.*
fin. ff. de contr. empt. l. 1. verſ. item em-
ptio, ff. de rer. permut. §. 1. inſtit. de empt.
& vend. iuncta *l. inuitum, C. de contra-*
hend. empt. qui conſenſus in omnibus
contractibus debet eſſe liberus, & ſpõ-
taneus, quia voluntas, ſiuè conſenſus
39 coactus, licet conſenſus ſit ſecundùm
quid, non tamen verus, & ſimplex, vt
infrà dicemus: tum etiam, quia excе-
ptio tradita in d. verſic. *ſed & ſi, in*
præd. caſibus, debet eſſe de regula, &
remanet in non mutatis de natura re-
gulæ, & conſequenter intelligi debet
iuxtà terminos regulæ in præd. caſibus
conſideratæ, ampliat poſtmodum hoc
40 *Iſern.* per diction. *etiã*, quæ eſt exten-
ſiua, & ſtat augmentatiuè, & ampliati-
uè, *l. 2. C. de teſtib. Barboſ. de diction. c.*
95. vt idem ius ſit, etiam ſi vi ventorũ
veniſſet impulſa, & quod dixit de exo-
neratione in terra, extendit, vt proce-
41 dat etiam ſi exoneratio fieret in mari
de vaxello in vaxellum, ibi, *& ſi exone-*
raret de vaxello, vnde venit vi vento-
rum, & poneret ſe in alio vaxello naui-
gante extra Regnum, ſoluet fundacum,
ſicut exoneraſſet in terra, & reddit ra-
tionem, *nam commoditatem habent hãc*
42 *in mari Regis exonerando quidem de*
vno, & onerando in alio, videtur, tan-
quam ſi de nouo merces oneraret, &
exoneraret, hæc igitur ampliatio, vt
ſoluendum ſit vectigal, etiam ſi nauis
43 veniſſet vi ventorum impulſa, cum in-
ciperet vendere, vel exonerare, non
video quo iure, quouè prætextu ſit
iterum extendenda, ſupplendo factum
in verbis, & in ſenſu minimè compre-
henſum, vt ſcilicet *Ritus*, ſiuè potius
Iſern. (ſi quidem verba *Ritus* à ver-
bis *Iſern.* diſtingui facilè non poſ-
ſunt,) procedat, nedum ſi nauis
vi ventorum veniſſet impulſa, ſed
etiam eadem, vel ſimili neceſſitate
præciſa coactus magiſter nauis exone-
ret, vel vendat, hoc certè rogo con-
ſiderari, neceſſitatem in noſtris ter-
44 minis in duplici actu conſiderari poſ-
ſe.

Primò ſcilicet in actu appulſus na-
uis ad portum, idque multifariàm, vi
ſcilicet tempeſtatis, incurſu hoſtium;
vel aliter.

Secundò verò poteſt conſiderari
neceſſitas in actu exonerationis, vel
venditionis partis mercium, vt cum
neceſſaria eſt refectio nauis, & deficiũt
pecunię, quo caſu præcisè opus eſt, pe-
cuniam ex venditione quarumdam ex
mercium redigere, vt nauis refecta ex
innauigabili fiat nauigabilis ad perfi-
ciendum iter deſtinatum.

45 Primus caſus appulſus nauis neceſ-
ſarius ad portum non includit neceſſa-
riò ſecundum, vt ſemper ſit neceſſaria
mercium exoneratio, ſiuè partis earum
venditio, vt cum nauis incolumis in
portum, licet vi tempeſtatis delata eſt,
ſed interdum, cum primo caſu ex facto
contingenti concurrit etiam neceſſaria
nauis refectio, quæ poteſt eſſe innaui-
gabilis inſpecto ſtatu præſenti, & naui-
gabilis, in futurum, ipſa naui refecta, ſi-
cut in ſimili de ſententia, vel extincta,
vel ſuſpenſa per appellationem dicitur
in l. 1. §. vltim. ff. ad Turpil. Ritus, ſiuè
Iſern. in d. ampliat. nominatim loquun-
tur, *etiam ſi vi ventorum veniſſet im-*
pulſa, & paulò poſt, idẽ repetit in caſu
exonerationis vaxelli de vno in alte-
rum, *vnde vi ventorum venit*, & infe-
riùs, *ad quod non credebat venire*, & ſic
46 nullo modo exprimunt poſteriorem
caſum coniunctum cum primo, cum .ſ.
ita vi ventorum venit, vt etiam neceſ-
ſaria indigeat refectione, quæ ſine exo-
neratione in terram, vel in alio vaxel-
lo, & ſine pecunia ex venditione mer-
cium redigẽda. fieri non poteſt, vt pro-
priè contingit in caſu noſtro. Quis igi-
tur, neque etiam Fiſcus, poterit ſupple-
47 re hoc factum, & ſuperaddere illud ad
Ritus extenſionem, vt procedat etiam
vbi nauis nedum impulſa veniſſet, ſed
etiam, quæ indigeret neceſſaria refe-
ctione, quæ ſine exoneratione, & mer-
cium venditione fieri nequaquã poſſet

Hæc

48 Hęc quidem ſuppletio in facto,& am-
pliationis extenſio, nullo quidem iu-
re fieri poteſt, cum ea quæ ſunt facti
ſuppleri nequeunt, nec præſumantur,
ut ad ornatū uulg. *l. in bello,§. factæ,ff.*
de capt. et poſt lim.reuer. latè *Menoch.*
de præſumpt. lib.5. cap.175.num.4. &
præſumantur, & quod facta nunquam
lib.6. c.14. Addit. Nattæ ad Alex.conſ.
119.*lib.*1.cum nō ſit de caſu ad caſum,
ex uerbis,nec ex mente comprehensū,
l.3.§.hæc verba, ff.de negot.geſtis,Surd.
latè *decíſ.202. num.9.*quod ſi genera-
49 liter eſt uerum,ſtatuta debere recipe-
re interpretationem à iure communi,
& caſum à ſtatuto omiſſum relinquen-
dum eſſe diſpoſitioni iuris communis,
etiam ſi ſint contra eiuſdem iuris di-
ſpoſitionem, iuxtà ea, quæ congerit
Surd.decíſ.282.num.24. potiſſimè, &
in ſpecie hoc tradunt *DD.* in terminis
uectigalium,ut poſt *Signor. de Homod.*
cuius uerba inſeruit in ſua lect. *Alberic.*
in d.l.Cæſar,poſt num.7.verſ. concluda-
*mus ergo,*tradit latiſſ. *ibi Bart.ex n.15.*
& poſt num.26.verſ.prætérea, ff.de pu-
blic.in qua l.Cæſar,DD. poſt Bart. om-
nes tractant materiā reſtrictionis,& in-
terpretationis ſtatutorum ad formam
iuris commun. vt alibi recurrere opus
non ſit,& hæc eſt interpretatio paſſiua,
quam ſtatuta numquam excludere cē-
ſentur, etiam ſi ab eodem ſtatuto ſit
prohibita interpretatio, *Surd.dec.178.*
num.16.& 17.in ritu quidem exorbi-
50 tanti, in materia vectigalium, & uecti-
galis quidem, tam odioſi,& rigoroſi,
quale eſt ius fundaci, ut aliàs probaui-
mus, & præſertim, cum pertentando
uerba ipſius Ritus à principio,uſque
ad finem, ubi de appulſu neceſſario
meminit, ſemper ſupponit nauim in-
columem portum petijſſe,ex toto enim
contextu diſpoſitionis colligitur illius
ſenſus,& interpretatio, *l.nummis, ff.de*
legat.3.cum concord.per Surd.dec.202.
*num.16.*legatur in principio, *ſi vaxel-*
lum vi ventorum, & tempeſtate veniat
curare debet Portulanus, vt ſedata tem-
peſtate recedat, & ſic uſq; in finem, ut
ſupra: verba autem, quæ ponderat Fi-
ſcus,ex quibus redditur ratio prædictæ
ampliationis in caſu exonerationis
de vaxello in vaxellum, *nam commo-*
ditatem habent hanc,in mari Regis exo-
nerando quidem, & onerando in alio,
videtur tanquam ſi de nouo merces one-
*raret,& exoneraret,*ſi alia deficerent;
hæc quidem ſola ſufficerent.

Ponderando primò nomen illud
51 quo vtitur *commoditatem*, quæ quidē
diſtat *à neceſſitate*, quinimò ipſam ex-
cludit; ſiquidem aliud eſt frui com-
moditate,aliud vti neceſſitate, *text. cū*
gloſſ.vbi Alciat.Rebuff.Briſſon. & cęte-
ri in l.nepos proculo 135. ff. de verb.ſi-
62 *gnif.*cōmodè enim fieri dicitur, quod
ſine promittentis incommodo,& ſalua
dignitate fieri poteſt, & idem eſt fieri
commodè, ſiuè cum commoditate,
quod abſq; penuria, & neceſſitate *Io.*
*Andr.Panorm.et Dec.*quos probat *Cor-*
duba in l.ſi quis à liberis, §. ſi filius,nu.
81. & 82. ff.de lib. agnoſ. confirmatur
ex his, quæ ſubijcit in verſ. *hoc quando*
coactus vſq; ad verſic. *item aliud ſi,*vbi
credo ſcriptoris vitio adeſſe plura ver-
ba mendoſa; uidetur enim alioquin ſe
nimium inuoluere, nec adeſſe cōgruū
ſenſum,ut contingit in operibus *Iſern.*
etiam impreſſis, etſi à tot Illuſtribus
Viris expurgatis,hæc tamen uerba non
expedit emendare,cum non faciant ad
cauſam, ſed dum ſe remittit ad dicta
per eum in fin. *in cap. de iure exituræ*,
clarior redditur ueritas, dum ibi dicit
hæc uerba *ius exituræ, quod eſt nouum.*
percipitur toties, quoties de Regno exie-
rit cum eiſdem mercibus &c. ſubdit in
fin. §.1.*dict.tit. de iure exituræ, niſi vi*
ventorum,& tempeſtate impulſa rediſ-
ſet,ſed tunc ſedata tempeſtate,& ceſſan-
te impetu venti,debet recedere, vt ſupra
in rub.de iure fundaci dictum eſt.

Vnde expreſsè ex prædictis uerbis,
ubi uiciſſim ſe *Iſern.* remittit, apparet
53 nedum ipſum loqui in primo tantùm
caſu neceſſarij appulſus, quo caſu pra-
cticari poteſt, quod nauis recedere
poſſit, & non in ſecundo caſu, ubi ſci-
licet

licet nauis eſſet rupta, adeò vt non poſ-
ſit recedere, niſi prius reficeretur; ſunt
enim præſupponēdi vbiq; termini ha-
biles, & ſic dum iniungitur, quod na-
uis recedat, niſi velit ſoluere vectigal,
exaudiri debet, quod poſſit recedere,
ſed à contrario ſenſu, quinimò à ceſ-
ſante ratione, deciditur expreſsè ſecū-
dus caſus pro nobis, dum enim præci-
pitur, ita demum ſolui vectigal, *ſi ſeda-
ta tempeſtate, & ceſſante impetu venti
non recedat*, ergò durante tempeſtate,
ſeù exiſtente eadem, vel ſimili neceſſi-
tate, quæ non permittat nauem poſſe
diſcedere, exoneratio, vel vēditio coa-
cta releuat à ſolutione vectigalis, quo-
uſque nauis ſit in ſua libertate, quia
ſcilicet poſſit exire, & voluntariè per-
maneat, exoneret, vendat, aut de vna
naui in alteram merces reponat ex vo-
luntate quidem, quod indicat nomen
commoditas, non quidem, ex neceſſita-
te, idem colligitur ex verſic. ritus no-
ſtri, qui ſubſequitur ibi, *Item aliud ſi
vi ventorum naui impulſa, aliqui mer-
catores exonerant, & aliqui non*, & ſic
clarè loquitur in caſu exonerationis
voluntariæ, quia ponit caſum, qui non
poſſet moraliter cōſiderari in caſu exo
54 nerationis neceſſariæ, in quo fatuum
eſſet cōſiderare caſum, in quo merca-
tores mallent merces amittere, quàm
exonerare, vt in prima Controu. ad-
uerti, & nouiſſimè non obſtat vulgare
dictum, quod voluntas coacta voluntas
eſt ex *Ariſtot. æthicor. 3. cap. 1.* & poteſt
55 citari *Gloſſ. in l. poſtliminio 17. ff. de
captiuis, cum in ſin. ſim.* Dum enim in
hac materia ſolutionis vectigalium ſit
expreſſa diſtinctio. tàm iure communi,
quàm in ritu, inter caſum voluntariū,
& neceſſarium, fruſtrà citatur *Ariſtot.*
ad probandum, quod uoluntas coacta
uoluntas ſit; ſiquidē ultrà declarationē
traditam à *DD.* quod uoluntas coacta
non ſit ſimpliciter uoluntas, ſed condi-
tionata, & ſecundum quid, dictum *Ari-
ſtot.* in puncto declarat *VVſembec.* tàm
*in paratitl. ff. lib. 4. tit. 2. quod metus cau
ſa, num. 2. lit. F. quàm etiam ad eundem*
56 *tit. C.* qui eſt, *tit. 20. num. 3.* cuius verba
verè aureà eſſent integrè inſerenda, li-
buit tamen pauca ex eis adnotare,
*Quamquam, autem hæc ſubtiliter diſtin
guant Philoſophi, tamen Prætor putauit,
quodcumque vi atroci committeretur, id
metu quoque fieri, voluntate vtrique
præſenti violētiæ cedente, & eodem mo-
do ſubuenit, ſiuè quis vim paſſus ſit ne-
ceſſariam, & ineuitabilem, quæ corpori
vim affert, ſiue vim coactionis, quæ ani-
mum dumtaxat inuadit, mentemque
ſuperat*, & meminit in puncto, de naui
vim tempeſtatis in mari paſſa, addens
in ſoro, ac in iuris diſciplina, & ut nihil
noceat uim paſſo, etiam ſi inuitus con-
ſentiat, & ſubijcit tandem hęc uerba,
*nec cuiuſuis in iudicio poſtulantis ſit phi-
loſophica ratione ſcienter vim à metu,
vel contra diſcernere* apud quem plu-
ra, & pulchra in propoſito uidenda.
Nec Fiſcus iure poteſt ſeparare actum
exonerationis, & uenditionis mer-
cium ex neceſſitate factum, ab ipſo pri-
mo actu neceſſarij impulſus, quia ubi
57 ex duobus actibus poſterior eſt exe-
quutio prioris, ambo actus ſunt unus
tantum, adeò, ut actus ſubſequens uelut
inſeparabiliter primo actui unitus, non
dicatur diuerſus à primo, ſed unus tan-
tùm actus dicatur, nec detur differen-
tia inter primum, & ſecundum *l. illud, §.
fin. ff. ad l. Aquil. Gloſſ. Gloſ. in l. cū filius,
§. 1. verſ. neuter ff. de verb. obligat. Iaſ.
in repet. l. quominus, vlt. not. num. 20. ff.
de flumin. text. vbi Imol. & Caſtrenſ.*
notant *in l. cum ſeruus, ff. de condit. &
demonſtr.* & in terminis, quod non de-
58 beatur gabella ex actu, qui ſit in exe-
quutionem, & tanquam ſequela neceſ-
ſaria præcedentis actus, ut in reuendi-
tione, quæ ſit ex neceſſitate pacti adie-
cti in præcedenti contractu, latiſſimè
poſt relatos per *Tiraq.* affirmat *Surd.*
59 *deciſ. 321.* quia nō dicitur nouus actus,
qui ſit in exequutionem præcedentis.
& in puncto, his, & alijs relatis, conſi-
derat *Guttier. de gabell. lib. 7. quæſt. 22.
num. 21. cū ſeq.* licet maxima ſit diffe-
rentia inter ſolutionem gabellæ, quæ
iuxtà

Digitized by Google

iuxtà unam opinionem debetur, etiam ex contractu neceſſario, & ſolutionem portorij, tributorum, & uectigalium, à quorum ſolutione excuſatur quis, nedũ ex cauſa neceſſaria, ut diſtinguit *Guttier. d. quæſt. 22. num. 16.* ſed quilibet caſus fortuitus, non debet præiudicare damnum paſſo, ut de comm. ſentent. poſt *Alberic. Bart. & Alphonſ. Montalu. ad ll. Hiſpan.* tradit idem *Guttier. dict. cap. 22. nu. 17.* & aliàs dixi, & qui pro-
62 pter neceſſitatem diuidunt inter ſe rem emphyteuticam, uelut ſocij, & hæredes, non ſoluũt laudemia, nõ alia ratione, niſi quia permutatio, uel uenditio tanquam diuiſionis neceſſariæ ſequela, & incidens, ſinè quibus ipſa cõmodè expediri non poteſt, habentur ꝓ actibus vnitis, & cohærentibus ipſi diuiſioni, ubi incidunt, & cum ea confunduntur, ut explicat idem *Guttier. d. n. 21. & 23.* optimè *Franc. Clapper. in dec. Fiſcal. part. 1. cauſa 26. quæſt. vnica ex num. 6. & ſeqq. cart. mihi* 219. & ſic
62 ipſa uẽditio, vel exoneratio tãquã neceſſariò facta in exequutionem appulſus, confunditur cũ ipſo appulſu, præſertim quia etiam ſi actus ex duplici cauſa fieri poſſet, quod non eſt in caſu præſenti, referri tamẽ deberet ad cauſam neceſſariam, & ex ea factus cenſeti deberet *Surd. deciſ. 15. num. 13.* &
64 actus præſumitur neceſſarius, qui fit ex neceſſitate præcedentis actus, idem *Surd. dec. 305. num. 34.* & præſumi debet geſtus in exquutionem præcedentis, idẽ *Surd. dec. 71. n. 9.* 25. Aug. 1625.

Cum varia incidiſſent impedimenta, quibus cauſæ expeditio dilata fuit, domini mercium moræ impatientes ad tranſactionem cum Fiſco deuenerunt, & hac de cauſa lis vlterius non proceſſit. Actuarius Franciſcus de Flore.

SVMMARIVM.

1 Maioratus de Priego *verba proponuntur, & perſonæ, inter quas controuerſia diſceptatur, num. 2.*

3 *Nepos, filio primogenito prædefuncto, excludit patruum ætate maiorem in primogenijs, & maioratibus quæ feudali ſucceſſioni comparantur, & per leges Hiſpan. expreſsè ſtatutum eſt præferri nepotem.*

4 *Primogenito vocato, cenſetur vocata illius linea in infinitum, ad excluſionem ſecundogenitorum, declara, vt num. 57.*

5 *Primogeniti, vel maioris natu vocatio eadem eſt, ſed quod differant eſt verius, num. 58.*

6 *Maioratus inſtitutor, cenſetur ſe conformare ſecũdùm leges de illo loquẽtes, niſi expreſsè aliter diſpoſuerit.*

7 *Maioratus pro filio natu maiore ſuperſtite, admittit nepotem ex primogenito, excluſo ſecundogenito maioris ætatis, ad quod ponderatur etiam lex Hiſpan. num.* 8. *contrarium tamen eſt verius, vt per totam quæſtionem probatur.*

9 *Reſponſa in cauſis maturè conſiderãda ſunt.*

10 *Filiorum appellatio ſpecialis dicitur, et in ea non venit nepos ſecundùm proprietatem ſermonis, n. 11. & 12.*

13 *Liberorum appellatio comprehẽdit nepotes.*

14 *Filiorum appellatio, non comprehendit nepotem, quando extat filius, & nepos.*

15 *Filiorum appellatio excludit repræſentationem filiationis in nepote, quia gradus vocatur.*

16 *Filiorum appellatio, non comprehendit nepotem, quando filius cum aliqua qualitate vocatur.*

17 *Maioratus in quo vocatur filius maior tempore mortis, excludit nepotem ex primogenito, & num. 18.*

19 *Maioratus in quo vocatur filius maior, excludit repræſentationem nepotis ex primogenito defuncto, quia in ſucceſſione conſideratur qualitas ætatis, quæ non adeſt in nepote, nec ad illum tranſmitti potuit, num. 20. 21. & 22.*

23 *Relatiuum,* quod, *adiectũ verbo futuri tem-*

Digitized by Google

temporis, conditionem facit.

24 Relatiuum, quod ſua natura reſtringit diſpoſitionem, & habet vim demonſtrationis taxatiuæ, num. 25.

26 Maioratus inſtitutus per verba reſpicientia tempus ſucceſſionis, intelligitur vocare primogenitum exiſtentem tempore eiuſdem ſucceſſionis.

27 Maioratus vocans filium maiorem, qui erit tempore mortis, requirit tres qualitates in vocato, quod ſit filius, quod ſit maior, & quod ſit ſuperſtes: quæ qualitates in eo, qui ſuccedit, & non cui ſucceditur conſideranda ſunt, num. 28.

29 Qualitas requiſita adeſſe debet tempore, quo diſpoſitio ad effectum producitur.

30 Maioratus inſtitutus cum aliqua qualitate, illa qualitas requiritur tempore ſucceſſionis, & non erectionis maioratus.

31 Verba reſtrictiua perſonæ ad certum tempus, excludunt repræſentationem.

32 Temporis limitatio continet reſtrictionem, vt in tempore includat, extrà tempus excludat.

33 Qualitas adiuncta verbo, ſecundùm tempus verbi regulatur.

34 Maioratus requirens maiorem ætatem ſucceſſoris, hanc qualitatem requirit cum perſeuerantia in tempore, quo defertur ſucceſſio; & proinde nepos ex primogenito excluditur à ſecundogenito maioris ætatis, num. 35.

36 Nepos à filio diſtinguitur.

37 Superſtes filius, vbi vocatur, ceſſat repræſentatio, quam faceret nepos ſui patris, & num. 38.

38 Superexiſtentiæ conditio, realiter verificanda eſt, non per fictionem.

40 Fictiones duæ in eadem perſona non dantur, & quæ ſit fictio inductiua, & quæ tranſlatiua, ibid.

41 Referuntur Authores in terminis, qui in Maioratibus conſtitutis pro filio ſuperſtite maioris ætatis, nepotem ex primogenito excluſerunt, admiſſo filio ſecundogenito ſuperſtite, maiore ætatem habente, ſicque iudicatum retulerunt, ad interpretationem legum Hiſpaniarum

42 In maioratũ, ſiuè primogeniorũ ſucceſſione, quod nepos excludat patruum, eſt dubia quæſtio, & quid de iure legum Hiſpan.

43 Maioratus forma attendenda eſt.

44 Intellectus l. 40. tauri, admittentis nepotem, excluſo patruo, eſt quod procedat in maioratibus ordinarijs; non verò, vbi inſtitutorem maioratus, aliter diſpoſuiſſe colligitur, vt quando filius maior ſuperſtes vocatur, & num. 45. 48. & 49.

46 Emphyteuſis conceſſa cum pacto, quod trãſeat ad primogenitum, intelligitur de primogenito exiſtente tempore mortis, & num. 47.

50 Intellectus l. 40. tauri, eſt etiam, vt admiſſio nepotis, excluſo patruo, procedat, quando primogenitus decedens habebat ius certum ad ſuccedendum, & non incertum, & num. 51.

52 Conditio defecta impedit tranſmiſſionem, & repræſentationem, num. 53.

54 Intellectus l. 2. titul. 15. part. 2. eſt, vt procedat in maioratibus, in quibus ſolùm attenditur maioratus ſecundùm tempus naſcendi, & num. 55. et 56.

57 Primogeniti linea cenſetur vocata in infinitum, vbi ſimpliciter vocatur primogenitus, ſecus ſi cum qualitate, vt quando primogenitus maior ſuperſtes tempore mortis vocatur, tunc enim ſecuudogenitus ſuperſtes excludit lineam primogensti prædefuncti.

58 Intellectus l. 40. tauri eſt etiam, vt ceſſet admiſſio neptis, excluſo patruo, quoties colliguntur coniecturę pro patruo contrà nepotem.

61 Coniecturis legitimis, quod colligitur dicitur expreſſè diſpoſitum, etiam in maioratibus, in terminis l. 40. tauri, & num. 62.

63 Verba vbi ſunt aperta, voluntatis quæſtio non admittitur, maximè ſi ſunt efficacia, num. 64.

65. *Maioratus ſucceſſio non tranſmittitur, ſi futurus ſucceſſor decedat, viuente poſſeſſore.*

66 *Repræſentatio non datur, vbi ſuperſtes vocatur, ſecundum communiorem opinionem contrà* Molin.

67 *Intellectus* l. 2. titul. 15. part. 2. *eſt, vt procedat in ſucceſſione ordinaria primogentorũ ſecundũ ordinẽ naſcendi, & in ſucceſſione Regnorum, in quibus admittitur repræſentatio nepotis excluſis ſecundogenitis, num. 68. & 69.*

70 *Authoritates Doctorum ex contrario adductæ in præſenti controuerſia recenſentur, & confutantur, vt vel contra communem, vel in diuerſis terminis loquentes.*

ARGVMENTVM.

In maioratus ſucceſſione, an nepos ex primogenito prædefuncto, excludat patruum ſecundogenitum natu maiorem: & ſi maioratus ſit conſtitutus pro filio maiore ſuperſtite, an etiam ſecundogenitus maior ſuperſtes excludatur à nepote primogeniti prædefuncti, quod latiſſimè diſputatur ad partes, & datur verus intellectus *l. 40. tauri, & l. 2. titul. 15. part. 2.* legum Hiſpaniarum.

Pro Excellentiſs. Domino Duce Feriarũ in cauſa Status de Priego.

CONTROVERSIA XXXXVIII.

1 HVius rei thema ſic mihi præmittendum direxi, prout ex dictis allegationibus carpſi, iuxtà Imperiale præceptum *in l. vt reſponſum, C. de trãſact.* Rex Henricus Secũdus, precibus Nundiſalui Fernandez à Corduba maioratũ de Priego inſtituit his verbis *Mandamos que deſpues de los dias del dicho Gonſalez Ferdinandez, que aia el dicho mayorazgo enteramiente cõ todas las dichas Villas, y lugares, &c. en la manera, que dicha es. Pedro Ferdinandez ſu hijo varon mayor primero heredero, e deſpues de ſus dias del dicho Pedro Ferdinandez ſu hijo, que lo aia, y herede el hijo varon mayor legitimo, que el dicho Pedro Ferdinandez deiare al tiempo, que finare, y ſi hijo varon non ouiere, que lo haia herede la ſu hija legitima la mayor.*

2 Deuoluto denique hoc maioratu ad D. Catharinam Fernandez de Corduba, eaque defuncta, relictis prædicto III. Duce Feriarum eius filio ſecũdogenito, ac etiam D. Catharina nepte ex D. Petro Fernandez eius ſimiliter filio primogenito p̃defuncto, contẽdit, & rectè dictus III. Dux ad ſucceſſionem huius maioratus, eum omninò admittẽdũ, ex mẽte, & verbis d. Regij diplomatis, cum tempore mortis matris, ipſe, filius maior legitimus inuẽtus ſit. Contra autem inſurgit dicta D. Catharina neptis ex filio maiore prædefuncto, & minus iuſtè, vti patris maioris prædefuncti perſonam repræſentãs ex *l. 40 tauri*, & excluſo dicto III. Duce poſſeſſionẽ eiuſdẽ maioratus ſibi aſſignandã pratẽdit, infraſcriptis medijs.

3 Primò, quia in primogenijs videtur communis opinio, quod nepos ex filio primogenito prędefuncto excludit patruũ in ſucceſſione aui, licet ætate maior patruus ſit; vt ex cõmuni poſt *Oldr. conſ. 224. Io. Andr.* Bald. *Anchar. Abb. Caſtrenſ. Aret. Rom. Socin. Felyn. Parid. & alios* tradit latè *Tiraq. de primog. q. 40. n. 12.* vbi ſubdit, hanc eſſe receptam ſententiam in Gallia, Anglia, & Hiſpania, & *num. 19.* multa pro hac parte adducit rationes, eundem ſequuti ſunt *Duena, Couarr. Gregor. Lopez, & alij* apud Molin. *lib. 3. de primog. c. 6. n 1. et 7.* vbi inquit, eſſe cõmunẽ, & latiſſimè, vt adſolet *Conſ. de Anna conſ. 125. lib. 2.*

hanc

hanc eandem confirmat, & nouiſſimè *Borrellus in ſuis deciſion. tit. de ſeudis*, *ex num. 453. cum pluribus ſeq.* quæ eò conclusio etiam in maioratibus ſine dubio procedere videtur, cum eorum ſucceſſio ſit feudali conſimilis, ſecundũ *Bald. in l. cum antiquioribus, num. 6. C. de iure delib. Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 5. nu. 5. Pinell. de bonis matern. p. 3. num. 99.* & in Regnis Hiſpaniæ, vbi ſuper maioratuum ſucceſſionibus paſſim lites ventilantur, ſuper his propriæ, ac peculiares cõſtiruuntur leges, ꝓ nepote, ad parrui excluſionem, *vt in l. 40. tauri, & l. 2. tit. 15. partita* 2. in qbus indictinctè cauetur, quod nepos ex primogenito prædefuncto in aui ſucceſſione patruum excludat, tam inter deſcendentes, quàm inter collaterales, ex quarum diſpoſitione videtur res in tuto pro nepote conrra patruum, vt in ſpecie conſuluerũt *Paul. de Caſtro cõſ. 164. lib. 2. Abb. conſ. 85. lib. 1. Dec. conſ. 498. n. 19. cum alijs* per *Couarr. lib. 1. pract. queſt. c. 38. n. 6. et 7.* & per Molinã *cap. 6. lib. 3. de primogen. num. 29.*

4 Secundò pro nepote efficaciter facit, nam in primogenij inſtitutione linea primogeniti ſucceſſiuè in infinitũ vocata videtur ad excluſionẽ ſecũdò, & tertiogenitorũ: ita vt, donec ſuperſit aliquis de linea primogeniti, ſequẽtes nõ veniũt, ſicuti *idem Molina d. c. 6. n. 29. 35. & 43.* firmat ante eũ *Couarr. d. c. 38. n. 6. verſ. ipſe verò*, vbi hæc probat in terminis iuris communis, extrà Hiſpaniarũ leges, atq; reſoluit, filiũ ſecũdogenitũ nunquam dici primogenitũ, donec adeſt aliquis filius, ſeù deſcẽdẽs à primogenito, & proinde iſta neptis ex primogenito, quæ eſt in linea recta vltimi poſſeſſoris maioratus, videtur excludere patruũ ſecũdogenitũ.

5 Tertiò, nec repræsẽtationẽ hãc impedire habet, ꝙ in maioratus Inſtitutione filius vocatus fuerit maior natus: cũ nulla ſit effectualis differentia, an dictum fuerit, ſuccedat primogenitus; an maior natus, vt *idem* Molin. *ibidem, num. 19.* ex mente *Abb. & aliorum ſupra citatorum*, cũ alijs relatis per M*enoch. conſ. 442. num. 20. & conſ. 1171. n. 1. et 2. & Didacum Burg. quæſt. ciuil. 1. et 2. n. 84.* & ideò in propoſita noſtra caſus ſpecie, nil obeſſe videntur verba illa *que lo aya el hijo mayor*.

6 Quarto expreſsè deducitur ex *d. l. 40. tauri*, vbi, vt aliàs repetitũ eſt, nepotẽ præferri patruo, indiſtinctè ſtatuirur, & tantùm caſus ille excipitur, ꝙ expreſsa diſpoſitione, aliud maioratus inſtitutor cauerit, atq; ſtatuerit: ergo ſi expreſsa diſpoſitione id nõ ſtatuat, credendum eſt id sẽper ineſſe, atq; præfatis verbis adiectis dũtaxat expreſſiſſe illud, quod de iure inerat, ſecundũ mentẽ, & intellectũ iuris, atq; iuxtà deciſionẽ *d. l. 40. tauri, et Partitæ*, ſicuti in proprijs terminis *d. l. 40. tauri*, ꝙ requiratur expreſſa diſpoſitio derogatoria, vr locus nõſit illi⁹ *l. diſpoſitioni in 1. par.* tradit *Couarr. d. cap. 38. n. 10. in fin. & n. 11. Peralta in rubr. de hæredib. inſtit. n. 122. col. 3. fol. 72.* Mo*lin. d. c. 8. n. 1. et in fin.* P. Mo*lin. Ieſuita diſput. 629. num. 1. tom. 3. et 631. n. 7. Guttierez lib. 3. pract. qq. quæſt. 67. num. 38.*

7 Quintò, nec etiam verba illa *el hijo mayor, que dexare* videntur poſſe conſiderari ad inhibendum hãc repræsẽtationẽ, quamuis in patre primogenito prædefuncto nunquam fuerit primogenitura actu radicata, vr affirmauerunt *Cuman. Fulgoſ. Corn. Alexãd. Iaſ. Crot. Ruin. Gratus, Rimin. Socin. iun. Pariſ. Crauett. & Zaſius*, quos pro hac parte addit M*olin. d. c. 8. lib. 3. n. 20. verſ. contrariam autem*, & ſubdit, quod in proprijs terminis maioratuum Hiſpaniarum, ſic reſoluunt *Abb. d. conſ. 85. lib. 1. Rom. conſ. 29. Caſtrenſ. conſ. 164. lib. 2.* Bolognin. *conſ. 62. col. 7. in fin. & ſeq. Barbat. conſ. 10. lib. 2. & Bellamera deciſ. 723. n. 16. & 17.* hancq; ſententiã in eiſdem maioratibus Hiſpanię cum his verbis huius noſtri maioratus, amplectuntur Ma*tthieſ. lib. 5. tit. 7. gloſſ. 6. num. 2. lib. 5. nouæ Collect. Guttierez d. q. 67. lib. 3. ex n. 35. ad* 43. Molina. *diſput. 629. num. 5. tom. 3. de iuſtit. & iure, &*

Caſtill. lib. 3. quotid. cap. 19. ex n 341.
8 Sexrò,& vltimo ad prædictorum cō-
firmationem extat pro eadem opinio-
ne pro nepte fundamentū, quod addu-
citur ex *d. l. 2 tit 15 part. 2.* vbi lex illa
facit mentionem de filio maiore ſuper-
ſtite tempore mortis vltimi poſſeſſoris;
& tamen nepotē ex primogenito præ-
defuncto, filio ſecundogenito in Regni
ſucceſſione ſtatuit præferendū, ſicq; le-
gem illam in his terminis expēdit *Mo-
lina d. c. 8 n. 20 verſ. & pro eodem*,& an-
te eum *Abb. & Caſtr. vbi ſupra*,& illius
legis diſpoſitionē procedere in quoli-
bet maioratu, tradit latè *Guttier. d. q.
67. num. 35. lib. 3. pract. quæſt.*
Verùm, quamuis hęc omnia ſatis vr-
gentia pro nepte videantur, cum tamē
9 rem ipſam internè, ac maturè perpen-
diſſem, inſpectis verbis huius noſtri
maioratus, vt admonuit *Imperator in
Auth. de reſtit. fideicom.* & ex eius præ-
cepto *Didacus lib. 3. var. reſol. cap. 5.
ſub num. 5. Tiraquell. d. quæſt. 40. num.
224. & Peregr. conſ. 39. num. 16. lib. 1.*
aduerti, cauſam Ill. Ducis patrui eſſe
iure potiorem, atque in huius maiora-
tus ſucceſſione præferendum eſſe in-
dubiranter exiſtimo ex ſequētibus ve-
riſſimis concluſionibus.
Cōſtat nāque ex verbis huius maio-
ratus ſupra relatis, vocatū fuiſſe ad eius
ſucceſſionē filiū natu maiorē, ſuperſti-
tē tēpore mortis vltimi poſſeſſoris, quo
circa, planè demonſtratur, inſtitutorem
maioratus, filiū deſcendentem, excluſo
nepote ex primogenito p̄defuncto ad-
mittere voluiſſe in illius ſucceſſione;
quod quidē in primis indicāt illa ver-
ba *el hijo*, ex quibus patet inſtitutorem
11 filiū vocaſſe conſultò: huius enim vo-
catio dicitur ſpecialis,& appellatiua, vt
tradit *Ruin. conſ. 163. num. 11. lib. 3. Me-
noch. conſ. 200. num. 1. & 9. lib. 2.* & pro-
11 inde non venit in hac filij appellatio-
ne nepos § *fin. inſtit. qui teſtam. tutor.
dari poſſunt, l. quid ſi nepotes, ff. de teſt.
tutela l. filium habeo, ff. ad Maced.* idq;
12 inſpecta proprietate ſermonis, ſecun-
dùm Bart. *in l. liberorum, num. 9. ff. de
verb ſignificat. Alexand. Corn. Socin.
Dec. Couarr. Crot. Tiraquell. Roland. &
alij* quos congerit *Menoch. conſil. 215.
num. 12. & Decian. conſil. 41. num. 5.
lib. 4.* & latiùs *conſil. 47. num. 10. lib.*
13 *3.* quod ſecus eſſet, ſi facta eſſet hu-
iuſmodi vocatio generalis, & colle-
ctiua per nomen liberorum, vt notat
Alexand. conſil. 123. num. 1. lib. 1. cæte-
rique omnes ſupra relati, cum alijs lō-
ga ſerie cōgeſtis p *Ludou. Caſanate cō-
14 ſil. 34. num. 14.* hæcque concluſio
dubio caret, quando extant filius, &
nepos, cum diſpoſitio ſecundum ſer-
monis proprietatem poſſit verificari in
filio, vt tradit *Curt. iun. conſ. 57. num. 8.*
& ante eum *Alexand. conſ. 37. n. 3. lib.
3. Socin. Dec. Gozad. Curt. iun.* & alij
multi, quos congerit *Zāchus in l. hære-
des mei, §. cum ita, part. 4. n. 164. ff. ad
Trebell. Decian. d. cōſ. 47. n. 11. Menoch.
vbi ſupra n. 39* vnde cum ad hūc maio-
ratū poſt mortē D. Catharinæ, vocetur
eiuſdē filius, ſuperuiuens tēpore mortis
ex d. Catharina, iunior neptis ex Petro
primogenito p̄defuncto eo t p̄e nō erat
filia, ſed neptis: Illuſtr. autem Dux erat
filius, meritò non poteſt D. Catharina
iunior, ſe in ea vocatione incluſam prę
tendere.
15 Præterea, vbi certus gradus deſi-
gnatur, vt in hoc caſu, in quo vocatur
filius, excluditur repræſentatio: nomen
enim iſtud gradum ſignificat, *§. 1. & 2.
inſtit. de gradib.* & proinde hoc caſu
ceſſat repræſentatio, vt tradit *Valaſc.
de emphyt. q. 50. nu. 38.* optimè *Caldas
lib. 1. recept. ſent. q. 19. num. 14. Caſſa-
neus conſ. 53. n. 32. poſt Abb. conſ. 60.
num. 5.* nec filiationis qualitatem pri-
mogenitus prædefunctus tranſmittit,
doctè docet *Gratian. lib. 3. diſcept. fo-
renſ. cap. 436. num. 72. et Surd. conſ.
403. num. 24. lib. 3.*
16 Vlteriùs ceſſat hic, repræſētationis p̄-
ſumptio: quoniam fuit vocatus in hoc
maioratu filius maior natus; at vbicun-
que vocatur filius cum aliqua quali-
tate, puta filius maior, ditior, pul-
chrior, fortior, nobilior, ex quo iſta
qua-

Digitized by Google

qualitas deficit in nepote, nō comprehēditur filij appellatione, ac deficit repræſentationis virtus, *l. fin. C. de natur. liber. vbi Bart. et in d. l. liberorum, verſ. item prædicta vera, Bald. in l. quiſquis, C. ad l. Iuliam Maieſt.* latè *Alexand. cōſ.* 123. *num.* 2. loquens in materia maioratus, *lib.* 1. *& conſ.* 4. *num.* 7. *lib.* 4. *Dec.* in eiſdem terminis maioratus, *cōſ.* 443. *num.* 24. *Berous cōnſ.* 71. *num.* 24. *lib.* 1. *Capyc. deciſ.* 21. *num.* 8. *Gabriel comm. concluſ. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ.* 2. *num.* 60. & in materia maioratus idem probat *Beretta conſ.* 134. *num.* 24. *& Palatius Ruuius* videndus *in c. per veſtras,* §. 69. *in fin. Mantica lib.* 8. *de coniectur. vltim. volunt. tit.* 9. *num.* 3. *& tit.* 10. *num.* 3. & in eiſdem terminis *Ceuallos lib.* 3. *pract. quæſt. q.* 762. *num.* 127.

17 & 157. adſtipulatur etiam optima deciſio *Gammæ Senat. Luſit.* 307. *nu.* 4. 6. *&* 25. vbi conciliat opiniones inter patruum, & nepotem; vt opinio pro nepote procedat, vbi filius ſimpliciter fuit vocatus ad maioratū: ſecus ſi cum illa qualitate maior, quia tunc pro patruo eſt iudicandum, cum hęc qualitas maioris ætatis in nepote deficiat.

Hoc idem comprobat alia ratione *Surd. d. conſ.* 403. *ſub num.* 24. *verſ. & confirmatur*, quia concurrerent in nepote duæ improprietates, ſi admitteretur, primò, quia haberetur pro primogenito, cum nō ſit; & reputaretur filius cum etiam non ſit: ad quorum confirmationem plura addit *Flores de Mentra in additionib. ad dictam deciſionem Gammæ*, vbi pro hac opinione allegat *text. ſing. in l. ſi libertus præteritus*, §. *ſi libertus, ff. de bonis libert.* vbi excluditur repræſentatio, ſi poſt primò nominatos, proximior vocatur, & ſic à fortiori excluditur, vbi proximior maior vocatus eſt; vt in hac ſpecie noſtra: & ſubdit *Flore de Menza*, quod pro ſua opinione ſemper fuit, & erit; vt in caſu p̄dicto nulla admittatur repræſentatio; imò q̄ ſuccedat in maioratu ꝓximior ex ꝓpria pſona, & maior, & non nepos, q̄ deſcēdit ab eo, q̄ olim ꝓximior fuit cū illo tēpore nullū ius firmū, nec certum habuerit ad dictum maioratum, vt infrà dicemus, & ſic ſolum ſpem vanam tranſmittet, de qua nil curandum, cū nullū ius radicatū pater p̄defunctus ad maioratū habuerit, ſic eum refert, & ſequitur *Ceuallos*, vbi proximè, *n.* 165.

18 Comprobantur etiam prædicta ex eo, quod proximitas ad ſuccedendum conſideratur in hoc noſtro maioratu non in vita vltimi poſſeſſoris, ſed eo tempore, quo ſucceſſio maioratus defertur *Molina d. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 8. & clariſſimè inſinuant verba illa fundationis huius maioratus, ibi, *que lo haga el hijo varon mayor legitimo, que dexare al tiempo, que finare*, ex ijs namq; verbis apertiſſimè cōſpicitur fūdatoris voluntas, cū .ſ. voluiſſe repræſentationem excludere, cum qualitas ad ſuccedendum in dicto maioratu debeat adeſſe propriè, & verè tempore mortis vltimi poſſeſſoris, vt benè probat *Caldas conſ.* 15. *num.* 24. & ſeq. *Ceuallos, vbi ſupra n.* 166. *et ſeq. Menoch. conſ.* 886. *num.* 14. *lib.* 9. *Theſſaur. lib.* 1. *quæſt. forenſ. cap.* 35. *num.* 37. cum igitur inſtitutor vocauerit expreſsè maiorem tēpore mortis filium; licet filius primogenitus vltimi poſſeſſoris, ſucceſſionis ſpem habere cęperit: non tamen habuit ſpem certam, ſed conditionalem, ſi patri maioratus poſſeſſori ſuperuixerit, quod ſi eo viuo deceſſerit, quaſi conditione defectus intelligitur, vt nec ex cōtractu trāſmittere poſſit ſpem effectā irritam, vt in terminis agnouit idem *Abb. d. conſ.* 85. *num.* 3. *verſic. ſecundo principaliter, & num.* 4. *lib.* 1. *Coſta de Regni ſucceſſ. fol.* 25. *&* 29. quos ſequitur *Caldas d. conſ.* 15. *num.* 29. eiſdem relatis: ſublato igitur de medio D. Petro Filio primogenito prædefuncto in vita D. Catharinæ vltimæ poſſeſſoris maioratus, vtique cum maior, & filius tempore mortis eiuſdē reperiatur Ill. Dux, quaſi ſubſtitutus admittendus eſt ad dicti maioratus ſucceſſionem, vt latè cōfirmat *Caldas, vbi ſupra ſub n.* 29.

19 Rurſus verba illa *el hijo mayor* alia

ratione repræſentationem in hac ſpecie noſtra omninò excludūt, nam vbicūque inſtituitur maioratus, ad eūmq; vocatur, non primogenitus, ſed filius maior natus, perdifficilis, ardua, ac inextricabilis quæſtio illa patrui, & nepotis excluſa videtur, ac patruus nepoti omninò præfertur, vt tradit in ſpecie *Bald. in l. vt inteſtato, ad finem, C. de ſuis, & legitim.* & communem aſſerunt ibidem *Fulgoſ. Paul. Caſtr. & Corneus, Alexand. in l. is poteſt, num. 4. & ibi Iaſ. & Maranta ff. de acquir. hæredit. Coſta de Regni ſucceſſ. fol. 84. Alexand. d. conſ. 123. num. 2.* & probat hanc diſtinctionem *Alciatus*, qui in eadem cauſa conſuluit cum *Alexand. in conſ. 523. n. 6. Dec. conſ. 443. num. 23. Caſſaneus d. cōſ. 53. num. 30. Alban. d. conſ. 60. num. 4. Caldas d. conſ. 15. n. 21. & 41. Peregr. conſ. 39. num. 18. lib. 1.* latè alios congerit *Menoch. d. conſil. 886. num. 7. lib. 9.*

20 Nam quando vocatur filius maior, conſideratur tantùm ætatis prærogatiua; quia maior dicitur ille, qui ætate, & natu eſt maior *cap. maior 31. q. 1. l. ſi pater §. vlt. & ſeq. ff. de adopt. l. 1. verſic. maiores, C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Dec. poſt alios d. conſ. 443. num. 22.* vbi interpretatur in ſpecie verba illa *varon mayor*, vt intelligantur de maioritate ætatis, ſequitur *Coſta in l. qui duos, §. cum in bello, num. 12. ff. de reb. dub. & Dom. Regens Valenzuela conſ. 23. n. 95. lib. 1. idem Menoch. conſ. 442.*
21 *num. 19.* & hæc etatis qualitas, & prærogatiua non eſt ad hæredes tranſmiſſibilis, vt notatur *in c. 1. de reg. iur. in 6.* eſtque perſonaliſſima, vt quę nunquā tranſit in filium, nec cedi, aut tranſmitti poteſt *l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2. §. vlt. inſtit. de action. l. pecoris, ff. de ſeruit. ruſtic. prædiorum*, latè probat *Caldas d. conſ. 15. num. 33.* & ſeq. *Peguera deciſ. 114. num. 28. Surd.* optimè *conſ. 403. n. 42. et ſeq.* ex quo & illud ſequitur, D. Catharinam filiā D. Petri filij maioris prædefuncti, nō poſſe aſſumere locum patris prædefuncti maioris, cum ipſa D. Catharina non ſit maior; prout erat
22 eius pater, præſertim cū nullo iure caueatur, vt filiꝰ locū patris ſubingrediēs ætatis qualitatem repræſentet, quam maioratus inſtitutor deſiderat, licet gradum repræſentet, vt benè aduertit *Thom. de Marinis lib. 1. de feudis, tit. 6. num. 23. & tit. 11. num. 47.* & vbi de ætate fit mentio, intelligitur de vera, non autem de ficta, vt in ſpecie docet *Milanenſis dec. Sicil. 9. num. 50. lib. 1.*

23 Denegant quoq; repræſentationem in ſpecie noſtra, verba illa *que dexare* ſiquidem ex illo relatiuo *que* adiecto ab inſtitutore in hac diſpoſitione verbo futuri temporis, inducitur conditio *l. ſticchum, qui meus erit, ff. de legat. 1. vbi Bart. & Caſtr.* ibi notant, quod dictum relatiuum taliter adiunctum reddit conditionale eius antecedens: igitur ſi antecedens eſt tale, in quo conſiſtit ſubſtantia inſtitutionis, tunc tota diſpoſitio redditur conditionalis, & defectus conditionis faciet deficere ſubſtātiam inſtitutionis: quamobrem, cum in noſtro maioratu illud relatiuū, *quod*, iniunctum verbo futuri temporis *dexare*, quod refertur ad tempus futuræ mortis, reddit cōditionale eius antecedens, quod eſt filius maior, & cum hæc conditio ſuperexiſtentiæ defuerit in perſonam D. Petri primogeniti prędefuncti in vita vltimi maioratus poſſeſſoris: meritò concludendum eſt, in eo omnem ad dictum maioratum dictę vocationis ſubſtantiam defeciſſe, nullumq; ius eidem fuiſſe quæſitum, & per cōſequens D. Catharinam eius filiam, & neptē maioratus vltimi poſſeſſoris, reſpectu dictæ ſucceſſionis, omni repræſentationis ſpe carere: prout ſic in ſimili facti ſpecie argumentatur *Peguera d. deciſ. 114. num. 21. & Reg. Valenzuela conſ. 23. num. 153. lib. 1. et num. ſeq.* vbi id latiſſimè comprobat.

24 Item relatiuum prædictum, *quod*, ſua natura ſemper reſtringit diſpoſitionem, vt probatur *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure, l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. et d. l. ſticchum*, hinc paret

ipſum

Digitized by Google

ipſum huius maioratus inſtitutorem
voluiſſe, quod hoc relatiuum verifice-
tur in eo tantùm, qui tempore mor-
tis vltimi poſſeſſoris ſuperuiueret, &
quod ille ſolus in ea inſtitutione com-
prehendatur, qui dicto tempore fuerit
ſuperſtes *l. ex facto, §. ſi quis autem, &*
l. heredes, §. Titius, ff. ad trebell. cum ſi-
milib. & declarat *Bald. in l. 1. C. de le-*
gat. & in l. 1. C. de verb. ſignif. Socin.
conſ. 16. num. 38. lib. 4. Tiraquell. de
retract. lign. §. 1. gloſſ. 9 num. 102. de-
25 mum dictum relatiuum, *quod,* habet
etiam vim taxationis, induitq; verè, ac
propriè demonſtrationẽ taxatiuam, vt
non niſi in perſona demonſtrata veri-
ficari poſſit, quam futurus euentus de-
ſignauit *l. cum certus, ff. de vino, tritic.*
& oleo leg. tradunt *Iaſ. in d. l. ſticchum,*
num. 5. & Caſtrenſ. ibidem, num. 4. ac
diuerſificat quoq; perſonam, ad quam
fit relatio, à cæteris alijs, vt de illa tan-
tùm intelligatur diſpoſitio, iuxtà *gloſ.*
in clement. 1. §. ad hoc, verſ. incerta, de
prębend. vbi Io. Andr. & alij ſcribent.
notant; at inſtitutor in caſu noſtro vo-
cauit dumtaxat eum, in quo concurrũt
tempore mortis poſſeſſoris duæ quali-
tates demonſtratiuæ, vȝ. filiationis, &
maioris ætatis, prædefunctus verò nec
vocatus, nec demonſtratus extitit. Vn-
de illud rectè ex his reſultat, quod dũ
futurus euẽtus fuit verificatus in per-
ſonam Ducis, Dux ipſe, & non D. Ca-
tharina neptis, ad dictam ſucceſſionẽ,
admittendus eſt, vt notat idem *Peg ue-*
ra, ibidem, num. 26. ſic etiam verba illa
26 *que lo haya, y herede* maximam conie-
cturam præbent noſtræ diſpoſitioni,
ſunt enim verba futuri temporis, vt
tradit *Ripa in l. ex facto, num. 33. et in*
l. centurio, ff. de vulg. et pupill. vbi alij
ſcrib. atqui quando diſponens vtitur
verbis futuri temporis, reſpicientibus
tempus ſucceſſionis, dicitur vocaſſe
eum, qui erit primogenitus tempore
ſucceſſionis, *vt ex Baldo, Dec. Alciato,*
Tiraquell. et alijs reſpondit in ſpecie
Menoch. d. conſ. 442. num. 6. lib. 5. &
ſic inſtitutorem maioratus videtur vo-
caſſe Ducem, qui maior, & primoge-
nitus tẽpore mortis D. Catharinæ re-
pertus eſt, & ita iudicatum ad fauorem
patrui, pro quo conſuluit *Menoch. d.*
conſ. 442. et Surd. conſ. 403. refert *Gaſp.*
Teſſaur. quæſt. 35. lib. 1. ſub num. 17.
27 Conferunt poſtremò ad prætenſæ
repræſentationis excluſionem, verba
illa noſtri mioratus *el hijo mayor, que*
dexare al tiempo, que finare, in quibus
ipſe maioratus inſtitutor tres qualita-
tes expoſtulat, filiationis ſcilic. maio-
ris, ac ſuperexiſtentiæ, tempore mortis
vltimi poſſeſſoris, quas voluit radicari,
ac verificari in filio, vt ſic ſuccedere
debeat, ac valeat: conſtat namq; ex his
verbis, ætatem filiorem, qui poſt obitũ
vltimi poſſeſſoris ſuccedere prætendũt
conſiderandam eſſe, cum in his, quæ
28 ſumunt effectum, aut initium à mor-
te illius, cui ſucceditur, ſucceſſoris
tantummodò ætas, non autem illius,
cui ſucceditur, inſpicienda ſit *l. ea quæ*
C. de tempor. in integr. reſtit. præſertim
cum diſpoſitio, de qua agimus, indu-
cta fuerit ex cauſa prædictæ filiationis
maioris, ac ſuperexiſtentiæ, & nulli du-
29 bium, quod vbi diſpoſitio inducitur
cauſa alicuius qualitatis, ea qualitas
adeſſe debet tempore, quo diſpoſitio
ad effectum producitur, iuxtà tradita
per *Alexand. in l. ſi rem meam, ff. de*
verb. oblig. latè confirmat *Velaſquez de*
Auend. in d. l. 40. tauri, gloſ. 8. num. 30.
vbi in his terminis maioratus, regulam
generalem aſſignat, quod vbicunque
30 maioratus inſtitutor ad primogenij
ſucceſſionem diſpoſitiuè, aut conditio-
liter aliqua cum qualitate aliquẽ vo-
cauerit: principaliter intelligitur ſub
ea conditione vocationem feciſſe; ita-
ut dicta qualitas in perſonam vocati
reperiatur tempore, quo ſucceſſio vſua-
liter defertur, nec ſufficere voluiſſe eã
qualitatem verificari tempore inſtitu-
tionis maioratus, quam regulam opti-
mè comprobat *Tiraquell. q. 63. num. 2.*
ac alij relati per eundem *Velaſquez*, ac
Menoch. conſ. 442. lib. 5. et Surd. latè *d.*
conſ. 403. num. 47. poſt *Valaſ. q. 50.*
num.

num.16.et 46.de emphit. & alios, quos
ibidem allegat: hinc igitur fit, vt cum
die obitus D. Catharinę ſenioris, à quo
die ſucceſſio hæc, de qua controuertitur,
ſumit initium, atque effectum, ætas
primogeniti ſit iam per eius mortem
extincta, & Ill. Dux reperiatur viuus, filius,
& maior dictæ D. Catharinæ: igitur
ipſum admittendum, excluſa nepte ad
dictam ſucceſſionem, fateri omninò
31 oportet. Inſuper dicta verba reſtricta
ad tempus mortis, excludunt apertiſſimè
repræſentationem, nam hoc caſu,
in quo vocatur, qui tẽpore mortis erit
maior natus, videtur expreſsè diſpoſitum,
quod non ſuccedat is, qui non erit
eo tempore maior natus, quia nemo
poteſt admitti, qui tempore mortis nõ
habet iſtam qualitatem requiſitam.
32 Item ſicuti temporis limitatio continet
certam incluſionem, ita expreſſam
incluſionem continet quoad alios, qui
eam qualitatem non habent *Surd. d. conſ.403.num.57.in fin.* & proinde sũt
talia verba reſtricta ad tempus mortis,
& ſuccedit regula vulgata, quod quali-
33 tas adiecta verbo, debet intelligi ſecũdùm
tempus verbi *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalib.* cum infinitis cumulatis
per *Surd. conſ. 216. num. 2.* prę-
34 ſertim vbi qualitas requirit perſeuerãtiam,
vt in caſu noſtro, in quo ſpectandus
eſt euentus mortis poſſeſſoris maioratus,
vt filio ſuperuiuenti eiuſdem
deferatur ſucceſſio, ita *Bald. in l. humanitatis, num. 28. C. de impub. et alijs ſub-*
35 *ſtit.* & ita in terminis noſtris ad excluſionem
nepotis, arguit *Alex. d. cõſ. 123. num. 2. lib. 1. Socin. conſ. 88. lib. 3. n. 1.* &
ante eos *Iſern. in cap. 1. num. 14. de natura ſucceſſ. feud. Dec. d. conſ. 443. n. 15. Alba conſ. 60. num. 12. Peregr. d. conſ. 39. num. 24. lib. 1.* & ante eum *Roland. conſ. 39. num. 50. lib. 4.* qui *Albæ* traditionem
ſequitur, & multa de hoc eruditè
congerit *Caldas quæſt. 19. n. 21. verſ. decimò repræſentatio, lib. 1. forenſ. quæſt. Menoch. conſ. 220. n. 121. Surd. conſ. 403. num. 59. et ſeq. lib. 3.* cum igitur
qualitas hæc non fuerit purificata
in perſonam D. Catharinæ, ſed Ill. Ducis,
eidem Duci, huius maioratus ſucceſſionem,
excluſa dicta nepte, deferẽdam
eſſe, clarè liquet; ſiquidem & iſta
neptis ex filio primogenito præmortuo
adhũc maioratum, qui filio maiori ſuperuiuenti
tempore mortis vltimi poſſeſſoris
datus eſt, admitti minimè poteſt,
quoniam verè neptis eſt, non filius
36 & aliter filij, aliter neptes appellantur
l. quod ſi nepotes 6. ff. de teſtam. tutel.
nec me fugit, huius noſtri maioratus
diſpoſitionem non ampliandam, ſed
reſtringendam eſſe, ſolemniter dixerũt
Burg. de Pax conſ. 34. n. 19. poſt *Ruuiũ in l. 40. tauri, n. 4.* & nouiſſimè *Franciſcus Molinus lib. 3. de ritu nupt. q. 23. num. 54.*

Hinc igitur ceſſat omnis difficultas
excluſionis reprę ſentationis, tàm ex illis
verbis *que dexare*, quæ idem important,
ac ſi vocaſſet ſuperuiuentem,
37 & vbi ſuperſtes vocatur, excluditur repræſentatio,
& intelligitur vocatus filius
ſuperſtes tempore obitus dicti vltimi
poſſeſſoris, quamuis ſecundogeniti
excluſis nepotibus ex filio primogenito,
iuxtà communes *Gloſſ. in l. qui plures, ver. ad ſuperſtites, ff. de vulg. in l. Lucius §. pater, ff. ad Trebell. in l. cum quidam, ff. de leg. 2. in l. hæredes mei §. peto, ff. ad Trebell.* & perbellè tradit *Bart. in l. quidam elogio, ſub num. 23. C. de iure delib.* cuius deciſionem approbant cõmuniter
Caſtr. ibidem num. 6. Aret. in l. qui plures, ff. de vulg. Rom. et Alexãd. in l. qui patri, nu. 12. et 13. ff. de acquir. hæred. & eſſe communem docet *Socin. iun. cõſ. 14. n. 7. lib. 4. vbi num. 4.* admonet
Baldi litteram eſſe impreſſionis
defectu corruptam, atque mendoſam,
& hanc eſſe commmunem opinionem
dicit etiam *Portius Imolenſ. conſil. 8. num. 5. Gozad. conſ. 20. num. 17. Pariſius cõſ. 37. num. 50. cum ſeq. lib. 2. Frãciſcus Milanenſis deciſ. 8. lib 1. n. 207.*
ex quibus colligitur ſuperexiſtentia
38 ſuperuiuentis, nedum non cenſeri vocatum
filium primogenitum prędefunctum,
ſed etiam illius filium eſſe exclu-
ſum,

Digitized by Google

ſum, vt ibi *in verbis Baldi*, vbi inquit, qui non ſuperuiuit, non eſt ſubſtitutus, & ſic non tranſmittit.

Idque apertiùs, vltrà ſupra citatos, tenent infraſcripti, ſcilic. *Azo Goffr. Anchar. Conr. Bertr. Socin. Ripa, Rim. Iaſ. Dec. Anton. Rub. Curt. iun. Berous, Riminal. iun. Alciat. Caſſaneus, Natta*, *Mandell. Valaſc. Acoſta, Antonius Gabriel*, & alios recenſet *Molina lib. 3. de primogenijs, cap. 8. num.* 19. quorum quamplurimi, hanc veriſſimam, & receptam opinionem, quandoque in conſulendo dixerunt, quandoque legẽdo, & decidendo obſeruarunt, vt diligenter obſeruat *Ludouic. Peguera dec.* 114. *num.* 30. *verſic. ex quibus*, ſequitur veriſſimam hanc cõcluſionem *Peregr. de fideicommiſſ. cap.* 21. *num.* 24. *et* 28. *& conſ.* 39. *n.* 20. *lib.* 1. nec ab ea diſſentiunt *Io. Faber. Aſſlict. Ruin. Cępol. Greg. Lopez*, alijque relati, & in eadem ſpecie noſtra, eam conſtanter diſendit *Velaſquez de Auend. d. l.* 40. *tauri, gloſſ.* 8. *nu.* 37. & per totam illam *gloſſ.* quibus addo *Burſ. conſ.* 41. *num.* 6. *lib.* 1. *Craſſ. recept. ſent.* §. *fideicommiſſum*, *quæſt.* 11. *num.* 10. *Hipp. Rimin. conſ.* 75. *num.* 18. *lib.* 1. *Petrã de fideicomm. q.* 11. *num.* 234. *Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 9. *num.* 5. *Simon. de Prætis de interpret. vltim. volunt. dub.* 4. *ſol. vltima*, *lib.* 3. *num.* 26. *Raudenſ. de Analogis*, *cap.* 15. *num.* 275. qui loquitur in maioratu cõſimili, *& idem in Append. in prima parte, n.* 168. *Antonius Maluaſia cõſ.* 22. *lib.* 1. *&* Menoch. qui quamplurimos alios huius opinionis ſectatores commemorat, ſequitur eos *conſ.* 124. *num.* 95. *conſil.* 200. *num.* 36. *conſ.* 269. *num.* 795. *lib.* 8. *& lib.* 4. *de præſumpt. præſumpt.* 95. *num.* 202. & demum eandem, pluribus relatis, fortificat *doctiſſ. D. Valenzuela conſ.* 23. *num.* 101. *& ſeq.*

39 Quam quidem receptiſſimam opinionem coadiuuat inconuincibilis illa ratio, quod hæc conditio ſuperexiſtẽtiæ, nõ per fictionẽ, ſed verè, & realiter verificanda eſt *l.* 3. §. *hæc verba*, *ff. de neg. geſtis*, *l. ex parte*, §. *in inſulam*, *ff. de verb. ſignif. l. necem*, §. *ſi deportatus*, *ff. de bonis liber.* not. *Bald. in l. ex facto*, §. *ex facto*, *ff. ad Trebell. Pariſ. conſ.* 30. *n.* 55. *lib.* 2. cum alijs congeſtis in his terminis per *Ludouic. Pegueram deciſ.* 114. *num.* 31. vnde cum neptis hæc, ad huius maioratus ſucceſſionem admitti contendat per repræſentationem, dicitur admitti per fictionem *l. fin. in fin. ff. de impub. & alijs ſubſtit. Alexand. conſil.* 204. *n.* 7. *lib.* 2 *l.* 2. *tit* 5. *partita* 5. quã ad hoc ponderat dictus *Reg. Valenzuela d. conſ.* 23. *n.* 81. & ideo nequaquã admittenda erit in hoc caſu, dum verè, nõ autem fictè huiuſmodi ſuperexiſtenriæ conditio adimpleri debeat, vt proxi-

40 mè diximus. Item alia ratione comprobatur: nam ſi ius primogenituræ ex D. Perro prædefũcto ad D. Catharinã filiam traheremus, duæ inducerentur fictiones circa vnum, & idem. Primò enim fingeremus in D. Petrum ius primogenituræ, ac maioritatis, quod apud illum nullo tẽpore fuit, vt perbellè explicat *Alexand. d. conſ.* 4 *lib.* 4. *Peguera* vbi ſupra *Surd.* latè *d. conſ.* 403. *lib.* 3. *num.* 46. *cum ſeq. Ceuall. d. q.* 762. *lib.* 3. *num.* 191. *verſ. ſimiliter etiam*, & hæc eſſet fictio inductiua. Secundò ius illud primogenituræ fictum, & imaginarium ad D. Catharinam ex repræſentatione (, quæ eſt fictio tranſlatiua) protraheremus, quæ duæ fictiones circa idem non admittantur *l.* 1. *C. de dotis promiſſ. Bart. in l. ſi is qui pro emptore num.* 69. *ff. de vſucap. ita Ceuall.* vbi ſupra, *verſ. id ipſum etiam*, & ante eum *Gãma* id conſiderat *deciſ.* 307. *n.* 19. *& ſequent.*

Ex quibus apertè dignoſcitur, præfatam D. Catharinam neptem iniuſtiſſimam fouere cauſam, cum in ea deficiant filiationis, maſculinitatis, maioris ætatis, ac ſuperexiſtentiæ qualitates, in maioratus (de quo agimus) diplomate requiſitę: in Ducis verò perſona omnes clariſſimè conueniant, vt non immeritò fateri oporteat, adeò claram, iuriſq; principijs conſonam eſſe iuſtitiam Ducis, vt nullo penitus

modo

41 modo obuiari valeat. Et ne deſint in terminis terminantibus, in conſimilibus maioratibus Reg. Hiſpan. pro patruo acerrimi defenſores etiam in terminis *d.l.40.tauri*, videantur rogo *Caldas d. conſ.*15.& *lib.*1.*quæſt.forenſ.q.*19. *à num.*21.*ad* 22.*Ceuall.d.quæſt.*762.*ex num.*114.*per totum, Coſta de ſucceſſ.Regni Portug.part.*3.*num.*32.*fol.*130. latiſſimè *Velaſq. de Auend. d. l.*40. *tauri*, *gloſſ.*8. *per totam, Ludouic. Peguera deciſ.*113. *in fine, & deciſ.*114.*per totum*, vbi ad ſaturitatem, *Gamma deciſ.* 306. *Raudenſ.de analogis cap.*15. *num.* 178. *Surd. conſ.* 403. *vbi ſub num.* 82. ſic in Rota Romana deciſum teſtatur, *& in tract. de alimentis, tit.vlt.q.*36.*n.* 16. *Gaſpar Teſſaur. lib.*1. *quæſt. forenſ. quæſt.* 35.*num.*17.28.32.36. *&* 45. *D. Regens Valenzuela d.conſ.*73.*num.*159. *& conſ.*97.*num.*26. qui omnes in proprijs terminis cõſimilium maioratuũ, *& d.l.*40. *tauri*, *& l.*2.*tit.*15.*part.* 2. cauſam pro patruo neruosè, atque eruditè defendunt, ac contrarijs copiosè ſatisfaciunt, ex quibus hæ noſtræ concluſiones lucem acceperunt (neque enim ſubſtinet animus aliorum nomina ſubijcere) *Tiraquell. in eodem tract. primog. q.*63.*n.*5. *veſtigia inſectantes.*

Reſtat nunc igitur, vt obiecta reſoluamus, quibus reiectis, clarior vtique iuſtitia D.Ducis, omnemque inſtantiæ aditum D. Catharinæ nepti interclusum eſſe, patebit.

Et Primò non aduerſatur ea, quæ à
42 multis approbatur propoſitio, quod in primogenituris nepos excludit patruũ; quandoquidem contraria ſententia habet non minoris numeri, & authoritatis fautores, qui affirmãt, patruũ præferri nepoti ex primogenito prædefũcto in vita patris, vt latiſſimè congerit *Tiraquell.d.quæſt.*40.*num.*15.*& n.*100. refert rationes, quibus mouẽtur huius partis aſſertores, & benè comprobat *Gãma d.deciſ.*306.*& Teſſaur. d.quæſt.* 35.*num.* 18.*et* 41. adeo quod Cæſarea indiget deciſione quæſtio hæc tam ardua, ac perdifficilis, vt inquit *Aſſlict. in tit. de ſucceſſ.feud.* & licet videatur hæc quæſtio in Regni Hiſpan. præſertim in maioratibus ſopita *per d.l.*40. *tauri, et l.*2.*part.*2 *tit.*15. ſicuti in ſpecie notant *Abb.Caſtrenſ.Couarr. Molina*, & alij ſupra citati, quibus addo nunc *Domin. Rouit. in pragm.*11. *de feud. num.* 50.*in fine, vſque ad num.*62. in quibus iuribus tota ſpes victoriæ huius cauſæ pro d.D.Catharina cõſiſtit, facilis etenim adhuc eſt ſolutio.

Nam quicquid ſit in primogenituris a lege inſtitutis, aut conſuetudine introductis, quo caſu loquuntur omnes ſupra citati, in illa quæſtione patrui, &
43 nepotis; in ſpecie noſtra ſpectanda eſt forma conditionis, ac ſubſtitutionis appoſitæ ab inſtitutore maioratus, à principio in illius inſtitutione, ita *Melchior Palaez de maior. Hiſp. in præfat. num.*2.*et* 3. *Burg.d.quæſt.*2.*n.*11.*et* 31. *Molin. lib.*1.*cap.*2.*num.*27.*et lib.*3.*c.*8. *num.*5.*Dec.conſ.*16.*n.*22.*lib.*4. *Molina Ieſuita diſput.*629. *num.*1. *tom.*2. *de iuſtit.et iure* latè *Surd. conſ.*403. *n.*31. *lib.* 3. & innuit hoc expreſſis verbis *d. l.*40.*tauri in fin.* ibi *Saluo ſe otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el, que primeramente conſtituto, y ordeno el mayorazgo, que en tal caſo queremos, que ſe guarde*
44 *la volontad del que lo inſtituio*, quoniã *dicta l.*40. *tauri* admittens repræſentationem, loquitur in maioratibus ordinarijs, in quibus vocatur filius primogenitus ſimpliciter, vel qũ defertur ſucceſſio de maiore ad maiorẽ, vel ſi dicitur ſimpliciter, ꝙ ſuccedatur per viam maioratus, & in alijs ſimilibus cũ clauſulis ordinarijs, & in his caſibus loquuntur iura, ac *DD.* deciſiones ſupra relatæ in illa quæſtione patrui, & nepotis, nam *ll.Tauri* non fuerunt factæ ad correctionem, imò ad declarationẽ iuris communis, ut ex eorũ procemio apparet, & in eius commentarijs tradit *Burg.de Pax num.*432.*Ruuius in l.*27. *num.* 17. *Velaſquez de Auend. in l.* 40. *gloſſ.*14.*num.*26.*Molina de primogen. lib.*3.*cap.*6.*num.*24.*& cap.*7.*num.* 17. & ita illius virtute non debet in caſu

noſtro

45 noſtro repræſentatio admitti, in quo vocatur filius legitimus maior, q ſupſtes erit tpe mortis poſſeſſoris dicti maioratus: cẽſetur.n.ex his verbis alterata forma maioratꝰ ordinarij,& ſic verſamur in maioratu extraordinario, in quo ceſſat diſpoſitio *d.l.40.in 1.p.*quæ repræſẽtationẽ admittit in ordinarijs, non in extraordinarijs, & ab inſtituto re alterato ex prædictis verbis, quæ ſeruanda ſunt,iuxtà diſpoſita *in d.l.40. in 2.par.* hęcque realis diſtinctio colligitur *ex Bald.in l.2. n.6. C.de iure em-*
46 *phit.*vbi ſcripſit,emphiteuſim acceptã cum pacto, non tranſire, niſi ad primogenitum, quia ſucceſſio emphiteutica habet naturã relationis ad tempus mortis, & q primò natus reperitur tũc tempore mortis vltimi poſſeſſoris, admittendus eſt,quem ſequuntur *Alex.et Hercul.in l.ex facto,§.pen.ff.ad Trebel.* & magis in ſpecie *Iaſ.in d.l.2. n.121. C.de iure emphit.*qui ait, & animaduertit, hoc eſſe nouum genus maioratus, & ſenſit *idem Bald. in l. ſi viua matre, num.3.C.de bonis maternis,& in d.l.2.*
47 *num.6.*expreſsè voluit, quod quando ſucceſſio habet naturã relationis ad tẽpus mortis, attenditur prioritas, quæ tunc in rerum natura verſatur, in quibus verbis vult,hoc caſu ſecundogenitum præferri nepoti ex primogenito prædefuncto, idemq; tradit *idem Bald. in l.cum antiquioribus,verſ.primo,C.de iure delib.* ſequitur *Tiraquell.de primogen.q.80.nu.2.et Coſta de Regni ſucceſſ. fol.13.Valaſc.de iure emphit.q.50.n.14.*
48 *36.& 40.*vbi dicit,quod ſtãtibus verbis noſtræ diſpoſitionis,ceſſat omninò quæſtio patrui, & nepotis, & ceſſat repræſentatio ex expreſſa voluntate diſponentis *Socin.in l.ſi cognatis, num.5. verſ.ſecundo infertur,ff.de reb.dub.* qui dicit *Caſtr.* malè conſuluiſſe, ſtantibus verbis prædictis, & latiùs *Iacob. Sadolet. ibidem col. 1. Rimin. conſil. 438. num. 10.Caſſaneus conſ.53. num. 10. Alciat.in l.proximus, ff.de verb. ſignif. et lib.8.parergon.iuris, cap.15.& conſ. 560. num. 3.* pulchrè in his terminis *Franciſcus Caldas d. conſ.15. num.23. & ſeq.Gabriel conſ.107.lib.1. Bertrãd. conſ.186.num.3.lib.4.Berous conſ. 71. lib.1.num.17.Afflict.in cap.1.num.56. & 60.& 119.de natura ſucceſſ.feudi, Caldas lib.1.recept.ſent.quæſt.19.n.21.*
49 *in fin. verſ.adſtipulatur etiam*, qui loquitur in terminis *d.l.40.tauri,* & denegat,ſtãtibus verbis prædictis, repræſentationem, & pulchrè *Peguera deciſ. 114.num.34.& 35.& ibidem num.10. 40.& 43.* belliſſimè contendit, atque declarat,*d.l.tauri* loqui in maioratibus ordinarijs,ac noſtri maioratus ſpeciem eſſe extraordinariam,& proinde non eſſe locum repræſentationi, ſed patruũ præferendũ nepti,q latè etiã cõprobat *D.Regens Valenzuela d.conſ.23. num. 112.* in eiſdem terminis *d.l.40.tauri.*
50 Quinimò ex verbis illius *l.40.tauri* conſtat, ipſam legem præſupponere, illum filium maiorem, de quo loquitur, fuiſſe vocatum ad maioratum, qui in vita patris habeat ius certum in habitum ad ſuccedẽdũ in eo: ideo diſponit,quod ſit locus repræſentationis, & ſecundùm hunc verum intellectum dicta lex, nedum nõ aduerſatur iuris cõmunis diſpoſitioni,at illi cõformis redditur, prout ſic intelligi debet, cum nõ ad illius correctionem, ſed declarationem, & confirmationem conditæ ſint *d.ll.40. tauri,* vt proximè fundauimus *ex Velaſquez, Palatio, Molina, & alijs;*
51 ſecus verò eſt in maioratibus, in quibus filius maior, nec actu, nec habitu vocatur in vita patris ſui, vt in re noſtra, in qua vocatur filius maior ſuperſtes tempore mortis vltimi poſſeſſoris: non enim iſte filius maior in vita patris prædefunctus, nec vocatus,nec demõſtratus dicitur, *l. commodiſſimè, ff. de lib.& poſthum.l.ſticchum,qui meus erit, ff.de legat.et ſideic.1.*nec de illo iure q̃rẽdo ſub illa conditione maioritatis; ac
52 ſuperexiſtentię,quia fuit conditio defecta in perſonam D. Petri primogeniti præmortui, tranſmiſſio fieri poterat *l. vnica, §. ſin autem aliquid, C. de caduc. toll.* cum ſimilibus per *Be-*

roum

Surd.cōſ. 403. *n.*70.*verſ.quod verò, ex num.*82. *verſ. hæc ſi , & Peguera deciſ.* 113.*in fin.*

58 Nec obeſt,quod tradit *Molina d. c.* 8.*num.*59.ex mente *Abb.* & aliorum, ſupra in tertia obiectione citatorum, nullam dari differentiam inter primogenitum, ac natu maiorem; quoniam contraria ſententia eſt magis cõmuniter recepta, in quam iuerunt *Anchar. Alexand. Socin. Dec. Berous*, Beretta, aliiq; congeſti *à Menoch. conſ.*886. *n.* 1.*in fin. lib.*9. qui maximum differentiæ diſcrimen aſſignant;hoc enim verbum, maior,ſecundogenito magis, quã nepoti ex primogenito competere videtur, quia filius ſecundogenitus non poteſt dici primogenitus verè, ſed per quandam interpretationem,habita ratione,quod tempore ſucceſſionis non extat primogenitus, qui deceſſit:cæterũ idẽ filius poteſt dici maior ætate verè, & ſine vlla interpretatione; huiuſq; differentiæ ratio colligitur ex eo,quod primogenitus habet participiũ præſentis temporis, quod verificatum fuit in ipſo naſcendi tempore , è contra verò verbum maior, nullam relationem habet ad præteritum tẽpus naſcendi, ſed optimè adaptatur præſenti tẽpori, quo de ſucceſſione agitur,& ſic rectè accõmodatur filio, qui poſtmodum temporè mortis poſſeſſoris maior reperitur: licet ab initio maior non fuerit : quæ quidem differentia colligitur ex traditis in ſimili per *Caſtr. d. conſ.*164.*n.*5. *verſic.ad ſecundum,lib.* 2.& hanc differentiam bene expendit *Alexand. conſ.* 4.*num.*13. *in fin. libr.*4. *vbi modern. Pariſ. Roland. conſil.* 39. *num.* 4. *lib.* 4. *Alciat. lib.* 8. *Parergon* , *cap.* 15. *Surd.*videndus *tit. vltimo*, *de aliment. q.*36. *num.* 16. *et conſ.* 403. *num.* 40. vbi indubitãter hãc diſtinctionem cõfirmat; & plenè eãdem diſtinctionem , ac differẽtiæ rationem poſuit *Caſta de maior.bonorum regiæ Coronæ* , *part.* 1. *num.*11. quem refert , expendendo verba illa *el hijo varon mayor*, prout ad noſtrum maioratum *Domin. Regens Valenzuela conſ.* 69. *num.* 12. *lib.* 1. & in ſpecie contrà *Molinã*, vltrà alios, quos ſupra alias connumerauimus, inuehit *Gaſpar Teſſaur. d.q.*35.*n.*39. dicẽs, *Molinã* loqui cõtrà veriorẽ, & cõmuniorẽ opinionẽ; eandẽq; opinionẽ prius confirmauerat *Milanenſ. deciſ.*9. *num.*47.*lib.*1.*& Gratian.vbi ſupra,diſcept.forenſ.n.*72. ideoq; verbũ *mayor* ad ætatem,omnes referri cõgnoſcũt, & deducitur *ex Alex.d.conſ.*4. *n.*2. *lib.*4. *Dec.conſ.*443.*n.*22.*&* 23.*Peregr.d.cõſ.* 39.*n.*17.*lib.*1.aliiſq; ſupra proximè citatis.

59 Vel etiam ſi eas diſtinctionis fœdere conciliabimus cum eod.*Menoch.*adhuc deficit hæc 3. obiectio; ſiquidẽ aſſerit *Menoch.*primã opinionẽ procedere, vbi loquimur de vno ſolo filio ex multis , ſicq; reſpectu fratrũ ſuorum,vt nulla ſit differentia quoad effectum, ꝙ vocatus ſit primogenitus,vel maior natus,cũ is, ꝗ eſt natu maior, vbi alii fuiſſẽt iã nati,& defũcti, dicitur primogenitus, dũ nemo eũ antecedit,& hoc caſu tradit loq.,& rectè, *DD.*relatos *à Molina,et Burg.* vbi proximè. Alterã verò opinionẽ habere locũ,vbi loquimur de vno ſolo, reſpectu tranſuerſaliũ, hoc eſt filiorũ ex fratribus. Hæc.n.magna eſt, inquit ipſe, differentia , quia vocando primogenitum, reliquit rem dubiam, cum primogenitus dicatur etiã ſecundogenitus, mortuo primo , ſed vocando maiorem natum, reliquit diſpoſitionem claram, cum intelligatur tantũ de eo, ꝗ reſpectu ætatis maior eſt,& credẽdũ eſt, inſtitutorẽ hãc cõſideraſſe maioritatẽ, vt certã, ac clarã relinqueret diſpoſitionẽ : ſic igitur diſtinguẽdũ exiſtimat *Menoch.cõſ.*442.*n.*21.*vſq.ad n.*25. *lib.* 5. & ꝑinde vndiq; cõſtat, dictam obiectionem non militare,& rem eſſe in tuto pro Ill. Duce.

60 Quarta pariter facilè diluitur obiectio:quoniã attẽta mẽte, ac verbis etiã *d. l.*40.*tauri*,ex ea deducitur verus ſẽſus, ac intellectus,ex illis verbis *ſaluo ſe otra coſa eſtuuiere deſpueſta* ſufficiũt .n. ad excludẽdũ repſentationẽ, nedũ verba

ba, de quibus in noſtro maioratu, quæ ſunt expreſsa, quibus ſtantibus diſponentis voluntas eſt ſeruanda, & ab ea non recedendum *§. diſponat, auth. de nupt. l. 5. part. 7. tit. 33. Roland. conſil. 43. num. 17. libr. 4. Ioann. Guttierez conſ. 4. num. 5.* præſertim in maioratibus, vt latè expendit *Surd. dicto conſ. 403. ſub num. 31.* ſed ſufficit etiam, quod tacitè, & per coniecturas cōſtet dicta diſpoſitio, quia *d. lex Tauri* non dicit, nec requirit, quod dicta diſpoſitio ſit expreſſa, & de iure ſeruāda eſt diſpoſitio tacita, & per cōiecturas, ſicut expreſſa *l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat. Socin. iun. conſ. 146. lib. 2. n. 5. Cephal. conſ. 16. n. 41. Roland. vbi ſupra, num. 15.* pręſertim quia illud,
61 quod apparet ex legitimis coniecturis per leges approbatis, dicitur apparere expreſsè *l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* cum ſimilibus *per Menoch. lib. 1. de præſumpt. quæſt. 45. num. 8. & lib. 3. præſumpt. 42. nu. 21. & præſumpt. 134. num. 37.* vnde illud dicitur expreſsè diſpoſitum, quod, coniecturis perpenſis, verbis, ac mente diſponentis deducitur, vt docet in ſimili *Gloſſ. in clementin. prima de elect. verſic. eligatur, Decius conſ. 15. in fin. Menoch. lib. 4. præſumpt. 34. num. 32.* poſt *Alexand. conſ. 144. num. 16. lib. 6.* & in proprijs terminis *d. l. 40. tauri*, quod cōiecturis
62 excludatur repræſentatio, tradunt *Palat. Ruuius, ibid. n. 22. & in l. 45. n. 25. Caſtill. in d. l. 40. in verb. diſputeſta, Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. part. 6. verbo muxeres, col. 7. ad finē, Molina d. lib. 3. cap. 8. n. 5. Couarr. d. cap. 38. n. 10. Guttierez d. lib. 3. q. 67. num. 38. Velaſq. d. gloſſ. 8. col. fin. Gamma deciſion. 51. num. 8. Molina dicta diſputat. 629. num. 1. littera B. Peralta loco citato, Cæuallos d. quæſt. 761. num. 133. ad 144. Peguera deciſ. 114. num. 37. cum ſeq. Valenzuela d. conſ. 23. num. 118. Caſtill. lib. 1. quotid. quæſt. cap. 20. n. 28.* ex quibus conſtat, hanc opinionē eſſe communiter ab omnibus receptam, nec habere contradictorem: cumque tot vrgentiſſimę coniecturæ concurrāt in fauorem Ill. Ducis ad excluſionem dictæ neptis, quas ſupra ſeriatim recēſuimus, præſumi non poteſt, aliam fuiſſe inſtitutoris intentionem, ac voluntatem, quàm illā, quæ apparet ex tantū clara diſpoſitione; cum enim in verbis diſponentis non eſt ambiguitas, nequit voluntatis admitti quæſtio *l. ille aut ille §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Bart. in l. 1. num. 6. ff. de reb. credit. Abb. in cap. in omni, num. 4. extra de teſtib.* & quidem
64 verba hæc noſtri maioratus, vltrà expſsā loquutionē, aptiora, & efficaciora excogitari minimè poſsunt ad præcludēdū repręſentationē: & ꝙ hæc ſit efficaciſſima coniectura ad excludendum neptem, eleganter contendit *Teſſaur. iun. d. lib. 1. quæſt. forenſ. q. 35. num. 39. vbi Didac. & Molina* impugnant, & in ſpecie eſt *Coſta de Regni ſucceſſ. part. 3. num. 32. Valenzuela d. conſ. 23. n. 159. in fin. & num. 166.* vbi ad hoc ponde-
65 rat *deciſionem Gammæ 93. num. 2.* dicentem, maioratus ſucceſſionem, ad quam quis vocatur propter mortem alterius, non trāſmitti, ſi is futurus ſucceſſor, viuente poſſeſſore, decedat.

66 Nec etiam obſtat, quod aliqui ſenſerint per ea verba, natu maiorem ſuperſtitem, non impediri repræſentationem gradus in nepote, pręſertim in Hiſpan. primogenijs, quos recenſet *Molina* ſupra in quinta obiectione relatus *Matthienſ. Guttier. & Ludouic. Molina ibid.* nam communior etiam Hiſpanorum, inter prædictos, calculus eſt contra nepotem, ſicuti conſtat apud eundem *Molinam ibidem, num. 19.* & teſtatur *Peregrin. d. conſil. 39. in fin. verſic. ad quintum*, & ſupra abundè, & diligenter *ex Velaſq. Peguera, Petra, Craſſ. Mantica, Menoch. Raud. Maluaſia, Burſ. Gamma, Cæuallos*, ac innumeris alijs deduximus, & nunc addo *Hondedeum conſil. 64. num. 22. lib. 2.* præterea in caſu noſtro adſunt vrgentiora verba, quia conſideratur maioritas ętatis inter filios, & reſpectu filiorum, & ſic certus etiam gradus deſignatur, & ideò repræſentatio non admittitur, vt ſupra ꝓbauimus *ex Curt. Velaſq.*

D.Velaſq. Caldas, alijſq; & aduertit *Pe-*
regr. loco proximè citato, demum poſt
reſolutionem vltimæ obiectionis, om-
nibus contrarium ſentientibus, ſigilla-
tim ſatisfaciemus.

67 Vltima nec meo penitus conturbat
obiectio, *nam d. l. 2. part.* duo princi-
paliter diſponit. Primò, Regis filium
primogenitum, ideſt natu maiorem
debere ſuccedere in Regno, vt ibi
mayoria, ennaſcer primero, in quibus
clarè diſponit *l. illa* ordinariam for-
mam ſuccedendi in maioratibus, de
quorum natura eſt, vt in eis ſuccedat
primogenitus, iuxtà ordinem naſcen-
di: & hoc caſu admittitur repræſen-
tatio, vt ſupra aliàs diximus. Se-
cundò, quod is primogenitus ha-
bet ſucceſſionem propter mortem
Regis vltimi poſſeſſoris: hæc enim
licet quoad ſecundum parificentur,
quò tamen ad primum ſatis differunt
à noſtro maioratu, in quo conſidera-
tur maior ætas, iuxtà tempus mor-
tis vltimi poſſeſſoris, & proinde
ex hac differentia ceſſat argumenta-
68 tio. Hinc non immeritò *Velaſquez*
in dicta l. 40. gloſſ. 8. num. 41. aſſerit
illa verba *in dicta l. 2. diſpues dela*
morte de ſu padre, non aliter eſſe refe-
renda ad filiam ſuperſtitem poſt mor-
tem patris, ſed ad Regni ſucceſſio-
nem, quod demum, defuncto patre, fi-
lio primogenito actualiter àcquiritur;
ſicque dicitur *Gregor. Lopez* illam
legem intellexiſſe ibi *in verbo, de ſu pa-*
dre, & malè *à Molina in dicto cap.* 8.
69 *in fin.* intellectam. Rurſus *l. illa*
part. loquitur in ſucceſſione Regno-
rum, quæ iure ſanguinis, & naturæ,
vel antiquiſſima conſuetudine defe-
runtur, in quibus habet locum repræ-
ſentatio, vt ſupra probauimus: nos
verò hac in noſtra ſpecie ſumus in
longè diſſimili maioratus ſucceſſione,
quæ ex extraordinaria hominis di-
ſpoſitione in poſteros deriuatur, in
qua ita demum repræſentatio admit-
titur, ſi expreſſa inſtituentis volun-
tate, aut coniecturis deducta, exclu-
ſa non reperiatur, vt quando maio-
rem filium ſuperſtitem, tempore mor-
tis, vel aliam conſimilem fecerit vo-
cationem, repræſentationis excluſi-
uam, prout in caſu noſtro ſic obie-
ctionem hanc poſt *Velaſquez* reſoluit
Peguera d.deciſ. 115. *in fin.*

70 Nec tandem præſtantiſſimos Iudi-
ces quamplurimorum grauiſſimorum
DD. ſupra in quinta, & ſexta obiectio-
ne connumeratorum, authoritas deter-
reat: ſiquidem, etſi ex his, quæ in re-
ſolutione dictarum obiectionum co-
pioſè diximus, clariſſimè conſtat, tum
ex aliorum Iuriſconſultorum reſpon-
ſis, quàm aliorum *DD.* ſententijs, ac
concludentibus argumentis, illorum
opinionem magis communiter con-
futatam; adeò quod nulla opus ſit re-
ſponſione, vt tamen Ill. Ducis iuſtitia
clarior pateat, omniſque vmbræ macu-
la ceſſet, vnicuique ſigillatim ſatisfa-
ciemus:

Et primò *Cumanus conſ.* 13. loqui-
tur in caſu, in quo aderat teſtatoris vo-
luntas, vt fideicommiſſum tranſiret
etiam ad præmortuorum deſcenden-
tes, & ſic etiam loquitur *Fulgoſ. dicto*
conſil. 15. vt aduertit *Ioſeph de Ruſticis*
in comment. l.cum auus, lib.6. cap. 14.
num. 74. *de condit. & demonſtration.*
Corn. conſil. 57. *libr.* 5. loquitur in
caſu quo vocatus eſt ſuperſtes, &
eius hæres, *vt ibidem num.* 5. *Ale-*
xand.conſ. 9. loquitur in caſu ſatis di-
uerſo, vt notat *Dec.conſil.* 95. *ſub n.* 10.
& loquendo in terminis noſtræ ſpeciei
in d. conſ. 4. *lib.* 4. noſtram tuetur ſen-
tentiam. *Iaſ. conſil.* 154. *lib.* 4. contra-
dicit huic cõmuniori ſentẽtiæ propter
mendoſam litteram *Bald. in d. l.quidã*
elogio, vt aduertit *Socin.iun.cõſ.* 14. *lib.*
4. *n.* 10. *& Peguera d.dec.* 115. *ſub n.* 3.
eũq; reprobat *Menoch.cõſ.* 200. *n.* 108.
lib. 2. *Dec.conſ.* 397. ideò concludit ad
fauorem nepotis, quia aderat expreſsè
teſtatoris voluntas, vt ibidem in fine,
& tradit *Gaſpar Teſſaur. d. quæſt.* 35.
num. 36. & proinde *idem Decius con-*
ſil. 443. noſtram ſententiam in termi-

Digitized by Google

nis noſtris conſtanter defendit, ſic etiam reſoluuntur cæteri omnes ſupra *per Molinam d. cap.* 8. *num.* 20. relati: ſiquidem loquuntur, quando diſponens vocauit ſuperſtitem tantùm, vel etiam eius filios expreſsè, vel tacitè, ex vrgentiſſimis tamen coniecturis; vt ſic reſoluit *ex Pariſ. conſil.* 37. *num.* 56. *et Socin. conſ.* 63. *num.* 7. *lib.* 4. *Ioſeph de Ruſticis d. cap.* 14. *num.* 69. ſecus autem in noſtra diſpoſitione, in qua ad tempus mortis confertur ſucceſſionis ſpes: quo caſu indubitanter procedit communis ſupra firmata concluſio; & tradit idem *Soc. iun. cōſ.* 133. *lib.* 1. *n.* 5. *Mantica*, & alij, quos refert, & ſequitur *Ioſeph de Ruſticis, vbi ſupra num* 75. imò in caſu noſtro vocatur filius ſuperſtes, non ſuperſtes tantùm: & hoc caſu reijcitur repræſentatio, & procedit noſtra concluſio, prout ſic pulchrè diſtinguendo docuit *Hieronym. Gabr. conſ.* 121. *num.* 24. *lib.* 1. *de Ruſticis* loco ſępiùs citato, *num.* 77. qui ſic prædictorum *DD.* ſententias, huius diſtinctionis fœdere conciliat, ex dicta *Gabriel.* diſtinctione, cui tanquam veriſſimæ acquieuit, atque cedit.

Præterea *Abbat. d. conſil.* 85. motiua tendunt ad hoc, quod ſit primo vocatus primogenitus, & deinde filius primogeniti, & poſteriùs alij filij, & deſcendentes, vt aduertit *Gamma deciſ.* 306. *ſub nu.* 18. vlterius mouetur *Abb.* rationibus ſupra adductis, quibus pleniſſimè ſatisfecimus, & demum *Abb.* improbat *Coſta vbi ſupra, num.* 111. & *part.* 1. *num.* 27. *de patruo, & nepote, & Velaſq. vbi ſupra, num.* 16. & 46.

Roman. d. conſ. 29. loquitur in conceſſione dominica, & ſubrogationem in nepote admittit ex mente Regis concedentis, ac ratione, quam ex mente colligit propter expreſſa benemerita conceſſionatij in conceſſione maioratus, quod ceſſat in caſu noſtro.

Caſtrenſ. d. conſ. 164. qui conſuluit in eodem caſu, in quo conſuluit *Rom.* loquitur quando vocatur primogenitus, & eius filij, & vbi ex ordine ſcripturæ conſtabat, voluiſſe poſt primogenitum vocari filios, vt iudicat *Alexand.* in ſpecie *conſil.* 4. *ſub num.* 14. *lib.* 4. vel dici poteſt, quod procedunt tradita per eum, vbi vocatur promogenitus ſimpliciter; vt in ſpecie reſpondit *Menoch. conſ.* 886. *ſub num.* 15. eumq; impugnat *Socin. in d. l. ſi cognatis, num.* 5. *ff. de reb. dub. et Gaſpar Teſſaur. d. q.* 38. *num.* 21. *verſ. Caſtrenſ.* & *Gamma ſupra, ſub num.* 18. & *Velaſq. loco citato. Bologn. d. conſ.* 62. mouetur ijſdem rationibus, iam plenè confutatis. *Bellamera dicta deciſ.* 723. loquitur vbi conſtat teſtatorem vocaſſe eum, qui tempore mortis ſuæ erat primogenitus, quo deficiente, filius ſubrogatur in locum patris: nos verò in caſu noſtro dicimus ipſum primò natum non fuiſſe vocatum, quia teſtator vocauit maiorem natu ſuperſtitem tempore mortis vltimi poſſeſſoris maioratus: & ſic tempore ſucceſſionis, prout ſolemniter ponderam, & reſpondet *Menoch. d. conſ.* 443. *num.* 4. *in fin. lib.* 5.

Barbat. d. conſ. 10. *lib.* 2. peſſimè conſuluit, vt expreſsè ſic notat *Gaſpar Teſſaur. d. quæſt.* 25. *num.* 28. & in eodem caſu contra eum conſuluit *Alexand. conſil.* 4. *lib.* 4. & vtique pariter iudicatum fuiſſe ad fauorem patrui; pro quo conſuluit *Alex.* docet *Gamma d. deciſ.* 307. *num.* 18. vbi multò maiorem authoritatem tribuit *Alexand.* quàm *Barbat.* cuiuis mentem ſemper fuiſſe contrariare ad baliſtam, tradit ex *Hippolyt. in l.* 1. *§. ſi quis vltrò, num.* 28. *ff. de quæſtionibus* additq; *Felin. in cap. cæterum, num.* 10. *de præſcript. verſic. quarta* dicentem, *ipſum Barbat.* ſtudio impugnandi communes opiniones, ſępè deliraſſe.

Didacus Couarr. Molina, & Guttierez, non metentur contrà nos allegari, cum tractantes quæſtionem illam in locis præcitatis, illam indeciſam reliquerint: & quatenus noſtræ conſultationi aduerſarentur, loquuntur contrà communiorem, & veriorem opinionē, vt ſic in ſpecie docet *Gaſpar Teſ-*

ſaur.

ſaur.lib.1.q.for.d.q.35.n.23.et 39.Surdus tit.vlt.de aliment.d.q.36.num.16. & Velaſquez d. gloſſ. 8. per totam, cum alijs ſupra ponderatis, quinimò *Couarr.d.cap.38. num.12. verſ. Ego ſanè* noſtræ videtur adherere opinioni, vt aduertit etiam *Teſſaur.* vbi proximè *num.23.*

Nec nos turbare habet authoritas *Moline*, & reliquorum ſupra citatorum, eorum rationibus à fundamentis iam copiosè reſolutis, & contra concluſiones communiter receptas, nil quidē ipſorum authoritas nobis quicquam officere poteſt: præſertim cū acerrimos, ac præſtātiſſimos, nedum eruditiſſimos, habeat hęc noſtra concluſio fautores, atque defenſores maioris ponderis, ac numeri, ſalua pace tantiviri.

Vnde rejectis contrarijs, liberè cōcludendum eſt, D. Ducē maximam fouere iuſtitiam, pro quo æquitas, rigor, præclariſſimorum *DD.* authoritas, rerumque iudicatarum exempla, ac omnia iura, & rationes clamant. Hæc quoad principalem tantùm articulum, in hac cauſa conſiderandā duxi, nam quoad alios, cum ſint potius facti, & in eis adeò pleniſſimè, atque eruditiſſimè fuerit ſatisfactū in dictis allegationibus, vt nihil penitus exiſtimauerim addere, ne ſuperflui fuiſſet laboris, licet nec etiam temporis anguſtia, largiatur.

Atque hæc ego quidem habui, quæ vt Excellentiſſimi Ducis Feriæ, qui pro inuictiſſimo Rege noſtro Mediolanum id temporis ſummo imperio administrabat, iuſſis obtemperarem, lectiſſimorum tota Italia Iure Conſultorum ſententijs, quos ille ad huius Cōtrouerſiæ examen adhibuerat, de meo adderem. Placuerit ne porrò ſapientiſſimis iudicibus, quorum fuit de tota cauſa ſtatuere, prò meo iure decernere, vt mihi, dum hæc eduntur vt publici iuris fiant, minimè conſtat, ita facilè opinor.

SVMMARIVM.

1 *Retractus iure congrui duo copulatiuè requirit, quod conuentus ſit poſſeſſor, & emptor, non autem donatarius.*

2 *Cautela ad excludendum ius congrui eſt, vt emptor ſtatim donet, antequam citetur, dummodo donatio ſit vera, quare ſit permiſſa, & an dicatur fieri in fraudem, & num.21.*

3 *Hora vbi eſt expreſſa, facit præſumere actum antea geſtum.*

4 *Prioritas horæ eſt in cōſideratione, imò etiā prioritas in puncto, et in momēto.*

5 *Citatio non valet, ſi iudex non mandat, quis ſit citandus.*

6 *Donatio in fraudem iuris congrui facta non cenſetur, ſi emptor eodem die emat, & donet, & num.19.20.et 22.* & Marant.diſput.9.num.23.*contrarium tenens reprobatur, &* num. 7. 8.9.11.& 12.

13 *Fraus præſumitur ex breuitate temporis, & quod dicatur breue tempus, & num.14. etiam reſpectu Fiſci, n.16. & quid ex ſtatuto Mediolani, n.17.*

15 *Pecunia cenſetur ſoluta creditoribus priuilegiatis, ſi infra triduum poſt pecuniam creditam, illi fuerint dimiſſi.*

18 *Diſpoſitio in fraudē facta præſumitur morte in biduo ſequuta.*

23 *Coniunctio ſola ſanguinis non ſufficit ad probandum fraudem, vel ſimulationem, ſed alię præſumptiones requiruntur, et quæ num.24.*

25 *Vicinus non excluditur à retractu ex ſimplici tātùm ſcientia, niſi per annū.*

25 *Sciēs, et patiens, in quibus caſibus cōſētire videātur, etiam in eorū præiudicium, et num.27. diſtingue in iuribus merè perſonalibus, aut realibus, num. 28.29.30. et num.31.34. et quid in propria materia retractus, n.37.*

30 *Conſentire videtur frater, ſi præſens venditioni, per alterum fratrem factæ, non contradixit.*

32 *Legatarius ſiuè fideicommiſſarius conſentiendo hæredi alienanti rem legatam, præſumitur renunciare legatum eiuſque pretium; ampliatur in cōſen-*

ſu præſtito in iudicio, *num*.34.

35 *Præſentia, et patientia inducũt renunciationem, etiam ſpecialem, ſiue conſenſum, etiam ſi requireretur expreſſus, vel pro forma, dũmodò vltrà taciturnitatẽ interueniat aliquis actus poſitiuus, et num*. 35.36.

37 *Conſanguineus præſens, et ſciens, rem alteri vendi, videtur retractui renunciaſſe, et num*. 39. *tam ſi retractus ante vẽditionem deberi incipiat, ſiue ea completa, num*.41.

38 *Sciens, ius ſuum exiſtere, non cenſetur illud remittere, ſi præsẽs ſit, et taceat, procedit in iure prius quæſito.*

40 L. ſicut §. non videtur, ff. quibus modis pig. vel hypotheca ſoluatur *quomodo procedat*.

ARGVMENTVM.

Donatio rei emptę poſt aliquas horas facta, an excludat ius congrui competẽs de iure conſuetudinario Neapol. eiq; renunciaſſe an cenſeatur, ſi vicinus præſens venditioni ſit, & taceat.

Pro Domino Aloyſio Pallauicino, contrà Ioannẽ Romanum.

CONTROVERSIA XXXIX.

EX ſerie facti, Ioannem Romanum omninò excludendum eſſe à prætenſo retractu domus emptæ per Aloyſium Pallauicinũ, ſiuè ex titulo donationis legitimè factæ per dictũ emptorem eius ſocrui, ſiuè ex præſumpta renunciatione per ipſum Ioannem facta iſtius iuris in iudicio, tempore venditionis ſub haſta, ex infrà dicendis demonſtrabitur.

Circa primum certa eſt, & ſatis nota doctrina *Napod. in conſuet*. 1. *de iure*
1 *congr. in verſ. poſſidet*, duo copulatiuè
requiri, vt agens retrahere poſſit iure congrui, quod conuentus ſit emptor, & poſſeſſor, ita vt contra emptorem, qui non ſit poſſeſſor, nec contra poſſeſſorem, qui nõ poſſideat titulo emptionis, ſed donationis, vel alterius contractus, omninò ceſſet ius congrui, rationibus per eũ adductis, ſequitur *Afflict. in conſtitution. ſancimus in* §. *licet, in* 6. *notab*. Antonius Caputus *in eadem conſtit. in verſ. ſimulatè, in* 2. *col*. Maxilla *in cõſuet*. Barõſi, §. *ius prothomiſeos, n*. 4. & ita iudicatum in S.C. refert *Afflict. deciſ*. 338. vbi latè *Vrſill. in fin*. *Viuius deciſ*. 320.

2 Et ideò recepta eſt cautela, vt permittatur emptori donare rem emptã, antequam citetur à retrahente, etiamſi ſtatim, & incontinenti donet, dummodo donatio ſit vera, & non ſimulata, quod verè voluiſſe *Napod*. cenſetur in illa vulgari cautela, de qua, vt inquit *Maxilla in dicto loco num*. 3. non eſt Doctor in mundo, qui non ſit millies conſultus, dum exemplificatur in eo, qui hodie emit, & cras donat, quo caſu receptum eſt, & pluries iudicatum in Sac. Conſil. ceſſare omninò ius cõgrui, niſi emptor præuentus citatione, in fraudẽ donauerit, vel probetur ab aduerſario, donationem fuiſſe ſimulatè factam, nec verè emptorem donare voluiſſe.

Quæ in caſu noſtro minimè concurrunt; ſiquidem ex actis cõſtat, donationem ſocrui emptoris fuiſſe factam ſtatim poſt extinctionẽ candelę, de mane hora decimaquarta Iulij, vnde præceſſit aſſertam, licet nullam citationem,
3 actus enim, in quo hora fuit adiecta
omninò præſumitur antea geſtus ex ipſa horæ adiectione, vltrà quod ex teſtibus aduerſarij, de dicta prioritate horę
4 apparet, quod ſufficit, ad *Gloſſ. in l. ſi ex*
pluribus, §. *vltimo*, *verſ. die*, *ff. de ſolut*. *Afflict*. latè *in deciſ*. 387. vbi *Vrſill*. poſt *Cottam in ver. horam* affirmat de iure admitti,

admitti, etiam conſiderationem priori-
tatis in puncto, & in momento, ſequi-
tur latè *Menoch. de arbitr. lib. 1. caſu* 48.
& ſic cum donatio præceſſerit citatio-
nem, valida omninò erit cenſenda do-
natio, quia non dicitur præuentus per
citationem, quod *Napod.* requirit.

Nec ex alio eſt, habenda ratio cita-
tionis factæ ab aduerſario eadem die
14. quia huiuſmodi citatio fuit facta
domi, & per ſimplicem ſupplicarionem
lectam poſt dictam horam, nec fuit fa-
5 cta de mandato iudicis: neceſſariò
enim requiritur, vt iudex committat
conuentum eſſe citandum, aliàs citatio
non valet, quinimò in actis conſtare
debet de commiſſione iudicis de citā-
do, vt eſt *Gloſſ. in l. ſancimus, C. ad Tre-
bell. Bart. & Bald. in l. neminem, C. de
exhib. reis*, optimè *Iaſon in § quadru-
pli inſt. de action. ex n.* 12. *ad n.* 20. vbi
poſt *n.* 15. 16. *et* 17. ꝓbat, nō ſufficere ge-
neralē licentiam datā nuncio de citan-
do, *Duenas regula* 97. & ob id in Sacr.
Conſilio, lecta ſupplicatione, & com-
miſſa cauſa, præſentatur iudici, de cu-
ius ordine vero, vel præſumpto Scriba
format citationem contra ſupplicata,
per quam committitur apparitoribus
citatio rei conuenti, vt compareat ad
opponendum, quare ſupplicata fieri nō
debeant, vt latè probat *Afflict. in con-
ſtit. in ciuilibus, num.* 2. *et* 3. quæ citatio
hac forma validè facta, ex actis conſtat
fuiſſe factam poſt prædictum diem 14.
quinimò intimatam fuiſſe, & emptori,
& donatariæ die 17. eiuſdem, & pro-
pterea, habita prima intimatione facta
emptori die 14. pro nulla, & inualida,
quinimò etiam poſt horam 14. non
poteſt dici, emptorem donantem præ-
uentum fuiſſe, & propterea donationē
fuiſſe veram, validam, & non ſimula-
tam.

6 Nec obſtat, quod voluit *Maranta
in ſua diſputat.* 9. *n.* 23. quod ſi emptor
hodie emat, & eodem die donat, cen-
ſeatur donatio facta in fraudem iuris
congrui, & conſequenter nulla, cuius
opinionem ſimpliciter refert *Bucin in
addit. ad Napod. in d. verſ. poſſidet, num.*
42. *in verſ. hodie emo, in littera* B. Nam
quamuis *Maranta* non ſit ſpernen-
7 dæ authoritatis; tamen in hoc articulo
eius opinio non eſt recipienda; ſiqui-
dem, cum in puncto principali auſus ſit
improbare opinionem *Napod. et Af-
flict.* concludentium affirmatiuè, quod
etiā ſi emptor hodie emat, & cras do-
net, habeat locum ius congrui, prout
ipſe reſoluit *in d. loco num.* 24. *concl.* 4.
idque ea ratione, quam reddit, *nu.* 28.
quod hæc actio, tanquam in rem ſcri-
pta ſequatur quemcunq; poſſeſſorem,
& ob id, licet donatarius non poſſideat
titulo emptionis, tamen, quia lex inie-
cit vinculum ante donationem, nimirū
ſi res debet tranſire cum onere ſuo,
8 cum hęc ratio ſit contra theoricam
Napod. communi *DD.* calculo, & fre-
quenti rerum iudicatarum conſuetu-
dine approbatam, quinimò contra ex-
preſſa verba *conſuetudinis primę de iur.
congr.* ibi *ab emptore, eodemque poſſeſ-
ſore, eiuſque tantū vniuerſali ſucceſſore*,
vbi optimè declarat *Napod. in Gloſſ.* poſt
verbū *vniuerſali*, dū ſubijcit, *vniuer-
ſali ſucceſſore*, ſcilicet, & poſſeſſo re: nō
eſt propterea mirum, quod etiam in
hoc incidenti, quod à primo depēdet,
Marantæ non ſit acquieſcendum.

9 Nam condictio ex hac lege noua
quæ intentatur ad rem petendam iure
congrui, eſt actio perſonalis, licet in rē
ſcripta, quæ non datur, niſi contra ſuc-
ceſſorem vniuerſalem, remittens ſe ad
ea, quæ ſupra dixit *in verb. poſſidet, in
Gloſſ.* incip. *nota ergo*, quod agnoſcens,
idem *Marant.* dum *num.* 29 conuictus
fatetur contrarium timore *text. d. con-
ſuet.* quæ non admittir cauillationem,
& propterea reſtringit ſuam opinionē,
10 vt procedat in Regno, attenta *conſtit.
ſancimus*, quæ non ita arctauit ius cō-
grui, vt non habeat locum contra ſin-
gularem ſucceſſorē, ſecus verò in Ci-
uitate, & eius diſtrictu, vbi expreſsè
ſeruanda eſt conſuetudo.

11 Et ſic, vel dicemus *Marantam in d.
num.* 29. voluiſſe declarare, & reſtrin-
gere

gere omnia, quæ ſuperiùs dixerat, etiã
in 1.*concluſ.* in Regno, attenta *conſtit.*
ſancimus, ſecus in Ciuitate, vbi nos
verſamur; vel de eius opinione, etiã *in*
1.*concluſ.num.*23. tanquam ſubnixa
in falſis, & reprobatis principijs in pũ-
cto principali, & contra opin. *Napod.*
in forẽſibus diſceptationibus receptã,
nullam eſſe habendam rationẽ: ſi enim
Maranta, & eius ſequaces indiſtinctè
tenent, dari actionem contra quemli-
bet poſſeſſorem, etiam titulo donatio-
nis, quid mirum ſi reſtrinxerit, ſiuè ve-
riùs improbauerit cautelam *Napod.*
cum eius appenditijs.
12 Præterea opin. *Marant.* ex eo eſt
apertiſſimè falſa; ſiquidem, ſi *Napod.* &
commun. opinio admittit cautelam,
hodie emo, & cras dono, vt non dica-
tur id in fraudem fieri, ſi verè non ſi-
mulatè, vel fiducialiter donatur, ergò
nec minùs dicitur in fraudem fieri, ſi
hodie emo, & hodie dono; ſiquidem
13 ſi in hac materia attẽdere deberemus
fraudem, quę ex breuitate tẽporis ge-
neraliter in actibus humanis, & in qua-
libet diſpoſitione, maximè tamen in
vltima voluntate inſurgit, ex notat. *in l.*
ſi ventri, §. *in bonis*, *ff. de priuileg. cred.*
cui ipſe innititur, non minus inſurgeret
ex geſtis die proxima ſequenti, quàm
ex geſtis eadem die, vt notat. *in l. filiæ*
meæ emãcipatæ, et agrę 60. *ff. ſolut. ma-*
trim. l. cum ratio, §. *fraudis*, *ff. de bonis*
damnat. in cap. de his, ibi *ſi de illa infir-*
mitate decedat, vbi *Gloſſ. de ſepult. et c.*
2. *de renunc. lib.* 6. ſiquidem ſatis incõ-
tinenti, & breui tempore quid dicitur
fieri, quod fit die ſequenti, imò infrà
triduum *l. ſi conſtante*, §. *ſi vxor*, *ff. ſolut.*
matrim. l. 1. *C. de errore aduocat.* & ꝙ
vulnus cẽſeatur mortale, ſi quis triduo
poſt vulnus moriatur, ad ornat. *l.* 1. *C. de*
emend. ſeru. et cap. ſi qua fœmina 50. *di-*
ſtinct. Gloſſ. in c. 2. *de cleric. percuſſ. An-*
char. conſ. 99. 251. *et* 283. *num.* 3. *Tira-*
quell. in 1. *retract.* §. 1. *Gloſſ.* 7. *num.* 72.
et §. 14. *num.* 37. *poſt Felyn. in cap. pre-*
sbyterum, de homicid. Marſil. in l. ſi in
rixa, nu. 56. *C. ad l. Cornel. de ſicar. et in*
praxi crim. §. *et quia, num.* 16. quinimò
14 incontinenti factum dicitur infrà de-
cẽ dies, duos, vel tres mẽſes, vt diſcurrit
Menoch. de arbitr. lib. 2. *cent.* 1. *caſu* 25.
& meliùs *DD.* per eũ relati *cap.* 12. *eo-*
dem lib. ita vt nemo ſani capitis dixerit
15 pecuniam non cenſeri ſolutam credi-
toribus priuilegiatis, ſi poſt pecuniam
creditam die ſequẽti, vel infrà triduũ,
vel etiã maius ſpatium, creditorès fue-
rint dimiſſi, in terminis *text. in d. l. ſi*
ventri, §. *fin.* vbi *Gloſſ. Bart. et alij*, præ-
ſertim *Rip.* apertè ſupponunt, etiam in-
frà octo, vel decem dies id dici incon-
tinenti factum, & cæteri relati per *Me-*
noch. d. tract. cẽt. 2. *lib.* 5. *c.* 432. *n.* 38. &
in infirmo beneficium reſignante, re-
gula Cãcellariæ præfiniuit tempus vi-
ginti dierum, infrà quos, ſi renuncians
beneficium, moriatur, beneficium dici-
tur vacare per mortem; non autem per
renunciationem, quæ declaratur nul-
la, & inualida, tanquam in fraudem fa-
cta, vt in *reg. de infirmis reſignant. bene-*
fic. vbi *Gomeſ. et Mãdoſius, cum innum.*
Rotę dec. et DD. authoritatibus relatis *à*
Pariſio de Reſignat. benef. lib. 12. *cap.* 1.
num. 10. 30. *& ſeq.*
16 Et magis in terminis fraudis præ-
ſumendæ ex temporis breuitate,
quamuis communiter reſoluatur, vt
incontinenti dicatur, fieri alienatio-
nem in fraudem fiſci, vel alterius, arbi-
trio iudicis intra treſdecim, vel plures
dies, vt per *Dec. conſil.* 235. *Gomez.*
var. reſol. num. 3. *cap.* 14. tamen ſtatutis
17 Mediolani ſtatutum eſt tempus bien-
nij, vt dicatur incontinenti quid factũ
ad reſcindendã venditionem, vel vti in
fraudem factam, quaſi id dicatur mo-
dicum tempus in hac materia, vt teſta-
tur *Menoch. lib.* 3. *de præſumpt. cap.* 124.
18 *n.* 20. *et* 21. & in puncto quod ex morte
ſequuta in biduo, pręſumatur pręcedẽs
diſpoſitio in fraudem facta, *d. cap. ſi qua*
ſęmina 50. *diſtinct. Alexand. conſ.* 15.
volum. 3. *Dom. Conſiliar. de Georgio al-*
legat. 22. *num.* 16. vnde ſi fraus non
committitur ex alienatione facta die
ſequenti, ex particulari ratione, quæ
viget in hac materia iuris congrui *per*
Napod. conſiderata, qui tamen in alia
materia

materia fraudem ex coniecturis diuerſis probari admittit,& docet,vt per eũ *in conſuetud.& ſi teſtator,num.*14. vbi *D.Piſanell.& Salern.* exẽplificant in diſpoſitione facta ab eo, qui eſt morti proximus, & generaliter ex vicinitate temporis,iuxtà *deciſ.d.l.filia mea,& l. ſi ventri*, nec minus ſi fiat eodem die, cum in vtroque caſu militet eadem ratio, arguendo ab antecedenti deſtructo,quod argumentum fortiſſimum reputari probat *Euerard.in topica legali.*

19 Accedat,quod *Napod.* gratia exempli loquitur de donatione ad excludẽdum ius congrui,die ſequẽti facta, quæ non reſtringunt, & aliæ ſunt rationes quas ſubijcit, quæ militant in vtroque caſu, ergo idem ius eſt ſtatuendum,licet militet maior ratio in vno, quàm in altero, *arg. l.*1.*ff. de alea luſu, & aleator.* quia emptor non poſſidet, & donatarius alio titulo diuerſo, non pro emptore poſſideat, & præſertim cum *Napod.* hoc admittit, & firmat,niſi cõcurrat fraus,quam in hoc caſu ita dicit per emptorem committi, ſi præuentus citatione,alienat, & non aliter,idcircò hoc tantùm eſt attendendum,& non aliud, ex *Napod.*ſententia.

20 Nec quicquam facit,quod dominiũ vna die permanſerit in emptore, vel momento temporis penes eum reſederit,& ex inde ſub diuerſo titulo in donatarium tranſeat; ſufficit enim momento temporis id fieri, *arg.l.ſingularia,ff.ſi cert. pet.* idq; eò fortiùs eſt admittendum, cum vbi vetè emptor donat,nulla debet,neque poteſt conſide-
21 ri fraus prohibita; ſiquidem de iure licet emptori vti aliqua cautione,vt vicino, vel coniuncto aditum præcludat ad huiuſmodi retractũ exorbitãs,odioſum, & iuris communis correctorium; eſtq; permiſſum,cum arte quadam deludere,itritumq; facere, & ita reijcere incommodum, quem emptor contra rationem alioquin incurret *l. ſeruus dotalis,ff.ſolut.matrim. l. cum pater. §.*
22 *Titio,ff.de leg.*2.quia is,qui ita agit,nõ vtitur hac cautela in fraudem alterius, ſed pro ſuo commodo, quod potuit facere; hoc eſt enim potius damnũ iniurioſum, & iniquum à ſe repellere, quã fraudem facere, id quod dolo non adſcribitur, ſed prudentiæ, quod latè comprobat *Tiraquell.*videndus *in præfat.retractus, num.*67.69.72. ſicque dolus bonus,non malus dici poteſt,*l.*1. *ff.de dolo*, vnde nullum poteſt etiam conſiderari deſcrimen, an eadem die, quis donet, vel ſequenti, cum neutro modo fraus ſit conſiderabilis, ad quod conferunt rationes domini mei *Capyc. deciſ.*38.*poſt num.*2.licet ibi fuerit aliter deciſum ex particulari ratione, de qua *in fine deciſ.*, quia ex illa reſeruatione nihil commodi emptor percipere poterat.

23 Nec fraus præſumi poteſt, quod coniunctę pſonæ fuerit donatũ,ex quo ſola coniunctio ad probandã fraudem, & ſimulationem non ſufficit, niſi alia concurrant,teſte *Afflict.in conſtit. ſancimus,in* §.4.*verſ.idẽ*,præſertim ſi cita-
24 tio præceſſerit, & donator poſt donationem poſſideat, & quod non fuerit habilis ad donãdum, & aliæ coniecturæ fraudis concurrant, quæ omnia in caſu noſtro ex actis, & notatis in facto ceſſant.

Secundus articulus,per quem actor excluditur,eſt, iudicio meo, indubita-
25 bilis: quamuis enim ſola, & ſimplex ſcientia vicini non excludat ipſum à retractu, niſi poſt annum, *ibi,infra annum vnum à die ſcientiæ*,tamen,cum vltrà ſciẽtiam hic vicinus, nedum fuerit præſens,ſed vnus ex licitatoribus, qui per interpoſitam perſonam etiam licitauit, & fecit depoſitum, deinde in propria licitatione ſuperatus, permiſerit, nedum contractum perfici cum Pallauicino,eique domum adijci, ſed quod plus eſt,pecuniam depoſitam reſtitui abſque vlla proteſtatione,omninò cenſeri debet, iuri congrui manifeſtiſſimè renũciaſſe; ſiquidem quicquid ſit in illo Brocardico, vtrum ſciens, & patiens cenſeatur conſentire, vel diſ-
26 ſentire,tamen in ſubiectis caſibus ſine dubio

dubio conſentire quis videtur,etiam in ſui præiudicium.

27 Primò cum vltrà ſimplicem ſcien-& patientiam, præſens quoque tacuerit,ita *Alexand. in l.ſæpè,num. 93. ff. de re iudic.*ita declaras doctrin. *Innoc.in cap.ex parte decani,de reſcript. Afflict. deciſ.*308.*num.6. Guid. de Suzar. in l.licet,C.de procur.Bal.Fel.Iac.Niger*,q dicit communem,*Rebuff.* & alij, quos citat *Maſcard.concluſ.*1224.*n.*3. & 4. vbi probat, ex præſentia firmiorem reddi conſenſum.

Secundò etiam,quando præſens, & tacens non præſumeretur conſentire,
28 id tamen procedit in obligatione, & renunciatione iuris merè perſonalis,& ita procedit *l.filius familias,§.inuitus,*
29 *ff.de procur.* aliter veò in iure reali, in quo diſtinguitur, an præſens, & ſciens potuit impedire,ne ille actus fieret in præiudicium ſui iuris realis, vt hic,& videtur cōſentire,argumento *l.ſæpè,ff. de re iudic.*& tradit *Gloſſ.in l. Caius, ff. de pign. act. Bart. in l. quæ dotis,n.*23. vbi *Iaſ. num.*76. aſſerit receptum, *ff. ſol.matrim.*& magis communiter *Neguſant.de pignor.*4. *membr.*2. *part.nu.* 152.& ita procedit *Gloſſ. in l.cum proponas*,vbi *Curt.iun.num.*4.*C.de pact.*,
30 quod frater cum venderet, alter frater ſi præſens non contradixit, videtur cōſentire, & venditionem approbare, cū contradicere potuiſſet,alios affert *Ma-*
31 *ſcardus concluſ.* 1224 *de probat.verſic. præſentia, num.* 30. & verum eſſe, & commun.conclud.præuia diſcuſſione, & cum diſtinctione, probat *Barboſa in d.l.quæ dotis, poſt num.*159. & 163.
32 *verſ.infertur ſecundo*,hinc fit,vt fideicommiſſarius, vel legatarius conſentiendo hæredi alienanti rem relictam alicui tertio, præſumitur repudiare legatum,*l.codicillis, §.*1.*ff.de leg.*2. nedū in re legata,ſed etiam in pretio *Ripa,et alij* congeſti *per Menoch.* id benè probantē *de præſumption. lib.*3. *cap.* 117.
33 *num.*2.& 3.& hoc maximè procedit in conſenſu præſtito in iudicio,vbi calore iudicij potentiùs operari renunciationem proprij iuris, tradunt *Menoch.lib.*2.*præſumpt.*46. *num.*4. *Maſcard.d.concluſ.*1224.*num.*5.

Tertiò præſens, & tacens videtur conſentire,iurique ſuo renunciare, cū
34 vltrà taciturnitatem interuenit aliquis actus poſitiuus ex parte tacentis, nam tunc etiam in præiudicialibus præſumitur conſentire, & *ex d.§.inuitus, & ex clem.* 1. *de procurat. cum ſimil. per Iaſ.in d.l.quæ dotis,num.*99.vt receptū tradit *Menoch.lib.*3.*de præſump.cap.*9. *num.* 20. *Maſcard. concluſion.* 1225. *num.*51.& ita poſt innumeros reſoluit *Barboſ.in d.l.quæ dotis,num.*158.*verb. item,& ſecundo limita*,adeo vt etiam,
35 vbi ſpecialis renunciatio requiritur à lege,ex præſentia, & patientia induci renunciationem ſpecialem, poſt *Angelum*,& alios,probat idem *Maſcard. d.*
36 *loco num.*28.quinimò fortiùs, nedum ſi conſenſus requiritur propter præiudicium, ſed etiā requireretur pro forma, vel diſpoſitio requireret expreſsū conſenſum, adhuc ſufficit præſentia cum taciturnitate,concurrente aliquo actu poſitiuo *Tiraquell. in ll.connubial. Gloſſ.*7.*verſ.expreſſum, n.*30.*Io.Lopez rep.rub.de donat. inter vir. & vxor. §.* 64.*n.*26. optimè *Barboſ.in l.*2.*§.final. poſt n.*30.*ff.ſol.matrim.*

Et in puncto, de quo agitur, quod
37 conſanguineus præſens, & ſciens rem alteri vendi, videatur ex hoc, retractui renunciare,in ſpecie poſt *Guliel.de Cuneo* tradit in terminis *Caſtrenſis* legendus *in l.*1.*num.*5. & 6.*ff. de tribut.* re-
38 ſpondens *ad text.in l.ſicut, §. nam videtur, ff. quibus modis pignus, vel hip. ſoluat.* vt ſciens ius ſuum durare,non cenſeatur illud remittere, & procedat in iure iam per prius antea quæſito,nō in iure, quod incepit quæri tempore quo venditur, quo caſu ad inſtar iuris
39 quærendi faciliùs amittitur,de quo licet *Paul.*non ponat pro cōſtanti, abſq; dubio procedit in caſu noſtro, in quo, vltrà præſentiam, concurrunt alij actus poſitiui,vt eſt receptio pretij,quo caſu his veris,vt indubitatum probat in terminis

minis retractus *Tiraquell. in 1.retract. §.1.Gloſſ. 9.num.* 158. tradens exempla, quæ non reſtringunt.

Nec *d.l.ſicut, §.non videtur,* ex alio obſtat, quia creditor dicit ius ſuum durare, quia ipſius non intereſt, an res hypothecata ſit penès debitorem, vel alium, vt colligitur ex *DD.* congeſtis *per Maſcard.cap.*1178.*num.*19 *ſ.*122. quod ceſſat in retrahēte; q enim ſciēs permittit alium de feudo inueſtiri, in quo ius ſuccedendi habet, iuri ſuo, cōſenſu renunciaſſe videtur *§. præterea, in c.1.quib.mod.feud.amitt.* dum enim alij conſenſit, iura ſua perdit, *l. cum quædam, C.de admin. tutor.* & tacitum conſenſum ſufficere in hac materia, poſt *Gloſſ.in d.§.præterea, verb. regreſſum* benè probat *Hartman Piſtor. lib. 2.quæſt.*20. *num.* 33.

40 Et vltimò ne deficiat text. particularis, in terminis eſt *text.not. in c. Titius ſi de feu.defūct.*ibi, *quod cōſēſit alienationi, vel per annum, ex quo ſciuit, tacuit omninò remouebitur,* vbi *text.* loquens in retractu conſanguinitatis alternatiuè excludit agnatum, tam ex conſenſu præſtito alienationi, quàm ſi ſciens per annum tacuerit, vbi *Gloſſ.in verb. conſenſerit* addit, *ſiuè tacitè, ſiuè expreſſè*, vt notatur ſupra, *quib. mod. feud. amitt.cap. præterea*, & ſic ex conſenſu etiam tacito, alienationi adhibito, cenſetur renunciatum iuri retractus, & hanc *Gloſſ.*ibi ſequitur *Iſern. Aluar. & Camer.in l. Imperialem, car.* 33. *col.* 3, *littera N.* & alij, quos citat B*ābacar. in d. cap. Titius*, & meliùs omnibus videndus *Hartman. Piſtor. tomo.* 2. *quæſt.*12.*num.*49. vbi *num* 52. optimè

41 probat, huic iuri cenſeri renunciatum, ſiuè ante venditionem perfectam deberi incipiat, ſiuè demum completa venditione, cum dependeat à iure, & cauſa iam exiſtente, quo caſu renunciatio etiam ad futura extenditur ex communi ſententia, & poſt *n.*56.*verſ. pari igitur ratione, et ver.nā et ſi* addit, q licet is, qui redimit contractum, non impugnat, tamen negari nō poteſt, trāſlatione ab vno in alium facta, rem venditam ab emptore auferri, quod ipſum voluntati contrahentium, & naturæ vēditionis plurimum repugnat.

Lōgè poſt hęc ſcripta vidi *cōſ. D. Preſ. Amat.*48.*et* 93.*et nouiſſ. dec.D.Reg.Rouit.*3.q licet hāc materiā retractus iure cōgnoui, tā de iure cōſuetudinario huius Ciuitatis, quàm totius Regni municipali, latè, doctiſſimèq; pertractent, attamen de huius Controuerſiæ articulo non loquuntur; ideoq; vtilem futuram arbitror.

Deciſio, quæ diù maxima quęſita diligentia, adhuc reperiri non potuit, ſi habebitur, in calce operis adijcietur.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres non tenetur ſubire onus, niſi pro rata bonorum hæreditariorum, pro alia autem parte cenſetur extraneus, & num.*2.

3 *Mens, & intentio pro ampliando, & reſtringēdo cōtractu potius ſpectāda, quàm verborum conceptio.*

4 *Contractus nominati reſcinduntur ex defectu cauſæ finalis, aliquando per viam actionis, ſed indiſtinctè per viam exceptionis.*

5 *Voluntas potiſſimum prędominatur in teſtamentis, & potentiùs in legatis, et fideicommiſſis, num.* 6.

7 *Mens præferenda eſt verbis, & fortiùs ad minuendum onus ad fauorem hæredis grauati, num.*8.

9 *Hæres; iuris interpretatione minus grauatus cenſetur, quàm ſit poſſibile, quando verbis mens non repugnat, et num.*10. *etiam ſi contra hæredem cōcurrat fauor ſanguinis legatarij, imò, & filiationis, & num.*62. *et maximè in hæreditate ſatis grauata, num.*63.

11 *Interpretatio in teſtamentis illa eſt amplectenda, quæ verba, & mentem coniungit.*

12 *Interpretatio omnis ex verbis, vel ex mente, ſiuè ſententia depromitur.*

14 *Ex-*

14 *Expreſſa diſpoſitio dicitur, quando intellectus in ea intelligenda non laborat, tacita, quando venit in conſequẽtiam.*

15 *Verba prædentia declarant ſequentia, & è contra.*

16 *Aduerbium,* minus, *reſtringit, & modificat non ſolùm tempus, ſed qualitatem, ſicut à ſimili* plus *dicitur qualitate, & tempore.*

17 Minus *ſoluere dicitur, qui nihil ſoluere cogitur.*

18 *Finis, non media, quibus ad effectum peruenitur, reſpicitur.*

19 *Voluntas teſtatoris meliùs declaratur ex contextu totius teſtamenti, quàm vnius tantùm capituli.*

20 *Verba ſunt forma intrinſeca, & eſſentialis diſpoſitionis, & in minimo verbo conſiſtit magnus effectus.*

21 *Interpretatio nulla melior illa, quam dat ipſe teſtator.*

22 *Terminus, reſpectu certæ cauſę aſſignatus, regulatur ab illa cauſa.*

23 *Legatum annuum, reſpectu certæ neceſſitatis, debetur durante neceſſitate, interpretatur ex qualitate perſonarum, & donec qualitas duret, n. 24.*

25 *Tempus inducit formam in actu, & determinato modo prolatum non recipit alterius temporis functionem.*

26 *Tempus operatur in fauorem eius, cuius cauſa præfixum eſt.*

27 *Teſtator, elapſo tempore præfixo, cenſetur velle onus impoſitum ceſſare, & commodum reuerti ad hæredem, & hæredem hæredis.*

28 *Diſpoſitio habẽs tractũ ad futurũ tẽpus, & ſi fiat per verba præſentis tẽporis, tamen inſpicitur futurum, & ex futuro euentu regulatur; ampliatur etiã in contractibus celebratis propter factum variabile ex tempore, et in omni materia, n. 29.*

30 *Legatum, ſiuè onus iniunctum ob certã cauſam, determinatur ſecundum illã, & num. 32. reſtringitur ex cauſa, & ratione expreſſa, num. 34 40. & 41. & quid ſi ſit cauſa impulſiua, n. 35.*

31 *Diminuto onere, diminuitur emolumentum, cuius contemplatione erat onus, & è contra; quando diminuto commodo, diminuatur onus.*

33 *Commodum debet regulari ſecundùm relictum.*

36 *Cauſa in legato appoſita finalis cenſetur, cum teſtator ipſe declarat, item ſi euidenter cohæreat legato, item ſi reſpiciat commodum, honorem, aut decus teſtatoris, aut alicuius tertij, ſecus ſi legatarij tantùm, & num. 37. & 38. item illa, quæ ex proœmio, aut initio diſpoſitionis colligitur, vel quæ reſpicit futurum, num. 42. & 43.*

39 *Teſtator honoratur in conſeruatione honoris ſuæ poſteritatis, & contrafaciens, ei facit iniuriam.*

44 *Cauſa finalis facit, vt diſpoſitio generalis extendatur, quouſq; ratio finalis extenditur.*

45 *Onus, & legatum hæredi iniunctum ceſſat, non tantùm ceſſante cauſa, quia caſu impleri non potuit, ſed fortius, quia impleta, & num. 46.*

47 *Incertitudo circa diſpoſita per teſtatorem, declaratur ex euentu, qui ſequitur poſt ipſius mortem, non ſolùm ſi incertitudo verſetur circa res, quantitatem, & qualitatem ipſorum, ſed etiam circa perſonas eorum, qui honerantur, n. 49. maximè ſi nec certam coniecturam facere potuit teſtator, num. 50.*

48 *Hæredis inſtitutio, nedum legatum rerum incertarum, ex euentu, qui ſequitur poſt mortem teſtatoris, declaratur.*

51 *Ordo litteræ deſignat ordinem intellectus, & de hujus argumenti efficacia.*

52 *Intellectus ille ſemper attendendus, quem effectus verum demõſtrat, etiã ſi verba videantur rèpugnare, et etiã in diſpoſitionibus, & actibus conditionalibus magis effectus, & finis, quàm modus attendendus, etiam in reſpicientibus ſolemnitatem, nu. 54. 55. & 56.*

53 *Vſusfructus conceſſus ad vitam vxoris, extinguitur ſi tranſit ad ſecunda vota.*

57 *Le-*

57 *Legatum certis perſonis factum, perſonas ipſas minimè egredi poteſt.*

58 *Fideicommiſſum extinguitur, vbi perſonæ vocatæ non adſunt, ita vt vltimus liberè alienet.*

59 *Diſpoſitio teſtatoris interpretari debet ex qualitate, & conuenientia perſonarum, & rei legatæ.*

60 *Legatum alimentorum interpretatur, prout congruit pro conſeruatione perſonæ legatarij, & curſus naturæ exigit.*

61 *Hæres ſuperuacanea præſtatione onerari non debet.*

64 *Teſtatoris diſpoſitio debet trahi ad caſum magis neceſſarium, & quatenus neceſſitas duret, vbi vnus caſus eſt merè volũtarius, alter neceſſarius etiam ſi verba teſtamenti ſint generalia, num. ſequenti.*

66 *Exequutor ſi minus, quàm teſtator deputauit, impendit pro conſtructione cappellæ, reſiduum non conuertit in aliam piam cauſam, ſed hæredi reſtituitur, num. 67. ſecus in legato pro malè oblatis, num. 68. & quid ſi teſtator ſe limitauit, & reſtrinxit, num. 70.*

69 *Quantitas, quæ ſupereſt ex legato pro cõſtructione Eccleſiæ, ſi minus ſit impenſum, an ſpectet ad hæredem.*

71 *Donatio facta in contractu matrimonij, eſt irreuocabilis, etiam quoad filios naſcituros.*

72 *Hæres non tenetur ſeruare, nec ratum habere factum defuncti, nullum, & contra legem.*

73 *Hæres grauari non poteſt in parte bonorum debita vigore conſuetudinis.*

74 *Actio, & exceptio nulla oritur ex diſpoſitione defuncti inualida.*

75 *Hæres creditor defuncti poteſt ſibi retinere ſuum creditum cum fructibus in præiudicium fideicommiſſarij, etiã inuentario non confecto.*

76 *Conditiones nouæ adijci poſſunt maioratui, vel bonis fideicommiſſo ſubiectis, ex conſenſu vocatorum; hoc tamẽ naſcituris non præiudicat, niſi ſint ſecundùm diſpoſita per teſtatorem, vel ſi naſcituris non nocerent, n. 77. & 78.*

ARGVMENTVM.

Onus, & grauamen hæredi iniunctum ſoluendi, & contribuendi in beneficiũ cuiuſdam Montis, ceſſare ex mente, ex verbis, & vtriuſque ſimul, ex re ipſa, & ipſius qualitate, ex tempore ex euẽtu, ex perſonis, à conuenientia, à neceſſitate, à ceſſante cauſa, & ratione, & veriùs implemento cauſæ finalis, & effectus adimpleri. Dos materna, & donatio filijs naſcituris, in capitulis matrimonialibus facta, non poteſt per patrem eis auferri, nec eius hæres, volũtatem defuncti ita diſponentis, ratam habere cogitur. Maioratui nouæ conditiones adijci, an valeant.

Pro Excellentiſsmo Domino Principe Abellinatum Marino Caracciolo Magno Cãcellario.

CONTROVERSIA L.

DVm Excell. Camillus Caracciolus Abellinatum Princeps, inſtituto Marino Caracciolo Atripaldæ Duce filio primogenito, in quem occaſione matrimonij prius contracti cum D. Leſa Aldobrãdina, refutauerat feuda, & officium Magni Cancellarij: diſpoſuit, vt reſoluta refutatione in caſũ diſſoluti matrimonij prædicti, liberis non ſuperſtitibus, haberet Dux feuda, vt hæres, cum onere contribuendi in beneficium Montis erecti ad commodum ſecundogenitorum, deſcendentium, & fœminarum deſcendentium ex maſculis, annuos ducat. 15000. ſpatio annorum decem, vel minus, ſi prius

contigerit, redditum Montis aſcendere ad ſummam ann. ducat. 2500. quo redditu (poſtmodum completo cumulo) fruerentur ſecundogeniti, tunc viuentes certæ ætatis, & fœminæ nubiles pro rata, ſub modis, & limitibus in teſtamento adiectis, & in nota facti fideliter reaſſumptis.

Cōtēdit hodie modernus Princeps, & Dux Marinus hæres, quod attento præſenti ſtatu, ex duobus ſecundogenitis,qui ſuperſūt, perſona Ill. Domitij Marchionis Bellæ non ſit incluſa in Monte;alter verò D.Ioſeph,nec ſit vocatus, vel etſi eſſet in Monte incluſus, nihil prætendere poſſit, niſi poſt decē & octo annos,cum ſcilic. perueniet ad perfectam ætatem; fœminæ verò nubiles,quæ naſcētur ex maſculis, ſupereſſe non poſſunt, niſi ad minus hinc ad ann. 18.cum adhuc ſecundogeniti vxorem non duxerint, & iunior ex ipſis, nec per multos annos, ratione ætatis ducere poſſit:& interim cum ex multis effectibus coaceruatis, quos teſtator iuſſit applicari ad commodū Montis, veluti maiori ex parte incertos, non potuerit diſponēs præuidere,nec æſtimate ipſorum valorem, vel redditum, ſi ex alijs impleri poſſet eius voluntas: nunc verò ex calculo certiſſimè,& mathematicè conſtet,infrà paucos annos, & lōgè prius,quā nulla ex pſonis vocatis,& incluſis prærēdere poſſit frui redditu Montis, ipſum debere, nedum aſcendere, ſed traſcendere redditum dict.ann.ducat.25000. à diſponente præſcriptotum. Ex hoc, & alijs etiam, iuſtiſſimè prætēdit Princeps ex voluntate teſtotoris, nedum præſumpta, & coniecturata, verùm expreſsè declarata in eodem teſtamento, velut adimpleta cauſa finali diſpoſitionis, ceſſare onus, & grauamen iniūctum ipſi Principi hæredi contribuendi, & ſoluendi in beneficium Montis dictos ann.duc. 25000. & ob id ad ipſorum ſolutionē nō teneri; dum antequam perſonæ cōtēplatæ, & vocatæ aliquid petere poſſint,ex alijs effectibus deſignatis, Mōs etit in redditu ſuperexcedenti quantitatem à teſtatore deſideratam;præter enim,quod onus iniunctum fuit correſpectiuum, nedum ad feuda, & officiū refutata, ſed etiam ad cenſus, & plutima bona ſtabilia burgenſatica magni valoris donata, q̄ ſuppoſuit Princeps diſponens,Ducem filium ſoluto matrimonio abſque liberis,habiturum, vti hæredem;cum tamen repertum ſit,bona prædicta allodialia pertinere ad Ducem iure proprio,vigore fideicommiſſi quond. Illuſtr. Cardinalis Caraccioli, vnde non eſſet conueniens, Ducem

1 hæredem pro maiori parte onus ſubire, quàm pro rata bonorum,quæ merò iure hæreditario poſſidet, non alio titulo *l.cum pater* 19.*S.cum exiſtimaret, ff.de leg.*2. *l.is qui, penult. ff.de iur. codicil.l.in ratione,la prima,S.Imperator, ff.ad leg. falc.*ibi *hæredes quibus bonorū pars ablata eſt,non amplìorem partem, quàm pro ea,quæ remanſit, legatorum nomine teneri,l.ſi vniuerſa, C. de legat.*

2 cum etiam pro alia parte hæres cēſeatur extraneus,vt ad limit. *l. cum à matre,*latè tradit *Tiraquell.*1.*retract.S.*32. *gloſſ.*1.*num.*50.

Non ſolùm autem pro parte, ſed in totum,onus iniunctum ceſſare debet, ex mente,ſcilic.ex verbis,& vtriuſque ſimul iunctis, ex reipſa,ſiuè rerum qualitate,ex tempore, ex euentu,ex perſonis; à conuenientia; à neceſſitate,& ex ceſſatione cauſæ, & rationis; quinimò verius implemēto ipſius cauſæ finalis, & effectus adimpleti; ſi enim in con-

3 tractibus,& ſtipulationibus,mēs,& intentio primum locū obtinet, & potius eſt ſpectanda, quàm verborum conceptio,& finis attendatur pro ampliādo, ſicut pro reſtringendo contractu, ad *gloſſ.in l.blanditus,* C.*de fideiuſſ.*etiam vulnerando verba, vt poſt Bald. *Alex. & alios,Surd.conſ.*321. *num.*52. *lib.*3. cum à mente, & fine pendeat contractuum ſubſtantia, latè *Mantic. de tac. conuent.lib.*1.*tit.*17.*ex num.*36.*& lib.* 2.*tit.*4.*ex num.* 2. *iunctis dictis, lib.* 1. *tit.* 16.*num.*12. *&* 19. cum alijs infin.

per

per *Caſtill.Hiſpan.tom.4.de coniectur.*
vltim.cap.7.num.12.& 13.& cap.60.
in addit. ex num.2. & idcò etiam con-
4 tractus nominati non minus reſcindũ-
tur ex defectu cauſæ finalis, quã ſi ali-
ter ſit cauſa adimpleta, indiſtinctè per
viam exceptionis, ſed aliquando per
viam actionis, vt ex *l.cum te fundum 6.*
C.*de pact.int.empt.& vendit.* probant
Crauett.conſ.192.nu.22. Bec. conſ.45.
num.29.in primo, Surd.deciſ.220.n.19.
Cacher.deciſ.98.ex num.11.Tiraquell.
de ceſſante cauſa, nu.56. multò fortiùs
hoc erit in teſtamẽtis, vbi potiſſimum
5 voluntatem prædominari, & totum
operari conſtat, vulg. *l. in conditionib.*
primum locum, ff.de cond.& demon. cũ
infin. per Mãtic.de coniect.vltim.lib.3.
tit.3.Peregr. de fideicomm.art.11. per
totum pulcher *text. in l. eum delanio-*
nis, §.caceabos, verſ.optimum, ff. de
fund.inſtruct.& potiſſimè, & præcipuè,
potentiùs in legatis, fideicommiſſis, &
6 oneribus, voluntas ſpectanda eſt, *l.pen.*
ff.de leg.1.l.quiſquis 93. l.fideicommiſ-
ſa, §.item ſi quis, ff. de leg.3. adeò vt
etiam coniecturata, vel etiam ſignis, &
nutu demonſtrata; quinimò, & ea ver-
ba, quibus teſtator exprimit, vel annuit
deſiderium, ſufficere ad fideicommiſſũ
inducendum, ſiue remouendum, ſtatuit
Imper.in l.omne verbum, C.comm.de
legat. latiſſimè *Peregr.de fideicomm.art.*
1.num.46. congruit enim, vt mens
7 verbis, quæ mentis explicandæ cauſa
ſunt inuenta, præponderet, vt latè *Go-*
meſ.in ſuis comment. tom.1.cap.5. poſt
num.24.vbi Suarez in addit.litt. M. cũ
infinitis per *Simon. de Prætis lib.2.ſolut.*
1.ex num.4. & fortiùs ad minuẽdum,
reſtringendum, & extinguendum onus
ad fauorem hæredis grauati, & exclu-
ſionem oneris iniuncti, *l.ex facto, §.ſi*
quis autẽ, & § final.ff.ad Trebell. vt qui
9 hæres iuris interpretatione in minus
cenſeri debet grauatus, quàm ſit poſſi-
bile, vulgata *l.vnum ex familia, §.ſi rẽ,*
ff.de leg.2. & infrà latiùs, idque indu-
bium eſt, cum mens, vel voluntas ex
verbis etiam totius teſtamenti, ſaltim
ex improprio, & abuſiuo ſignificatu,
vel eorum conſequentia, aut ſequela
alterius diſpoſitionis colligi poteſt; ſe-
10 cus verò ſi verbis nihil omninò mens
congruat, vel expreſsè repugnet, vt ex
l.ab omnibus, ff.de leg.l.Labeo, ff.ſuppell.
legat. l. in ambiguo, vbi *Socin. de reb.*
dub. ex mente omnium, conciliat hoc
Broccard. *Peregr.art.11.ex nu.33. vbi*
n.40. & 45. excludit tantùm ſenſum
omninò diuinatiuum, & verbis diſſimi-
lem, ſiuè contrarium, & alij innumeri,
quos longa ſerie recenſet *Caſtill. dict.*
tom.4.cap.7.per totum, præſertim *ex n.*
14.& cap.8. in princ. iuncto *nu.9. vſq;*
ad finem, vnde cum in caſu præſenti
interpretatio, quam prætendimus, ex
verbis omninò concipiatur, idque pro-
priè nihil violando, iſthæc erit omni-
11 nò interpretatio amplectenda, quæ
verba, & mentem, cõcordi vinculo cõ-
iungit, §.*nos igitur col.9.* ibi *ſubtilius te-*
ſtamentum conſiderantes, autb. de reſt.
fideicomm. cum infinitis per *Prætis lib.*
2.interpr.3.dub.2.ſolut.1. n.229. verſ.
12 *quamobrem*, cũ enim omnis interpre-
tatio depromatur, vel ex verbis, vel ex
mente, ſiuè ſententia, *l.1.verſic.habebit,*
ff.de pæn.leg.l.ſi ancillas 66 ff. de leg. 1.
l.nominis, & rei, §.verbum ex ll.ff.de
13 *verb.ſignif.* illa erit omninò interpre-
tatio recipiẽda, quæ ſignificationi ver-
borum non repugnat, & voluntati diſ-
ponentis cõgruat *l.qui filium 74.§.Sa-*
binus ff.ad Trebell.l.nepos Proculo 135.
vbi *Gloſſ.in verb.ſenſit*, dicens, ſenſum
duplicem eſſe, *ff.de verbor ſignif.* & ci-
tat *l.vnum ex familia 69.§.ſi omiſſa.ff.*
de leg.1. ibi *rectè datum, & minus ſcri-*
ptum optimè *Steph.Feder.* relatus à *Me-*
noch.conſ.97.num.45.& 46.in princ.et
conſ.110.ex num.40.in ſecundo, Prætis
lib.1.interpr.2.dubit.2.ſolut.8. num.4.
14 *& 5.* expreſſæ autem dicitur diſpoſi-
tio, quæ voce, vel ſcriptura ex verbis
prolatis, taliter eſt cõpoſita, & demon-
ſtrata, quod intellectus in ea intelligẽ-
da non laborat, tacitum verò, id quod
colligitur per rationem intellectus, vel
virtualiter comprehenditur, ſeu venit

in conſequentiam expreſſi, velut quod
magis intellectu percipi, quàm elocu-
tione exprimi videtur, vt dixit I.C. in
l. ratum 13. *ff. de ſolut. Bald.* & reliqui
apud *Cagnol. in l. expreſſa nocent* 156.
ff. de reg. iur in fin. Prætis d. lib. 2. *ſolut.*
5. *num.* 47. *&* 54. *Mantic. lib.* 3. *tit.* 4.
num. 7. hic autem nihil oportet intel-
lectũ diſcurrere, vel elaborare, vt qui-
uis dignoſcere valeat, grauamen non
eſſe iniunctum Duci hæredi, niſi qua-
tenus Mons erigendus indigeat, vt
aſcendat ad redditum deſignatum:
vix enim cum de Monte meminiſſet
teſtator initio teſtamenti, quamuis in-
feriùs de illius erectione, forma, & ſub-
ſtantia proteſtatus fuerit, ſe velle age-
re, ibi *nel Monte che dirà appreſſo*, ni-
hilominus ante ipſius ortum, dum ad-
huc erat in mente, non dum formatus,
& ſic in ipſo initio generationis (vt ita
dicam) ipſius oneris, expreſsè reſtrin-
xit, & limitauit onus iniunctum hæredi
ſoluendi annuos ducatos 15000. his
verbis: *per corſo di anni dieci, ò meno, ſe
prima ſe farà il cumulo*, & ſic prius di-
ci poteſt, fuiſſe reſtrictum, & limitatum
grauamen, quàm iniunctum, adeò vt
onus impoſitum sẽſerit in ſui ortu qua-
litatem inſeparabiliter adiunctam rele-
uaminis ad beneficium hæredis gra-
uati, quatenus, & quouſque fuerit ne-
ceſſaria præſtatio legari pro implemẽ-
15 to effectus deſtinati; verba etenim
præcedentia, nedum maiorem vim ha-
bere dicũtur ad declarationem ſequẽ-
tium, quam è contrà, *Gloſſ. & Bart. in
l. quiſquis, ff. de leg.* 3. ſed omnimodam
vim habent, & præcedentium quadru-
plicem virtutem, & potiſſimè ſupplen-
di, & reſtringendi, notat *Bald. cõſ.* 327.
poſt num. 1. *verſ. item ſi ex præcedenti-
bus, lib.* 5. *cũ alijs à Prætis lib.* 2. *interpr.*
3. *dub.* 1. *ſolut.* 3. *ex nu.* 40. 44. 45. *et* 55.
clauſula enim illa *ò meno, ſe prima ſe
farà il cumulo*, vt eſt de natura huius
16 aduerbij *minus* proximè addita oneri
iniuncto, pariformiter reſtringit, & mo-
dificat, non ſolùm tempus, ſed & quan-
titatẽ ipſius oneris, ſicut.n. *plus* dicitur
re, ſiuè quãtitate, & tẽpore, ſic & *minus*
pariter, re, & tempore cõſideratur, vul-
gato §. *plus autem, inſtit. de act.* ibi *eadẽ
ratione*, vbi *gloſſella verb. ratione* ſub-
dit, id fieri à ſimili. & ſic *Aret. ibidem*,
Iaſ. in 4. *notab* dicentes, ex hoc proba-
ri argumentum à ratione per contra-
rium, concordat *text. in l. ſi cui* 12. §.
minus ſoluit, vbi bona *gloſſ. ff. de verb.
ſignif.* idem enim operatur aduerbium
minus ad diminuendum, quod dictio
plus ad augendum, vt ex *l. ſi arborem*
16. *ff. de ſeruit. vrban. præd.* & alijs iu-
ribus, probat *Alber. in diction. verb. mi-
nus quandoq; , in fin.* quinimò fortiùs,
etiam ad nihilum teneatur Princeps
modernus contribuere, (vt propriè
contigiſſe prætẽdimus in noſtro), ad-
17 huc minus ſoluere dicitur, qui nihil
ſoluere cogitur, *l. illud* 7. §. *minus, ff. de
tribut. act. d. l. ſi cui* 12. §. *minus, cũ gloſſ.
l. minus ſolutum* 32. *& l. verbum am-
plius* 72. *in fin. ff. de verb. ſignif. Iaſ. poſt
Cuneum, & Alberic. in l. vinum, n.* 28.
ff. ſi cert. pet. plura *Surd.* poſteà longo
interuallo, ad hoc propoſitum viſus *de-
ciſ.* 65. *num.* 2. 5. *&* 6. idemque apertè
colligitur ex eodem teſtamento infrà
§. *dichiaro, & voglio*, vt reliqua plura
capitula omittam, ibi *paſſato che ſarà il
termine di tanti anni, che ſia il reddito
&c. ceſſi il multiplico*, q̃bus verbis ma-
nifeſtè declaratur, teſtatorem noluiſſe
præfinire certum tẽpus, quo onus hæ-
redi iniunctum duraret, ſed illud tantũ
voluiſſe, quod compleretur multipli-
cum, quo completo, ſicut ceſſaret mul-
tiplicum, ita extingueretur & onus, &
18 ſic finem reſpexit, non media, quibus
ad effectum perueniri poſſet *l.* 3. *C. de
inſtit. & ſubſtit.* cum concord. per *Cra-
uett. conſ.* 305. *n.* 2. ex contextu enim
ſcripturæ totius teſtamenti, non vnius
tantùm capituli, aptiùs, & meliùs col-
19 ligitur voluntas *l. Mæuia, ff. de manu-
miſſ. teſt.* & ex proximè ſcriptis, ex his
ſcilicet, quæ præcedunt, & ſequuntur,
mens, & volũtas declaratur *l. nummis,
ff. de leg.* 3. cum alijs à *Prætis lib.* 2. *in-
terpr.* 3. *lib.* 1. *ſolut.* 3. *ex nu.* 33. *& n.* 39.
vbi

vbi affert pulchrum locum *Ciceronis* ,
*& num.*65. & tota ſcriptura eſt pertẽ-
tanda,vt ex *Bald.*& alijs,tradit *Mantic.*
*de coniect. lib.6. tit.*12. punctando lit-
teram , & virgulando ſecundùm iuris
noſtri rationem,*Pretis d.dub.*1.*ſolut.*3.
20 *ex num.*7. quia etiam in minimo ver-
bo conſiſtit magnus effectus, cum ver-
ba ſint forma intrinſeca , & eſſentialis
diſpoſitionis,*Caſtrenſ.Iaſ. Curt.* & alij
apud *Mantic. d.lib.*3. *tit.*4. *in princip.*
à quo plura mutuauit *Caſtill.d.tom.* 4.
*cap.6.ex num.*29.*ad* 44.nec poteſt da-
21 ti melior interpretatio , illa,quam dat
ipſe teſtator, ſicut nec vnquam vlla
melior gloſſa inueniri poteſt, gloſſa
eiuſdem teſtatoris,*Prat.lib.*1.*interpr.*1.
*dub.*2.*ſolut.*5,*ex num.*17.latè *Caſanat.*
conſ. 15.*num.*7.*conſ.*33.*num.*52.*conſ.*
47.*num.*63.*& conſ.* 53.*n.*85. iuſtiſſi-
mè enim teſtator,tempus, quod initio
definiuit oneri præſtando, cum reſtri-
ctione tamen quantitatis, & temporis,
vt ſupra,paulò poſt nominat ſub incer-
to,ibi *paſſato che ſarà il termine di tãti*
anni; ſiquidem de iure cum terminus
22 aſſignatus eſt reſpectiuus certæ cauſæ
regulatur curſus ipſius termini ab illa
cauſa,*l.tali facta* 49.*ff.de iur.dot.*Bald.
*Flor.& Iaſ.num.*17.*in l. ſi cui legetur,*
*ff.de leg.*1. & aliàs legatum recipit di-
lationem temporis ex vſitato, & com-
muni curſu exequendo , & ſi fiat lega-
23 tum annuũ, reſpectu certę neceſſitatis
debetur,durante neceſſitate , *l. nec ſe-*
mel 12.§.*ſi inhabitationem*, vbi ita illũ
*text.*ſũmat *Bart. ff.quando dies leg. ce-*
dat,idem *Bart.in l.qui hoc anno, in fin.*
ff.de verb.oblig.Caſtrenſ.in l.Lucius Ti-
tius 90.§. *à te peto, num.* 3.*ff. de leg.*2.
*Mantic.lib.6.tit.*14.*n.*18.*& per tex.in*
d. §.*ſi inhabitationem* dixit *Bald.* quod
etſi in legato non ſit præfinitum tem-
pus,quandoq; tamẽ ineſt tempus ſub-
intellectum de iure, à narura rei,vel à
cõſuetudine, ut in legato facto pro ſtu-
dio, uel itinere ad Terram ſanctam , in
*conſ.*256.*num.*7.*lib.*4.ſicut & genera-
24 liter legatum annuũ interpretatur ex
qualitate perſonarum, & donec quali-
tas duret , & exiſtat , vt in legato facto
vxori viduæ,quod intelligatur,durante
nuceſſitate,non vltrà,*Bald.in l.*1. *n.*5.
*C.de fideicomm. Roman.ſing.*295 *lega-*
uit viduæ cum alijs infinitis , quæ di-
ſcurrit *Prat. lib.* 4. *dub.* 9. *ex num.*15.
24.28.*&* 32.videns enim prudens te-
ſtator,quod ſi ſimpliciter certum tem-
pus abſolutè præfixiſſet, legatum one-
ris iniuncti ceſſare minimè debuiſſet
25 cum tempus formam inducere ſoleat
in actu,*Crauett.cõſ.*130.*in* 3.*motiuo*, &
qa tẽpus determinato modo prolatũ
non recipit, alterius temporis functio-
nem,iuribus citatis per *Natt. cõſ.* 485.
*num.*6.*Caſanat. conſ.*55.*nu.*16. *et* 67.
idcircò noluit teſtator præfinire om-
ninò certum tempus,ſed addidit, *ò me-*
no ſi prima ſe farà il cumulo , & iterum
paſſato il termine di tanti anni , vt his
verbis apertè ſignificaret , vt ſi ptius
compleretur redditus Montis, ante
quoque ceſſaret grauamen;tempus .n.
26 operatur in fauorem eius , cuius cauſa
præfixum eſt,*l.ſi ita relictum*,§.*pegaſus*,
vbi *Bald.*& reliqui, *ff.de leg.* 2. elapſo
autẽ tpc p̃fixo,certo,vel incerto certifi
cãdo,teſtatorẽ,cẽſetur,velle onus ceſſa-
27 re, & cõmodũ reuerti ad hæredẽ,ſcri-
ptũ,& hęredis,hęredẽ,habendo reſpe-
ctũ nõ ad pſonas,ſed magis ad ius hæ-
reditarium, *l.Titia cum teſtamento* , §.
Titia , vbi *Bart. ff. de leg.*2. *Caſtr.Ale-*
xand.Dec.Pariſ. & reliqui, quos con-
gerit *Prat. lib.*4. *dub.* 9. *num.*61. nec
28 mirum,quia vbicumque diſpoſitio ha-
bet tractum ad futurum tempus , tunc
etiam ſi fiat per verba præſentis tem-
poris, tamen in qualitate adiecta inſpi-
citur futurum , & ex futuro euentu re-
gulatur,*Oldrad.conſ.*168.*num.*2. *Rip.*
*in l.centurio,num.*144.*& in l.ex facto,*
*num.*38.*ff.de vulg.Alciat. conſil.* 499.
*num.*9.quinimò etiam in contractibus
celebratis propter aliquod factum mu-
tabile,ſiue variabile ex tempore, attẽ-
29 di mutationem contingentem pro fu-
tuto tempore , reſponderunt *Gabriel*
*conſ.*164.*in princ.Menoch.conſ.*49.*in*
primo, & generaliter in omni materia,

ex text. in clement. 2. de decim. probauit *Caſanat. conſ.* 44. *num.* 26. *&* 29.
30 Et ratio eſt, quia legatum factum, ſiuè onus iniunctum ob certam aliquã cauſam, determinatur ſecundùm illam cauſam ſibi annexam, *l. Seio amico*, 10. vbi ita illam *l.* ſummat *Bart. ff. de ann. leg. & Dyn.* quem refert *Alber.* aliter, sũmat. l. q diminuto onere, diminui-
31 tur emolumentum, quod, contemplatione illius oneris erat relictum, & addit *Alber.* eſſe notabilẽ caſum, ampliãs etiam in contractibus, vt determinentur ſecundùm cauſam ipſis annexam, inferens ad plures quæſtiones, quæ plurimum cõferunt ad caſum noſtrum,
32 & generaliter, q ceſſante cauſa legati, ceſſet omne legatum, eſt *text. in l. qui tutelam*, 28. *ff. de teſtam. tutel. Bart. in l. demonſtratio*, §. *quod autem*, *num.* 18. *in fin. ff. cond. & demon.* præſertim ſi legatum relinquatur propter aliquod onus; ceſſat enim quouis modo, ceſſante onere *l. alumnæ*, §. *Seia*, *ff. de adim. legatis*, vbi legatum ademptum cenſetur, quando onus, quod fuerat legato iniunctum, adimitur, latè *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 23. *vbi num.* 6. probat, in dubio onus cenſeri iniunctum cauſa legati *ex l. illis libertis, in fin. ff. de condit. & demonſtrat.* poſt *Dec. Capbal. & alios*, latè *Oſaſc. deciſ.* 98. *à num.* 10. *ad* 12. addens *l. in teſtamento ita erat ſcriptum*, *& l. pen. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi id comprobat authoritate *Couarr. D. Capyc.* & aliorum de cõmuni ſententia, *Caſanat. d. conſil.* 44. *num.* 77. & ſicut commodum debet re-
33 gulari ſecundùm onus iniunctum correſpectiuum, ſic & è conuerſo onus ſecundùm commodum, vt in tãtum quis teneatur ad onus, in quãtum ſit neceſſarium, vt legatarius conſequatur commodum ſibi relictum, *Bald. Angel. & Alexand. in l. ſi duobus, ff. de leg.* 1. *Platea in l.* 1. *num.* 8. *circa fin. C. de apoch. pub. lib.* 10. ex quibus plures deciduntur quæſtiones in vnum congeſtæ per *Surd. conſ.* 150. *ex num.* 77. *in princip. & in tract. de aliment. tit.* 5. *q. item* 5. *Tiraq. de ceſſante cauſa, part.* 1. *n.* 49. & quando diminuto legato, quia in hæreditate non inueniantur tot bona, quæ ad omnium legatorum ſolutionẽ ſufficiant, iuxtà *text. in l. ſi verò compoſita*, §. 1. *ff. de milit. teſtam.* cum cõcord. *per D. de Franch. deciſ.* 236. debeat etiã onus pro rata diminui, latè idem *Fra-*
34 *ſes deciſ.* 362. & legatum reſtringi, & coarctari ex cauſa, & ratione expreſſa, vel tacita, ex veriſimili mẽte, ad vulg. *l. cum pater* 79. §. *dulciſſimis, ff. de leg.* 2. plurima ad ornatum *Cardinal. Pariſ. conſ.* 13. *num.* 11. *et* 12. *conſ.* 22. *n.* 35. *lib.* 3. vbi dicit, ſolidam, & communẽ eſſe concluſionem, latè *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 9. *et ſeq.* plura *Peregr. d. art.* 11. *nu.* 54. & pulcherrimè *Mantic. de contract. lib.* 1. *tit.* 17. *Socin. iun. conſ.* 53. *num.* 10. *in ſecundo*, *D. Georg. in repet. feudal. cap.* 9. *num.* 8. *et alleg.* 6. *num.* 21. nec obeſſe poteſt, ſi dicatur, ita demum, ceſſante cauſa legati,
35 ceſſare legatum, ſi cauſa ſit finalis, non item ſi impulſiua, prout impulſiua in dubio generaliter præſumitur, & in ſpecie, illa, quæ reſpicit fauorem legatarij, vt noſtri DD. paſſim reſtringunt *text. in d. l. Seio amico*, vt videre eſt apud *Dec. conſ.* 237. *in fin. num.* 6. vbi in ſpecie dicit, quod ideò cauſa reſpiciens fauorem legatarij, non reſtringit, quia præſumitur impulſiua, nõ finalis, latiùs idem *conſ.* 601. *viſo eleganti cõſ. Surd. de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 12. *et* 13. *et quæſt.* 5. *num.* 8. & in pulchro caſu allegauit *Caſtill. d. tom.* 4. *cap.* 60. *nu.* 9. *et* 59. *Præt. lib.* 4. *dub.* 6. *ex n.* 19. dicemus enim in præſenti caſu dubitari non poſſe, quin cauſa ſit vnica, & finalis ipſius legati, ſiuè oneris iniuncti, vt ſcilic. Mons aſcendere poſſit ad redditum deſignatum ducat. 25000. ipſe enim teſtator ſic expreſſit, dum initio, & inferiùs iterum ordinauit, quod ſtatim completo cumulo, ceſſaret onus, vt ſupra dictum eſt, ex quibus verbis clarè demonſtrat, ſe aliter non fuiſſe facturum, quo caſu nemo, ex *DD.* dubi-
36 tat, cauſam cenſeri finalem, cum teſtator

Digitized by Google

tor ipſe hoc declarauerit *Alberic.Ioan.*
Monac.Collec. Socin. & alij relati per
Tiraquell.de ceſſante cauſa limit.1.nu.
37.*iuncto num.*50.& ob id rectè cen-
ſuit *Surd.d.tit.5.quæſt.4.nu.22. et 23.*
vanum eſſe diſtinguere, an legatum ſit
factum, vnius, vel alterius contempla-
tione, ſed ſolum illud eſſe quærendum,
an teſtator foret etiam ſine onere reli-
cturus, vel non; nam alioquin, vt ipſe
dixerat *num.*21.onus eſt adeò annexũ
diſpoſitioni, vt cum eo ſit vnica diſpo-
ſitio, & inſeparabilis, & adeò onus præ-
ſumitur cauſa emolumenti; vnde ceſ-
ſante onere, debet ceſſare emolumen-
tum, & è contra, iuribus citatis ab eo-
dem *Surd.* cauſa etenim etſi impulſi-
ua, efficitur finalis, quandiù apparet,
quod actus aliter non fuiſſet geſtus,
Bald.& Roland.citati per Fontanell. de
pact. nupt. clauſ.4.gloſſ.1. num.52. &
37 cauſa euidenter cohærens legato, nũ-
quam dicitur impulſiua, ſed finalis, *l.cũ*
tale, §.falſum, ff.de condit. & demonſtr.
Salic.& Caſtr.in l.1.C.de falſa cauſa
*adiecta legato, Mantic.*in terminis, *lib.*
6.tit.14.num.15.verſ.& in ſumma,
Tiraq.de ceſſante cauſa, limit.1.n.46.
38 præterea cauſa reſpiciens commodũ,
honorem, aut decus teſtatoris, aut ali-
cuius tertij, eſt finalis, non impulſiua,
ſecus ſi reſpiciat ſolum commodum
legatarij, *l.Titio centum, ff.de condit. &*
*demonſtr.*Bart.*Angel.Caſtr.Crauett.&*
*alij apud Mantic.d.l.6.tit.*14.*num.item*
14.*verſ.& cauſa reſpiciens, Tiraq.d.*
*limit.*1.*num.*52.vnde, vel reſpiciamus
cauſam erectionis Montis, illa nõ tam
reſpicit commodum deſcendentium,
quàm honorem, & decus teſtatoris,
eiuſq; familiæ, ſiuè lineæ, vt in §.*et per-*
che la mia ibi, *acciò in ogni tempo, e caſo*
poſſano viuere, & maritarſi con mag-
gior commodità, e decoro conforme alla
39 *lor qualità*, teſtator enim honoratur in
conſeruatione honoris ſuæ poſterita-
tis, & familiæ, *l.1. §.quamuis, verſ.pu-*
*blicè, ff.de ventr. inſpic.*adeò vt contra-
ueniens dicatur ipſi iniuriam facere,
& puniatur, *Pariſ.conſ.19.n.59.verſic.*
& etiam, lib.2. ſiuè inſpiciamus cauſã
extinctionis grauaminis, vt ſcilicet ex-
tinguatur, completo multiplico, quæ
verè attendi debet; hęc certè reſpicit
fauorem hæredis, vt patet ad ſenſum,
nè vlterius ad contributionem oneris
40 teneatur; vnde nullo modo poteſt prę-
tendi, cauſam reſpicere fauorem lega-
tarij tantùm, & ſic omninò legatum li-
mitat, & reſtringit; vt non extendatur,
vltrà quàm ſe extẽdit ipſa cauſa, vt do-
ctiſſimè per plura conſuluit *Roman.cõſ.*
503. *diligenter inſpectis*; in 2. *dub. ex*
num.7. vſque ad num. 9. omninò le-
gendus, vbi ante *num.8.verſ.tertio mo-*
ueor, concludit, ceſſante cauſa dilatio-
nis vſusfructus legati, in vltima volun-
tate adiecta, ipſam dilationem quoque
ceſſare, & legatum vſusfructus extin-
gui, & bene quoq; *Decius d. conſ.* 237.
in fin. & in terminis *Ruin.* videndus
conſ.35.num.8.verſ.quod autem iſta,
lib.2. Pariſ.conſ.13. num.12. conſ. 20.
num.31.& conſ.22.num.35.in 3.Socin.
iun. et Rota Bonon. apud Surd. de ali-
ment.d.tit.5.quæſt.4. in fin. num.32. et
tit.8.priuileg.23.n.5. et 8. et priuil.24.
per totam, Præt. lib.4. dub.6. num.24.
41 *Caſtill.d.cap.60. num.37. et 59.* & fa-
ciunt, quæ de diſpoſitione reſtringen-
da ex cauſa limitata voluntatis, limita-
tæ potentiæ, aut occaſione rei, quanti-
tatis, modi, temporis, perſonarum, &
cauſæ, ſimul congeſſit *Præt. lib.4. dub.*
3.num.26.& meliùs *ex num.40.ad fin.*
42 & maximè illa, quæ ex prooemio, aut
initio diſpoſitionis colligitur, finalis
cauſa præſumitur *Tiraquell.d. limit. 1.*
*num.64.et 66.*etiam ſi ratiocinando, &
ẽnũciatiuè adijciatur, *Mãtic. lib.6. tit.*
13.num.2. latè *Præt. lib.2. interpr.3.*
dub.1.ſolut.3. ex num. 36. optimè *D.*
*Conſiliar.Georg.allegat.31.n.49.*quini-
mò cum hæc nõ ſit cauſa, quæ proprię
eſt de præterito, ſed ratio, quæ reſpicit
futurum, quouſq; ſcilicet compleatur
Mons, hæc omninò reſtringit legatum
43 tanquam vera cauſa finalis, quæ ratio-
cinatiua dicitur, *Bart.* mirabiliter *in d.*
l.demonſtratio, §.quod autem, num.18.
in fin.

in fin. optimè *Dec. d. conſ.* 46. *poſt n.* 2.
verſ. ſecundo quia cauſa, et num. 4. *verſ.*
non obſtat, quod dictio, maximè cum
generaliter influat, & reſpiciat totam
diſpoſitionem, omninò finalis, & non
impulſiua dicitur *D. Georg. d. alleg.* 31.
num. 48. *Bec. conſ.* 45. *num.* 30. *in princ.*
44 cauſa autem finalis huius eſt naturæ,
vt diſpoſitio alioquin generalis, & apta
comprehendere multa, re, & tempore,
reſtringatur ad id, quod neceſſariò in-
cluditur, ſiue quouſq; ratio finalis ex-
tenditur, non vltrà, *l. ſi habitatio*, §. 1. *ff.*
de vſuf. et habit. cum alijs apud *Decian.*
reſp. 7. *ex num.* 13. *in princ. Fontanell.*
de pact. nupt. clauſ. 4. *gloſ.* 9. *ex nu.* 28.
pulchrè *VVſembec conſ.* 16. *de laudem.*
num. 5. *et* 9. vbi paria dicit, non eſſe
cauſam, & eam eſſe finitam, quæ omnia
fortiùs procedunt, cum ratio finalis nõ
quidem ceſſauit, quia caſu impleti non
potuit, vt in *d. l. Seio amico*, ſed quia in-
tentio teſtatoris, & cauſa finalis, priuſ-
quam cogitauerit, impleta eſt, & cauſæ
45 eſt ſatisfactum; tunc enim ceſſat lega-
tum, & onus iniunctum hæredi, non
vt legatum extinguatur, ſed vt impleta
cauſa ipſius legati, *l. filia* 11. vbi hoc
Salic. in ſpecie conſiderat *num.* 3. *in*
fin. C. de legat. Caſtr. item n. 3. *in l. Lutius*
22. vbi cæteri omnes, *ff. de leg.* 2. & ob
46 id, ſi quid moriẽs teſtator legauit vxo-
ri ad certum finem deſtinatum, viuus
adhuc eidem poſtea præſtauerit, lega-
tum ceſſat, uelut impleta cauſa legati,
VVſembec. conſ. 26. *de donat. vſque ad*
num. 15. latiùs *Barboſ. in l. ſi cum do-*
tem, 23. §. *ſi pater, n.* 43. *ff. ſolut. matrim.*
& maiori ratione idem erit, ſi ex euen-
tu rerum, quæ poſt conditum teſtamẽ-
tum, & mortem teſtatoris euenerunt,
impleta ſit cauſa legati; ſiquidem quæ-
47 libet incertitudo circa diſpoſita per
teſtatorem, quæ quoad perfectionem,
& exequutionem ſuæ cauſæ, uel im-
plementi in pendenti maneat, tunc uo-
luntatis defuncti declaratio omninò fit
ex euẽtu, qui ſequitur poſt ipſius mor-
tem, *l. Africanus*, 40. *aliàs l. apud Iulia-*
num, §. *ſi Titius*, ubi *DD.* omnes, quam
legunt ſub *l. cum ſeruus*, 39. *ff. de leg.* 1.
& l. ſi Titius 52. ibi *ex euentu ſolutionis*
legatum valet, ff. de leg. 2. quinimo ne-
48 dum omne legatum rerum incertarũ
ex euentu conditionum adiectarum
venit declarandũ, *l. Sticchum, qui meus*
erit, ff. de leg. 1. ſed etiam & ipſa hęre-
dis inſtitutio, *Bart. in l. ſi quis ita ſcri-*
pſerit, ff. de hęred. inſtit. & non ſolùm ſi
49 incertitudo verſetur circa perſonas
eorum, qui honorantur, adhuc ex euẽ-
tu poteſt fieri declaratio, vt de legato
facto futuræ vxori filij, & ſimilibus, *l.*
quidam, vbi *Socin. & alij, ff. de reb. dub.*
& euentus declarat ſubſtitutiones, ipſa-
rumq; varios caſus regulat iuxtà diuer-
ſas ſpecies, vt latiſſimè apud *Prat. lib.* 1.
interpr. 2. *dub.* 2. *ſolut.* 13. & maximè in
caſu præſenti, cum ex rebus ipſis, quas
teſtator ſimul iunxit, & Monti aggrega-
ri iuſſit, ſatisfacto prius ære alieno hæ-
reditatis, ipſarumq; pretio, & valore in-
50 certo, non potuit adeò certam conie-
cturam facere teſtator, vt certum tem-
pus ad complendum multiplicum de-
ſignatum, præfigeret; igitur neceſſariò
ex euentu eſt expetenda declaratio, cũ
& multi ex effectibus, inanes, alij uerò
pinguiores reperti fuerint, ut contingit
in donatione facta per D. Ioannam
Caracciolam ſororem Principis, *Cra-*
uett. conſ. 49. *ad fin. cum ſimilib.* in quo
illud aduerto, in ordine ſcripturæ, no-
uiſſimo loco inter effectus vnitos, eſſe
adiectum onus contribuendi ann. duc.
15000. à Duce hærede inſtituto, in
§. *& perche la mia intentione*, unde ex
51 ordine litteræ, deſignando ordinem
intellectus, *l. ſi ita ſcriptum*, ubi *Bart. &*
DD. inferunt ad plura, *ff. de leg.* 1. cum
alijs per *Euerard. loco ab ordine*, uo-
luiſſe uidetur in ſubſidium grauare ad
hanc præſtationem hæredẽ, ſi alij præ-
cedentes effectus deſignati non ſuffi-
cerent, quos compertum eſt ex euentu
ſupfluere, & ſic onus ceſſare debet, ex
traditis de relicto ſubſidiario p *Angel.*
conſ. 392. *verſ. non obſtat*, & de effica-
cia argumenti ab ordine litteræ, tradit
Prat. lib. 2. *interp.* 3. *dub.* 1. *col.* 3. *ex n.* 12.
fuit

Digitized by Google

fuit enim quædam humana prouidentia teſtatoris,qui,vt effectus multiplici ad beneficium vocatorum ſequeretur, ſuaque ſpe minimè fruſtraretur,plures effectus hæreditatis,non omnes neceſſarios, vt euentus oſtendit, ex abundãtiori cautela, qua in omnibus viuens ex conſuetudine vſus fuerat,in vnum coaceruare voluit; cum igitur citius effectus ſequutus fuerit, quàm ſperare potuiſſet,nihil aliud eſt quærendum, ille enim intellectus ſemper attenden-
52 dus eſt, quem,effectus eſſe verum demonſtrat, *Iaſ.conſ.*128 *col.*2.*verſ.*4.*fecit, lib.*1. quod procedere etiam circa implementum conditionis, quæ formã inducit, in pulchra quæſtione vſusfru-
53 ctus conceſſi ad vitam vxoris, quod extinguatur, etiam ipſa viuente, per tranſitum ad ſecunda vota, ex quo reſultat idem effectus, & finis conſideratus à teſtatore,poſt *Ioann. Andr.*tradũt *DD in l.*3.*vbi Iaſon num.*2.*& 4.verſ. limita tamen, Dec. num.*6. C. *de inſtit. & ſubſtit.* cum infinitis congeſtis per *Aquilinum in l.Gallus,*§.*& quid ſi tantùm,in vltima parte,num.*111.*verſ.& ex his vetus, ff.de lib.& poſth.* quinimò etiam ſi verba videantur repugnare, ſi tamen idem effectus, inſpecto finali exitu à diſponente conſiderato, ſequi poſſit,eũ ipſum ſolùm attendere debemus, etiam in diſpoſitione, & actibus conditionalibus, in quibus adhuc ma-
54 gis effectus, & finis, quàm modus,eſt attendendus, vt ad diuerſos caſus, & ad plures inferunt deciſiones *Alexãd. conſ.*100.*lib.*4.*Corn.conſ.*276.*lib.*3.latiſſimè *Prat. lib.*1. *interpr.* 2. *ſolut.*12. *per tot.* quod & generale eſſe in omni
55 diſpoſitione,attendi effectum,& finem rei,ad quem principaliter dirigitur intentio,quinimò eandem intentionem, & mẽtem nobis ex effectu habito manifeſtari, etiam in reſpicientibus ſolẽnitatem,probat *Afflict.noſter dec.*378. *poſt num.*5. *verſic. inde dicimus*, latiùs *Prat.col.*14.*ex num.*20. & in terminis noſtris in ſpecie optimè *Peregr. de fideicomm. art.*11. qui limitando concluſionem à ſe propoſitam, *num.* 33. *verſ.regula*,vt intentio, quæ ex verbis
56 ſaltim ex impropria,& abuſiua ſignificatione colligi non poteſt, non debet attendi, limitat *num.*46. vbi diſpoſitio confertur in certum caſum à teſtatore conſideratum, reſpectu alicuius effectus, quia ſi eueniet caſus,per quem idem ſequatur effectus, diſpoſitio trahitur ad illum caſum euenientem, inſpecta mẽte,etiam contra verba, quod præſertim erit in caſu noſtro, vbi citiùs quàm teſtator optauerit,complebitur redditus Montis, & ſic plus in tempore,attento effectu,implebitur teſtatoris diſpoſitio *d.* §. *plus autẽ,inſt. de action.* & antequã adeſſe poſſint in rerum natura pſonæ maſculorũ,& fœminarũ, ex deſcẽdentibus vocatis, & contemplatis, vt fruantur redditu dicti Montis,
57 vnde cum legatum, vel donatum certis perſonis taliter cohæreat, vt ipſas perſonas in diſpoſitione vocatas minimè egredi poſſit,*l.cum ita legatum*,vbi *DD.ff.de cond it.& demonſtr.l.* 1.*ff.de leg. præſt.* & generale eſt in omni diſpoſitione, vt limitata cenſeatur, ita vt vltrà perſonas incluſas protẽdi nõ poſſit, *Socin.iun.conſ.*53.*nu.*4. *in* 1. *Prat. conſ.*160. *in princip.* neceſſariò expectandum eſt tempus, quo perſonæ vocatæ exiſtant, ſicut & aliàs, vbi perſonæ vocatæ,quarum contemplatione
58 eſt factum fideicommiſſum,non adsũt ipſum quidem extinguitur, ita vt vltimus ex vocatis liberè alienet, *l. cum pater,* 79.§.*libertis, l. qui ſolidum,* 80. §.*pen. ff. de leg.* 2. cum concord. apud *Molin.lib.*1.*cap.*8.*num.*24. *de primog. Peregrin.art.*54.*poſt num.*49. *Caſtill. tom.*2.*cap.*32.*ex num.*44.*& tom.*4.*c.*9. *num.*10.*& ſeq.et cap.*60.*num.*7. *et* 13. & ſic vbi adeſſe poſſunt perſonæ in futurum, prout hic, expectandum eſt, quouſq; caſus contingat, quo perſonæ exiſtant,& habeant qualitates requiſitas à diſponente,vt redditu Mõtis frui poſſint, & hæc eſt interpretatio, quam noſtri dicunt, à conuenientia, quã vtitur *gloſſ.vltima in l.quæſitum,*12.§.*fin.*

ff.de

Digitized by Google

ff. de fund. inſtr. dum dixit, eſſe intèr-
pretandā diſpoſitionem teſtatoris, ſū-
pta præſumptione, tam ex rei legatæ,
quàm ex perſonarum vocatarum qua-
litate, & conuenientia, pulcher *text.in*
l.quamuis, 32.*in verſ. et niſi ita obſer-*
uetur,ff.de condit. et demonſtr. ex quo
poſt *Paul.et Socin.*adnorauit *Præt.lib.*1.
*interpr.*2.*dub.*42. *fol.*8. *num.*8. circa
diſpoſita per teſtatorem eſſe ſeruandā
quandam conuenientiam,prout curſus
rerum,& humana fragilitas patitur,vbi
latiſſimè ꝓſequitur, diſpoſitiones om-
nes,declarationem recipere æqualem,
& conuenientem qualitati, & condi-
tioni perſonæ legatarij, ad ornatum
text.in vulg.l.plenum, §.*equitij*, *ff. de*
vſu,et habit. nec non rerum ſummarū,
& temporis, inferens ad deciſionem
60 plurium quæſtionū, ſicut & aliàs lega-
rum alimentorum interpretatur, prout
congruit perſonæ legatarij,& vt neceſ-
ſitas pro conſeruatione perſonarum,
& curſus naturæ exigere videtur, *l. le-*
gatis, 6.*ff.de aliment. leg.et l.verbo vi-*
ctus.ff.de verb.ſignif.& ſic dum quoad
perſonæ vocatæ exiſtere poterunt,cer-
tumeſt,ſtatutum multiplicum fore per-
fectum, ad quid igitur interim onerari
61 hæredem ſuperuacanea præſtatione;
certè nullo modo tenebitur hæres,
dum erogatio fructuum Montis fieri
non poteſt,vt in terminis ferè videtur
decidere *Caſtr.in l. Lucius Titius,* 90.
§.*à te peto,num.*2.*in fin. ff.de leg.* 2. &
62 quicquid ſit, certum eſt,hæredem du-
plici,aut fruſtatoria præſtatione non
cenſeri grauatum,ſed minus, quàm ſit
poſſibile,*vulg.l.vnū ex familia*, 69. §.
*ſi rem tuam, ff.de leg.*2. & legatum ſē-
per cenſetur, id quod minus eſt, *l.nū-*
*mis,ff.de leg.*3. cum alijs per *Surd. de*
aliment. tit. 8. *priuileg.* 25. quod op-
timè procedit,cum verba nō repugnāt,
& legatum non redditur prorſus inuti-
le,vt poſt *Bart.Alexand.Socin.Dec.Go-*
zadin. & alios,declarat *Mantic. lib.* 9.
*tit.*1.*num.*5. & etiam ſi contra hæredē
concurrat fauor ſanguinis legatarij,
imò & filiationis, *l.huiuſmodi,* §.*cum*
*pater,*vbi *Iaſ.num.*7 *ff.de leg.*1. *Mant.*
lib. 6. *tit.*11.*n.*28. vnde fortiùs in caſu
noſtro, vbi grauatur filius primogeni-
tus,licet ad beneficium deſcendentiū;
& quod hæc præſumptio veluti beni-
gnior,& fortior,vincat plures alias,no-
tat idem *Cardinal. Mantic. lib.* 12. *tit.*
17.*poſt num.*13.& meliùs *num.*25. &
63 maximè in caſu præſenti, vbi hæredi-
tas, attēta qualitate huius Magni Prin-
cipis,ſatis eſt grauata, & oneribus ex-
hauſta,quod conſiderauit ad releuamē
hæredis,in terminis *Card.Pariſ.cōſ.*13.
*num.*7.*in* 3.iunctis, quæ adijcit, *conſil.*
18.*in fin.in* 3. vnde accedit, & cum
prædictis omnibus coniungitur altera
præſumptio, quæ ex neceſſitate inſur-
64 git;non enim præſumitur,teſtatorem
voluiſſe prouidere,& diſponere,niſi in
caſibus neceſſarijs,adeò vt duabus cau
ſis exiſtentibus, voluntaria ſcilicet, &
neceſſaria, præſumatur,teſtatorē diſpo-
ſuiſſe ex cauſa neceſſaria;quinimo tra-
hi debet ad caſum magis neceſſarium,
& ſic fortius, ubi unus caſus eſt merè
uoluntarius, alter neceſſarius, ut ex
Bart.Bald.Roman.Corn. & alijs, in
ſpecie arguit *Crauett.conſ* 149. *nu.*12.
idque etiam ſi uerba teſtamenti ſint
generalia,reſtringuntur tamen ad cau-
ſam neceſſitatis, & quatenus neceſſitas
urget, quæ ſupremam habet poteſtatē
ſuper omnes diſpoſitiones, prout latiſ-
ſimè *Tiraquell.*de more congerit *in*
primo retract. §. 26.*gloſſ.*1.*ex num.* 20.
& ad propoſitum noſtrū plurima apud
*Præt.d.lib.*1.*interpr.*7.*dub.*2.*ſolut.*12.
*num.*2.3.18. *et* 22. vbi probat,operari
circa tempus inſtans,& non in præteri-
tum, nec in futurum, ſed quatenus ur-
get, & adſit neceſſitas, & non ultrà:&
ne pro coronide deficere uideatur de-
ciſio punctualis, mihi hoc uidetur in
terminis reſpondiſſe *Sceuolam in l. Lu-*
65 *cius Titius,* 90.§. *à te peto, ff.de leg.* 2.
ubi ſi teſtator Titio commiſerit curam
condendi corporis ſui, & pro hoc cen-
tum reliquerit, ſi minus Titium eroga-
re oportuerit, reliqua ſumma, uelut
impleta cauſa legati, hæredibus profi-
ciet,

ciet, ſecus ſi cauſa impleta non ſit, ad
text. in l. legatum, ff. de vſufruct. legato,
vbi quando ſit cõmutanda voluntas in
aliud opus, nec apud hæredem rema-
neat, de quo *Couarr. in cap. tria, num. 7.*
de teſtament. inde *Angel. in l. 1. §. de im-*
penſa, n. 1. verſ. & per hoc, ff. ad leg fal-
cid. per illum *text.* docuit, quod ſi teſta-
66 tor deputauit magnam quantitatem
pecuniæ in conſtructione alicuius Ec-
cleſiæ, vel Cappellæ, & onus impoſuit
executori, quod ſi executor minus im-
pendit, reſiduum non conuertetur in
aliam piam cauſam, ſed reſtituetur hæ-
redi, cui nihil imputari poteſt: & *An-*
gel. ſequitur *Caſtr.* ibidem, qui dicit de
hoc eſſe bonum *text. in d. §. à te peto*,
67 quem *Angel. non citauit*, & licet *Imol.*
in d. §. de impenſa, poſt num. 29. verſic.
& per hoc dicit Angel. prima facie du-
bitare videatur de opin. *Angel.* dicens,
quod fortè ſuperfluum debet conuerti
in aliã piam cauſam, præſertim ſi æquũ
erat expendi quantum teſtator iuſſerat
ex *l. legatum, ff. de vſufr. legato*, reſidet
tamen cum *Angelo*, ea ratione, quod te-
ſtator videatur illud plus adiecisse,
quia putauit illud fortè expediens, &
ideò ſi non eſt expediens, debet rema-
nere penès hæredem, ex quo voluntas
in finali effectu eſt adimpleta, quòd ſe-
cus eſt *in d. l. legatum*, quæ verba verè
ſunt aurea pro deciſione præſenti ca-
ſus, de quo etiam agit *Capra tract. de*
exequut. vltim. volunt. memb. 6. n. 154.
& cum *deciſ.* Angel. *Caſtr. & Imol.* re-
benè diſcuſſa, & perpenſa, pertranſeũt
Herculan. col. 2. ex verſ. et per hunc tex.
per duas col. & Alexand. ex n. 2. & 3.
qui eam comprobant, vt commun. &
68 veram, & addunt nõ obſtare *deciſ. Bu-*
trig. relatam per *Bald. in l. ſi quis ad*
declinandum, num. 10. verſ. ſed iuxta
hoc quæro, C. de Epiſc. et Cler. dum dixit,
quod ſi teſtator iuſſerit diſtribui mille
libras pro malè ablatis; & nõ appareãt
tot mala ablata, quæ aſcẽdant ad quã-
titatem taxatam mille librarum, quod
ſuperfluum debeat pauperibus eroga-
ri, & ſic in aliam cauſam conuerti, niſi
teſtator diſpoſuerit, ne in aliam cauſam
conuertantur, dicunt enim iſti *DD. de-*
ciſ. Butrig. relatam etiam *in addit. ad*
Specul. de inſtr. edit. §. nunc verò aliqua,
in addit. incip. *de his infrà*, ſaluari poſ-
ſe, ea quidem ratione, quod non con-
ſtabat in caſu *Butrig.* plenè, & perfectè
ſatisfactum menti, & voluntati teſtato-
ris, ſiquidem licet non appareant tot
malè ablata, quæ aſcendant ad ſummã
expreſſam à teſtatore, tamẽ nõ ex hoc
ſequitur, non adeſſe plura malè ablata;
imò præſumitur, teſtatorem, qui taxauit
quantitatem, id meliùs nouiſſe, & ob id
arbitratum fuiſſe iuſtam ſummam, cum
eſſet in facto proprio; deciſio verò *An-*
geli procedit in caſibus, vbi conſtat,
quod etiam ſi minus expenſum ſit, ſa-
tisfactũ eſt tamẽ menti, & voluntati te-
ſtatoris, & ita ꝓcedit *tex. in d. §. à te pe-*
to, idque ſufficit conſtare ex coniectu-
ris, vt ſubdit *Hercul.* puta ſcilicet con-
ſiderata qualitate, & conditione teſta-
toris, & qualitate operis conſtruendi,
& conditionibus aliarum ſimilium cõ-
ſtructionum, quod comprobãt idem
Hercul. in eadem l. 2. §. ad municipium,
col. 5. verſ. tertiò limita, ff. ad leg. falcid.
vbi ex *text. in l. decem, ff. de fideicomm.*
libert. & notatis per *Angel.* concludit,
69 quod vbi quantitas eſt legata pro cer-
to opere conficiendo certæ ſummæ, &
qualitatis, tunc ſi pro minori ſumma
quàm ſit legata, perfici poteſt, reliquũ
ad hæredem pertinet, velut impleta
cauſa legati, tradens exempla in lega-
to facto pro emendo Sticcho, vel Cali-
ce certi ponderis, ſecus in opere in-
determinato, quod minori pretio
commodè fieri non poteſt; idemque
comprobat optimè *Angel. in d. l. ſi ſer-*
uus, num. 4. verſ. & per hoc, vbi *Imol. in*
verſ. item faciunt iſtæ leges, vbi etiam
Hercul. in fin. verſ. extrà gloſſ. ff. eodem
tit. ad leg. falcid. vbi concludunt, in le-
gato ducat. 1000. pro conſtruenda
Cappella certæ latitudinis, altitudi-
nis, & pulchritudinis; ſi cappella non
egeat tanta pecunia, etiam obſeruata
voluntate defuncti, reſiduũ debere re-
manere

Digitized by Google

manere apud grauatũ,ſiuè hęres ſit gra
uatus,vt in caſu noſtro,ſiuè ſit legatari⁹
cui de sũma ſibi legata ſit iniũctũ on⁹,
& idẽ cõſirmat Angel.in l.qui aliena,n.
33.§.1.poſt gloſſ.in verb.petetur,in fi. ff.
nego.geſt.de dicẽs,de hoc eſse caſũ in l.
ſi quis Titio decẽ 17.ff.de leg.2. & opin.
Angel.vt verã,& communẽ refert,& ſic
col pede pertranſendo, ſequitur Prat.
lib.4.dub.1. num.29. nec diſſentit ab
his Caſtr. in d.§. à te peto, vbi diſtinxit
70 tunc demum, ſuperfluum debere re-
manere penes hæredem, ſi teſtator ſe
limitauit, & reſtrinxit, vt quia manda-
uerit diſtribui illis,qui probauerint à ſe
fuiſſe extortum, vel aliter limitatè, vt
intelligi debet, cum certum ſit,exem-
pla non reſtringere,ſecus ſi ſimpliciter
mãdauerit diſtribui, quod quidem dif-
ficiliter ad praxim reduci poteſt, cum
vtplurimum huiuſmodi legata relin-
quantur pro malè ablatis incertis,præ-
finita ſumma, quam teſtator arbitrari
poteſt veriſimiliter rapuiſſe in ſuo vitæ
curſu, & quæ clàm, & in occulto fieri
ſolent, & ob id non probari, nec liqui-
dati poſſunt, vt optimè cõſiderat Her-
cul.in d.§.impenſa,verſic.concordando,
poſt Alexand. quò verò ad alterum pũ-
ctum, ſcilic. retentionis faciendæ per
modernum Principem duc. 120000.
ex perſona D. Franciſcæ ſororis con-
ſanguineæ natæ ex quond. Principiſſa
D. Beatrice Vrſina, cuius ipſe Prin-
ceps eſt hæres,notiſſimi iuris eſt,non
potuiſſe Principem diſponentem, nec
auferre dotem maternam propriam
filię,nec minus ducat.60.mil. donatos
filiæ naſcituræ in capitulis matrimo-
nialibus initis cum dicta ſecunda con-
iunge Vrſina, cum huiuſmodi donatio-
71 nes factas in cõtractu matrimonij,om-
ninò conſtet, eſſe irreuocabiles, & pro
lege ſeruandas, cum contineant causã
oneroſam, iuxtà text. in l.1. C.de imp.
lucr.deſcript. libr. 10. & tradita poſt
Guid.Pap.quaſt.145.per D. de Franch.
deciſ.205.& 436.num.4.etiam quoad
filios naſcituros, vt in ſpecie ex Andr.
de Barulo adnotauit D.de Ponte de po-
teſtate Proreg. de aſſenſib.ſuper dotib.§.
2.n.21.& 22.& latè de irreuocabilita-
te donationum in fauorem filiorum
naſciturorum in contractu matrimonij,
Fontanell.de pact.nupt.clauſula 4.gloſſ.
9.num.4. Monter.deciſ. Arag.10. hæ-
72 res autem non tenetur ſeruare, nec
ratum habere factum defuncti nullum,
& contra legem,& ita limitari text.in
vulg.l. cum à matre, C.de rei vendit.eſt
text. in l. defuncto, vbi Gloſſ.Bart. &
Salic.C.ſi quid in fraud. patroni, Iſern.
in cap.1.§.donare,col.4.poſt nu.8.Qua-
liter olim feud. alien. poter. Loffred. cõſ.
10.num.24.D.Georg.alleg.20. num.41.
& proinde conſeruari hæredi iura ex
legis prouidentia,eidem competentia,
vtputa eſt ius retrahendi bona,vigore
conſuetudinis,vel pacti,etiam contra
diſpoſitionem defuncti,docuit Napod.
in Conſuetud.ſi quis,vel ſi qua,nu.231.
vbi dixit, hæredem cenſeri adire, ſal-
ua lege municipali, nec poteſt hæres
73 grauari in parte bonorum debita vi-
gore Cõſuetudinis, vt ex Napod. opti-
mè fundat D. Conſil. Georg. allegat.20.
num. 20. & plura congerit Crauett.
74 conſil. 200. ex diſpoſitione enim in-
ualida defuncti non oritur actio, nec
exceptio; & ob id hæres illius vigore
ad nihilum tenetur, latè Gramm.deciſ.
93. Anna ſenior ſing.236. Anna iunior
conſ.127.num.39. Lanar.conſ.69. de
Ponte conſ.61. Decian.conſ.117.nu.37.
lib.3.Surd.deciſ. 99. num.6. & hæres
75 creditor defuncti poteſt,etiam inuen-
tario non confecto, ſuum creditum re-
tinere, & deducere in præiudiciũ fidei-
commiſſarij,& legatariorum, & in ſpe-
cie, quod valeat deducere dotes ma-
ternas, & retinere etiam fructus bono-
rum,quæ pro dotis reſtitutione elege-
rit,authoritate Bart.Caſtr. Roman. Al-
ciat. Socin. iun. Zanchi, Menochij, &
aliorum,latè probat Surd. dec.92.n.3.
4.& 6.in fin. ex quibus omnibus iudi-
candum erit in hoc ſecundo puncto,
Principẽ eſſe creditorum in duc. 120.
mil. vna cum interuſurio ex perſona
D. Franciſcæ ſororis pro dotibus ma-
ternis,

ternis, & donatione eidẽ facta à Principe Camillo in capitulis matrimonialibus in beneficium filiæ fœminæ naſcituræ, & proinde licere ipſi retinere, & præcapere tot bona hæreditaria non obſtante quauis diſpoſitione quond. Principis patris, ſaluis iuribus ſi quæ competunt Illuſtr. Marchioni Bellæ quoad bona antiqua.

Et quoad primum punctum, Principem modernum nõ teneri ad præſtationem ann. ducat. 15000. ex cauſis prædictis, & ita ſperatur ſub cenſura Sacri Senatus.

Tandem de mẽſe Martij 1624. cauſa iſta non aliter deciſa ob varia impedimenta, conſuluit me D. Princeps. Vtrum ſuper hoc poſſet fieri tranſactio cum Marchione fratre, & D. Ioſeph cum maior effectus fuerit, & dixi, quod quamuis ex nouo conſenſu eorum, qui
76 ſunt vocati, poſſint nouæ conditiones adijci maioratui, vel bonis fideicommiſſo ſubiectis, *l. quoties ab omnibus*, vbi omnes, *C. de fideicomm. Molina lib. 1. cap. 8. num. 26. Peregr. art.* 40. *&* 52.
77 *nu.* 94. *& ſeq. fol.* 308. hic tamen conſenſus, his tantũ, qui nati ſunt, & conſenſerunt, præiudicabit, non autem naſcituris, *Dec. conſ.* 398. *nu.* 20. cum alijs, quos ibi congerit *Molina*. Sed quoniã
78 iſta erit potius iuſta declaratio, ſecundùm diſpoſita per teſtatorem, nec quicquam nocere poteſt naſcituris, cũ ex ſupra allegatis non habeant aliquod intereſſe, res erit in tuto, vt ex *Bald. conſ.* 215. *lib.* 2. probat *Molin. d. cap.* 8. *num.* 23.

Et ſic tandem, expectata maiori Domini Don Ioſeph Caraccioli ætate vnà cum alijs controuerſijs inter ipſos vertentibus, fuit tranſactione finita, mediante ſolemni inſtrumento manu Notarij Io. Simonis de Monica ſub die 17. Decembris 1633.

S V M M A R I V M.

1 *Interdicta poſſeſſoria dicuntur quaſi interim dicta, vel ab interdicendo.*

2 *Poſſidens tempore motæ litis, debet in poſſeſſione conſeruari, etiam ſi ei ius commune reſiſtat, vel vehemẽs iuris præſumptio poſſidenti aduerſaretur allegando titulum præſumptum, aut coloratum, & num. 4. & 6.*

3 C. cum perſonæ, de priuil. in 6. *loquitur in eo, cui ius commune reſiſtit, nec docet in promptu de poſſeſſione.*

5 *Poſſeſſio licet iniuſta, ex antiquitate iuſtificatur.*

7 *Agenti contra dominum, vel Abbati prætendenti poſſidere iura Epiſcopalia, incumbit onus probandi, quod fallit, ſi diù ij pacificè poſſiderint.*

8 *Tempus, cuius initij memoria nõ extat in contrarium, potens eſt ad iuſtificandum, etiam titulum laici poſſidentis decimas ex rebus Eccleſiaſticis.*

9 *Poſſeſſorium datur in annuis præſtationibus, in officijs, & alijs iuriſdictionalibus, quæ in rem ſunt, in iuribus homagij, vaſſallagij, & cæteris omnibus incorporalibus.*

10 *Factum nudum, non autem ius diſcutitur in poſſeſſorio ſummario, num.* 55.

11 *Princeps ſupremus de ordinaria poteſtate non poteſt tollere ius poſſeſſionis quæſitum, ideò neque contra poſſeſſorem reſcribere, vt ſublato iure poſſeſſionis, de petitorio cognoſcatur.*

12 *Doctoratus inſignia metam temporis quatuor annorum iure antiquo requirebãt, poſtea verò ob Codicem adiunctum, quinquennij ſpatium exigũt quo tempore nihil legitimæ iuris ſciẽtiæ deeſſe præſumitur, quod de Iure* Regni, *num.* 13.

14 *Aetas in doctorando* 17. *annorum ſufficiebat, de Iure Regni, ad* 21. *annum auctum eſt, quo tempore ad doctoratus gradum* Bart. *aſcendit.*

15 *Scholaris doctorandus dupliciter de ſolemnitate examinari, & approbari debet, primò priuatè à doctoribus, ſecundò à Collegio non minus* 7. *Docto-*

rum, niſi ex priuilegio ſufficiant quatuor, & qua ratione bis examinari debet, num. 18.

16 *Corona triplici victoriæ coronari debet, qui ad conuentum promouetur, & quæ ſit, & vnica examinatio non ſufficit, num.* 17.

19 *Requiſita quot in graduando aliquem ad apicem doctoratus exiguntur, & num.*20.

21 *Scholaris, qui à 7. Doctoribus fuit approbatus, idoneus cenſetur, & Doctores imperitum approbantes dignitate priuantur, non propterea eſt rigida examinatio exigenda à ſcholari doctorando.*

22 *Scientia mediocris, licet non ſit eminẽs ſufficit in ſcholari doctorando.*

23 *Examinatus, etſi repertus fuerit parũ doctus, ſi eſt ſpes, quod poſſit proficere debet doctorari, quod ampliatur, etiã in eo, qui debito tempore non ſtuduit, & num.*24.

25 *Doctor ignarus quod non gaudeat priuilegijs Doctorum, procedit in penitus ignaro, ſecus mediocris, vel ſufficiẽtis ſcientiæ.*

26 *Doctores fiunt docti ex ſtudio poſt doctoratũ, prout teſtatur de ſe* Bart. *et in qualẽ locũ ipſe poſt doctoratũ ſeceſſit, vbi longo tempore ſtuduit, nu.* 27. *nec gradus doctoratus de per ſe doctos facit, ſed doctos teſtatur, num.* 28.

29 *Iura, quæ maiores ſolẽnitates in ſcholari doctorãdo exigere videntur, quomodo procedant.*

30 *Poſſeſſio immemorabilis, titulum, & ſpeciale priuilegium probat.*

31 *Cauti aduocati allegant titulum, eumq; probant ex poſſeſſione. ſed nõ exhibẽt, & quando non eſt neceſſaria hæc cautela, num.* 33. *&* 35.

32 *Titulus, etſi vitioſus non nocet, ſi non conſtat ex producentis confeſſione titulum dediſſe cauſam poſſeſſioni immemoriali, & quomodo procedat, num.* 34.

35 *Titulus coloratus cum bona fide, præſcriptionem ſpatio* 40. *annorum complet, ſed ſine titulo, tempus immemoriale requiritur.*

36 *Diſpenſatio, caſus particulares non reſpicit, cum refertur ad negotium vniuerſale, ideò quandoque pro iure, ſcilicet vniuerſali ponitur, & conceſſa cauſę, non perſona, generaliter intelligitur, num.* 38.

37 *Diſpenſatio verè non dicitur, cum ius commune non læditur, ſed potius fit ad illud regreſſus.*

39 *Doctorandi admitti debent ad doctoratus inſigna ſub certa forma.*

40 *Examinatio illi remittitur in graduãdo, qui euidentis doctrinæ notitiam præbet, proinde hodie poſtremæ partis lectionis recitatio doctoribus remitti ſolet.*

41 *Obſeruantia doctorandi, qua hodie vtitur Collegium Neapolitanum inducta eſt ex ſecundo priuilegio Reginæ Ioannæ.*

42 *Conſuetudo interpretatiua priuilegij vt inducatur, ſufficit tempus* 10. *vel* 20. *annorum, etiam in rebus grauibus, vbi aliàs immemoriale tempus requireretur.*

43 *Poſſeſſio longa ampliat titulum, vt iuxtà poſſeſſa videatur conceſſus, etiam ſi priuilegium de per ſe non ſufficeret, quod ampliatur etiam in iuriſdictionis cõceſſione, ſicuti merum Imperiũ, aliàs non expreſſum, quod ſpecialem mentionem requirit, comprehenſum cenſetur, & num.*44.

45 *Patientia, & tolerantia Principis inducit conſuetudinem, et priuilegium, etiam ſi eſſet contra ius; ampliatur etiam ſufficere præſentiam Officialiũ ipſius, nam ſcientia Officialis eſt ſciẽtia Principis in præſcriptione, n.*46. *et* 48.

47 Conſtitutio Regni, Conſuetudinẽ *requirens Regis præſentiam, procedit in caſu particulari, quando agitur de præſcribendo feudum.*

49 *Priuilegium incipiens ex poſt facto, eſſe damnoſum, abrogandum, vel limitandum eſt ex reg.* capit. ſuggeſtum, de decim. *ſed ſi contingat ex eo, quod fraus in adminiſtratione*

tione interfuit, non poteſt regula prædicta applicari, & num.52.

50 *Forma graduandi nulla melior, nec magis ſtricta, illa, qua Neapol. vtitur, nec etiam in Hiſpania melior.*

51 *Baccalaurei, qui examini vnius lectionis ſubijciuntur, graduati cenſentur in Hiſpania, ſicut licentiati, magiſtri, & Doctores, & maiores ibi dicũtur quã licentiatus, qui non eſt gradus, ſed facultas ad doctoratus apicem.*

53 *Reuocatio, vel limitatio priuilegij à Rege conceſſi, ad Regẽ ſpectat, nõ ad Proregem, etiam ſi reuocatio fieret ex cauſa abuſus.*

54 *Priuilegium conceſſum ex pacto, etiam aliquo dato, vel recepto, non poteſt per Principem reuocari, & num. 56. quod ampliatur, etiam in iure quæſito ex præſcriptione, & nu. 57. & quod nec etiã ius quæſitum, & dominiũ de poteſtate abſoluta aufert, num. 58*

59 *Regi aſſerenti, adeſſe cauſam reuocationis priuilegij, in qua, vrgentiſſima cauſa requiritur, non creditur, ſed debet probari, ne tertio præiudicetur; ad limitationem* clem. 1. de probat.

60 *Lex generalis debet eſſe ob bonum publicum, non quod in effectu ſit in damnum ſingularis perſonæ, quo caſu ab ea appellantur eiuſque effectus ſuſpenditur.*

61 *De forma graduandi, & rigoroſo examine conſueto in almo Neapolitano Collegio.*

62 *Doctores, et aduocati præſertim Neap. toga induebantur.*

63 *Togæ inſignia ordinis, & veſtis aduocatorum, num. 67.*

64 *Aduocati Togati dicuntur.*

65 *Honoraria aduocatorum, ſubſtantiuo nomine appellantur patrocinia.*

66 *Togatus, ordo aduocatorum dicitur.*

68 *Togæ vſus interdictus Aduocatis, & Doctoribus in Regno.*

69 *Officiales Regij Doctores, iuſſi ſunt Regio edicto, Togam geſtare, & num. 71.*

70 *Inſignia conſularia, proconſularia, militaria.*

72 *Studium Neapolitanum priuilegijs decoratur pluribus à Regibus Regni.*

73 *Scholaribus Neapolitanis fuit conceſſum priuilegium fori, etiã in propria patria:*

74 *Studium nullum in Regno, niſi Neap. & Salerni.*

ARGVMENTVM.

Poſſidens tempore litis motæ, in poſſeſſione etiã iurium regalium conſeruari debet. Forma, qua in Collegio Neapolitano graduantur ſcholares; vtrum à forma tradita iure communi diſcrepet. Diſpenſatio, quando generalis, quando autem particularis conceſſa dicatur. Reuocatio, ſiuè reſtrictio priuilegij à Rege conceſſi, ad quem pertineat.

Pro Domino Principe Abellinatum Camillo Caracciolo M. Cãcellario, Aequite aurei Velleris, & Magno armorum Capitaneo.

Et defenſione formæ graduandi, conſuetæ in almo Neapolitano Collegio.

CONTROVERSIA LI.

Dominus Princeps Abellinatum, qui ex Regis contractu, ex titulo valdè oneroſo regit Officium Magni Regni Cancellarij, iuſtiſſimè petit conſeruari

in poſſeſſione creandi Doctores ſub antiquiſſima forma, vltrà ducentos annos, vniformiter ſeruari conſueta, iuri communi conformi, Reginali antiquiſſimo priuilegio ſubnixa, ac Regijs modernis Pragmaticis comprobata.

Nec interim, pendente futura lite, fortè per Fiſcum mouenda, non adhuc propoſita, qui pro vero Regis ſeruitio, & eius debito, officij dignitatem, & prærogatiuas tueri deberet, eſt commodo ſuæ poſſeſſionis priuandus.

Sub prætextu primi priuilegij Reginæ Ioannæ conceſſi ad poſtulationem Collegij, & defectus ſecundi, primum abrogantis, quod contendit Fiſcus eſſe ſimplicem diſpoſitionem, quæ caſus tãtùm particulares reſpicere ſolet, non autem nouam formam tribuere.

Nec etiam, & tertiò, ſub colore, quod priuilegiũ ex cauſa publicæ vtilitatis ſit reformandum, vel limitandũ, velut ex poſt facto cœperit Rempublicam lædere. Hæc enim quicquam Principi obſtare, mox patebit, ſi prius pandamus, iudicem, cui quouis modo conſtet, aliquem eſſe in poſſeſſione alicuius rei, vel iuris, debere illum, qui tempore motæ litis poſſidebat, conſeruare, ac prohibere, & interdicere ei vim ſuper ea poſſeſſione inferri, aut aliter turbari, vnde interdicta poſſeſſo-
1 ria prodita ſunt, quaſi interim dicta, vel ab interdicendo, vt explicat *Couarr. cap. 17. pract. per totum*, ſunt iura aperta *in cap. 1. & 2. vt lite pend. clement. 2.* vbi *Zabar. eodem tit.* etiam ſi poſſidenti ius commune reſiſtat, quinimò etiãſi valde vehemens iuris communis præ-
2 ſumptio, quæ publicæ authoritati fauere, ac patrocinari videretur, poſſidẽti aduerſaretur, *cap. cum veniſſent*, vbi *Innoc. in princip. Panorm. num. 8. de inſtit.* cui non refragatur *tex. in cap. cũ perſonæ, de priuileg. in 6.* qui loquitur
3 in eo, cui ius reſiſtit, nec docet in prõptu de poſſeſſione, vt explicat *D. Capyc. deciſ. 189. à num. 3. verſ. ſed fortè, cum ſequent.* cum quo in effectu conuenit *Couarr. d. cap. 17. num. 6. verſ. vndecimo, & verſ. tertio, & quarto*, & ſic aliud eſt cùm de poſſeſſione conſtat, & titulus, ſaltim præſumptus, aut coloratus allegatur, vt firmat de communi *Me-*
4 *noch. in vltimo remed. retin. num. 21. et 24.* & ex noſtris *D. de Franch. dec. 210. num. 4. Lanar. conſ. 27. num. 8. &* optimè *Reg. de Ponte conſ. 97. num. 19. cum ſequent.* & præſertim *num. 26.* poſt eundem *D. Capyc. deciſ. 13. 55. 77. 96. 189. & 209.*

Et maximè concurrente poſſeſſione
5 ſic antiqua, & inueterata, quæ efficit, vt poſſeſſio, alioquin iniuſta, efficiatur iuſta, *Innoc. in cap. 2. de in integr. reſtitut.* ex antiquitate enim iuſtificatur poſſeſſio contra ius, & præſumitur habere iuſtitiam permanentem, vt ex *Cyno, & Bald.* tradit *Afflict. deciſ. 277. num. 6. Roland. Pariſ. & Socin. iun. citati à Maſcard. cõcluſ. 1377. incip. titulum, n. 20.* & proinde poſſeſſor cõmodo ſuæ poſſeſſionis non eſt priuandus, pendente lite mota, & fortiùs futura lite per Fiſcum mouenda, nec per fiſci negationẽ dimittere debet poſſeſſor ſuo iure vti, ſed ſufficit ad finẽ manutenẽdi, allegare priuilegiũ tale quale, vt hæc omnia in terminis tradit *Regens Lanar.* viden-
6 dus *in conſ. 14. à num. 7. ad 10.* pro hac Ciuitate reſpondens, pro qua ita fuit iudicatum; eſtq; adeò potens antiquæ poſſeſſionis vis, vt ſi Abbas prætendat poſſidere iura Epiſcopalia, vel quiſpiã contendat ſe habere iuriſdictionem intra fines territorij Baronis, vel Prin-
7 cipis, quo caſu agẽti contra dominum, omninò incumbit tituli probatio, vt ex *Fabro, & alijs* receptũ tradit *D. Capyc. deciſ. 209. num. 4. & 5.* tamen id fallit, ſi diù is pacificè poſſederit, vt de cõm. ſentent. ex *eod. Capyc. Rebuff. et Menoch.* tradit *Maſcard. concluſ. 1196. num. 45.* iuncto *num. 51. verſic. eadem eſt intelligenda:* ſufficit enim tempus, cuius initij non extat memoria in contrarium, ad iuſtificandum etiam titulum laici poſſidentis decimas ex rebus Eccleſiaſticis, & in alijs quibuſcunque à iure vetitis, de quibus *in cap. ad decimas, de reſtit.*

reſtit.ſpoliat.in 6.vt ex Bart.Bald.Alexand. Felin.Balbo,Verallo,& alijs probat idem Maſcard.d.concluſ.1377. nu. 108.& 110.in cip.titulum.

Sicut enim in annuis pręſtationibus
9 datur quidam ſtatus rei, in quo poſſeſſor manureneri debet, de quo per Afflict. deciſ.395. ita quoque in officijs, & alijs iuriſdictionalibus, quæ in rem ſunt,& iura realia, vt per Angel. conſil. 117.col.1.& in iuribus homagij, vaſſallagij, & cæteris omnibus incorporalibus, latiſſimè diſcurrit Peregr. de fideicommiſſ.art.46.num.16. qui ſtatus nudus rei attenditur tempore litis motæ de facto,prout reperitur,& proinde nō requiritur vera,aut iuſta poſſeſſio, ſed ſufficit violenta,aut ſimplex detentatio deſtituta omni iuris adminiculo, nec quicunq;alius defectus obſtat,cū factū nudum,& non ius diſcutiatur in poſſeſſorio ſummario, vt ex Gloſſ. in c. in lit-
10 teris,de reſtit. ſpoliat. plura ad propoſitum tradit poſt Menoch. de retin. poſſeſſ.remed.vltim.n.18.Plotum, & alios Regens de Ponte deciſ.40. num.37. cum ſequēt. & adeò dicitur fauorabilis poſſeſſio iam quæſita, vt nec Princeps ſupremus ex poteſtate ordinaria poſſit tollere ius poſſeſſionis quæſitum,vt eſt optima deciſio Rotæ 99.part.1.in nouis, vbi ob id dicitur deciſum,Principem contrà poſſeſſorem non poſſe reſcribere,vt ſublato iure poſſeſſionis, de petitorio cognoſcatur.

11 Quod eò fortiùs erit admittendum in caſu præſenti, vbi plures tituli validiſſimi,ſcilicet Regis, & legis, qui diuerſis reſpectibus optimè inuicem ſe compatiuntur,non quidem pręſumpti, aut colorati, ſed veri, & validi,non allegantur ſolùm, ſed in promptu probātur, qui nedum aduerſantur iuri communi,ſed illi ſunt conformes.

Primò enim ex poſteriori priuilegio Reginæ Ioāne,in quo,motu proprio, ex certa ſcientia, & cum ſpeciali clauſula derogatoria non obſtante, &c. conceditur Ottino Caracciolo, tunc Magno Cācellario plenaria, & omnimoda Regia poteſtas in graduando, oſtenditur, primo, priuilegio ad poſtulationem Collegij conceſſo, fuiſſe derogatum, cui etiam per non vſum, vel cōtrarium venientium vſum,ſciente,& patiente Regina,derogari poterat.

Secundò,ex vſu vero, & conſuetudine, nedum centum annorum,quo tēporis ſpatio inducitur centenaria, ſiuè etiam immemorialis præſcriptio, ſed vltrà ducentos annos eſt præſcripta, & inducta hæc forma vniformis, quæ hodie eſt in vſu ſeruata,pręſētibus Regibus,poſt Reginam Ioannam,& deinde ſucceſſiuè videntibus Proregibus, ob Regum à regno abſentiam, & ſummis Magiſtratibus, qui ſemper Collegio præfuerunt; quæ à iure communi non diſcrepat:iure ſiquidem communi in ſcholari doctorando meta temporis ſtudij quatuor annorum iure antiquo
12 exigebatur, §. his igitur,in proœm.ff. poſtea verò ob adiūctum Codicē,tempus quinquēnij fuit ſtatutum,quo hæc ſcientia finem habere deſignatur, vt in §.ſed quia, verſ.quibus ſi bene,in eodem proœm.ff.vbi Gloſſ. & Cagnol. notat n. 226.Menoch.de arbitr.lib.2. centur.1. caſu 5.num.10.in tali enim tempore ius præſumit,nihil legitimę iuris ſcientiæ deeſſe, vt notat in ſpecie Zabar.in clem.fin. num. 14. de magiſtr. de iure
13 verò Regni ex Pragm.ann. 59,ſtatutū erat tempus triennij in pragm. 3. de ſcholar.doctorād.quod poſtea ex Prag. 9.ann.87. eſt redactū ad tempus quinquennij de iure communi, ætas autem
14 ſufficiebat annorum 17. l.1. §. pueritiam,vbi Bart.& alij.ff.de poſtulando, quod ex pragmaticis fuit auctum vſq; annum 21. vt in Rubr. de ſchol. doct. quo tempore ſcilicet in 21. ann.ætatis ſuæ Bart. refert, ſe ad doctoratus apicē aſcendiſſe in l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. refert Felin.in rubr. ext. de magiſtr.

Reliquæ autem ſolemnitates conſiſtunt in duplici examine, primo ſcilicet priuato à doctoribus, qui habent
15 præſentare, & approbare doctorandū

cum iuramẽto , alterum in ſecũdo exa-
mine , vbi à Collegio non minus ſeptẽ
Doctorum, examinari debet, & appro-
bari, vt docent *Bart. Platea*, & alij *in l.*
medicos , *& l. ſi quis C. de profeſſor. &*
medic. l. 10. vbi *Bart.* addit, niſi ex pri-
uilegio, vt eſt Peruſij, vbi ſufficiũt qua-
tuor Doctores in graduando, cum hic
Neapoli ſint quatuordecim ſenes gra-
ues , vltrà ſex ſupernumerarios , hinc
Archid. in c. de quibuſdam 37. *diſtinct.*
16 *nu.* 5. dixit non ſufficere illis, qui pro-
mouentur ad conuentum, vnicam exa-
minationem , niſi triplici corona victo-
riæ coronentur .
17 Primò enim coronari videntur in
priuata examinatione. Secundò in
publica. Tertiò in licentia, quæ eis cõ-
ceditur legendi , & libri delatione, ar-
gumento *leg.* 1. *C. de athletis, lib.* 10. &
reddit rationem , nã licet quis ſe bene
18 habeat in priuato examine, hoc non
ſequitur de alio ſubſequenti, quia illud
potuit eſſe ex fortuna, argumẽto *l. om-*
nes, C. de præſcript 30. *annorum*, ſequi-
tur remiſſiuè *Bald. in* §. *incipite, nu.* 17.
in proœm. ff. & ante ipſum *Nicol. de*
Neapol. in l. 1. *C. de athletis, l.* 10. & ſex
requiſita in graduãdo aliquem ad api-
cem doctoratus, notat *Panorm. in cap.*
propoſuiſti, nu. 14. *de probat. Io. Anan.*
19 *in rub. extr. de magiſtris, in fin.* ſequi-
tur ex noſtris *Maranta conſ.* 25. *n.* 34.
& decem notant *Anchar. in clem. vlti-*
ma, vbi Cardinal. Zabar. num. 14. *&*
Imol. num. 8. *de Magiſtr.* quæ tamen
reducuntur ad minus ſex. Primò ſcili-
cet ætas 17. annorum; ſecundò ſtudiũ
annorũ quinque: tertiò, quod audiue-
rit in ſtudijs approbatis : quartò boni
mores ; quintò dicendi facundia: ſextò
interpretandi ſubtilitas: ſeptimò quod
ſit examinatus , niſi notitia euidentis
ſcientiæ doctorandi aliud ſuadeat :
octauò quod ſaltim ſint ſeptem Do-
ctores examinantes : nonò quod hoc
examinantes confirment iureiurando ,
quod dicit *Dec. in d. cap. propoſuiſti* ,
nu. 16. de conſuetudine generali Col-
legiorum Italię non ſeruari : decimò
quod ſit legitimè natus , quod etiam
ſeruari dicit idem *Zabar. in d. clem.* 2.
num. 14. *in fine* refert *Afflict. in con-*
ſtitut. conſtitutione præſenti, num. 3. *de*
noua militia, quod tamen Neapol. ſer-
uatur, vt eſt de iure commun. quæ re-
quiſita, ad quinq; optimè reduxit *Pla-*
tea in d. l. magiſtros, qui in ſpecie loqui-
tur per verba, quibus vſa fuit Sereniſs.
Regina Ioãna in noſtro poſteriori pri-
20 uilegio ibi , *& hinc ſumitur forma di-*
ſcuſſionis idoneitatis ſcholarium licen-
tiandorum, & conuentuandorum , quia
ante hanc approbationem requiritur
examinatio facta in priuato examine
per Doctores præſentare volentes ; ſe-
cundò ipſorum præſentatio cum iura-
mento ; tertiò Doctorum examinatio ,
& ipſorũ approbatio, vel reprobatio ,
qui ſint ſeptem , niſi ex priuilegio ſuffi-
ciãt pauciores, vt Peruſij; quartò ſupe-
rioris, ſiuè Cãcellarij licentia , quintò,
quod tradantur inſignia doctoratus ,
quæ ſunt quinq; vſitata verbis forma-
libus, à *Platea* traditis in noſtro Neap.
Collegio; poſt *Gloſſ. & Zabar. num.* 17.
in d. clement. 2. *de magiſtr. & Bald. in*
proœm. decret. in verb. Gregorius, num.
24. *& ſequent. Maſcard. concluſ.* 528.
nu. 15. & ſubdit idem *Platea in l. ſi quis*
21 *in archiatr. num.* 3. *eodem tit.* præſumi
idoneum ſcholarem, qui à ſeptem Do-
ctoribus fuit approbatus ex doctr. *And.*
de Barulo, & addit idem *Platea in eadẽ*
l. medicus, num. 2. Doctores, qui exami-
ni præſunt, imperitum approbãtes, in-
currere pœnam priuationis dignitatis,
aduertit tamen, quod non propterea
eſt nimirum rigida , & rigoroſa exami-
natio exigenda à ſcholari doctorando ,
ſed ſufficit conueniens , & mediocris
ſcientia, licet non ſit eminẽs *l. ſciendũ,*
§. *illud, ff. de ędil. edict. c. nobis olim* ,
22 *verſ. illius, quoque, de election.* & ob id
dixit *Innocent. in cap. cum in cunctis, in*
princip. de election. quod quamuis exi-
23 gatur , vt examinatus repertus fuerit
peritus, tamen, etſi parum doctus fue-
rit repertus, ſi ſpes ſit quod poſſit pro-
ficere, debet doctorari, refert *Alexand.*

ad

ad Bart. in d.l.medicos, in prima addit. & comprobat *Felin.in rub.de magiſtr.* vbi ampliat etiam in eo, qui debito tẽpore non ſtuduit, ſi tamen eſt ſpes, ratione ingenij, quod continuando ſtudium debeat proficere, licitè graduati valeat, commendans author. *Io.Andr.*
24 *clement. 6.* qui iuuenem bonæ ſpei ad Epiſcopatum promouit, & addit *Felin. in fin.d.rub.* quod licet Doctor ignarus non gaudeat priuilegijs DD. id tamen reſtringit procedere in penitus ignaro,
25 ſecus in Doctore mediocris, vel ſufficientis ſcientiæ. Nec mirum, quia à
26 communiter accidentibus Doctores fiunt docti ex ſtudio poſt doctoratum, vt *Bart.* de ſe teſtanti contigiſſe, refert *Cagnol.in d.§. hac autem tria, nu.*242. *in proęm.ff.* vbi monet graduandos, vt *Bart.* imitentur, qui poſt doctoratum in amœnum ſeceſſit locum, vbi longo tempore vacauit ſtudio, & ob id initio mundi hoc fuit malum, vt pauci dignè attigerint doctoratus dignitatem, vt ex *Cyno, & Bart.in l. omnes populi ,ff.de iuſtit.& iure*, refert *Panorm.in cap.propoſuiſti, num.*14.*in fin. de probation.* &
27 quod pauciſſimi merito graduantur, ex eod. *Bart. in prima conſtit.ff.* refert ex noſtris *Maranta conſ.*25. *num.*33. *Cagnol.in princ. proęm. ff.num.*84.nec tamen ex hoc Princeps abſtinere debet ab huius honoris delatione, quod aliqui minus dignè ad doctoratũ aſcẽdant, vt innuit *Panorm. in cap.cum Eccleſia, in fin.de immunit.Eccleſ.* nõ enim
28 gradus de per ſe doctos facit, ſed teſtatur doctos, & honore dato, ad magis ſtudẽdum incitat, & viam ſtruit *Rebuff. ad §.præfatiq; ordinarij, ad verſ. graduatis, de collation. in concord. Boniſ.in clem.vnica* per illum *text.not.*3. *de exceſſ.prælat. Petr.Gregor.de republ.lib.*18.
29 *cap.*9.*num.*9.*in fin.* iura autem, quæ fortè videntur plutes exigere ſolemnitates, non loqui in ſcholari doctorando, ſed in ijs, qui poſt doctoratum ſunt ad ordinariam lecturam in aliqua Vniuerſitate, ſeù generali ſtudio aſſumendi, benè declarat *Lucas à Penna in l. magiſtros, col.* 2.*verſ.vel dic, quod hæc , C.de profeſſ.& medic.lib.*10. *& in l.*1. *col.*8.*in ver.patefecerint, C. de profeſſor. qui in vrbe Conſtant.lib.*12.

Secundò forma hæc antiquiſſima graduãdi in almo noſtro Collegio ſeruari conſueta, nedum eſt iuri communi cõformis, quia imò in multis arctior, & ſtrictior, & benè congruit, & adaptatur ad priuilegium poſterius Reginę Ioannæ.

Hoc enim priuilegium Magnus Cãcellarius non præſentauit, nec illo vtitur, vt fundet titulum, ſed allegauit extraiudicialiter, tanquam notorium, vt oſtendat, priori priuilegio fuiſſe derogatum per ſecundum, & ſic non poſſe tractari poſt ducentos annos, quo primum fuit reuocatum de obſeruantia primi; quò verò ad formam graduandi allegat titulum, ſiuè priuilegium particulare, & probat illud ex poſſeſſione immemorabili, & ſic non innititur prę ſcriptioni, ſed dicit habere de hoc ſpeciale priuilegium, quod ex immemoriali poſſeſſione in promptu producta, probatur, iuxtà not. *in Conſtit.dignum,* & per *Aret.conſ.*15.*num.*10.*et* 11.*Dec.*
30 *conſ.*496. *Ruin.conſ.*103.*nu.*8. *lib.*5. *& ex Bart. Felyn. Alexand.et alijs,* benè probat *Dom.meus de Curte in* 1. *part. diuerſ.feud.cap.*16.*num.*138. *et* 143.

Non enim adeò incautè fuit actum per
31 aduocatos Principis, vt ſpreta fuerit cautela DD. relata per *Camer.in cap. Imperialem, cart.*8.*col.*1.*littera C.* relata per *D.de Curt.d.cap.*16.*num.*130.*et cap.*17. *num.*12. quod cauti aduocati allegant titulum, eumque probant ex poſſeſſione, ſed non exhibent, vt latiùs tradit *Molina de primogen.lib.*2.*cap.*6. *num.*75. ſemper enim quod non conſtat ex producentis cõfeſſiõne, titulum ipſum dediſſe cauſam poſſeſſioni immemoriali, titulus, etſi vitioſus nõ no-
32 cet, vt benè probat, & deciſum teſtatur *Cancer.variar.reſolut.part.* 3. *c.item* 3. *de priuileg.num.*127.

Verùm hæc cautela non eſt neceſſaria in præſenti caſu, vt poſſent aduocati

Magni

Magni Cancellarij, ſi vellent iudicialiter præſentare hoc poſterius priuilegium Ioannæ Secundæ illiq; inniti; ſiquidem illa cautela eſt adinuenta, cum clarè, & manifeſtè conſtat, titulum vitioſum, ac reprobatum dediſſe cauſam præſcriptioni immemorali, originem, atque initium; nec ſolemnitatem aliam legitimam interueniſſe, ex quo is defectus ſuppleri poſſit, prout ſi pars producẽs illud confiteatur, vel ex ipſo inſtrumento appareat euidenter, quod ea ſolemnitas non interuenit, quod ſi id hoc modo non appareat, ſed potuit id, quod deeſt, etiam extrà priuilegium interuenire, quamuis in ipſa ſcriptura id non appareat ex immemoriali præſcriptione, quod deeſt, præſumendum
33 eſſet, interueniſſe, quaſi præſumatur ex temporis antiquitate plus autem, quàm ſcriptum, vt poſt *Anchar. conſ.* 136. ex multis probat *Tiraquell. de præſcrip. verſ.* 39. & optimè *Molina de primogen. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 73. & 74. vbi aduertit, ita eſſe intelligendum *cõſ. Caſtr.* 81. *num.* 7. *lib.* 2. quod ſemper ſolet eſſe in ore aduocatorum, vt tunc dicatur titulus defectiuus, quãdo ex lectura ipſi⁹ tituli conſtat, nõ potuiſſe ex alio titulo, vel inſtrumento ſuppleri, vnde cũ priuilegium, de quo agitur, ſit validiſſimũ in ſubſtantia, & ſolemnitate, nec ſit cõtrarium formæ graduandi, quam vſus ſubſeqẽs approbauit, quinimò ei verba priuilegij, vel conueniant, vt infrà probabitur, vel ſaltim non repugnent, iure optimo poſſumus priuilegio inniti, & eo iuuari.

34 Præterea, & ſecundò procedit cautela in titulo prorſus nullo ex ſui facie, & vitioſo, cui ſubſequens poſſeſſio non congruit, nec adaptari poteſt; ſecus tamen ſi titulus non ſit euidenter nullus, quia ſcilicet ſit aliquo reſpectu inualidus, & inefficax, dedit tamen ſucceſſoribus impetrantis iuſtam cauſam præſcribendi ex bona fide, cum titulo colorato, & ſic cum priuilegio, licet inualido, ſufficiunt 40. anni, ſed ſine titulo requiritur tẽpus immemoriale, vt plenè declarat *Balbus de præſcript. in* 1.
35 *part.* 5. *partis princip. num.* 4. *verſ. ſed opportunè, Decian. cõſ.* 24. *nu.* 118. *lib.* 1. & ſic eò fortiùs hic, vbi adeſt tempus ſufficiens ad inducendas plures immemoriales, faciunt optimè dicta per *Cãcer. d. cap.* 3. *nu.* 224. *de priuileg. part.* 3. *variar. reſolut.*

Ex quo ceſſat omninò obiectum, quod in hoc ſecundo priuilegio Reginæ Ioannæ ſit permiſſum tantùm Cancellario diſpenſare, non autem per viã generalis regulæ, nouam formam inducere, cum ex diſpenſatione, quæ particulares caſus reſpicere ſolet, non debuerit licuiſſe generaliter, idem quoad omnes ſtatuere.

Primò enim reſpõderi poteſt, quod tametſi eſſet ſimplex facultas diſpenſandi in caſibus particularibus, vt Fiſcus aſſerit (quod planè negamus) attamen nihil prohibet, quia aliundè potuiſſet legitimè induci hæc forma vniuerſalis graduandi, quæ prohibetur ex immemoriali poſſeſſione.

Secũdò dicimus, verba huius ſecũdi priuilegij, quibus plenaria, & omnimoda conceditur poteſtas cum ampliſſimis clauſulis, nullo modo hanc admittere reſtrictionem, vt cum aliquibus dumtaxat fuerit permiſſum diſpenſare, ſed generaliter, & indefinitè cum conuentuandis, & ſic graduãdis, & ſic omnibus, vt eſt de natura, indefinitè, quæ vniuerſali æquipollet: diſpenſatio. n.
36 non reſpicit caſus particulares, cum ad negotiũ vniuerſale, quod plurimos tangit, refertur *cap.* 2. *de torneam. cum gloſſ. in ver. diſpenſatione,* ex quo infert *Specul. de diſpẽſat.* §. 1. *in fin.* quod quãdoque diſpenſatio ponitur pro iure, ſcilicet vniuerſali, vt puta quando eſt debita, vt hic, & idem *in* §. *genera, eod. tit.* & diſpenſatus in aliqua re in genere, nemo dubitat quin poſſit quibuſcũque partibus, ſeù ſpeciebus eiuſdem generis vti, vt tradit *Molina de primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 27. nec dicitur iſta verè diſpenſatio, cum ius commune nõ vulneratur, ſed potius ſit ad illud regreſſus

greſſus, vt colligitur ex not. à *Crauett. 4.part. de antiquit.tempor. num. 79.* &
37 quod ſit generalis, colligitur ex cauſa diſponendi, ibi, *quod dictæ ſolemnitates, à conuentuandis obſeruari non poſſunt*, quæ fortiùs comprehendit doctiores, quos conſtat ex hoc eſſe timidiores, colligitur & ex perſonis, ibi, *cum conuentuandis, ſeù conuentu*, & ſic generaliter cum omnibus, & ex fine, ibi, *vt idonei aliàs, &c.* & ibi *ſi aliàs dignus, vel idoneus, &c.* ex quo in conſequentiam neceſſariò videtur ex tūc iniunctū Cā-cellario, quandam congruentem formam experientiæ doctrinæ adinuenire, quæ mediocris intelligentiæ, & doctioribus, qui maiori faſtigio, dicendi copiam, & ingenij acumen oſtendere non prohibentur, conueniret, hoc enim tātū videtur Reginā iniunxiſſe, & ſpectaſſe, nec aliud, ꝙ aliàs graduādus dignus arbitrio Cancellarij reperirietur.

Vnde cum hæc diſpenſatio ſit conceſſa cauſæ, non perſonæ, generaliter
38 debet intelligi, iuxtà doctrin. *Oldrad. conſ. 117. poſt num. 3.* loquente de priuilegio conceſſo cauſa ſtudij, idque colligitur ex cauſa, ex perſonis, & fine.

Primò enim cauſa fuit generalis ibi, *quod prædicta ſolemnitates à conuentuandis obſeruari non poſſunt, nec eſt cōſonum rationi, vt qui idonei aliàs ad doctoratum exiſtant, propter dictas ſolemnitates non ſeruatas, ſuo honore, & dignitate priuari*, cauſa hæc enim comprehendit non minus doctiores, quàm alios mediocris ſcientiæ, qui, vt experientia docet, quātò ſunt doctiores, eò timidiores.

Secundò ex perſonis: in procemio enim Regina videtur omnes includere velle, dum ait, *vt eius innata clementia omnibus innoteſcat*, & deinde generaliter, & indefinitè, *ſuper defectibus ſubditorum, & aliarum quarumcunque perſonarum*, & ibi *à conuentuandis, obſeruari, &c. et cū prædictis cōuētuandis, ſeù conuentu* includendo ſimul graduādos, & Collegium ipſum, & deinde, *& prædict. ſolemnitates, &c.*

Tertiò ex fine, dum inſinuat Regina ſe nil aliud prætendere, niſi, vt tā Cancellarius, quàm Collegiū operam darent, *vt idonei aliàs ad doctoratum exiſtant*, & ibi *ſi aliàs dignus, vel idoneus reperitur, ac per priorē, &c. et in quibus ſcilicet graduādis, omnimodam poteſtatem, etc. dicto noſtro priuilegio non obſtante, &c.* ex quo, cum totum remiſsū fuerit arbitrio Cancellarij; & Collegij, & eorum conſcientia onerata, ob id neceſſe fuit, ex tūc ab initio, vt impleretur cauſa finalis, & ſatisfieret menti Reginæ, nouam congruentem formam experientiæ doctrinę adinuenire, quæ mediocris intelligētiæ, & doctioribus, qui maiori faſtigio, dicendi copiam, & ingenij acumen, oſtendere non prohibentur, conueniret.

Nec fuiſſet Reipublicę expediens, quinimò ſatis abſurdum, Cācellarium, & Collegium cum aliquibus gratioſè diſpenſare, alijs verò id denegare, cum multò maior, & plenior anſa gratificandi, ex diuerſo modo, & forma graduandi, Reipublicæ ſatis pernicioſa inducta fuiſſet, & præſertim, cum de iure doctorandus debeat admitti ſub certa forma, vt docet in ſpecie *Zabar. in d. clement. vltim. poſt num. 14. verſic. dic tamen, de magiſtr.*

39 Et ex diſpenſatione, & remiſſione ſolemnitatum, cum minus habili, quod eſt inductum ad augendam dignitatem verſum fuiſſet ad honoris diminutionē, idque contra iuris rationem, quo contrarium eſt ſtatutum, vt examinatio in
40 graduando illi remittatur, cuius notitia euidentis ſcientiæ aliud induceret *Anchar. & Zabar. in d. clement. 2. de magiſtr. Felyn. in d. rub. de magiſtr. col. 2. verſ. erit autē facultas*, & ſic hodie poſtremæ partis lectionis recitatio, iuſta ratione doctioribus remitti ſolet, non alijs; & quod ita intelligi debeat hoc ſecundum priuilegium Reginæ, vt ex eo ſit inducta hæc obſeruantia, qua hodie vtimur, teſtes ſit nobis *Freccia in tit. de offic. magni Cancell.* qui dicit

hoc

Digitized by Google

41 hoc nouo iure nos vti in Regno circa
graduandos, facta mentione dicti pri-
uilegij, *& D. Rouitus in comment. ad*
Pragm. de ſcholar. doctor. poſt n. 4. ple-
niſſimè de hoc fidem faciens, ita vt cō-
trarium hodie defendere pro Fiſco tā-
tus vir, qui omnia, dum ſcripſit optimè
nouit, vt oculatiſſimus, non ſit admit-
tendus.

Tertiò eſto quod eſſet dubium, an
facultas diſpenſandi fuerit particulari-
ter quoad aliquos conceſſa, vt Fiſcus
contendit, vel generaliter quoad om-
nes, vt iuſtiſſimè nos ſupponimus, eſt
tamen interpretanda generalis ex ſe-
quuta ſemper vniformi obſeruantia,
quæ tanquam conſuetudo interpreta-
tiua ipſius priuilegij, etiā in rebus gra-
uibus, vbi aliàs tempus immemoriale
requiritur, ſufficit ad illam inducēdam,
etiam tempus breue decem, vel vigin-
42 ti annorum, latè *Decian.* omninò vidē-
dus *conſ.* 24 *num.* 107. *lib.* 1. & iterum
latiùs *conſ.* 124. *num.* 27. *& ſeq. lib.* 3.
Menoch. ex infinitis, de arbitr. lib. 2. *cē-*
tur. 1. *caſu* 83. *in fin.* & quod ſufficiat
decennium ad ampliādum priuilegiū,
vt cenſeatur conceſſum iuxtà poſſeſſa,
latè *Regens de Ponte conſ.* 30. *num.* 49.
& 50. & meliùs *Conſiliar. de Anna cōſ.*
129. *num.* 39. *& ſeq.* idem *de Ponte dec.*
5. *in fine*, & in materia *Morotius reſpōſ.*
14. *ex num.* 8. generaliter enim eſt, vt
longa poſſeſſio proſit ad interpretatio-
nem, & extenſionem priuilegij, iuuat
43 enim, & ampliat titulum, vt iuxtà poſ-
ſeſſa videatur conceſſus, etiam ſi priui-
uilegium de per ſe non ſufficeret *An-*
na ſen. allegat. 52. *num.* 7. *&* 120. *nu.* 6.
Menoch. conſ. 75. *nu.* 56. *lib.* 1. *de Frāch.*
deciſ. 56. *num.* 6. *&* 397. *num.* 12.
& vt ex poſſeſſione ſubſequenti cēſea-
44 tur in conceſſione iuriſdictionis, com-
prehenſum merum imperium, aliàs nō
expreſſum, & quod requirit ſpecialem
mentionem, latè *Guttierez lib.* 1. *pract.*
queſt. ciuil. c. 86. vbi plura. Et maximè
cum dicta obſeruantia fuerit ſequuta,
& tolerata ab ipſo initio, tempore eiuſ-
dem Reginæ, & incōcuſsè ſemper vni-
formiter ſeruata, præſentibus Regibus
vſque ad annū circiter 1500. & deinde
in antea, præſentibus, & ſcientibus Vi-
ceregibus, & alijs ſupremis magiſtrati-
bus, qui interfuerunt ſemper in Colle-
gio, quæ tolerantia, & patientia Prin-
cipis induxit conſuetudinem, & priui-
45 legium, etiāſi eſſet contra ius *Bald. in*
proœm. ff. § *hæc autem tria*, *Crauett. de*
antiquit. tempor. part. 4. *nu.* 8. *verſ. addo*
aliam, optimè *Decian. d. cōſ.* 124. *n.* 16.
& ſeq. lib. 3. & ſufficere pra ſentiam ſo-
lùm officialium Principis, quinimò ex
hoc cenſeri magis deliberatum conſē-
ſum Principis, tradit latè *Decian. d. lo-*
co, num. 19. *&* 20. *Cancer. in* 3. *part. va-*
riar. reſolut. cap. 19. *num.* 74 *ſub tit. de*
46 *inuoc. bracchio*, quia ſcientia officialiū,
eſt ſcientia Principis in præſcriptione,
Surd. latè dec. 4. *num.* 6. & quod dicitur
quod præſentia Regis ſit neceſſaria
in Regno per *Conſtit. Regni Conſuetu-*
47 *dinem*, illud procedit tantū in caſu par-
ticulari, quādo agitur de præſcribendo
feudum ipſum, in terminis §. *ſi quis per*
30. vt loquitur *Anna ſingul.* 194. & de-
clarat *Domin. meus de Curte in* 1. *part.*
cap. 16. *num.* 134. ea ratione, quia, cum
Prorex non poſſit de nouo inueſtire,
nec minus poteſt ab ipſo pretendi pre-
ſumpta inueſtitura, vt declarat *Idem d.*
cap. num. 143. ſecus autem in cæteris
48 iuriſdictionalibus, vbi ſufficit ſcientia
magiſtratuum, vt etiam de iure com-
mune hoc diſcrimen conſiderat *Cra-*
uetta videndus *conſ.* 251. *num.* 1.
49 Ad tertium motiuū Fiſci, quod pri-
uilegium ſit abrogandum, vel limitan-
dum, cum incipiat eſſe damnoſum, ex
reg. cap. ſuggeſtum, de decimis, cum alijs
per *Surd. deciſ.* 236. *in fin.*

Primò dicitur, negando penitus fa-
ctum, nec ferendus eſt Fiſcus, qui for-
mam hanc graduandi vltrà ducentos
annos, vſu, & experientia comprobatā,
qua digni exiſtimati fuere, qui exami-
ni, ſub hac, qua hodie, vtimur, forma ſe
ſubiecerunt, nunc ex tempore præten-
dat eſſe damnoſam, & ſub qua tot legū
vertices prodiere, qui mundum ipſum
illu-

Google

50 illuſtrarunt. Et contrarium apparet in
promptu ex forma graduandi in Col-
legijs totius Italiæ, in quibus nulla me-
lior, nec arctior forma iſta, qua hic vti-
mur, nec etiam in Hiſpania melior eſt
forma, vt de Regno Caſtellæ eſt lex
expreſſa *9. tit. 3 t. partit. 2.* vbi *Gregor. et
Montalu.* ad quam ſe remittit *Dydac.
Perez lib. 1. tit. 10. lib. 5.* quinimò for-
51 tiùs in Hiſpania Baccalaurei, quos cõ-
ſtat leuiſſimo examini vnius lectionis
ſubijci, cenſentur ex hoc graduati, ſicut
licentiati, magiſtri, & Doctores, & ſic
poſsũt publicis cathedris pꝑfici, patro-
cinari, iudicare, & omnia quæ licentia-
tis, & Doctoribus conceduntur, vt latè
probat idem *Dydac. Perez lib. 4. titul. 4.
l. 20. ver. hinc quæri poteſt*, quinimò di-
cit ipſe, quod certo reſpectu maior di-
catur Baccalaureus, qui habet gradũ,
quàm licentiatus, qui non eſt gradus
in Hiſpania, ſed titulus, & facultas ad
apicem doctoratus *in l. 2. 1. Gloſſ. exce-
ptos, in fin. eod. tit.* vnde ſi graduati ſub
largiori forma in Italia, & Hiſpania om
nia poſſunt adminiſtrare, quæ hic Do-
ctores, non video quomodo hoc priui-
legium cœperit eſſe damnoſum, quod
apud omnes ferè gentes perçq; ſerua-
tur. Et ſi aliqua fraus eſt commiſſa, in-
qurendus, & puniendus eſt, qui officio
ſibi conceſſo abutitur, & hoc debet cõ-
ſtare, & procedi iuris otdine ſeruato,
qui caſus eſt diuerſus à terminis *cap.
52 ſuggeſtum, vt per Lanar. latè conſ. 5. nu.
13. & ſequent. Peguer. deciſ. crim. 36.
num.* 10.

Secundò, quando ageretur de re-
uocatione, aut limitatione priuilegij
Rex eſſet adeundus pro reuocatione
53 priuilegij à Rege conceſſi *Gloſſ. in cap.
decet, de regul. iur. in 6.* etiam ex cauſa
abuſus; id enim nõ fit ipſo iure, ſed abu
ſus eſt cauſa inducendi Regem ad re-
uocandũ, vbi id ei licet, ſeù decet Re-
gem, & quod ſit omninò Rex adeun-
dus, & conſulendus, non autem D. Pro-
rex, in ſpecie *Lanar. conſ. 14. num.* 10.

Tertiò non eſt locus reuocationi, vel
moderationi priuilegij, quando eſt cõ-
54 ceſsum ex pacto, etiam aliquo dato, vel
recepto, vt ex *Innocent. in c. quanto, de
cenſibus* probat *Lanar.* videndus *d. loco
num.* 11. vbi amplius ſubdit, de hoc eſ-
ſe tractandum in petitorio, ſed in poſ-
55 ſeſſorio, vbi nõ agitur, niſi an quis poſ-
ſideat, bonum videri debere, quod tot
annis retrò ſic viſum fuit, & Fiſco de-
bet cõſuli per cõparitionẽ in peritorio,
ita formaliter *Lanar. d. conſ. 5. num. 12.
13. & 14.* & ita fuit iudicatum in illa
cauſa, vbi aderat ſolùm poſſeſſio cir-
citer 50. annorum.

Et quod Princeps non reuocet pri-
56 uilegium ob ſeruitia, vel pretio cõceſ-
ſum, *Afflict. deciſ. 128. num. 10. & 282.
num. 7.* nec poſſit contrauenire contra-
ctui ſuo, vel prædeceſſorum etiam cum
ſubditis inito, nec etiam priuilegio in
vim pacto conceſſo, latiſſimè videndus
*Surd. conſ. 419. à num. 45. libr. 3. Moro-
tius*, qui videtur ſcribere in iſta cauſa
reſponſ. 45. à num. 9. imò nec aufert ius
quæſitum, etiam præſcriptione, quæ eſt
de iure ciuili, idem *Morot. reſponſ. 64.
57 num. 4. & reſponſ. 89. num. 13.* & quod
non tollat ius quæſitum, nec dominiũ,
etiam de poteſtate abſoluta, quam non
cõſiderari in Principe Chriſtiano, latè
58 *Caſtill. lib. 3. quotidian. 99. c. 6. & 28.*
& cum non poteſt Rex abſque vrgen-
tiſſima cauſa, non ſtatur eius aſſertioni
59 adeſſe cauſam, ne tertio præiudicetur,
ſed debet illa probari, & ſic limitatur
*clem. 1. de probat. Cãcer. latè, dict. 3. part.
c. 3. de priuileg. num. 61. & 75.* & quo-
ties conſtet de cauſa, debet reſarcire
damnum de proprio *Valaſc. cõſult. 22.
num. 25.* latiſs. *Cancer. d. cap. 3. num. 84.*

60 Nec poteſt etiam per viam legis ge-
neralis aliter facere, quæ in effectu ſit
in damnum ſingularis perſonæ, ſed de-
bet eſſe generalis ob bonum publicum
neceſſarium *Cancer. d. loco n. 94. et 95.*
alioquin ſi reſpiciat odium vnius, aut
ſingularium, poteſt ab ipſa lege appel-
lari, & ſuſpenditur eius effectus *Can-
cer. d. loco num. 97. Oſaſc. deciſ.* 17. ex
quibus omninò forma antiquitus ſer-
uari conſueta nullo pacto eſt mutanda,

nec

nec alteranda, & de forma conſerendi
61 doctoratus inſignia, & quod ter ſit ſa-
ciendum examen , modo examinis,&
inſignibus *Nicol. de Neapol.in l.vnica,
C.de athletis,lib.*10.& plura per eundẽ
in *l.Medicos , & l.magiſtros,C.de pro-
feſſor.& medic. eodem lib.* & quod in
Ciuitate noſtra exactiſſima fiat diligẽ-
tia in graduãdo Doctores,præuio exa-
mine rigoroſo,& tremendo *Moderniſ.
Muſcatell.in pecul. tract.de doctoratus
dignit.& author.part.1.num.35. cum
ſeq.& in praxi iudiciaria, lib.3. Gloſſ.
detinebatur,num.*131.& quadraginta
62 ab hinc annis Doctores,præſertim ad-
uocati togis induebantur , veluti inſi-
63 gnibus ordinis,vt apud *Paul.lib.5.ſen-
tent. tit.15.Cicero pro Sextio,ſe illis fa-
ſcibus, cæteriſque inſignibus ſummi ho-
noris,atque imperij eſſe ornatos, & in
Epiſt.ad Quintum fratrem , maioraque
præferant faſces illi,ac ſecures,dignita-
tis inſignia, quam poteſtatis , Liuius lib.
9.confeſtim inſignia ſua,faſces,lictores,
arma mittunt* , vnde togatos dicimus
64 eos,quos aduocatos , & patronos cau-
ſarum, eorum,qui in forenſibus nego-
tijs præmunientes litigatoribus ſuum
præbent patrocinium,quorum patroci-
nia ſubſtantiuo nomine dicũtur hono-
65 raria *l.2.§.proculdubio,C.de iudic.l.vlt.
C.de ſportul.& in tit.de aduocat.diuerſ.
66 iudic*. inde togatus ordo aduocatorũ ,
& togatorum profeſſionem habes apud
Caſſiod.epiſt.33.lib.3. & qui togati di-
cuntur *epiſtol. de confirm. C.Iuſtin.*ijdẽ
cauſarum patroni dicuntur *in epiſt. de
67 confirm. digeſt.* & toga pro veſte forẽ-
ſi aduocatorum,*l.ijſdem, C.de aduocat.
diuerſ.iudic.Briſſon. in verbo toga, de
68 verb.ſignif.lib.*18.hic tamẽ vſus togæ,
vt magis neceſſarius , vt ab alijs ſecer-
nerentur Regij officiales , ipſisq; debi-
tus honor ſeruaretur, fuit interdictus
omnibus doctoribus & aduocatis,vt ip-
69 ſi ſoli magiſtratus illum geſtarent , vt
ipſorum propria inſignia,*l.1.§. eaſum ,
ff.de poſtul.* vt de conſularibus , & pro-
70 conſularibus inſignibus habetur in *l.
2.in princ.ff.de his qui not.infamia, &
in l.1.ff.de offic. proconſ.* vt de militari-
bus habetur in *l.2.§.ſed ſi ita, ff.eodem
tit.de his qui not.infamia*,& ita hodie
nemo,præter Regios Miniſtros Docto-
71 res, toga vtitur ſub pœna indicta in
Pragmatica Regia anni 1596. 13. ho-
die 15.*ſub tit.de official.et quæ ijs pro-
hib.*

72 Et de ſtudio Neapolitano ſemper
fuit habita maxima cura apud priſcos
Reges,quippe Carolus Primus,& Ro-
bertus ampliſſimum fori priuilegium
conceſſit Doctoribus,& ſcholaribus,vt
apud proprium Iudicem,Rectorem, ſi-
uè Iuſtitiarium actiuè , & paſſiuè age-
73 rent,& conuenirentur , ampliando di-
ſpoſitionem *auth.habita, C.ne fil. pro
patre* , vt etiàm Neapolitani ſtudentes
in propria patria illo fruerentur, vt hęc
& alia leguntur conceſſa in fauorem
ſtudij generalis huius almæ Vrbis,licet
malè ſeruata,vt aduertit *Sebaſt.de Nea-
pol.in cap.Regni 268. incip.inter virtu-
tum dona ſub rubr.de priuil.Colleg.Nea
74 pol.ſtudij*,quod ſtudiũ nullibi fuit per-
miſſum in Regno, niſi ſolùm ſtudium
Neapolitanum,& Salerni, vbi ex priui-
legio ſpeciali ſolum in Medicina gra-
duari poſſunt ſcholares, vt in alio *cap.
eiuſdem Roberti* 269. incip.*grande fuit
ſub rubr.de reformatione ſtudij Neap.*

S V M M A R I V M.

1 *Doctoratus duplex examẽ requirit,pri-
uatum ſcilicet, et publicum,& publi-
cum ſupponit priuatum.*

2 *Conſuetudo doctorandi in Regno præ-
ſumi debet , iuſtè, ſanctè ac magna cũ
ratione introducta,et eo iuſtior,et sã-
ctior, quò antiquior, num.3.*

4 *Scientia non præſumitur , quia non
inſita à natura in homine, literatura
tamen coniecturis , præſumptionibus
probatur .*

5 *Graduati,præſertim ritè,et præcedenti-
bus iuris, et conſuetudinis requiſitis ,
præſumuntur periti, et legibus ver-
ſati .*

6 *Docto-*

6 *Doctorati in almo Neapol. Collegio ſufficientes ſunt, & de dicti Collegij, & ſtudij antiquitate, & dignitate.*

7 *Collegium Neapol. in doctorando ſtrictiſſima vtitur forma, facitque diſcrimen inter approbatos viua voce, & approbatos ſimpliciter, qui cenſentur reprobati, & num.*48.

8 *Scholares in almo Neap. Collegio poſt priuatum examẽ nonnulli monẽtur, vt ſtudeant, & ſecundùm examen publicum non admitti ſolent.*

9 *Matricula, & ætas in graduandis ſcholaribus de iure neceſſaria, ex cuius diſpenſatione oritur diſſipatio; & graduatos poſſibile è, euaſiſſe aſinos ferratos, & num.* 10. *&* 11.

12 *Doctores neglectu ſtudiorum poſſunt denuò reprobari.*

13 *Corruptela non conſideratur, niſi in penitus diuino, ac humano iure prohibitis.*

14 *Conſuetudo præſertim immemorialis etiam minus rationabilis inducit ius etiam in prohibitis iure poſitiuo, fallit, num.*15.

15 *Princeps conſuetudinem vulgatam ſcire præſumitur, ita Vicerex, & alius miniſter.*

16 *Italia, quæ habeat Collegia, quæ nam ſtudia generalia ad gradus collationem in Hiſpania adſint, licet ibid. nõ idem rigor, qui hic, ſeruetur.*

17 *Priuilegia ex ſimplici abuſu non reuocanda.*

18 *Princeps cenſetur velle nulli pręiudicare, & eius reſcripta potius inualida cenſentur.*

19 *Princeps aduersùs contractum venditionis, ſicut cõtra teſtamentum, tranſactionem, & alia, reſcribere nequit.*

20 *Reſcriptum mandans iuſtitiam fieri intelligitur ſecundùm iuris ordinem.*

21 *Princeps nec per viã legis condendæ ob bonum publicum neceſſarium poteſt tertio præiudicare, non dato prius bono excambio, & contraria opinio reſtringitur, dummodo adſit vrgẽs cauſa fauoris publici, num.22. aliàs conſtitutio cõtra ius naturale, vel gentiũ, non valeret ſine iuſta cauſa, & num.23. cauſæ iuſtæ exempla, n.24. remiſſiuè.*

25 *Cauſa iuſta in Principe non præſumitur in tertij præiudicium.*

26 *Cauſa iuſta in Principe ad derogationẽ iuris tertij, nedum præcisè neceſſaria, ſed quæ de nouo ſuperueniat, & ab initio non fuerit cognita, eſſe debet, & cum aliter omninò conſuli non poteſt, num.27.*

28 *Ius tertio quæſitum ex contractu præſertim oneroſo, mediante pretio, per Principem tolli non poteſt, etiam per viam l. condendæ; de quauis poteſtatis plenitudine, & num.35. et de ratione, num.36.*

29 *Gratia, & Principis priuilegium gratioſè ſubdito cõceſſum regulariter reuocabile, re non integra irreuocabile efficitur.*

30 *Principi licere ius tertio quæſitum abſq; iuſta, neceſſaria, & ſuperuenienti cauſa, quæ præuideri non potuit, derogare, eſt* opinio Angeli *ab omnibus damnata.*

31 *Officium cenſetur conceſſum ſecundùm conſuetum, & in eo vltima conſuetudo attenditur, & cenſetur habitus reſpectus ad poſſeſſionem etiam facti iniuſtè habitam à præcedeſſore.*

32 *Clauſula,* prout meliùs, & pleniùs, &c. *transfert non tantùm omnia à prædeceſſoribus quæſita etiam de facto, ſed reuiuiſcere facit extincta, etiã quoad poſſeſſionem.*

33 *Poſſeſſor iuriſdictionalium, & officiorum, cõſeruandus eſt, probata ſola facti poſſeſſione, etiamſi ſit contra ius, et fortiùs ſi coloretur, & indubitanter ſi titulus hominis, aut iuris oſtendatur.*

34 *Titulus collatus à Principe cenſetur coloratus, & ſufficit, ſi in ſui extrinſeca figura validus fuerit*

37 *Ius tertij tolli non poteſt, nec etiam per viam legis generalis, quando priuatus nimis grauatur, ſecus ſi in modico.*

38 *Vtilitas priuata magna, paruę publicæ pręfertur.*

39 *Compromiſſum domum incertum parit, cum de facili poſſit abeſſe læſio.*
40 *Princeps, nec per indirectū tertio præiudicare poteſt.*
ha diſcrepado, ni diſcrepa punto de la que ſe ha tenido, y tiene en las demas inſignes Vniuerſidades de Italia, como ſon las de Roma, Bononia, Padua, Pauia, Piſa, Siena, y Perugia, que han dado al mundo entre las demas ciencias en eſta profeſſion legal, tanto numero de perſonas, que deuidamente no han ſido, ni ſon inferiores à los demas, portanto attento todo eſto, para la mayor facilidad de lo qual haze preſentaciõ del incluſo traſlado, de los dosdos Preuilegios, y de otros papeles, ſupplica à V. M. que vſando de ſu acoſtumbrada Real juſticia, y ſoberana prudencia, ſe ſirua mandar mantener el ſupplecante, y que ſea mãtenido en la dicha antigua poſſeſſion de dar el grado ſegun, y como deſde la fundacion del dicho Collegio haſta al preſente ha continuado, por requerirlo aſſi el beneficio vniuerſal de aquel ſu fieliſſimo Reyno por las cauſas, y reſpectos, que acaua de proponer, y en ello &c. y porque hauiendoſe viſto, y examinado en eſte mi Supremo Conſiglio con particolar attencion, y cuydado, tanto lo que el ſupplicante hare preſentado en el inſerto memorial, quanto el tenor de ambos Preuilegios de la Reyna Iuana cerca la forma, que ſe ha de guardar en el examẽ, y grados de Dottores, que ſe citan en el, y la orden, que vos diſteis a los diez, y nueue de Agoſto del año paſſado de mil ſeis cientos, y catorze, juntos con las diſpenſas concedidas por vos deſpues, ha parecido hazer ſobre el negocio la prouiſion ſiguiente, por ende os encargo, y mando, que oydo ſobre todo al Fiſco, y al dicho Principe de Auellino, en todo lo que de palabra, y por eſcripto quiſieren dezir, proponer, y allegar en fauor de ſu pretencion, me auiſeis de todo lo que en eſte negocio ha paſſado, y ſe offreziere, à fin que entendido, pieda yo tanto mejor mandar reſoluer, lo que mas pareziere conuenir, y entre tanto proueereis, que ſe ſuſpenda la execucion de la dicha orden de los diez, y nueue de Agoſto del año paſſado 1641. que aſſi procede mi volũtad la preſente reſte al preſentante dat. en oñate à poſtrero de Ottubre 1615. yo el Rey, vidit Comes Theſſaurerius Generalis, vid. Quintana, Duegna Reg. vid. Caimus Reg. vid. Carolus de Tapia Regens, vidit D. Philippus de Haro Regẽs, Lopez Secretarias In par. Neapolis xvijj. Febr. cxviij.

Al Virrey de Napoles de informacion à inſtancia del Principe de Auellino grã Canciller de aquel Reyno con orden, que entretanto ſe ſuſpenda la execuciõ de vna orden, de que ſe agrauia, y porque agora ſe me hà ſupplicado por parte dicho Principe di Auellino, que atẽto haſta agora no hà podido conſeguir la execucion, y cõplimẽto del preinſerto deſpacho, ſueſſe ſeruido de mãdarſele renouar, y hauiendo parecido iuſto lo que en eſto pide, lo hè tenido por bien. Por onde os engargo, y mando, que ſiẽdo aſſi que no ſe hà executado la dicha mi preinſerta carta, proueays, y deys ordẽ, que ſe le execute, y cũpla iuſta ſu ſerie, y tenor, toda dubda, y difficultad ceſſãte biẽ aſſi, como ſe hiziera ſi à vos fuera dirigida, que aſſi procede de mi voluntad, la preſente reſte al preſẽtãte, datum en Madrid 13. di Iunio 1616. Yo el Rey, vidit Comes generalis Meſauxerius, vid. Quintana, DueñaReg. vid. Caimus Reg. vid. Carolus de Tapia Reg. vidit Marius Cannizal Reg. vid. D. Philippus de Haro, Reg. Lopez Secretarius, ſoluat nil quia exemp. Cantar. per Tan. In Par. Neapol. 19. folio 83. & viſto per noi il tenor de la preinſerta Real lettera di Sua Maeſtà ci è parſo farui la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che circa il dare il grado de Dottore in queſto almo Collegio, debbiate oſſeruare quello, che per il paſſato prima de la detta prohibitione fatta dall' Illuſtr. Conte di Lemos noſtro predeceſſore ſotto la data di 19. di Agoſto 1614. ſi è oſſeruato, ita che reſti ſuſpeſo il detto ordine, & prohibitione inſino à tanto, che da S. M. ſara comãdato quello le parerà conuenire ſopra

eſſo, ſeruata la forma di detta preinſerta real lettera, per tanto in execution d'eſſa ordinamo, & comandamo à tutti, & ſinguli officiali, tribunali, et perſone del preſente Regno, maggiori, & minori, à chi ſpetta, che così debbiano permettere, & eſeguire, & non altrimente, per quanto ſi hà cara la gratia, & ſeruitio de la predetta Maeſtà, che per eſſer così la volōtà ſua, tale anco la noſtra. Datū Neap. die 14. menſis Auguſt. 1616. Il Duq; vidit Cōſtantius Reg. vid. Mōtaluus Reg. vid. Lopez Reg. Salazar Secret. &c. in par. præſ. 3. Manduca, locus ſigilli.

Le due lettere de Sua Maeſtà con li decreti per il Collegio.

All'almo Collegio de Dottori di queſta Fideliſſima Città, che circa il dare il grado de' Dottori in eſſo oſſerui quello, per il paſſato prima della ſopradetta prohibitione fatta dall' Illuſtr. Conte di Lemos prodeceſſore di V. S. ſotto la data di 19. di Agoſto 1614. ſi è oſſeruato, ita che reſti ſuſpeſo il detto ordine, & prohibitione inſino à tanto, che da S. M. ſarà comandato quel le parerà conuenir ſopra ciò, ſeruata la forma della preinſerta real lettera della M. S. ſpedita ad inſtanza dell'Illuſtre Principe di Auellino grā Cācelliero di detto Almo Colleg.

Priuilegium Reginę Ioannę II. conceſſum Collegio Neapolitano moderando primum.

IOāna Secūda Dei gratia, Hūgariæ, Hieruſalē, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatię, Ramę, Seruiæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæq; Regina, Prouinciæ, & Forcalqueris, ac Pedimontis Comitiſſa, Magno viro Ottino Carazulo de Neapol. militi Regni noſtri Siciliæ Cācellario Collaterali Conſiliario, & fideli noſtro dilecto gratiā, & bonā volūtatē: bonitas regnātis Principis nō ſolū in liberali gratiarū conceſſione comprehēditur, verū etiā eius innata clemētia omnib⁹ innoteſcit, ſi aliqua ratione, & motiuo cōdigno ſuper defectibus ſubditorū, et aliarū quarūcūque perſonarū per ſe, vel ſubmiſſā perſonā diſpēſauerit gratioſē: ſanè cū in noſtræ Maieſtatis priuilego cōceſſo Collegio Doctorū vtriuſq; iuris, ſacrę paginę magiſtrorū, Medicorū Phiſicorū, atq; aliarū artiū, et facultatū, doctorū, atq; magiſtrorū huius noſtræ almæ Ciuitatis Neap. inter cętera cōtineatur, quod cupiēs ad doctoratū aſcēdere, certas cōditiones debet habere, atque certos actus in legēdo, ſtudēdo, et diſputādo obſeruaſſe, aliter ad doctoratū ipsū aſcēdere nequeūt: nos autē attēdētes, et cōſiderātes, quod aliqū nō propter inſufficiētiā, ſed inhabilitatē, atq; ex alijs iuſtis cauſis accidere ſolet, quod prędictę ſolēnitates à cōuētuandis obſeruari nō poſſūt, nec eſt cōſonū rationi, vti idonei aliàs ad doctoratū exiſtāt propter dictas ſolēnitates nō ſeruatas, ſuo honore, et dignitate priuari, quapropter tibi, qui caput adminiſtrator & gubernator dicti Collegij exiſtis, licētiā, authoritatē facultatē, et plenariā poteſtatē cōcedimus, impartimur, & tradimus tenore præsētiū de certa noſtra ſciētia, proprioq; noſtro motu, & dominica poteſtate, quod poſſis, & valeas cū prædictis cōueneuādis, ſeù cōuentu, ſiuè in iure canonico, ſiuè in iure ciuili, ſiuè in ſacra pagina, ſiuè phiſica, ſiuè in quibuſuis alijs facultatibus, atq; artibus recipere volētibus, et prædictas ſollennitats in dicto noſtro priuilegio cōtentas nō obſeruātib⁹, authoritate noſtra diſpenſare, et ipſos ad dictū doctoratū admittere, ſi aliàs dign⁹, vel idoneus reperietur, ac per Priorē Doctores, et magiſtros dicti Collegij admitti facere, in quibus omnimodā noſtrā poteſtatē exercere valeas, atq; poſſis dicto noſtro priuilegio, eidem Collegio cōceſſo, ac quibuſcūq; capitulis, et ordinationib⁹ interdictos Doctores Collegij factis, & faciēdis in poſterū, etiā iuramēto firmatis, & firmādis, præmiſſis, aduersātibus contradicētibus, vel in contrariū loquētibus, aut aliter diſponētibus quouis modo non obſtātibus quoquomodo: nos .n. prædictis omnibus per præsētes, et de d. ſciētia certa noſtra, proprioq; motu, & de plenitudine noſtrę dominicæ poteſtatis derogamus,

&

& eo caſu derogatum eſſe volumus, decernimus, & cenſemus, noſtrum ſuper illis interponendo decretum. Has noſtras litteras magno noſtro pendenti ſigillo munitas tibi duximus dirigendas, & etiam concedendas in teſtimonium præmiſſorũ, quas ex certis cauſis nos mouẽtibus dedimus, & ſubſcripſimus propria noſtra manu, ritu, ordinatione, aut obſeruantia noſtræ Curiæ, quacunque contraria non obſtante. Datum in Caſtrò noſtro Capuan. Neap. per manus noſtri, prædictæ Ioannæ Reginæ, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octauo, die vigeſimo quinto mẽſis Maij, ſextæ indictionis, Regnorũ noſtrorum quartodecimo, de mandato Reginali oretenus. A de Theano, extat ſigillum pendens ceræ rubeæ.

Præſens copia priuilegij extracta eſt à ſuo originali mihi exhibito per admodum Illuſtr. Fabium Marcheſium Vicecãcellarium, & eidem reſtituto, ſalua meliori collat. Notarius Anellus de Martino almi Collegij Neapolitani act.

Fidem facio ego Notarius Vitus Antonius, Barone ſupradictam copiam fuiſſe extractã ab alia copia mihi exhibita à Doctore Antonio Bonanno, & eidem reſtituta, cum qua facta collatione concordat, meliori ſemper ſalua &c. in fidem &c. requiſitus, &c. hic me ſubſcript. & ſignaui.

In Regeſto Regis Caroli Secundi, & 1299. dicto fol. 253.

CArolus Secundus, &c. tenore præſẽtiũ notũ facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis; qualiter nos inter affectus noſtros alios, cupientes Neapolitanum ſtudium per proborum Doctorũ ſcientiã, & doctrinã continuis perficere incremẽtis, audito qualiter diſcretus vir Iacobus de Bellouiſo *ciuis Boniꝫ, dilectus, & diuotus noſter, erat iuris ciuilis ſcientia præditus, vita clarus, & moribus, aliarumque virtutum gratijs redemitus, ipſum ad nos Neapolim venire rogauimus, quem illuc noſtris præcibus accedentem benignè ſuſcepimus, & perpenſo, quod talis erat, qualem fama prædixerat, eum prouidimus pro ſuæ bonitatis, & induſtriæ meritis honorare; ſed ne ipſum ad brauiũ ſtadij, quod cucurrit in dicta ſcientia, pertingere semerè moraretur, niſi ad capeſſendum illud meritis, & debitis paſſibus perueniret. Sub magiſtro Petro de Ferrerijs, Deciano Aniciẽ* Regni Siciliæ Cancellario *V. I. D. dilecto* Conſiliario, *familiari, & fideli noſtro, ad quem ex ipſius* Cancellariꝫ *officio, cui præeſt, cura principaliter de dicto ſtudio pertinet, examinari præcepimus, vtrum dignus inueniretur, & meritus ad apicem doctoratus, ſicque die tertio menſis Decembris huius 12. indictionis in mane apud Neapolim datæ ſunt ei per ipſum* Cancellarium *leges duæ, quas legeret in eodem die in veſperis coràm venerabili viro Gulliermo de* Goddorio Salernitano *Electo,* Cancellario, *Roberti primogeniti noſtri Ducis Calabriæ, decretorum doctore, Matthæo Filomarino de Neapol. Vtriuſque Iuris, ac Thoma Scillat de* Salerno Magnæ Curiæ *noſtræ magiſtro* Rationali, *et Nicolao de Ytro ciuilis iuris Profeſſoribus, dilectis Conſiliarijs, & familiaribus, nec non Ioanne Mottula decretorum doctore, Matthæo Filomarino, Ligorio Buccaplanula de Neapoli, Anſaldo Trara, & Angelo de Afflicto de Scala, Ioanne Friczia de Rauello, Angelo de Ebulo, & Leutio de Trano eiuſdem iuris ciuilis Profeſſoribus fidelibus noſtris, Iacobus ipſe leges legit eaſdem; ſuper quibus, & circa quas examinatus exactè, ipſo tũc extitit in ſecreto, deindeipſo die circa leges ipſas, lectione, diſputatione, & exami-*

finitis, Cancellarius ipſe ab vnoquoque doctorum, & profeſſorum ipſorum ſub religione præſtiti exinde ſacramenti exegit teſtimonium veritatis, de ipſius Iacobi ſufficientia ſigillatim, & comperto eum fore concordi teſtimonio ſingulorum omnium in eiuſdem iuris ciuilis ſcientia comprobatum, actũ quoq; ad cathedram, & ad apicem doctoratus, in craſtinum ſuper lege alia data ſibi, quam legit, eſt examinatus in publico, iuxta morem, & eodẽ modo ſufficiens eſt compertus, & ſic ſequenti die quinto menſis eiuſdem, in Maieſtatis *noſtræ præſentia eſt per eundem Cancellarium licentiatus ad cathedram, et doctrinam in iuris ciuilis ſcientia memorata, eique liber extitit per eundem cum conſuetis ſollennijs benedictionis impenſus. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras noſtras fieri, & pendenti Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Datum Neapoli in abſentia Protbonotarij per M. P. de Ferrerijs, die 26. Februarij 12. ind.*

SVMMARIVM.

1 Baronia *eſt Vniuerſitas facti cõtinẽs multa feuda, ſicut territorium Vniuerſitas agrorum.*

2 Baro *dicitur, qui tenet aliqua feuda conceſſa ſub ſe, & ſic* Baronia *ſub qua ſunt ſubfeuda.*

3 *Caſale conceſſum tenendum ſub* Barone, *dicitur membrum, et de diſtrictu* Baroniæ.

4 *Diuiſio non præſumitur, niſi interceſſerit actus facti.*

5 Conſilium Minadoi 24. *declaratur, et confutatur.*

6 *Iuriſdictio conceſſa titulo particulari in certo tempore, dicitur in perſonas, et differt à iuriſdictione* Baronis *occaſione territorij.*

7 *Caſtro conceſſo cum ſuis pertinentijs, et integro ſtatu, veniunt ipſi deputata à iure, vel conſuetudine, non ea, quæ ſpeciali, vel diuerſo iure ſpectabant ad concedentem.*

8 *Feudatarius reſpectu ſubfeudi ſiti infrà fines Baroniæ, retinet poteſtatẽ, tam erga ſubfeudatarium, quàm reſpectu ſubvaſſallorum.*

9 *Vaſſallus vaſſalli mei ex eadem re, dicitur meus vaſſallus.*

10 *Conceſſio facta cum clauſula,* prout tui prædeceſſores *virtute relationis continet omnia, quæ continebantur in priori conceſſione, quæ cenſetur reuiuiſcere, licet extincta.*

11 *Iudex appellationis an poſſit iudicare de his, de quibus in prima inſtantia cognoſcere non poteſt. & num. 12.*

13 *Iudex Eccleſiaſticus non cognoſcit de cauſis, & negotijs ſecularibus, nec è contra, quia vterque habet iuriſdictionem diſtinctam, & priuatiuè ad alterum.*

14 *Priuilegium, an beneficium dicatur conceſſio feudi cum iuriſdictione, & n. 15. & quod ſit beneficium largè interpretandum, num. 16.*

17 *Merum Imperium dicitur quaſi liberum.*

18 *Appellationum cauſæ, ſiuè cognitio vtrum veniant, ſi non exprimantur.*

19 *Iuſtitiarij, vel M. Curia parùm intereſt, vtrum deuoluantur, vel ne, ad ipſos cauſæ appellationum.*

20 *Appellatio interdum deuolui poteſt ad ſuperiorem, à quo Iudex, qui iudicauit, non fuit deputatus.*

21 *Baro in caſtro ſubinfeudato poteſt deputare iudicem ſecundarum cauſarum, ſemota fraude, & bono zelo.*

ARGVMENTVM.

Baro, qui in ſua Baronia habet ius cognoſcendi de cauſis ciuilibus, & criminalibus in prima inſtantia, & in gradu etiam primarum, & ſecundarũ appellationũ, vtrum poſſit de appellationibus ipſis cognoſcere in Caſali ſubinfeudato in cauſis criminalibus

emptis

emptis per ſubfeudata rium à Regia Curia Baronia,& Baro qñ verè dicatur. De authoritate Baronis erga ſubvaſſallos. Caſtro conceſſo cum pertinentijs, quid veniat, de quibus cognoſcat iudex appellationis, & alijs.

Pro Domino Principe Abbellinatum Magno Cancellario, & Baroniæ Sancti Seuerini Regulo.

CONTROVERSIA LIII.

PRrimò præſuppono, Caſale Ciuranorum ſubinfeudatum per Principem Salerni habentem cognitionem primarum cauſarum ciuilium,criminalium, & miſtarum,nec non primas, & ſecundas appellationes, quæ vulgò dicuntur, *ſeconde, & terze cauſe* in tota Baronia terræ Sancti Seuerini ex ſubinfeudatione dicti caſalis, cum iuriſditione ciuili tantùm, ità quod immediatè, & in capite tenèretur à dicta Curia, nedum non cenſeri ex hoc ſeparatum, & diuiſum à Baronia, quinimò fortiùs annexum, eique incorporatum, & proinde Dom. Principem Abbellinatum ſucceſſorem conſeruandum eſſe in poſſeſſione cognoſcendi de appellatione etiam in caſalibus ſubinfeudaris per ſuos præ-
1 deceſſores;ſiquidem Baronia eſt vniuerſitas facti continens ſub ſe multa feuda,ſicut territorium eſt vniuerſitas agrorum *Iſern.in cap.1.§.ſimiliter poteſt,in addit. num. 2. de capit. qui cur.*
2 *vèd.* qui dicit,non eſſe Baroniam,nec dici Baronem, niſi conceſſerit aliqua feuda Baroniæ in ſubfeudum tenenda ſub Baronia, & ſic ſubfeuda remanent de territorio, & diſtrictu Baroniæ, vel Comitatus, & ei annexa *Aſflict. in conſtit. poſt mortem. cum alijs* per *Lipar.in d.§.ſimiliter, verb. Baroniam,litt.T.Frecc.lib.1.§. quis dicatur Baro,num.1.& 6.*

Et cum Rex conceſſerit D. Ferdinãdo, prout meliùs tenebat Princeps Salerni, qui conceſſerat dictum caſale tenendum ſub eo,nemo dubitare
3 poteſt quin dictum caſale ſit membrum, & de diſtrictu Baroniæ, tantò
4 magis, quia diuiſio non præſumitur, niſi probetur,quod interceſſerit actus facti potens ad illam inducendam, *Natta conſ.479. num.21.Conſ.de Anna conſ.44.num.*88.

5 Secundò non obſtat *conſ. Domin. Minad.*24.ex quo aduerſarius cõtendit elicere deciſ.in terminis. Primò enim *D. Minad.* loquitur in ſatis diuerſis terminis. Secundò,rationes, & argumenta,quibus *D.Minad.* nititur (ſalua pace) ſunt falſa, & proinde corruit eius opinio,etiam in caſu ſuo, licet diuerſo.

Quoad primũ ipſe loquitur,an cenſeantur conceſſę cauſæ appellationis quoad illum, cui erat facta conceſſio
6 certæ iuriſditionis titulo particulari in certo tempore nundinarum;potius in perſonas potiſſimè exteras confluentes ad nundinas,quàm ratione territorij, quæ eſt omninò diſtincta à iuriſdictione Baronis, quæ competit ratione vniuerſalis territorij, vnde non mirum ſi *Dominus Minad.* contendat, conceſſionem ſecundarum cauſarum factam Baroni nõ comprehendere ſuperioritatem dictę iuriſditionis, vt in terminis inter hos caſus maximum conſtituit diſcrimen *Bald. poſt Dyn.in cap.1.num.16. verſ. alia quæſtio, de cap.qui cur.vend.*refert, & pluribus comprobat *Anna ſenior, allegat.29.num.3. vſque ad* 8.etiam ex
7 eo, quod conceſſo Caſtro cum ſuis pertinentijs, & integro ſtatu,non veniunt niſi deputata caſtro à iure, vel à conſuetudine,& non ea quæ ſpeciali, ſiuè diuerſo iure ſpectabant,neque quæ non erant ſolita venire cum ipſa

re,

re,vt ex *Innocent. in c.cum ad ſedem,*
num.2. de reſtitut ſpol. Iſern. in cap.
1.poſt num.3. in addit. & per Afflict.
poſt num.16. verſ.quarto hoc, De con-
trouerſ.inter maſcul.& ſemin. & eun-
dem Iſern. in cap.1. §. hæreditatem
poſt num. 12.De pace tenenda, & in
cap.1. num.3. verſ.ſi Baro vendit. De
capit.qui cur.vendid. probant in pun-
cto *Imol. & Alexand. in lib.3. col.7.*
in princip. verſ. circa iſtam, ff.de ac-
quir. poſſeſſ. quia pertinentiæ ſunt illa
tantùm, quæſunt vniformis natu-
ræ, & eodem iure competunt cum
caſtro, non diuerſo titulo idem *Alex.*
conſ.14.ante fin.num.5.lib.7. Iaſon
in l. beneficium, num. 7.ff. de conſtit.
Principum, Maſuer. in pract.Pap.de
actione reali, verbo pertinentijs.

Præterea,& ſecundò in caſu *d. Mi-*
nad. ille Zacconus, cui erat conceſſa
iuriſditio nundinarum, non erat ſub-
feudatarius, nec in aliquo erat ſubdi-
tus illi Principi, at hic ſumus in feu-
8 datario, qui tam reſpectu ſubfeudi ſiti
in territorio Baroniæ,retinet non mo-
dicam poteſtatem erga ſubfeudata-
rium,de quo *Frecc.lib.2.tit.quis dica-*
tur princeps,§.ſed vt veriùs, quàm
9 etiam reſpectu vaſſallorũ ipſius ſub-
feudi, qui adhuc dicuntur vaſſalli do-
mini Baroniæ; ſiquidem vaſſallus vaſ-
ſalli mei ex eadem re,pro qua vaſſal-
lus mihi præſtat homagium, dicitur
vaſſallus meus, *Dec.in l.conſilij 47.§.*
ſocij mei,num.1.ff.de reg.iur. Menoch.
de præſumpt. part.1. lib.3. c.102.n.1.
Intrigliol. centur.2. de feud. artic.5.
num.564.

Tertiò in caſu dicti conſilij non
aderat aliqua pręcedens cõceſſio, ad
quam ſecunda ſe referret, vt in hac
noſtra conceſſione Rex pluries ſe re-
fert ad conceſſionem factam Principi
Salerni per verba prægnantia,
10 quo caſu videntur expreſsè conceſſa
virtute relationis,omnia, quæ in pri-
mo priuilegio continebantur, & om-
nia reuiuiſcunt,licet extincta *Oldrad.*
*conſ.121.in 2.quæſt.*vbi de illa clauſula,
prout tui prædeceſſores, Iſern.in cap.1.
aliàs §.ſciendum,verſ.in hoc regno ſit,
quib. mod. feud. conſtit. pot. latiſſimè
Garz. Maſtrill.in addit. ad Petr. de
Gregor.de conceſſ.feud.part.7 quæſt.2.
verſ. quæ concluſio, vbi ita refert de-
ciſum in S. C. noſtro in cauſa Ducis
Soræ, cum Regio Fiſco *Anna ſen.* in
terminis,*alleg.62.n.22.et 23.Gramm.*
dec.59. Rationes autem *d.Minad.* non
cõcludunt,dũ *nu.1.* dicit,quod Iudex
11 appellationis non poteſt pronuncia-
re in his,de quibus coràm eo agi non
poteſt *Innoc.* cuius commẽtarium di-
ligenter perlegi *in cap. licet,in 1.& 2.*
de for.compet. hoc non dicit,& proin-
de *Guid.Pap.quæſt.436. verſ.73.* cui
credidit *D. Minad.* apertè fallitur, &
contrarium eſt verum regulariter, vt
12 Iudex ſuperior in gradu appellatio-
nis non cognoſcat, niſi de his,in qui-
bus in prima inſtantia non poteſt ſe
intromittere,ſunt text. clari *in §.iube-*
mus,auth.de collator. §. nulla exiſtente
licentia,auth.de defenſ.ciuit. Dominus
Capyc. in l.Imper.cart.484. Frecc. vi-
dendus *lib. 2. de ſubfeud. author. 28.*
in princip. & de iur. canon. eſt text.
in capit. 1. de foro comp. in 6. vbi
DD.

Nec obeſt ſimile, quod affert *D.*
13 *Minad. d.conſ.24. num.2.* de Iudice
eccleſiaſtico, vt ad eum cauſæ appel-
lationis Iudicis ſecularis deferri non
non poſſint, quia de rebus ſeculari-
bus non cognoſcit;ſiquidẽ illud acci-
dit,qa Eccleſiaſticus, nec in actu,nec
in potentia poteſt de rebus ſeculari-
bus cognoſcere, ex quo diſtinctæ, &
ſeparatæ ſunt poteſtates,& vnus cen-
ſetur habere iuriſdictionem priuati-
uè,ab vtroque iure conceſſam quoad
alterum *D.Capyc. deciſ.122.*

Secũda ratio *D. Minad.* quod iſtud
ſit priuilegium, & ideò ſtrictè inter-
pretandum,præcipuè ad præiudiciũ
Iuſtitiarij, & M. C. quibus compe-
tit cognoſcere de appellationibus.
Dicimus iuxtà veros terminos, illud
14 eſſe priuilegium, cum aliquid con-
tra

Digitized by Google

tra legem conceditur, beneficium autem cum ſecundum, vel præter legẽ, *Iaſ.in l.fin.n.* 27. *ff.de conſtit.princip.*
15 vnde cùm conceſſio feudi cum iuriſditione non contineat aliquid aduerſùs legẽ, præſertim poſtquã de cõſuetudine huiuſmodi conceſſiones frequentantur fieri, præſertim magnis Dominis ob ſeruitia, non poteſt dici priuilegium, ſed beneficium *Frecc.* in ſpecie, *lib.*2.§.37.*nu.*5. *& 6.* & huiuſ-
16 modi conceſſionem, tanquam beneficium, eſſe largiſſimè interpretandã, vt comprehendatur omnis iuriſdictio ciuilis, & criminalis, redditus, & prouentus, tradunt *Alber. & Bald.* relati *per Iaſ.in d.l.fin.num.*9. ob id dicitur
17 merum Imperium quaſi liberum fuit enim collatũ in Principem nulli neceſſitati ſubiectum *l.* 1.*ff. de legib.l.*1. *ff.de conſtit. princ.*
18 Et quamuis cauſæ appellationum non veniant regulariter, id fallit cum hoc exprimitur, vt hic fuit expreſſum, *Frecc.auth.*13.*num.*5. quamuis nonnulli tenuerint, venire etiam ſi non exprimantur, *Iaſon conſ.* 161. *lib.* 7. *Oſaſc. Pedem. Cacher.conſ.*59.*num.*5. *Pariſ.conſ.*8.*num.*32.*lib.*1. *Curt. de feud.part.*7.*num.*32.

Nec *Conſtit.Iuſtitiarij nomen* dicit id, ad quod per *Minad.* allegatur, nec vllo modo eſt conſiderabile in-
19 tereſſe Iuſtitiarij, aut Magnæ Cur. vt mediatè, vel immediatè ad eos appelletur.

Vltimò non obſtat, quod de iure
20 appelletur ad eum, à quo is, qui iudicauit, fuit deputatus; quamuis enim hoc non ſit abſolutè verum, vt idem *Minad.* dicit, eſſe in hoc differentiam inter ius Canonicum, Ciuile, & in ſpecie id non procedere in Barone, tradit *Frecc.auth.*13. *num.*8.

Amplius dico, id procedere quouſque Rex alteri non concedat cauſas appellationum, prout conceſſit Principi, quia tunc ad eum eſt appellandum, & tandem eſt omninò vidẽdus *Freccia lib.*2. *in* 28. *auctorit.* vbi
21 concludit, Baronem in Caſtro ſubinfeudato poſſe deputare iudicem ſecũdarum cauſarum, ſemota fraude, bono zelo.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium retinẽdæ concludit, vt quis non moleſtetur, et requirit poſſeſſionem tempore litis motæ, nu.* 2. *idẽq; in poſſeſſorio ſummariſſimo, quod, interim, appellatur, n.*3.

4 *Negatio aduerſarij non obeſt poſſidenti.*

5 *Titulus poſſeſſionis valdè vtilis in hoc poſſeſſorio, & de effectu exhibitionis ipſius, num.*6.7.*&* 8. *& præſertim ſi titulus ſit habitus à Principe ſupremo, num.*9.

10 *Sententia nocet ratione ſolius ſcientiæ.*

11 *Ferdinandi Fornarij laudes.*

12 *Poſſeſſio ſubſequens declarat titulum dubium.*

13 *Decreta lata cum vno, nocent alteri in poſſeſſorio.*

14 *Deciſiones conſimiles pro Regulis Sãcti Seuerini contra alios ſubfeudatarios, & quod faciant ius, num.* 15.

16 *Cauſa liquidationis inſtrumenti, via Ritus Mag. Curiæ, vtrum dicatur ciuilis, vel criminalis, num.* 19. *&* 21.

17 *Procurator non admittitur in cauſa criminali, & ſic in citatis ſuper tenore inſtrumenti, via Ritus, & num.*18.

20 *Iudices ciuiles, quare cognoſcant de cauſis liquidationum inſtrumentorũ ad formam Ritus.*

22 *Pœna amputationis manus antiquitus conſtituta debitoribus non ſoluentibus condemnatis ad formam Ritus.*

23 *Dominus Gualterius Galeota nominatus à compilatore Ritus; qui piè ſe geſſit cum debitore.*

24 *Poſſeſ-*

24 *Poſſeſſio partis in iuribus operatur retentionẽ poſſeſſionis quoad reliqua in conceſſione contenta, aliud in præſcriptione, quid in rebus corporalibus, num.* 25.

26 *Innouare minimè dicitur qui poſſeſſioni inſiſtit, ſuo iure vtendo.*

27 *Confeſſio aduerſarij in iudicio prodeſt ad conſeruandum.*

28 *Attentatum vt quid dicatur, quæ requirantur.*

29 *Scientia requiritur acquirentis ius, & eius, cui illa nocet, vt patientia præiudicet.*

30 *Actus poſſeſſionem fundantes debent eſſe clari, & non æquiuoci.*

31 *Clauſula* immediatè, & in capite *adiecta in emptione iuriſdictionis criminalis, facta per ſubfeudatariũ Baronis, non includit, quin Baro non poſſit cognoſcere de appellationibus vigore ſui priuilegij.*

ARGVMENTVM.

De poſſeſſorio in iuriſdictionalibus. Titulus quantum proſit, maximè ſi ſit habitus à Principe Supremo, adeò vt poſſeſſio partis conſeruet quoad reliqua vigore conceſſionis, ſecus in præſcriptione, & declaretur titulus ex ſequenti poſſeſſione: Qui actus ſint neceſſarij ad poſſeſſionem: de innouatione, attentatis. De clauſula *immediatè, & in capite*, & num cauſa liquidationis inſtrumenti vigore Ritus, ſit ciuilis, vel criminalis, dilucidè explicatur.

Pro eodem Domino Principe in eadem cauſa.

CONTROVERSIA LIV.

IVdicium hoc intentatum per Antinoriũ, qui prius ad iudicium prouocauit, petendo ſibi reſtitui acta tranſmiſſa ad Iudicem ſecundarum cauſarum, & nihil innouari, vel eſt recuperandæ, & negotium eſt abſolutum pro
1 Principe, vel eſt retinendę, in quo cõcluditur, vt aduerſarius à moleſtatione deſiſtat, iuxtà *Bart. in l.* 1. *§. hoc interdictum, nu.* 5. *ff. vti poſſid. Menoch. de retinend. in prælud.* & in hoc, niſi
2 probetur poſſeſſio tempore litis conteſtatæ, intẽtãs omninò ſuccũbit, *§. ſed hodie, inſtit. de interd. DD. in l.* 1. *C. vti poſſid.* & aduerſarius eſt abſoluendus, vti actore non probante requiſita neceſſaria, *Gratus* formaliter *conſil.* 50. *num.* 22. *&* 43. *lib.* 1. idemque in poſ-
3 ſeſſorio ſummariiſſimo, quod DD. Hiſpani, interim, appellant, quod in hoc ęquiparatur poſſeſſorio ordinario retinendæ *DD.* relati *per Couarr. cap.* 17. *pract. poſt init. & num.* 3. *verſ. ſecundo cauere debet, Cagnol. in l. in pari, num.* 6. *&* 7. *de regul. iur.* nec per
4 negationẽ Antinorij debet Princeps impediri, quo minùs iure ſuo vtatur, nec eſt cõmodo ſuæ poſſeſſionis priuandus, vt ex *Innocent. & alijs* probat *Lanar. conſil.* 27. *num.* 8. *&* 9.

Præterea D. Princeps in promptu exhibet titulum conceſſum ab Inuictiſſimo Philippo II. immort. mem. cũ primis, & ſecundis cauſis, & in quibuſcunque cauſis ciuilibus, criminalibus, & miſtis, feudis quaternatis, & non quaternatis, planis, feudatarijs, & non feudatarijs, & alijs clauſulis ampliſſimis; vt in nota facti pleniùs expli-
5 catur: hic enim titulus eſt tanti ponderis in interdicto vti poſſidetis retinendæ poſſeſſionis, vt nedum operetur, vt inter duos ęquales habentes probationes, ille vincere debeat, qui titulum exhibet, *cap. licet cauſam, de probat.* vt vno ore omnes ſcribere poſt *Bart. in l. ſi duo, ff. vti poſſidetis*, refert ampliſſimè *Menoch. de retinẽd. poſſeſſ.*

poſſeſſ.remed.3.nu.733. verſ.decimus caſus,qui *num.*735. ob id firmat,articulos, & depoſitiones de proprietate eſſe admodum pertinentes,& hoc eſt,
6 quod vulgò dicitur titulum apprimè neceſſarium ad colorandam poſſeſſionem *Neuiz.conſ.79.nu.9.Menoch. de recuperand. remed.*1. *num.*180. *&* *num.*226.*Maſcard.concluſ.*180.*n.*31. *& concluſ.*1096.*num.*44.& in eo,qui
7 aſſerit, ſe quaſi poſſeſſionem habere, iuriſdictionis titulus eſt pèisè neceſſarius ad obtinendũ,*Faber in* §.*retinẽdæ,inſtit. de interd. D. Capyc.dec.*209. *nu.*4.*&* 5. *Maſcard. d. concluſ.*1096. *num.*45. ſententia enim ;in dubio pro iuſto poſſeſſore eſt ferenda, *Bald. in l.ordinarij,num.*10.*de rei uendic.* cum alijs à *Menoch. de retinend. remed.* 3. *n.*715.ſed quod magis eſt,vt ſi neutra partium aliquid de poſſeſſione probauerit, is vincere debet etiã in poſſeſ-
8 ſorio, qui titulum iuſtum exhibet,vt in terminis noſtris,iure deciſum probat *Theſſaur.deciſ.*206.*in fin.verſ.ego poſt*, vbi refert caſum notabilem, &
9 maximè in titulo habito à Principe ſupremo, de cuius validitate dubitari non poteſt, per ea, quæ tradit *Maſcard.concluſ.*199. *num.*13. & de poſſeſſione titulata, quod ſit fortior, latè *Boer.deciſ.*239.*verſ.benè tamen verũ.*

Item confirmatur,Principem fouere bonum ius ex ſententia lata per commiſſarium redintegrationis de anno 1557. qua,audito ipſo Antinorio,fuit declaratum, ſpectare Terram Sancti Seuerini DD. de Gonzaga, à quibus cauſam habet D. Princeps cum iuriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum,ciuilium,& criminalium, nec nõ cũ primis appellationibus,tàm in prima cauſa,quã poſt primã cũ feudatarijs,ſubfeudatarijs,Baronib⁹,&c.ſ.
10 18. quæ ſententia nocet Antinorio ratione ſolius ſcietiæ,ex not.*in l. ſæpè, ff.de re iudic. Innoc.*in terminis *in cap. ex parte Decani, de reſcript.* & Fiſco, cum à Rege hæc fuerit tributa authoritas reintegratori, & à Fiſco ſententia approbata, cum in ſui commodum præcipuè huiuſmodi ſententiæ, & cõmiſſiones factæ fuerint, qui cõmiſſarius fuit Ferdinandus Fornarius
11 Brunduſinus,qui poſt omnes gradus defenſionis,& protectionis Regij Patrimonij, ad ſupremum apicem Collateralis Conſiliarij, & Regentis in Supremo Italiæ Conſilio, & Locumtenentis Regiæ Cameræ, cum maxima fama doctrinæ,& integritatis,euectus deceſſit: quatenus autem titulus
12 fuiſſet dubius, poſſeſſio ſequens declarauit,in ipſo comprehendi generaliter iuriſdictionem ſecundarum cauſarum, etiam in caſalibus ſubinfeudatis, *l.hoc legatum, ff. legat.*3.*Bald.in* conceſſione Caſtri, cum iuriſdictione *conſ.*245.*in fin. lib.*3. & de regalibus etiam expreſſis, quod veniant,latè cumulant *Becius conſ.*101. *nu.* 49. *Surd.conſ.*94. *num.*37. *lib.*1. vt latiùs ſcripſi pro caſalibus Atripaldæ, ex *num.*39.*&* 44.*cum ſequent.*iſtud antẽ priuilegium conceſſionis Sanſeuerini,hanc interpretationem recepit per decreta lata cum alijs ex ſimilibus
13 ſubfeudatarijs; decreta enim cum vno lata nocent alteri in poſſeſſorio, *Florianus in l. ſeruitutes,la grande, ff. de ſeruit.* ſequitur *Dominus Capyc.deciſ.*209. *num.* 6. & in ſpecie apparet
14 ita aliàs deciſum per Regiam Cameram inter Ceſarem Gonzagam Sanſeuerini Regulum, cum Metello de Roggerio ſubfeudatario caſalium Aielli, & Acquæ de Mela, referente doctiſſimo Præſidente Dauid poſtea itidem Regente,& Regiæ Cameræ Locumtenente;vnde ſententia Regiæ Cameræ, tanquam ſententia
15 Principis interpretatiuè lata, ius facere debet etiã inter alios, *Afflict.dec.* 96. *nu.*11. *per l.fin. C.de legib.Lanar. conſ.*1.*nu.*52. *Gammam* omninò *deciſ.*128. itẽ exhibiti ſunt plures actus poſſeſſiui, cum eodem Barone Ciuranorum,& licet aduerſarius obijciat, actus prædictos concernere inſtrumentorum liquidationem, ſinè exe-

quutio-

quutionem ad formam Ritus, quam dicit connumerandam eſſe inter cau-
16 ſas ciuiles, non autem criminales; ꝓut ciuiles Iudices de prædictis cognoſcunt in Mag.Cur. dicimus tamẽ,
17 quod cauſa dicitur criminalis vbicũque pœna venit applicanda Fiſco, nõ parti, vt accidit in materia Ritus de liquidatione inſtrumenti, *Bart. & cũ DD. in l. prætor ait, ff. de ſepulchr. violato, & in l. 1. C. quando ciuil. actio crimin. præiud. Marant. in 1. diſtinct. iudicij ciuil. vel crimin. num. 2.* & idcircò ſicuti rei in cauſa criminali tenentur perſonaliter cõparere, nec admittitur procurator, pariter etiam debito-
18 res citati via Ritus perſonaliter comparere debent, *vt in Ritu 166. Carauit. num. 11. & ritu 269.* & quod cau-
19 ſa liquidationis quoad plures effectus dicatur criminalis, bene ꝓbat *Frecc. de liquid. inſtrument. part. 6. per totum,* & ſtylus, vt Iudices ciuiles cognoſcãt de inſtrumẽtorum liquidatione, fun-
20 datur, vt Iudices criminales faciliùs vacare poſſint expeditioni tam ingẽtis numeri carceratorum; pro quo de mane, & de ſero regunt Tribunal, &
21 nihilominus citationes ſuper tenore inſtrumentorum non poſſunt expediri, niſi cũ ſubſcriptione Magiſtri Actorum cauſarum criminalium, ex quo euidenter patet in ſui origine attinere ad criminalia, præſertim cum anti-
22 quo iure ſtatuta fuerit debitori non implenti, promiſſa, ratione periurij, pœna amputationis manus, vt in *ritu 171.* vbi cõpilator iuſſu Reginæ Ioannæ Secundæ dicit hæc verba, *vt vidi ſeruari tempore Regis Ladislai contrà Notarium Andream Burranam, contrà quem præſentauerat inſtrumẽtum Dominus Gualterius Galeota de Neap.*
23 *verum non fuit exequuta pœna; quia habuit concordiam cum creditore,* nec aliter fieri potuiſſet, cum maiores, & gẽtiles mei de domo Galeota crudeles nunquã fuerint: itẽ, ex poſſeſſione
24 partis, præſertim virtute priuilegij cenſetur retenuiſſe poſſeſſionẽ quoad omnia in priuilegio contenta, vt in ſpecie in acquirenda, & retinenda iuriſdictione in eo, qui habet conceſſionem ab alio, qui habet ius concedendi, vt ſi vtatur iuriſdictione in vno actu, retineat in omnibus, *Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interd.* dicens aliud eſſe in præſcriptione, *ff. de itin. actuq; priuat. Panorm. in conſ. 71. col. 2. lib. 2.* citãs *Innoc. in cap dilectus, de religioſis dom.* & hanc eſſe veriſſimam opinionem in iuriſdictionalibus, & alijs incorporalibus, *ex l. ſi ſtillicidij, §. fin. ff. quemadmodum ſer. ammitt.* tenent poſt *Bart. Alex. in l. 3. poſt nu. 22. ff. de acquir. poſſeſſ.* & vt communiter receptam probant *Ruin. conſ. 5. n. 14. lib. 4. Maſcard. concluſ. 270. num. 11. Anton. Gomez in l. 45. tauri, num. 42. verſ. ſecunda concluſio,* quamuis aliud ſit in rebus corporalibus etiam vnius hæreditatis, in quibus, adepta vnius
25 rei poſſeſſione, non acquiritur poſſeſſio aliarum, etiam animo intercedente, iuxtà opin. *Iſern. in cap. 1. quid ſit inueſtit.* quam latè defendunt *Peregrin. de fideicomm. artic. 48. num. 72. & 77. Boer. deciſ. 259. col. 6. verſ. tum*
26 *quia;* nec dicitur innouare, qui iure ſuo vtitur, & poſſeſſionem continuat, *gloſſ. in verb. redſcendum, in cap. non ſolum, de appellat. in 6. Innoc. in cap. 1. vt lite pendente, Lanar. conſ. 27. n. 75.* & dum Antinorius ipſe confeſſus fuit Principem noſtrum eſſe in poſſeſſione, ex hac partis aſſertione iudiciali,
27 dum conqueritur, quod Princeps cognoſcebat, ꝓbatur poſſeſſio dicti Principis, *Innoc. in cap. querelam, in 2. col. in fi. de electtion. Lanar d. conſ. 27. n. 1.* nec poteſt dici quod ſit attentatum, quia duo copulatiuè requiruntur, vt
28 ſit attentatum, videlicet innouatio, & pendentia litis, tempore, quo fuit innouatum *Io. Monacus in cap. cupientes, de elect. in 6. Bald. & Salic. in l. appellationem, C. de appellat. Petrus de Benintend. deciſ. 76. in princ.* quorum neutrum hic aderat eo tempore, nec obſtat obiectio partis, quod quandoq; homi-

homines Ciurani habuerint recurſum ad Reg. Auditorem appellando, omiſſo medio, pro cauſis tamen leuiſſimis; non enim obſtat, quia ſciẽ-
29 tia eſt neceſſaria, nedum illius, cui acquiritur, ſed ex parte alterius, cui prę- iudicatur; nam aliàs defuit patientia, ſine qua in his poſſeſſio non acquiritur, *l.* 3. *S. dare, ff. de vſufruct. Ripa in d. cap. cum eccleſia, num.* 40. *in fin. & 29. de cauſ. poſſeſſ. Ruin. conſ.* 122. *n.* 7. *lib.* 5. tum etiam, quia cum Regia Audiẽtia in omni caſu ſit Iudex appellationis, licet mediatus, non mirum, ſi interdum ſubditi ad illam recurriſsẽt omiſſo medio; actus enim poſſeſſio-
30 nem fundantes debent eſſe clari, ſimplices, non æquiuoci, *Butr. in cap. fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Socin. conſ.* 187. *col.* 7. *lib.* 2. *Anna ſingul.* 3. nec tandem aliquid obſtat, Antinorium emiſſe iuriſdictionem criminalem à Regia Curia pro ducat. quingentis, cum clauſula *immediatè, & in capite,*
31 hæc enim clauſula nihil aliud operatur, niſi vt habeat Antinorius hanc iuriſdictionem, vt feudum quaternatũ, & ſeruitium præſtetur Regię Curiæ, ſed non prohibetur ex hoc, quin D. Princeps recognoſcat de primis appellationibus, & vt vterq; Princeps ſcilic. & Antinorius iuriſdictionem recognoſcant à Regia Curia, *Iſern. in cap.* 1. *§ ſimiliter, col.* 4. *de capit. qui cur. vend.* cum alijs per *Cumiam in cap. ſi aliquem Regni Siciliæ, verb. in capite.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor, mariti nobilitatem, vel dignitatem ſiue ſit ex genere, ſiue ex accidenti quæſita, conſequitur, & de ratione, num.* 6.

2 *Argumentum à correlatiuis an validum.*

3 *Mulieres viri genere nobilitantur matirimonio durante, aut ſi eo ſoluto, alijs inferioris dignitatis non nupſerint, & eorum forum ſequuntur, deinde poſterioris mariti conditionem ſectantur, & num.* 4.

5 *Vir radijs nobilitatis vxoris coruſcare non poteſt, ſicut è contra, & de ratione, num.* 13.

7 *Vir non poteſt à ſua poteſtate vxorem dimittere, ſicut matrix Eccleſia non poteſt ſubditas Eccleſias à ſe eximere.*

8 *Caput non poteſt exonerari, aut decorari à dignitate membri, et acceſſorij.*

9 *Dignitas ad inferiores, non ad ſuperiores deſcendit.*

10 *Maſculus præſtantior fœmina, & maioris dignitatis, & præeminentiæ triplici modo.*

11 *Vxorẽ radijs viri etiã mortui ſplendere, & ipſius domicilium retinere æquiparantur.*

12 *Forum vxoris vir non ſequitur, nec retinet.*

14 *Vxor vidua, durante viduitatẽ, ijs, quæ ſunt inducta ex priuilegio ſtatuti in beneficium mariti, non gaudet, ſed in certis tãtum caſibus à iure expreſſis.*

15 *Priuilegium viro conceſſum ad vxorem non extenditur, & priuilegium conceſſum Regi non communicatur Reginæ, niſi id fuerit expreſſum, & ſic ſeruatur in Hiſpania, niſi in caſibus ſpecialibus, vbi ex priuilegijs, vel ll. Regni aliter eſt prouiſum, & n.* 18.

16 *Maritus Comitiſſæ, vel Principiſſæ, neque de iure, neque de conſuetudine generali poteſt appellari, aut vti iure Comitis, vel Principis, ſed ſpeciale eſt in marito Reginę, vt poſſit vocari Rex.*

17 *Fidelitatis iuramentũ, & homagiũ Reginæ præſtandum nõ, ipſius viro.*

19 *Regina accipiens militem in coniugem non facit cum Regẽ, quia non poſsũt eſſe duo Reges inſolidum, vir tamen hoc caſu radijs vxoris coruſcat, & dignitas, mortua vxore expirat, et num.* 21.

Digitized by Google

20 *Priuilegium cõpetens vxori propter officium mariti etiam habens dignitatem annexam, extinguitur morte mariti, ſed aliud eſt in priuilegio competenti vxori ob nobilitatẽ, vel dignitatem viri.*

21 *Regnum non poteſt dari in dotem, nec priuatus ducens Reginã in vxorem, habet dominium ex titulo dotis.*

23 *Adminiſtratio Regni, quam maritus Reginæ habet ex tacito, vel expreſſo conſenſu vxoris, morte Reginæ extinguitur, ſicut mandatum morte mandantis.*

ARGVMENTVM.

Priuatus ducens vxorem Principem, ſoluto ſine liberis matrimonio, vtrum vir ſuperſtes, adhuc Princeps de iure nominari poſſit, & principalibus titulis, & prærogatiuis frui, præſertim ad aliorum præiudicium.

Rogatus à Domino Principe Abbellina tum Camillo Caracciolo, vt ſuper hoc articulo ſcriberem, ſubſcripta in medium retuli.

CONTROVERSIA LV.

SIcuti durum, & perdifficile exiſtimatur, caſus ſingulares, & peregrinos in vaſto iuris oceano breui perquirere, ac inuenire, ita difficillimum ſemper cenſui in quęſtione ab aliquo inſigni viro, plena manu diſcuſſa, & ruminata de iure reſpondere, hinc cũ ſuper illo articulo, vtrum ſi priuatus, qui vxorem Comitem, aut Principẽ duxerit, ea defuncta, ſolutoque ſine liberis matrimonio, eiuſmodi vir, adhuc Comes, vel Princeps nũcupetur, fiuaturq; titulorum prærogatiuis, ac præeminentijs, pręſertim in aliorum præiudicium, adeò latè ſcripſerit *D. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de diuerſ. prouiſion. §. 1. à nu. 16. ad finẽ*, vt nulli reliquus ſit ſcribendi locus, ideò hæc pauca ſubijcere vix potui.

1 Cum autem negari non poſſit, quin vera ſit, & communis opinio in caſu cõtrario, nobilitatem mariti, ſiuè procedat ex genere, ſiuè ſit ex accidenti quæſita, in vxorem perduci, iuxtà *text. in §. non tamen permittimus, in auth. de nupt. cũ ſimil. à Gailio de pace publica, cap. 6. num. 24. Deciano conſil. 33. num. 9. lib. 1.* ultrà *Tiraquell. de ll. cõnub. lib. 1. gloſſ. 1. num. 18.* idcircò videndum eſt, nũ in hoc caſu valeat argumentum à correlatiuis, vt diſpoſitũ in vxore, cenſeatur quoque diſpoſitũ

2 in viro, iuxtà *l. fin. C. de indict. viduit. tollend.* ſi enim ex diſparitate, vel diuerſitate rationis, probabitur, leges concedentes viro nobilitatem, vel dignitatem, vxori etiam viduæ, donec in viduitate permanſerit, illaſmet denegare viro nobilitatem, vel dignitatem vxori competentem, in tuto erit propoſitio, vt vir vxoris Comitis, nullo iure poſſit appellari Comes, nec vt Comes haberi, præſertim ea mortua, & contrarium ſentientes apertiſſimè decipi *lex* igitur *mulieres 13. C. de dignit. lib. 12.* repetita ad litterã *in l. vl-*

3 *tim. C. de incol. lib. 10.* dum dicit *mulieres bonore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus, & domicilia mutamus: ſi autem minoris ordinis virum poſtea ſortitæ fuerint, priore dignitate priuatæ, poſterioris mariti ſequuntur*

4 *conditionem, l. fœmina 8. ff. de Senator.* ibi *fœmina nupta clariſſimis perſonis, clariſſimorum perſonarum appellatione continentur*, & paulò poſt *fœminis etenim dignitatẽ clariſſimã mariti tribuunt*, & iterum *tandiù clariſſima fœmina erit, quandiù ſenatori nupta eſt,*

vel

vel clariſſimo,aut ſeparata ab eo alij inferioris dignitatis non nupſit, cum quibus concordat *l.cum te*10.*& l.fin.C. de nupt.l.quoties* 3.*C.de priuil ſchol.lib.*12. *§.hoc itaq; verſic. decet enim,in autb. de Conſul.& d.§.non tātū,in autb de nupt. l.fin.C.de bon.matern.cap.ſi quis in fine de ſepult. in* 6. *Guliel. de Bened. in rep. cap. Rayn. in verb. duas habens filias*, *num*.119.& iterum *part.* 3. *in verſ. qui cum alia,num*.138. *cum ſeq. de teſtam. & Socin.iun. conſ.*76.*num.*125. *lib.*1.

5 non procedere nempè diſpoſitionem
harum legum in caſu contrario, vt vir
nullo modo coruſcare poſſit radijs nobilitatis, vel dignitatis vxoris,vltra doctrinam Bart.*in l.fin.n.*3. *C. de verborū. ſignif.* quam ibi ſequitur poſt alios *Iaſ. num.* 17. dicens,vxorem irradiari viri radijs,non è contra,citans *§.hoc itaque autb. de conſul.* ſequitur *Lopez in repet. c.per veſtras,§.*31.*n.*6.*& §.*32.*nu.*1.*de donat.inter virum,& vxorē*,probat etiā *Guliel. Bened. in c.Raynut. in verb. cuidam Petro,num.*90. *Menoch conſ.*204. *n.*22.*lib.*3.in id citās *l ſi auguſtæ, ff. de leg.*2.*et l fęminæ,ff.de ſenat.*& iterū *cōſ.* 496.*n.*26.*lib.*5.vltrà citatos *per Tiraq. de nobilit.c.*18.*n.*15.*&* 18.

6 Probatur primò viua ratione,ꝙ.n. di-
gnitas mariti ad vxorē defluat, id ex eo
cōtingit,qa vir eſt caput vxoris,vt dicit
Apoſtolus ad Corinthios, & vt caput
mulieris,vir eſt ab vxore obſeruandus,
& exornādus,*c.admonere,§.expreſſis* 33
q. 2.& mēbra nō debēt à capite deuia-
re,adeò vt vir non poſſit à ſe abijcere,
nec ſua poteſtate vxorē dimittere,ſicut
7 matrix Eccleſia nō pōt ſubditas eccle-
ſias à ſe eximere,& virū ſequi debet v-
xor ex neceſſitate,nō è cōtra *l.*2. *§.nul-*
*la,in fin.C.de veter.iur.enucleād.*vt plu-
ribus latè ꝓbās diſcurrit *Luc. de Penna*
in l.quicūq; 10.*col.*2,*verſ.vtrū tale mū-*
*diū,C.de re militari,lib.*12.ſi igitur mu-
lier eſt mēbrū viri, & acceſſoriū debet
veſtiri à principali, vt quātū vir in altū
tollitur,tm̄ cōiugi accreſcat,vt ſētiat eius
fulgorē,*l.fin.C.de nupt.*nō autē è cōtra,
8 & ſic vir tāquā caput nō poteſt exorna-
ri,& decorari à dignitate mēbri, & ac-
ceſſorij,ex not. per *Gloſſ.in l.iuriſgen-*
tiū, §.quinimò, ff. de pact. ad ꝙ poterat
meliùs citare *l.ſi ex pupillari.ff.de vulg.*
*& l.*2. *ff.de pęnu leg.* tradit in terminis
*Io.de Platea in d.l.mulieres,col.*1. *verſ.*
*quid autem è contra; C.de dignit.lib.*2.
9 Secūdò ꝓbatur ex tex.claro cū *Gloſſ.*
fin.vbi Bart. *& cæteri, in l.*1.*ff.de ſena-*
tor. vbi ꝓbatur,dignitatē deſcēdere ad
inferiores, nō autē ad ſuperiores,vnde
cū vir ſit caput,& vxor mēbrū, & vt ait
*Ariſtot.lib.*2.*politic.c.*3.mari,& fœminę
à natura tributū eſſe, vt hic p̄ſit,illa pa-
reat,cum maſculus p̄ſtātior ſit,deterior
fœmina,viri .n.maioris ſunt dignitatis,
& pręeminētię triplici modo,vt ex *Bo-*
nauētura ꝓbat *Cagnol.in l.fęminæ,n.*8.
10 *ff.de reg.iur. Benedict. in d. verb.cuidā*
*Petro,n.*97.*et* 99.& latiſſ.*Tiraq.in ll.cō-*
nub.in 1.*leg.Gloſſ.*1.*n.*95.*& ſeq.*ex hoc
ſequitur,vt nō poſſit,vt bene tradit idē
Platea in l. in ſacris, la terza, C. de pro-
*xim.ſacrorū ſcriniorū, lib.*12. *& in d.l.*
*mulieres,n.*1.*in fine, C.de Incolis.*
11 Tertiò induco *tex.in l.filij libertorum,*
22.*§.vidua,ff.ad municip.*ibi *vidua mu*
lier amiſſi mariti domicilium retinet,
exēplo clariſſimæ perſonæ per maritū fa-
ctæ,ſed vtrūq; alijs interueniētibus nuptijs
permutatur, æquiparātur igitur illi ca-
ſus,vxorē radijs mariti,etiā mortui ſplē-
dere, & ipſius domiciliū retinere, vt ēt
12 ꝓbatur *in d.l.mulieres,de dignit.* at vir
nullo modo,vxoris domiciliū,nec forū
ſequitur,nec retinet,iuxtà not. *in l.exi-*
gere dotē, ff.de iudic. ergo pariformiter
nullo modo radijs vxoris decorari,aut
indui poteſt,& ob id nō ſine ratione in-
13 ductū in vxore,nō debere extēdi ad vi-
rū,cū id nō inueniatur de iure prouiſū,
dixit *Gloſſ.in §.mater.verſ.niſi tamē,in*
aub.de nuptijs,idq; p̄ſertim, cū ſubeſt di-
uerſitatis ratio, quo caſu diſpoſitū in v-
no correlatiuorū, nō cēſeri diſpoſitū in
alio,eſt elegās *text.in l.curatorem*;cum
ibi notat. per *Gloſſ.Cyn.& DD. C.de in-*
terd.matrim.& plura tradit in propoſi-
to *Euerard. loco à correlatiuis, num* 8.

Quartò adeò verum eſt,virum non

Digitized by Google

irradiati radijs, & dignitate mortuæ
vxoris, vt nec in caſu cõtrario habeam⁹
legẽ, quæ p modũ generalis regulæ di-
cat, mulierẽ viduam in omnibus haberi,
ac ſi eſſet in matrimonio, & ideò quo-
ad ea, quæ sũt inducta ex priuilegio ſta
14 tuti, nõ gaudebit etiam vxor vidua, du-
rante viduitate, ſed tãtùm in certis ca-
ſibus à iure expreſſis, vt latè probat
Alex. conſ. 207. poſt nu. 22. verſ. tamen quoad ea, lib. 6. cui adſtipulatur *Tiraq.
in 16. leg. connub. gloſſ. 2. num. 59.* vbi
probat, hanc dignitatem eſſe fictam, &
impropriam, vt potè, quæ longè minor
eſt dignitate viro competenti, quinimò
15 priuilegium viro conceſſum, nec extẽ-
di ad vxorem, pro reg. tradit *Iaſ. in l. nõ
tantũ, n. 4. ff. de re iud.* ſequitur *Cagnol.
in d. l. in omnibus, n. 12.* quæ regula pro-
bari videtur *in l. princeps, ff. de legibus
in l. quod principi, cum ſeq. ff. de leg. 2.* ex
quibus priuilegium cõceſſum Regi nõ
communicari Reginæ, niſi id fuerit
expreſſum, probat *Io. Andr. in c. ne aliqui, de priuileg. in 6. Alberic. in l. 2.
n. 9. C. de Epiſc. & Cler. Aretin. in l. ma-
ritũ, col. pen. ff. ſoluto matrim.* & probari
videtur *in l. ſuper, §. immunitati, ff. de iure immun. in l. 1.* à cõtrario ſenſu, *C.
de vxor. militum, D. Capyc. deciſ. 76. &
172.* & nè deſit deciſio Doctoris vltrà
allegatos per *D. de Ponte*, qui in ſpecie
16 decidat, maritum Comitiſſæ, vel Prin-
cipiſſæ, neq; de iure, neq; de conſuetu-
dine generali, poſſe dici, vel appellari,
aut vti iure Comitis, vel Principis, la-
tiſſimè hoc defẽdẽs is eſt doctiſs. *Fran-
ciſcus Auiles in ll prætorum Hiſpaniæ, in
proœmio, à n. 1. vſque ad n. 20.* præſertim
n. 7. 13 17. allegans ad id inſignem D.
antiquum Signorollum de Homodeis
hoc tenentẽ in *rep. l. Princeps col. 2. ver.
quaro de ratione, ff. de legibus, & num.*
11. amplius dicit, ita ſe videre ſeruari
in Hiſpania, *& n. 43.* ſpeciale eſſe in
marito Reginæ, vt poſſit vocari Rex, po-
tiſſimè vbi ea viget conſuetudo, quam
dicit induci ex tacito conſenſu populi,
& frequentia actuum, *num. 15.* ſecus ve-
rò in alijs dignitatibus inferioribus ip-
ſo Rege; tametſi, & ipſe maritus Reginæ
etiã cõſtante matrimonio nõ ſit ꝓpriè
17 Rex, adeò, vt fidelitas iuramẽti, & ho-
magiũ, nõ ſit præſtandũ per Regnũ ipſi
viro, ſed Reginæ, iuxtà *conſ. Neuiz. 40.
n. 2.* & idẽ cũ *Doct. Auiles* sẽtit etiã *Bur-
gos de Pace in loco citato* per *Io. Garziã
de nobilit. §. 1. gloſſ. 1. n. 45.* quãuis ipſe
cõtrariũ teneat innixus ſolæ authoritati
Hoſtienſ. qui hoc nõ firmat de iure, ſed
vbi viget cõſuetudo, & eandẽ opin. cõ-
tra virũ probat *Io. Aue ab Ottalora de nobilit. Hiſp. part. 4. c. 8. poſt n. 3.* vbi tñ
ſubijcit hæc verba, *bene verũ eſt, quod ex
18 priuilegijs quibuſdã ſpecialibus à Regi-
bus noſtræ Hiſpaniæ conceſſis aliquando
mariti gaudent immunitate ex perſonis
vxorũ, vt eſt Salmãticæ, en las que sõ de
los linajes, & in alijs priuilegijs, tam à ll.
Regni expreſſis, quã ſpecialiter cõceſſis, et
in corpore iuris non incluſis*, & ſic aper-
tè inſinuat, etiã in Hiſpania hanc opin.
ſeruari, niſi vbi aliter ex priuilegijs, aut
ll. Regni in caſibus ſpecialibus eſt pro-
uiſum; nec *Bald. in c. ſignificauit, nu. 3.
de reſcriptis* etiã in milite accipiẽte Re-
19 ginã in vxorẽ, aliter ſentit; quinimò cla-
rè firmat, Reginã non facere eũ Regẽ,
quia non poſſunt eſſe duo Reges inſo-
lidum, & ex alijs, & quãuis poſteà di-
cat, ſe non negare in caſu virum coru-
ſcare radijs vxoris, non ſine maximo
iuris myſterio, dũ *Bald.* ad hoc probãdũ
potuiſſet allegare *l. mulieres, cũ alijs le-
gibus ſupra citatis*, quæ clarè hoc dicũt
in caſu cõtrario .ſ. in vxore reſpectu vi-
ri, placuit tñ allegare *l primã, C. de præ-
poſ. laborũ lib. 12.* quæ loquitur in offi-
cio præpoſiti laborũ, & ſic de laterali-
tate officialis, vnde cũ de iure priuile-
20 giũ cõpetẽs vxori propter officiũ ma-
riti, etiã habẽs dignitatẽ annexã, extin-
guatur morte mariti, *l. ſordidorũ, C. de excuſat. muner. libr. 12.* licet aliud ſit
in priuilegio competenti vxori ob no-
bilitatem, vel dignitatem mariti, vt de
commun. ſententia reſoluit *Barboſa
in l. quam tale, num. 24. in fin. num.
27. & 31. verſic. & ideò illi, ff. ſo-
lut. matrim.* intelligendo, vt fieri debet
dictum

dictum *Bald.* ſcilicet iuxtà *l.* quam citat, clarè ſentit, illam dignitatem, etiã in Rege, mortua vxore, expirare ad inſtar dignitatis competentis ratione officij, & ob id etiam ponderat *Bald.* regnum non poſſe dari in dotem, ita vt priuatus ducens Reginam in vxorẽ non poſſit prætendere dominium ex titulo dotis, quinimò nec eſſe paraphernale, nec in adminiſtratione viri, niſi quatenus Regina permittat, vnde ſi maritus non poteſt prætendere, niſi titulum adminiſtratoris ex tacito, vel expreſſo conſenſu vxoris, iuxtà *l. maritus, C. de procurat.* & tradita etiã in feudalibus, per *Afflict. dec.* 44. & latiùs per *Theſſaur dec.* 187 ſequitur, vt apertè ſenſerit *Bald.* omnem titulum morte Reginæ, extingui, cuiuſmodi certum eſt, mandatum morte mandãtis omninò finiri, *l. mãdatum, ff. mãd. cum ſim.* vnde ſi hoc ſentit *Bald.* in marito Reginæ, fortiùs in alijs inferioribus.

Vnde cum in præſenti caſu certum ſit, Principatum non fuiſſe in dotem datum, quinimò nec dari potuerit, cũ mulier in iſto caſu nũquam fuerit declarata domina, ſed dumtaxat ſimplicem, ac eandem momentaneam poſſeſſionem vix cœpiſſet, paulò poſt reſtricta ad alimenta annuorum ducatorum decem mille, integro ſtatu ſub ſequeſtro, vt prius extiterat in poſſe Regij delegati, remanẽte ex decreto ſupremorum Tribunalium, non video quomodo ipſius vir, quãuis aliàs genere, & propria virtute nobiliſſimus, & digniſſimus, poſſit vti priuilegio ex perſona vxoris mortuæ, in præiudicium tot Procerum, & magnatum regni, quod fortè, nec viua vxore ſibi de iure competijſſet.

SVMMARIVM.

1 *Contractus dotalis poteſt transfundi in contractum mutui, amplia n.* 2.

3 *Mutuum ſumit vires à ſubſtantia obligationis præcedentis, aliàs non ſubſiſteret.*

4 *Subſtantia accipitur pro cauſa primordiali ipſius obligationis.*

5 *Cauſa primordialis contractus attẽditur.*

6 *Depoſitum factum ob gratiam mutui ſecundùm naturam mutui regulatur.*

7 *Contractus, nomen, & ſubſtantiam ſumit à præcipua cõtrahentium intentione.*

8 *Ceſſio, quæ acceſſoriè fit, ratione præcedentis contractus, non requirit ſolẽnitates per ſtatutum requiſitas.*

9 *Debitum ex cauſa dotis transfuſum in cauſam mutui, trãſit cum eiſdem priuilegijs.*

10 *Vſuræ in contractibus bonæ fidei, proueniunt ex ſola mora.*

11 *Cum priuilegia inſunt ex legali diſpoſitione, fauore creditoris, vel cauſæ, intelliguntur repetita: quæ tamen concluſio limitatur in odioſis, numero* 12.

13 *Vſuræ debitæ ex mora ſunt odioſæ, nõ autem intereſſe conuentum.*

14 *Diſpoſitio* l. Lutius, ff. q. pot. in pig. hab. *procedit nedũ in vſuris, ſeù intereſſe conuento; ſed etiam in hypotheca cõtracta, nulla facta vſurarum mentione.*

15 *Intereſſe, ſeù vſuræ dotis non ſolutæ debentur genero ratione onerum matrimonij, quæ ſuſtinet, ſecluſo pacto, & num.* 16.

17 *Fructus corporis in dotem dati cedũt loco damni emergentis.*

18 *Dotis priuilegium cenſetur repetitum in contractu mutui.*

19 Deciſionẽ 183. D. Capyc. *non obſtare, refertur, & de ratione, nu.* 20.

21 *Contractus plures, vno, eodemque die confecti, vnus iudicatur.*

22 *In eadem ſcriptura, vel contractu nõ datur prius, nec poſterius.*

23 *Contractus transfunditur de vno in alium cum omnibus ſuis priuilegijs.*

24 *In iure vniuerſali,prout dotis, debitũ ex vno contractu poteſt conuerti in alium.*

25 Capit.21.*Regis Catholici,circa aſſenſum legis tacitũ ſuper feudis,comprehendit tam inſtrumentum dotis, quàm mutui.*

26 *Cum non ſumus in contractu puri mutui,poteſt certa quantitas pro intereſſe taxari.*

27 *Solutio cenſetur facta in cauſam duriorem.*

28 *Actus cenſetur geſtus,prout vtilius eſt gerentis.*

29 *Fatuitas potius,quàm rei ſuæ iactatio præſumitur.*

30 *Cum pecunia alicui datur, præſumitur data ex cauſa, ex qua minor reſultat iactatio.*

31 *Creditor ad hoc vt in locum dimiſſi ſuccedat, tria requiruntur: in actione vero perſonali duo tantùm requiruntur,num.32.*

33 *Secundus creditor non poteſt ſubrogari in iure exigendi redditus futuros iam extinctos; declaratur tamen pro rata intereſſe legalis debiti pro minori quantitate, numer. 34. & ita pluries iudicatum, num. 36. & 39.*

35 *Creditor anterior pro ſorte, eſt etiam anterior pro vſuris, ſeù intereſſe, & exornatur* regul. l Lutius, ff.qui potior.in pignor. hab. *& num.38.*

37 *Creditor anterior pro ſorte, vt ſit anterior etiam pro rata intereſſe, quæ includitur ſub tertijs noui contractus,an procedat ſolum poſt reſciſſionem, vel etiam pro rata ante decurſa.*

ARGVMENTVM.

Contractus dotalis, ſeù ex dote dependens, transfuſus in cauſam mutui,eadem priuilegia, ac prærogatiuas retinet, ac ſi eſſet merè dotalis, & licitè ex eo petitur, & taxatur certa quantitas pro intereſſe,ratione onerum matrimonij, quæ maritus ſuſtinet: quæ requirantur, vt creditor ſuccedat in locum prioris creditoris dimiſſi, & quomodo ſecundus creditor ſubrogari non poſſit in locum dimiſſi quoad tertias conuẽtas debendas ex nouo contractu, declaratur, & referuntur deciſiones S.C.

Pro hæredibus quond. Chriſtophori Spinulæ contra hæredes quond. Gioffredi Spinulę.

CONTROVERSIA LVI.

HAeredes quõd. Chriſtophori Spinulæ pro credito pecuniæ per eius authores conuerſæ in emptionem arnuorum introituum cum Principe Sulmonis D. Horatio della Noy, & anteriores ſunt tempore,ex calendario contractuum, hæredibus quond. Gioffredi Spinulæ, & potiores ex iuribus D. Beatrici della Noy ſororis, & creditricis pro dote de paragio eidem legata ſuper bonis Principis D. Philippi patris, & D. Iſabellæ Colũnæ matris,in cuius doris ſatisfactionẽ expreſsè cautum fuit, vt pecunia verteretur, & cum effectu verſa,cũ obligatione in ſolidum dictę D.Beatricis, & proinde fruſtra laborant hæredes Gioffredi pecuniam aſſignatam auocare:tametſi enim creditum dotis D. Beatricis pro rata ducatorum 12.mil. fuerit cum duobus contractibus eodẽ die,& momento celebratis,transfuſũ in cauſam mutui cum expreſſa mentione,mutuum fieri de pecunia dota-
1 li, quod fieri poſſe conſtat ex partium conuentione, iuxtà text. *in l.aduerſus 5.vbi Gloſſ.Petr.Cyn Bart.Bald Salic. & alij, C. de non numer. pecun. & l. ſi ex*

ex pretio 6. C. ſi cert. pet. vbi Cyn. nu. 3.
Bart. in 1. oppoſ. dicunt id procedere
2 etiam ſi pecunia non fuerit præſens,
nec ſolutioni parata, alioquin ſi pecu-
nia ſaltim eſſet ſolutioni parata, tunc
præcedens cauſa conuerti poſſet in
cauſam mutui, etiam abſque ſtipula-
tione, l. ſingularia, vbi poſt alios, Ca-
gnol. num. 145. l. certi condictio. §. de-
poſui, vbi omnes, ff. ſi cert. petat. Salic. in
d. l. aduerſus, poſt num. 2. verſ. quid di-
cemus, in fin. & in d. l. ſi ex pretio, poſt.
num. 6. C. ſi cert. petat. Felyn. in cap. ſi
cautio, num. 56. verſ. fallit ſeptimò, de
fid. inſtr. Ruin. conſ. 19. num. 11. lib. 4.
Acoſta in l. ſi ex cautione, in 3. limit. C.
de non numer. pecun. attamen cum
3 mutuum vires capit hoc caſu à ſub-
ſtantia obligationis præcedentis, ſine
qua mutuum non conſiſteret, & vt
dixit Bald. in d. l. ſi ex pretio, num. 5.
4 ſubſtantia accipitur in hac materia
pro cauſa primordiali ipſius obliga-
tionis influente, & ſequitur Salic. ibi
num. 1. 2. & 9. & alibi docuit Bart. in
l. Lutius, la ſeconda, ff. depoſ. quod mu-
tuum ſubſequens fomentum habet
ex veritate cauſæ præcedentis, quæ
excludit ſimulationem, ex qua con-
tractus alioquin redderetur nullus,
accedunt Vaſquius, Suarez, Roland.
& alij, apud Surdũ conſ. 162. ex n. 38.
& 44. lib. 2. vbi latè, ob id cauſa pri-
5 mordialis contractus attenditur, non
poſterior, & accidentalis, prioris con-
tractus gratia facta, & ſic mutuum re-
tinet, & ſequitur cauſam dotis, etiam
quoad priuilegia, ex qua deſcendit, l.
ſi eum, §. fin. & l. qui iniuriarum, ff. ſi
quis caution. vt in ſpecie docuit Bald.
conſ. 315. aliàs 317. ad euidentiam
præmittendum, ante fin. verſ. accidit
alia ratio, lib. 3. & conſ. 384. duo ſunt
videnda, in fin. verſ. ſolutio, lib. 1. cau-
ſa enim præcedentis contractus præ-
ualere debet, non autem poſterioris
accidentalis Socin. latè conſ. 143. n. 14.
6 lib. 1. & quod depoſitum factum ob
gratiam mutui, reguletur ſecundùm
naturam mutui, Bart. in l. ſi quis nec
cauſam, num. 3. C. ſi cert. pet. Gomeſ. in
7 §. fuerat, num. 13. de action. contractus
etenim, nomen, & ſubſtantiam ſumità
principaliori contrahentium actu, &
intentione, quæ fuit, dotem, non mu-
tuum conſtituere, l. fundi partem, ff. de
cõtrah. emption. & latè probat Couarr.
lib. 2. variar. cap. 4. num. 8. in fin. et 9.
8 vnde fit, vt ceſſio, quæ acceſſoriè fit
ratione præcedentis contractus, non
requirit ſolennitates alias per ſtatutũ
requiſitas, cum initium in cõtractibus
ſit ſpectandum, ſicut generaliter in
omnibus, Menoch præſumpt. 129. in
fin. num. 43. lib. 3. & latè, & doctè qui-
dem infinitis probat benè eruditus
Steph. Gratian. diſcept. 273. num. 11.
13. 26. cum ſeq. & num. 38. lib. 2. &
quamuis Dominus meus Capyc. in de-
9 ciſ. 183. in pũcto loquens, vtrum de-
bitum ex cauſa dotis transfuſum in
cauſam mutui, tranſeat cum eiſdem
priuilegijs quoad vſuras, & intereſſe
dotis, ſubdubius tamen ſentire videa-
tur, quod retineat eadem priuilegia
quoad tacitam hypothecam, & alia,
non autem quoad vſuras, quæ tanquã
odioſæ non debent intelligi repetitæ
cum eiſdem priuilegijs, prout de ipſo
velut dubitãte, licet perfunctoriè me-
minit Regens Lanar. conſ. 18. num. 9.
attamen caſus noſter eſt ſatis diuerſus
à caſu propoſito per D. Capyc. ibi .n.
duo ſupponit: primò, quod primæua
actio erat nedum expreſsè nouata,
ſed erant irritæ factæ omnes præ-
cedentes promiſſiones, & ſic to-
taliter extincta primæua obligatio:
ſecũdò loquitur de priuilegijs actio-
nis nouatæ, prouenientibus ex ſola iu-
ris diſpoſitione abſque partium con-
10 uentione, vt ſunt vſuræ, quæ etiam in
contractibus bonæ fidei proueniunt
ex ſola mora in odium debitoris mo-
roſi, vt iſtę non intelligantur repetitę
in ſecundo contractu, vt propriè lo-
quitur Bart. cui D. Capyc. innititur, in l.
aliam 29. in vlt. verbis, ff. de nouation.
vbi Imol. declarans doctrinam Bart.
11 dicẽtis, quod quãdo priuilegia inſũt
ex

Digitized by Google

ex legali diſpoſitione fauore credito-
ris, vel cauſæ, intelliguntur repetita,
niſi aliud actum ſit, vt in *dict. l.* ſubdit
Imol. exemplificans in priuilegio do-
tis, & tutelæ, vt huiuſmodi priuile-
gia tranſeant etiam in ſecundam ſti-
pulationem nouantem, niſi cauſa vi-
tandi priuilegium ſit facta nouatio,
12 quod limitat non procedere in pri-
uilegio, quod inerat primitiuę obli-
gationi ex ſolo odio, & eſt curſus vſu-
rarum in iudicijs bonæ fidei ex ſola
mora, & periculum interitus propter
moram; vt iſta non intelligantur repe-
tita; & addit in fine, quod ex prædi-
ctis etiã habes caſum, in quo per no-
uationem tollitur & primitiua ipſo
iure, & tamen remanet firma obliga-
tio pignorũ, licet de hoc nihil ſit actũ,
quod dicit eſſe notab. ſecundum *An-
gel.* in quo licet *Caſtr. ibidem* plus vo-
luerit, quod etiam priuilegium quoad
curſum vſurarum remaneat, & cẽſea-
tur repetitum, niſi vbi expreſsè, vel
tacitè fuiſſet actum, quod principalis
obligatio nouaretur, & tolleretur, au-
thoritate *Gloſſ. in l. 2. §. parui, ff. de pri-
uileg. cred. in gloſſ. in verb. obijciendi*;
dicens, quod hæc opinio fortè verior
eſt in iudicando, vt *per eum in vltimis
verbis*, quicquid tamen ſit, & ſi eſſet
vera limitatio *Bart. & Imol.* nos ſu-
mus in diuerſo caſu; ſiquidem non
verſamur in vſuris debitis ex ſola mo-
ra, & ex iuris diſpoſitione, quæ ſunt
odioſæ, vt in *l. emptor, & l. nouatione,*
13 *ff. eod. tit. de nouation.* ſed in intereſſe
debito ex partium conuentione, quæ
in caſu moræ expreſsè conuenerunt,
vt ex tunc cenſerentur in ſolutum da-
ti annui quidam duc. ex introitibus,
quos Princeps promiſſor dotis tene-
bat emptos ſuper Regia dohana, quo
caſu ijdem *DD.* nempè *Bart. Angel.
Imol. Caſtr. & alij* non negant, tranſi-
re etiam priuilegium quoad intereſſe
debitum ex conuentione, quod ex eo
patet, quod concedunt abſque dubio
manere priuilegiũ hypothecæ, & pi-
gnora, & ſic dabitur nedum pro ſorte,
ſed etiam pro tertijs, ſeù intereſſe cõ-
uẽto, ex *l. Titius, ff. qui potior. in pigno-*
14 *re*, cuius text. diſpoſitionem, nedum
procedere in vſuris, & intereſſe dotis
conuentis, & ex pacto debitis, de quo
nemo dubitat, vt per *Ripam in l. priui-
gia, num. 5. ff. de priuil. cred. Mar. deciſ.*
929. *num.* 3. ſed etiam in hypotheca
contracta, nulla facta mentione vſura-
rum, vel intereſſe dotis, quinimò & in
tacita hypotheca legali contra *Bald.
nouel.* & veriùs, & receptiùs, & pluries
iudicatum iuxtà opin. *Bart.* tradunt
*Myſinger. centur. 1. obſeruat. 64. Surd.
deciſ. 240. num. 15. & 16.* & comm. &
ita millies deciſum teſtatur *Regens de
Ponte conſ. 77. num. 2. et alijs relatis
Hyſp. Rodoricus d. lib. 3. quæſt. 7. n. 69.
verſ. intereſt modo, & num. 70.* quæ
opinio eſt indubitata in bonis in om-
nem caſum obligari permiſſis, & in
præiudicium obligantis, licet fuerit
dubitatum, an etiam procederet in
præiudicium tertij, cui bona ſunt re-
ſtituenda vigore fideicommiſſi, quo-
modo procedit diſputatio apud *D. de
Franch. deciſ. 613. per totam,* præſer-
tim *num. 16.* quod etiam comproba-
tur ex vulg. *dec. text. in c. ſalubriter, de
vſur.* vbi cõſtat, intereſſe, ſiuè vſuras
15 dotis nõ ſolutæ deberi genero ſuper-
uiuenti propter onus matrimonij, tã
ſi ab initio fuerit ex conuentione mo-
derata certa quantitas, vel annua pẽ-
ſio ipſi genero præſtanda, donec dos
fuerit perſoluta, etiam nullis datis pi-
gnoribus, vt contra opin. *Ioann. Andr.*
firmarunt *Calder. Anchar. Panormit.
Bart. Roman. Imol. Alexand.* & reliqui
infiniti congeſti per *Rodriquez de an-
nuis reditibus. lib. 3. quæſt. 7. num. 44.
ampliat. 2. poſt Molin. de primogen. lib.
4. cap. 5. num. 6.* quàm etiam, ſi citra
pactum, & nulla præhabita conuen-
tione de lucrandis fructibus, vel ſol-
uendo intereſſe, fuerit dos promiſſa
ratione matrimonij cõtracti, vt reſol-
uit *Valaſeus* dicens, ita iudicatum
conſult. 8. n. 1. & probat latè examinãs
Rodriquez d. lib. 3. quæſt. 7. num. 46.

verſ.

verſ. amplia quartò, idque quia, etſi expreſsè pactum de lucrandis fructibus loco intereſſe non interceſſerit, ex ſubiecta materia dotis, tacitè cen-
16 ſetur interueniſſe pactum, vt maritus lucretur fructus, vt ex eis ſuſtinere valeat onera matrimonij loco intereſſe damni emergentis, nam ſi dos eſſet ſoluta ſuo tempore, maritus ex illis fructibus ſubſtinuiſſet onera matrimonij, & nō ex ſuo, & ſic neceſſariò tacitum pactum ſaltim interueniſſe præſumendum eſt, in terminis *d. cap. ſalubriter*, vt optimè explicāt *Couarr. reſolut. lib. 3. cap. 3. num. 3. verſ. ſecundò cōſtat, Ferez tit. 2. lib. 8. ordin. Menoch. conſ. 7. num. 15. lib. 1. & alij*, quos refert latè *Barb. in l. de diuiſione, 5. poſt num. 2. ff. ſolut. matrim.* vbi ex hoc infert, non eſſe ſpeciale in dote, vt huiuſmodi pactum valeat, ſed potius
17 iure communi, cùm illius fructus vel cedunt loco damni emergentis, vel etiam loco ſatisfactionis illius tacitę promiſſionis, quam videtur facere, dotem promittens, ſed in eo conſiſtere ſpecialitatem, vt propter illius naturam ſemper tacitum pactum intereſſe videatur de lucrandis fructibus, donec dos ſoluatur, vt latiùs per *Barboſ. d. num. 2. in fin.* & propterea non mirum, ſi priuilegium à iure conceſſum doti, vt cēſeatur tacitè promiſſa damni recompenſatio ex præſumpto pacto, & partium conuentione cenſea-
18 tur repetitum in contractu mutui, in quem præcedens cōtractus dotis fuit transfuſus cum expreſſa conuentione de ſoluendis annuis introitibus loco intereſſe, quod in puncto fieri poſſe, etiam ſi annuus redditus exceſſerit fructuum ęſtimationem, & eorum intereſſe in vim annui redditus redimibilis, optimè docuit *Couarr. d. l. 3. reſol. cap. 4. num. 6. verſ. octauò infertur, ante finem*, & frequēter id fieri in cōtractu matrimoniali, docet *Molin. d. lib. 4. cap. 5. nu. item 5. & 6.* quas vſuras apprimè fauorabiles eſſe, nihil autem odioſi retinere, docet *Roland. cōſ.*
65. num. 4. lib. 4. & latè *Theſſaur. de-*
19 *ciſ. 45.* ex alio autem non obſtat deciſio *Domini mei Capyc.* ſiquidem nō eſt deciſio S.C. cum nihil deciſum in eo puncto referat, quinimò innuit ſe ſolum contra aliorum ſententiā id ſentire, dum *num. 3.* dicit *aliqui dicebant* ſententias de Collegis, & deinde poſt *num. 4* dicit *ego eram in voto cōtrario*, vnde ſolus ipſe contra ſentiebat, vnde non eſt multum curandum, cum nemo ſolus ſapiat; & tertiò rela-
20 ta per *D. Capyc.* procedunt iuxtà terminos ſimplicis nouationis, an priuilegia remaneant in actione nouata, cuius nouationis natura eſt, vt fiat ex interuallo, abſoluto primo contractu expreſsè, vel euidētibus coniecturis, vt conſtat ex congeſtis per *Menoch. præſumpt. 134. num. 36. Gregor. Lopez l. 15. tit. 14. part. 5. gloſſ. fin. ad fin.* at nos propriè loquimur in transfuſione vnius contractus in alium, eodē die, & momento facta, vbi non poteſt
21 dici propriè nouatio, cum vnus, & idem prorſus dicatur contractus ex temporis vnitate, & correſpectiuitate, adeò, vt non dicatur primus abſolutus, niſi perfecto ſecundo, iuribus citatis per *Frecc. lib. 2. quæſt. 16. nu. 7. D. de Franch. deciſ. 369. num. 4.* latè *D. Conſ. Georg. alleg.* . . . & alios congerit *Rodriquez d. tract. de ann. redit. lib. 2. quæſt. 3 n. 52. verſ. idem ſi vterq;*
22 in eadem autem ſcriptura, vel contractu non datur quid prius, neq; poſterius, ex not. *in l. contractus, C. de fide inſtrum.*

Sed vt ceſſet omnis dubitatio in pūcto, & terminis proprij caſus noſtri, quod transfuſo contractu dotis in mutuum, & in contractum cenſualem, ſiuè conſtitutionem annuorum reddituum, quem Siculi, ſubiugatorium ad formam bullæ, de cenſibus, appellant,
23 quod contractus transfundatur de vno in alium cum omnibus priuilegijs, & qualitatibus, quæ primo inerāt tam pro capitali, quàm pro tertijs, & interuſurijs, & ꝙ generalis praxis ita ſeruat

ſeruat,tam in dotibus conſtituendis, quam reſtituendis,& ita fuiſſe iudicatum in Conciſtorio Siciliæ,optimè,& latiſſimè *Caſtillus deciſ. Sicil.* 5. *ex num.*37. *vſq; ad num.* 45. *verſic. ſed exinde*, vbi optimè, præſertim,
25 quod in iure vniuerſali,cuiuſmodi eſt titulus dotis,debitum ex vno contractu poteſt conuerti in debitum ex alio,ita quod primum non tollitur, ex theorica *Bart. in l. ſingularia num.* 40. quod introitus empti ex pecunia dotali, præſertim in caſu noſtro, vbi expreſſa eſt facta mẽtio,quod emptio fiebat ex pecunia dotali,interueniente quoque expreſsè in contractu ipſa D. Beatrice, efficiuntur dotales ex traditis per *Lanar.conſ.*26. *nu.*13. vbi id dicit procedere, etiã ſi fiat emptio non nomine vxoris,cui addo latè congeſta per *Barboſ in* 3. *part. rub.ff. ſolut.matrim. num.*77. in quo eſt aduertendũ,quod *Caſtill.* non ſe fundat principaliter in expreſſa reſeruatione,ſed generaliter hoc firmat, dicens eſſe commun.opin.ex *Alex. n.*38. *&* *nu.*44. concludit ex *Ripa Neguſ.Turretto ; et alijs*, quòd quoties ſunt repetita pignora, quod ſupra fundauimus cenſeri indubiè repetita, etiam ſententia *D.Capyc.* cenſeri quoque repetita cũ priuilegio prælationis, licet hoc dicat multò magis procedere, vbi ſunt expreſsè reſeruata iura,*nu.*39. quod hic quoq; non deficit, & ex his diſpoſitũ
25 fuit iuxtà iuris tramites in *cap.*21.Regis Catholici,priuilegium etiam aſſẽſus legis tacitè conceſsũ ſuper feudis, in quo aliàs ſtricta ſolet fieri interpretatio non extendi quidem,ſed ex mẽte reſpiciente dotis conſeruationem comprehendere, nedũ inſtrumentum dotis, ſed mutui, in quod frequenter promiſſio dotis transfundi ſolet,quod benè conſiderauit *Camer. in cap. Imperialem,cart.*52.*&* 53.& nouiſſ. *Reg. de Ponte de poteſt. Proregis de aſſenſ. ſuper dote,tit.*6.*num.*42.*&* 44. vbi ſeuerè obiurgat ſuum gentilem *Lanar.* velut ſine ſapore loquentem, dum de hoc dubitauit *in d.conſ.*17.ex quibus
26 cum non ſimus tam in ſimplici contractu puri mutui,quàm dotis,non eſt neceſſe differere, vtrum ab initio in contractu mutui poſſit taxari certa quantitas ratione intereſſe in caſum moræ,quam & in mutuo poſſe etiam ab initio definiri ratione intereſſe in damno cõſiſtentis,quod vere ſentiret mutuans, omni dolo,& fraude velandi vſuras ceſſante,vt ſaltim ſuſtineatur huiuſmodi taxatio in vim probationis poſtea deductæ, reſoluunt ex Theologis,& Canon. *Lupus de vſuris comment.*1.§.6.*ex num.*121. *&* 126. *& Stephan. Gratian diſcept.forenſ. tomo* 2. *cap.* 386. apud quos latiſſimè, neq; prædictis oberit, quod cũ Chriſtopharus,de ſumma crediti aſcendẽtis ad duc. 40278.alienauerit ferè dimidiam partem,ita vt penès eum remanſerint ſolum duc. 21380. non videatur vti poſſe iuribus D. Beatricis, cum in ſumma alijs conceſſa, & alienatata contineri poſſit creditum dictę D.Beatricis,ſiquidem ea ratione,qua cenſetur facta ſolutio in cauſam du-
27 riorem,prout magis vtile eſt ſoluenti, pari ratione præſumitur in dubio, cedentem, vel alienantem partem crediti,id egiſſe,vt ſibi vtilius eſſet,& minus damnoſum ipſi cedenti, vel alienanti,vt ex reg.*l.*1.*l.*4.*et l.cum ex pluribus,ff. de ſolution.* generaliter infert hoc B*art.* ad omnem actum, vt geſtus
28 videatur,prout vtilius eſt gerenti *in l. gerit,num.*21.*verſ. in contrarium*, *& in verſ.& intelligo*, infert etiã ad poſſidẽtem, vt intelligatur quis rem poſſidere ex cauſa,quæ ſibi vtilior eſt, & minus damnoſa, & vt quilibet diligẽs homo feciſſet,citãs *d.l.*1.& ſic cenſebitur Chriſtopharus,remanẽte introitus poſſidere ex cauſa vtiliori,nec veriſimile eſt,ipſum alienaſſe meliora, & potiora iura ſibi maximè neceſſaria pro tuitione ſui reliqui crediti, vt excludatur iactatio propriæ ſuabſtan-
29 tiæ, quo caſu potius fatuitas præſumitur, quàm rei,ſiue iurium iactatio,

&

& *Bart.* doctrin. ſequitur *Alex.cõſ.* 55.
*num.*2.*&* 13.*lib.*5.*& conſ.*185.*nu.* 2.
*lib.*6.*Corn.conſ.*308. *col.*3. *littera M.*
*verſ. & idcirco, lib.*1. *Tiraquell. in* 1.
retract. §. 30. *gloſſ.*1. *num.*32. *in fin.*
*verſ. nam & alias, Rimin. iun. in l.*1.
num. 93. *C. qui admitti,* latè *Menoch.*
*præſ.*136. *num.*16. *cum præced. lib.*3.
*Surd.deciſ.*15. *poſt num.* 16. hiſq; accedit,quę reſpõdit *Butr.conſ.*65.quod
30 quod quãdo pecunia alicui ſimpliciter datur, in dubio præſumitur data ex cauſa, ex qua inducitur minor iactatio dantis,ſequitur *Crauett.cõſ.*116.
*num.*11. & vtroq; relato *Menoch.cõſ.*
121. *num.*44. *in fin. &* 45. *lib.*2. qui propriè eſt caſus noſter; ſiquidẽ q uedit,dat & transfert, & eadem omninò eſt ratio in dante,quæ in cedente,nec pariter prętendere poterunt aduerſarij temporis prioritatẽ aliquã quoad partitam,quæ,ab initio fuit conuentũ cum Principe debitore, vt ſolueretur D.Portiæ, & Victoriæ Spinulis, & ſic fuit ſoluta pecunia in bãco, cum prędicto vinculo,iuxtà formam primi cõtractus, ex poſt facto non ſine fraudis ſuſpectione mutato pacto, ac conuento, vt eadem pecunia ſolueretur dominis de Surgente,quibus poſtea non ſolum nõ fuit ſatisfactum de pecunia Gioffredi,ſed poſt quoddã tempus dimiſſi fuerunt ex pretio terræ Grumi, & ſic ex alijs effectibus Principis; ſiquidem abſoluti iuris eſt,tertium, de cuius pecunia dimittitur alterius creditor,nõ aliter ſuccedere in hypothe-
31 ca prioris creditoris, quàm ſi tria omninò copulatiuè concurrant,nẽpè; primò, vt expreſsè detur,quod priori creditori ſoluatur; ſecundò, quod cũ effectu pecunia perueniat ad primũ; & tertiò, vt cum debitore conueniatur,quod ipſe mutuans ſuccedere debeat in locum primi, quibus tribus preciſè interueniẽtibus, ſuccedit tertius loco primi,non aliter, iuxtà *gloß,*
*notab.in l.*1.*gloſſ.*2.*verſ.tertio ſcilicet.*
*vbi Bart.Bald.Salic.num.*3. *Bart. in l.*
*ariſto,nu.*4. *Salic. n.*2.*ff.quæ res pign.*
quinimò, etſi ad ſuccedẽdum in perſonali actione non requiratur tanta ſolenniras, vt inquit *gloſſ præd.in d. l.*
1.*in fin.* procedit tamẽ, vt non requiratur tertium tãtùm requiſitum, nẽpè pactum, quod in locum primi ſuccedat,ſed omninò etiam ad acquirendũ
32 perſonalem requiruntur duo alia requiſita,inter quæ præcipuum ſemper, & ſubſtantiale eſt ſecundum, quod ex hac pecunia prior ille creditor dimittatur,vt declarat *Negusant.in* 5. *part.*
3.*membr.*§.1.*num.*45.& bene probat
*Rodriquez de annuis reddit.lib.*1.*q.*14.
*num.*21. *in fin. & ſeq.* & latè habetur apud *D.de Francb. deciſ.*134. *& Reg.*
de Ponte conſ. 6. vnde cum hoc ceſſet in caſu noſtro, quinimò appareat ex alia pecunia debitoris,ſuper qua alijs poterat ſatisfieri,hunc creditorem dimiſſum, nullo modo poterunt aduerſarij illius iura ex ceſſione repræſentare, ſicut,& nouiſſimè,neque poterunt aliquam temporis prioritatem prætendere quoad redditus, ſiuè tertias ipſis debitas ex nouis contractibus, in quibus, præuia facultate redimendi, ſeu iure luendi ipſis,ceſſo per Principem debitorem, in priorum creditorum locum ingreſſi ſunt; hæc enim rapræſentatio, & ſubrogatio fieri nõ potuit,niſi quoad ſortem,& redditus in prætetitum debitos, de quibus intelligenda eſt *lex* 1. ibi, *& in locum eius ſuccedat,& l.*2. ibi, *& eius locum,cui pecuniam numeraſti,conſequutus es,C.de his, qui priorum, & l.ſi pupillorum,§.fin.ff.de rebus eorum,* ſecus vero quoad redditus,ſiuè tertias, quæ ex nouo contractu deberi incipiunt; ſiquidem prior redditus redẽptione fuit extinctus, & bona libera
33 affecta ſunt, vnde ſecundus creditor ſubrogari non poteſt in iure exigendi redditus futuros, redemptione iam extincto *arg.l.modeſtinus,ff.de ſolutiõ.* quod tamen temperatur, vt licet pro annuis introitibus ſecundo loco emptis,non detur prioritas,niſi à die poſterioris contractus emptionis factæ

per

Digitized by Google

per ſecundum emptorem, tamen pro
34 rata intereſſe legalis debiti, quæ eſt minoris quantitatis, quam importent tertiæ debitæ conuentione, vigore ſecundi contractus, negari non poteſt, quin ſecundus emptor remaneat anterior, quandoquidem ſicuti creditor
35 eſt anterior pro ſorte principali, ſic etiam manet prior pro rata quantitatis legitimi intereſſe eiuſdem ſortis, *ex reg. l. Lutius, ff qui potior. in pignore habeantur*, latiùs exornatæ per *Burſat. conſ.* 103. *lib.* 1. *Conſil. de Anna in collectan. num.* 1. *Barboſam in l.* 1. *part.* 3. *num.* 28. *ff. ſoluto matrim. Franchis deciſ.* 613. *libr.* 4. *Felician. de cenſibus, lib.* 3. *cap.* 5. *poſt num.* 16. *verſ. dubitatum eſt, Surdum de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 49. *poſt Afflict.* qui limitat in pœna, vbi etiam *Vrſill. deciſ.* 186. ſequutos *Caſtr. in l. & ideò, ff. de cōpēſat.* vt in puncto vtrumq; caput, paucis, ſed aureis verbis ſingulariter docuit *Salic.* videndus *in l. per teſtationem, n.* 1. *in* 1. *&* 2. *notab C. de vſuris*, latiùs explicat doctus Cannet. *in repet. cap. volentes*, §. *at non erit otioſa quæſtio, nu.* 12. *&* 14. quem ſequitur *Dom. meus ſocer Camill. de Medicis conſ.* 112. *in fin. doctiſſimus Conſil. Theodorus allegat.* 7. *num.* 17. *in fin. & allegat.* 54. *ſimiliter, in fin.* & ita paſſim iudicatum
36 accepi, & vidi. Verùm in hoc vltimo dubitari poteſt, an hæc prioritas pro rata intereſſe procedat ſolum pro ter-
37 tijs decurſis poſt reſciſſionem contractus, in quo tempore ceſſat decurſus tertiarum conuentarum, ſed debetur intereſſe legitimum commune ad eandem rationem, vel etiam eadē prioritas concedatur pro rata intereſſe etiā pro tertijs debitis, ſiuè decurſis ante reſciſſionem, & non ſolutis, & licet prima opin. vt prioritas detur ſolùm pro rata tertiarum decurſarum poſt reſciſſionem, quæ verè debentur ex mora, non autem pro rata decurſa ante reſciſſionem ſub maiori ſumma tertiarum, cum eo tempore tertię deberentur ex conuentione, & ſic ex ſecundo contractu nouæ venditionis qui non poteſt producere effectum prioritatis, niſi vbi per moram ſequatur reſciſſio, & ſic res reducitur ad ſtatum primi contractus, in quo fuerunt ꝑ ſorte, & vſuris, bona obligata, vt colligi videtur ex dictis per *Socin. conſ.* 41. *col.* 2. *lib.* 4. verùm cum generaliter noſtri doceant, prioritatem non concedi pro tertijs debitis ex nouo contractu ad beneficium ſecundi emptoris, niſi pro rata intereſſe legalis, quæ continetur ſub tertijs, nec diſtinguūt vel exigunt, vt ſequatur reſciſſio, difficilè eſſet obtinere in praxi, fieri hoc diſcrimen; ſiquidem pro intereſſe re-
38 ſciſſo contractu, concedi creditori anterioritatem pro integra ſumma ad rationem tertiarum conuentarum, eſt indubium *ex regul. d. l. Lutius*, vnde vt quæſtio cadat ſuper dubitabili, oportet fateri, vt intelligatur de rata intereſſe contenta ſub decurſu tertiarum conuentarum, pro tempore ante reſciſſionem, pro quibus non eſt grauatus debitor, idemq; venditor, nec eius creditores, vt in terminis ferè cōſiderat *Rodriquez de annuis redditibus, lib.* 2. *quæſt.* 16. *poſt num.* 53. *verſ. tertiò quia ſicut, cū ſeq.* & meliùs poſt *num.* 61. *verſ. quintus caſus*, præſertim *in fine*, in puncto vero ſiuè articulo principali diſtinctionis *Salic. in d. l. per retentionem*, inter tertias, quæ debentur ex veteri, vel nouo contra-
39 ctu, nouiſſimè eſt facta deciſio per S. Conſ. in cauſa Vrſulæ Faraldæ cum Dom. Principiſſa Scillæ, in aula D. Conſil. Cæſaris Frecciæ, pœnes Burrellum, ita vt omninò ſit ſtandum deciſioni S.C.

SVMMARIVM.

1 *Emptor tenetur litem venditori denunciare, eumq; requirere, vt veniat ad defendendum cauſam, aliàs de euictione agere non poterit, quod*

quod ampliatur, nu. 2. etiam ſi venditor ſciuerit litem motam.

3 *Denunciatio vbi requiritur de forma non ſolùm ad certificandum; ſed etiam ad incitandum alium, vt quod faciat, vel non faciat, etiam ſcienti facienda eſt.*

4 *Emptor non ſolùm tenetur apertè litem venditori denunciare; verùm etiam ad eum copiam libelli tranſmittere aduerſùs eum producti, vt ſit nominatim certus de qualitate litis motæ.*

5 Imolæ doctrina, *aſſerentis, emptorem litem non denunciantem poſſe adhuc de euictione agere, ſi aſſumat onus probandi, quod etſi inſtructus eſſet per venditorem, adhuc tamen ſuccubuiſſet, recenſetur, & reprobatur, num. 6. & contra communem eſſe detegitur.*

7 *Denunciatio in materia euictionis requiritur de forma.*

8 Imolæ opinio *temperatur, & quomodo procedat, declaratur.*

9 *Aſſiſtentiæ extrema, vt actor obtineat, ſunt probanda.*

10 *Saluiano interdicto, vel hypothecaria ſola poſſeſſio auocatur, & ideò venditor de euictione non tenetur.*

11 *Aſſiſtentiæ remedium ex Saluiano, et hypothecaria proditũ eſt in Regno.*

12 *Venditor, euicta re emptori iudicio aſſiſtentiæ, quo ſola poſſeſſio auocatur, de euictione non tenetur, ſed actione ex empto, aliàs tenetur emptori ad intereſſe.*

13 *Priuatio ſupponit habitum.*

14 *Pater ſtipulando pro ſe, & filijs, an pro filijs vti hæredibus, vel vti filijs tantùm ſtipulari videatur; magna eſt altercatio inter* DD. & Gloſſ. & Bart. opiniones *recenſentur,* n. 15. & 16. *& fœdere diſtinctionis opiniones concordantur.*

17 *Filij cenſentur vocati vti hæredes, nõ vti filij, cum pater ſtipulatur ab extraneo donante, qui nullam poteſt veriſimiliter habere affectionem ad liberos donatarij, ſed ſolùm videtur donaſſe patris contemplatione: ſecus verò ſi donans ſit coniunctus.*

18 *Filij debent eſſe hæredes patris, & non dicuntur vocati vti filij, quãdo donatio ſit ſoli patri, & ipſe pater recipiat pro ſe, & filijs: ſecus verò ſi donans donat patri, & filijs.*

19 *Filij, & deſcendentes dicuntur vocati ex propria perſona, ſi auus donauit filio, & nepoti, eorumq; deſcendentibus.*

20 *Sequens diſpoſitio non trahitur ad ea, de quibus ſupra clarè fuit diſpoſitũ, & ſpecialiter certo modo prouiſum: quod ampliatur maximè procedere in diſpoſitione hominis, num.* 21.

22 *Hæredum denominatio apud imperitos Notarios, intelligitur de liberis.*

23 *Hæredũ mentio ex coniecturata mẽte diſponentis accipi debet pro filijs, & deſcendentibus, & ſic de hæredibus ſanguinis, non hæreditatis.*

24 *Maſculorum vocatione de deſcendẽtibus, non autem extraneis hæredibus intellexiſſe quis videtur.*

25 *Prohibitio de non alienando in contractu, non impedit dominij tranſlationẽ, niſi adſit ſpecialis hypotheca, vel generalis cum iuramento.*

26 *Iuramentum habet vim ſpecifici, & expreſſi.*

27 *Clauſula, quod poſſit extendi ad conſilium ſapientis, operatur tantùm, vt legitimè liget contractus, & cautè in ampla, & meliori forma, qua fieri poteſt.*

28 *Mulier promittendo euictionem pro alio vendente, videtur intercedere contra S.C. Velleianum, & contra Regiam Pragmaticam.*

ARGVMENTVM.

Litis denunciationem neceſſariam eſſe in materia euictionis, vt vẽditori fiat ab emptore rei, ipſamq; pro forma requiri, nec ſufficere ſolam ſciẽtiam ven-

venditoris litis motæ; & quomodo dicatur ſequi euictio in iudicio aſſiſtentiæ, ſiuè Saluiani interdicti ad effectum agendi, ſubtiliſſimè diffinitur: quando pater ſtipulans pro ſe, & filijs, dicatur pro filijs, vti filijs, vel vti hæredibus ſtipulari, diſtinctionis fœdere terminatur.

Pro Pyrro Ioanne, & fratribus de Afflicto.

CONTROVERSIA LVII.

NVllum ius competere fratribus de Riſis contra Pyrrhum Ioannem, & ſorores de Afflicto de Ciuitate Caſtrimaris ſuper petita refectione damnorum expenſarum, & intereſſe ex cauſa prætenſæ euictionis paſſæ, ex infraſcriptis iuris articulis, tam in actione perſonali, quàm in actione reali, luce clariùs oſtendere pro uiribus conabor.

Primò, quia iſtos fratres de Riſis emptores, nullo modo in proceſſu apparet, lites denunciaſſe ipſis de Afflicto, vti aſſertis hæredibus venditorũ,
1 cum tamen explorati iuris ſit, oportere emptorem litem denunciare vẽditori, eumq; requirere, vt veniat ad defendendum cauſam, aliàs non poterit agere de euictione, *l. 1. C. de peric. & commodo rei vend. l. emptore fundi* 8. *C. de euiction. cap. fin. de emption. & vend.* quod procedit etiam
2 ſi venditor ſciuerit litem motam: etenim cum denunciatio non ſolùm requiritur ad certificandum, ſed etiam
3 ad incitandum alium, vt quid faciat, vel non faciat, vt contingit in materia euictionis, vt venditor veniat ad defendendam cauſam, etiam ſcienti denunciatio facienda eſt, *l. parentes, C. de euiction. Alexand. conſ.* 138. *n.* 4. *lib.* 7. *Dec. conſ.* 74. *Couarr. reſolut.* 3. *Duen. reg.* 241. *Cabal. de euiction.* §. 3.
4 *num.* 4. quinimò non ſolùm tenetur emptor litem apertè denunciare, verùm etiam ad venditorem tranſmittere copiam libelli aduersùs eũ producti, vt ſit nominatim certus de qualitate litis motæ, vt poſt *Bart. in l. non ſolum, §. morte, nu.* 48. tradunt *Couarr. d. cap* 17. *num.* 3. *verſ. tertiò Duenas reg.* 243. *Gamma deciſ.* 79. *num.* 1. & ita in praxi ſeruari aſſerit *Cagnol. in l. venditor* 49 *num* 4. *ff. de iudic. Cabal. de euiction.* §. 3. & quamuis *Imol. in cap. fin. num.* 24. *verſ. ſed*
5 *aduerte, de emption. et vend.* docuerit, quod emptor, qui litem non denunciauit, poſſit adhuc agere de euictione, ſi aſſumat onus probãdi, quod tametſi inſtructus eſſet per vẽditorem, nihilominus ſuccubuiſſet, quia ius actoris erat perſpicuum, & penitus irrefragabile, quod videtur, licet perfunctoriè concedere *Afflict. deciſ.* 49. *num.* 3. vbi poſt *Rubeum, Alexand.* quem citat, affirmat *Vrſill. ibidem poſt num.* 2. quod in caſu præſenti in facto non concurrit, cum hoc onus probandi tam euincẽtem, & perſpicuam iuſtitiam actorum euidẽtium, iſti fratres de Riſis emptores, nec probauerint, nec ꝓbare ſuſceperint, quinimò, ex in facto deductis, vel clarè cõſtat ex diuerſitate confinium, bona vendita per authores conuentorum, non eſſe eadem, ſed longè diuerſa à bonis euictis, vel ſaltim de hoc probabiliter dubitari poteſt, quod ſi fuiſſent venditores in ius vocati, lucidiùs hoc
6 demonſtraſſent: attamen nec de iure opinio *Imola* eſt vera, nec communis, quinimò indiſtinctè, emptorem, qui venditori non denunciauit, non poſſe contra eum agere de euictione, etiam ſi onus probãdi ſuſceperit, ius euincentis fuiſſe nitidum, & irrefragabile, voluerunt *Gloſſ. in verbo poſſe in fin. & ibi Bart. & Salyc. in l.*

empto.

Digitized by Google

emptorem,in princ.ff.de action. empti, Alber.in l.at qui natura,§.cum me abſente,in fin.ff.de negot.geſtis Aret.in §.fin.num.5.inſtit. de empt. & vend. & hanc eſſe commun. teſtatur *Dec. conſ.74.col.fin.poſt princ.Gratus conſ. 1.num.57.lib.1.Crotus conſ.248.n.3. lib.2.* & latè defendit *Socin. in l.2.§. fin.num.15.vbi Alciat. num.29.ff.ſolut.matrim.*& hanc opinionem eſſe in praxi ſeruandam,dicit *Rebuff.3.tomo ad ll.franc.de dilation.art.5.Gloſſ. vnica,num.37.* ſed & *Imol.in fin.diſtinct.in d.cap.fin.* concedit,hanc ſecūdam opinionem eſſe tutiorem euidenti ratione, cum denunciatio iſta
7 requiratur pro forma,*Bald.in l.1.n.6. C.de peric.et cōm.rei vend.*& à forma data ꝑ legē, nullo modo recedi pōt, *l.conſtitutionibus,ff.ad munic.* vel ſaltim in re dubia admitti debet diſtinctio *Ripæ,qui in l.2. §.voluntatem, ff. ſolut.matrim.* diſtinguit, vt opinio, quæ tribuitur *Imolæ*, & ſequacibus affirmatiua, concedens emptori, vt poſſit agere de euictione, ſi onus ſu-
8 ſcipiat probandi, & verè probet ius clarum, & irrefragabile euincentis, ita demum ſit vera,ſi tempore motæ litis erat notorium,nullam poſſe cōpetere defenſionem venditori, ſecus verò ſi eo tempore non erat notoriū, ſed ex poſt facto incepit conſtare de non iure venditoris; hoc enim caſu non poterit emptor ſe excuſare ſub prætextu, quod non denunciauerit, quia eſſet notoria iniuſtitia venditoris, cum tempore inchoatæ litis de hoc non conſtaret,&ideò fuit in manifeſta culpa, & magis dolo nō denūciando, vnde nullatenus de euictione agere poterit *l.ſi fundo 53.§.fin.ff. de euiction.* ſequitur *Aymon conſ.83. n.6.& conſ.179. in 6.* quam diſtinct. veram eſſe,& iuridicam,non autem verbalē, à friuolis impugnationibus *Caball.*defendit nouiſſ. inſignis *Barboſ.in d. l.venditor 49. num.33. ff.de iudic.*vnde ex hoc primo capite deficit omne ius, & actio tam perſonalis,quàm realis actoribus.

Secundò deficit actoribus pariter omnis actio ſuper prætenſa refectione intereſſe in vtraq; cauſa euictionis occaſione debiti contracti per Vincētiam de Fuſco in beneficium Cō-
9 teſſæ de Tudiſco; deficit actoribus actio perſonalis, quia non probauit conuentos eſſe hæredes Vincentiæ debitricis; nec quidē competit realis, quia tantum abeſt,vt non probauerint,bona,ſuper quibus petitur aſſiſtētia,fuiſſe in bonis,& de bonis Vincentiæ tempore contractæ obligationis,aut ſaltim poſtea per eam acquiſita, iuxtà diſtinct. *Afflict.deciſ.335. num.8.& deciſ.139.num.6.* vt ijdem actores contrarium confeſſi fuerint, nēpè bona, & præſertim domos fuiſſe quòd. Gabrielis de Afflicto ſenioris, ac eius deſcendentium, non autē Vincentiæ,Gabrielis ſenioris nurus & quamuis Vincentia inſimul cum Io. Baptiſta,& Nicaſio,filijs donatarijs quòd.Gabrielis aui,in venditione interuenerit, cum ex actis conſtet non Vincentiam, ſed filios fuiſſe bonorū vēditorū dominos,aut ſaltim cū actores non probauerint, Vincentiā vllo tēpore fuiſſe dominā, non poterūt hæredes Io. Baptiſtæ, & Nicaſij, qui fuerunt domini,& venditores,teneri de euictione occaſione debiti contracti, & euictionis ſequutæ culpa Vincentiæ,ſed ſunt vocandi hęredes Vincentiæ, & expetēda eius bona,& ſuper illis experiri poterūt em-
10 ptores: cum enim auocatur ſola poſſeſſio, quod fit per hypothecariam, vel Saluianum interdictum, ex qui-
11 bus conſtat proditum eſſe remedium aſſiſtentiæ,quo in regno vtimur,venditor non tenetur de euictione, *l.3. vbi Bart.et alij, ff.de action. empti* cū alijs per *Caball.de euiction.§.5.n.44. caſu 15.* ſed ſolùm tenetur venditor
12 actione ex empto, quaſi re non tradita, liberare rē venditā ab onere,& nexu hypothecæ, aliàs tenetur emptori ad intereſſe, *l. ſi rem meam,* &

ibi *Bart. ff. de ſolut.cum alijs* per *Re-
buff.de conſtit. redd t.art.1.Gloſſ.14.
num.42.tom.2.& Cabal.d.tract. §. 3.
num. 153.& ſeq.*vnde cum bona ipſa
vendita,conſtet non fuiſſe d. Vincen-
tiæ,ſed filiorum de Afflicto, & vti eo-
rum bona fuerunt habita,dum pro al-
tero credito , & legato Nicolai An-
dreæ de Afflicto fuit ſuper ipſis præ-
ſtita aſſiſtentia , ſequitur,vt cum nulla
potuerit contrahi obligatio per di-
ctam Vincentiam ſuper bonis non
ſuis,quæ obligari nullo modo poſsũt
l.rem alienam 28. *eum Gloſſ.* quæ red-
dit rationem,*ff. de contrah. emptione,
Surd.deciſ.*253. *Barboſ.in l.quæ dotis,
poſt num.*140.*ff.ſoluto matrim.* pati-
ter ad nihilum cogi poſſunt fratres
de Afflicto, qui non poſſunt teneri
eximere bona à nexu obligarionis ,
quæ nullo modo contrahi potuit;pri-
13 uatio enim præſupponit habitum,
argumento *l. decem , ff. de verb. obli-
gat.*

Tertiò tam quoad caput euictio-
nis paſſæ occaſione debiti contracti
per dictam Vincentiam, quàm alte-
rius debiti dependentis ex legato fa-
cto per Nicolaum Andream, ceſſat
prætenſa euictio ſuper bonis poſ-
ſeſſis per conuentos; ſiquidem con-
ſtat, domos ad Campum Molę, con-
uentos poſſidere vigore donationis
factæ per Gabrielem de Afflicto ſe-
niorem de anno 1514. Nicolao An-
dreæ filio,& Gabrieli nepoti,ſtipulã-
te eodem donante auo pro eodem
Gabriele nepote omnibus filijs pro-
creandis ex legitimo matrimonio, cũ
expreſſa , & omnimoda prohibitione
ne dictus Nicolaus Andreas, & eius
filij poſſint diſtrahere,hypothecare ,
aut aliter quomodocunq; alienare,&
licet in puncto generali(quando non
eſt ſpecialiter inhibita alienatio, put
14 eſt in caſu noſtro) magna ſit DD. al-
tercatio , vtrum ſtipulando pater pro
ſe, & filijs videatur pro illis vti hære-
dibus ſtipulari , ita quod duo requi-
rantur,ſcilicet,quod ſint filij,& hære-
des , & proinde eius factum approba-
re teneantur, vel potius cenſeatur
ipſis ius quæſitũ vti filijs ex proprijs
perſonis , non vt hæredibus,& ſic vi-
deãtur plures donationes ad tempus
factę,nec ſucceſſor teneatur ad debi-
ta contracta per prædeceſſorem:
15 primam etenim opin. firmauit *Gloſſ.
in l.ſi tibi,§.ſi pactus,in verb.proderit,
ff.de pactis* , & cum ea videtur eſſe
Iſern.in cap.1.num.10.de alien. feud.
16 *patern.* cõtrariã verò firmauit *Bart.
in l.ſi mihi, & Titio,nu.6. ff.de verb.
obligat.& in l.Seia,num. 1.verſ.ad ſe-
cũdum ff.de donat.cauſa mortis,idem
Iſern.in cap.1.num.9. verſ. hæc deſe-
runtur,de ſucceſſ.feudi,Camer. in cap.
1.quæſt.1.num.10.& 50.an agnatus,*
poſt quorum ſemitas adeò DD. tur-
ba in diuerſas eſt ſciſſa ſententias, vt
vix diſcerni poſſit, quæ ſit magis cõ-
munis opinio , vt patet ex latiſſ. rela-
tis per *Surd. deciſ.*322. tamen ex eo-
rum dictis colligi poteſt diſtinctio,vt
tunc cenſeantur filij vocati vti hære-
des,non vti filij ex proprijs perſonis,
17 & ſic procedat prima opinio , cum
pater ſtipulatur ab extraneo donan-
te, qui nullam poteſt veriſimiliter
habere affectionem ad liberos,& de-
ſcendentes donatarij , ſed ſolùm do-
nare videtur,patris eiuſdemq; primi
donatarij contemplatione,prout ita
loqui videtur *Iſern.in d. cap.1. de
alienat.feu.patern.* vbi ibi ſe declara-
re videtur , *num.14.* ſecus verò cum
is, à quo primus donatarius ſtipula-
tur, eſt coniunctus ipſi donatario , &
liberis eius,veluti auus , vel alter cõ-
iunctus , quia tunc videntur omnium
perſonæ , in quos confertur liberali-
tas , pariter ex eadem ſanguinis affe-
ctione contemplatæ , vt latè probat
*Pariſ.conſ.4.n.10.vol.2. & per DD.
in l.ex facto, §.fin.ff ad Trebell.*& ita
procedit altera opinio.

Vel ſecundò, & meliùs conſtituẽ-
da eſt differentia, vtrum donans con-
18 cedat ſoli patri , tunc licet pater re-
cipiat pro ſe,& filijs,vel liberis,dicũ-

tur

Digitized by Google

tur tamen filij habere à patre recipiẽte, non autem à donante,& ideò non poſſunt venire filij niſi vti hæredes, & ita procedant omnia, quæ in contrarium afferri poſſunt, quæ in his terminis procedunt, non in alijs, vt plenè apparet ex dictis per *Surd. d.deciſ.*322. *ex nu.* 32. at ſecus ſi donans,vel concedens ipſe in contractu donationis donet patri, & filijs,ſeù liberis eius,quo caſu quæritur ius liberis non ex ſimplici promiſſione patris recipientis, ſed ex prouiſione ipſius concedentis, vt in terminis opin.diſcordãtes multorum authoritate cõciliat idem *Surd.deciſ.*324.*num.*6.*& ſeq.* de qua licet ipſe dubitet, *num.* 8. *in fin.* tamen eam ſumma ratione niti, & in praxi recipiendam ſine vlla dubitatione, affirmat *modern. Hiſpan. Fõtan.de pactis nuptial. clauſ.*4. *Gloſſ.* 9.*part.* 1.*num.* 10 *fol.*79. *à terg.*& ſic ſiuè quia in caſu noſtro donans non eſt extraneus, ſed auus, ſiuè quia expreſsè Gabriel ſenior auus donauit filio, & nepoti,eorũq; filijs procreãdis ex legitimo matrimonio, & pro eis ipſe ſtipulatus eſt, omninò ius
19 quæſitum cẽſebitur omnibus deſcẽdẽtibus ex proprijs perſonis, nec his obſtant verba,quæ ſubſequuntur in donatione, *ac eorũ, & cuiuslibet ipſorum hæredum*, *et ſucceſſorum*, quaſi ex his declaretur, filios vocari vt hæredes, non vti filios.

Primò enim dicitur, quod cum ſupra ſit facta expreſsè donatio Nicolao Andreæ filio, & Gabrieli nepoti eorumq; filijs ex legitimo matrimonio, ſequens hæredum mentio non poteſt de eiſdem liberis intelligi:ſe-
20 quens enim diſpoſitio non trahitur ad ea, de quibus ſupra clarè fuit diſpoſitum, & ſpecialiter certo modo prouiſum, vt ex multis latè probat *Zanchus in l.hæredes mei*, §.*cum ita part.*6. *nu.*217. *ff.ad Trebell.Roland. conſ.*59.*num.*48.*lib.*3.*Gabriel comm. opin. lib.*6. *de clauſ.concluſ.*9.*num.*8.
21 idque maximè procedit in diſpoſitione hominis vulgaris,& imperiti,& præſertim, vbi ab imperito Notario ſcriptura eſt cõfecta, qualem hic cernimus imperitiſſimum ex lectura inſtrumenti: hæc enim denominatio hæredum apud imperitos intelligitur
22 de liberis, vt latè probat *Simon de Pratis de interpretat. vltim. volunt. lib.*3.*ſolut.* 5.*num. item* 5.

Secundò, mentionem hæredum,
23 ex coniecturata mente diſponentis, accipi debere pro filijs, & deſcẽdentibus, & ſic hæredibus ſanguinis,non hæreditatis,probant latè *DD. in l. Gallus*, §.*quidam rectè*, & alij congeſti per *Surd.d.deciſ.*322.*nu.*19.*Card. Mantica de coniect. vlt.volunt. lib.*8. *tit.*14.*num.*18.iuxtà varias huius nominis ſignificationes,de quibus *Simon de Pratis d.ſolut.*5.*in prin.* quod autẽ dicta mentio hæredum intelligi debeat de filijs, & liberis ſanguinis,non hæreditatis, declarauit idem teſtator in altero inſtrumento,pauco poſt tẽpore facto,vbi ſimpliciter ſe filijs donaſſe declarauit, & addidit etiam, ſe intellexiſſe de maſculis, & ſic nulla alia interpretatio eſt admittenda,quã gloſſa ipſiuſmet teſtatoris *Bald. conſ.* 407.*lib.*1.cum alijs per *Caſanatem conſ.*15. *num.*7. & maximè, cum de maſculis fiat mentio, ex qua etiam
24 maſculorum vocatione, de deſcendentibus,non autem extraneis hæredibus,diſponentem intellexiſſe,aperta eſt *DD.* traditio apud eundem *Simon.de Pratis d.lib.*3.*ſolut.*5.*nu.* 11. *Peregr.de fideicomm. art.*32.*num.*45.

Vltimò adeſt expreſſa prohibitio hypothecandi, aut aliter quouis modo alienandi bona donata; & licet
25 regulariter in contractu prohibitio de non alienando non impediat dominij translationem,niſi adſit ſpecialis hypotheca,tamen ſufficere etiam generalem hypothecam, præſertim cum iuramento,quod habet vim ſpecifici,& expreſſi, probant *Duen.reg.*
26 240.*num.*7.*Gomeſ.lib.*2.*variar.c.*3. *num.*9.*Villalobos in ærario cõm.opin.*

*litt. A. num.*139. *&* 140.*Suarez in*
Theſſaur.recept. in verb. alienatio, &
ve>bo,obligatio Parlador. lib.2.quoti-
*dian. cap.fin. part.*4. §.5. *num.*17. &
magis commun. & veriorem, relatis
omnibus *Ceuaglios tract. cōm.c.673.*
& in fortioribus terminis *Guttierez*
*in l.nemo poteſt num.*45.*ff.de legat.*1.
& hoc eſt ſine difficultate in caſu
noſtro, vbi eſt adiecta clauſula, *quod*
poſſit extendi ad conſilium ſapientis ,
27 quæ clauſula operatur , vt legitimè
liget contractus, & cautè, in ampla,
& meliori forma, qua fieri potuit, ſe-
cundùm *Specul.de empt. & vend.*§.1.
num.9. verſ. ſed quid ſi, Bertaz. de
clauſ.cap.42.nu.9. in fin. quod & ſic
non eſt ferendum adiecta hac clauſu-
la, quod prohibitio de non alienãdo
ſuum non operetur effectum .

Nõ obſtat tandẽ noua p̃tẽſio acto-
rũ,quod velint ſibi ſatisfieri ſuper no-
mine debitoris , ſcilicet ſuper doti-
bus debitis Vincentiæ ſuper his bo-
nis,ex reg.*auth.res quæ*,*C.comm. de*
legatis,tum quia hac via non eſt actũ,
& nouiter eſt præſentatum aſſertum
inſtrumentum crediti dotium, aduer-
sùs quod conuentis competit defen-
ſio,cum hæc ſit noua petitio , & con-
ſequenter debent ordinariè diri-
gere greſſus ſuos, dato termino ,
tum etiam quia in termino probari
poterit ſatisfactio dotium,& fortè re-
ſtitutio in eiſdem ſtabilibus , in dotẽ
dotis, & pleniùs,ſi quid deeſt,proba-
bitur,bona vendita non fuiſſe propria
Vincentiæ, ſed filiorum , ex quo ſe-
queretur,quod ipſa promittendo eui-
ctionẽ in re ad alios ſpectante inter-
28 ceſſit, vnde contractus redderetur
nullus ex *Pragmatica de S. C. Vel-*
leiano , maximè non apparente Re-
gia diſpenſatione, & mille aliç ſimi-
les exceptiones occurrent in termi-
no concedendo , quæ præuideri non
potuerunt ante quàm hæc noua præ-
tenſio proponeretur .

SVMMARIVM.

1 *Onus probandi, affirmanti alienationem* Eccleſiaſticæ *rei validã,incumbit;& de ratione,num.ſeq.*

3 *Solennitas extrinſeca , an & quando temporis diuturnitate interceſſiſſe credatur,non probata ſcientia,cuius conſenſus requiritur , & num. 4. & 7.*

5 *Filius familias,quare ſolo curſu temporis hæreditatem iuſſu patris adiuiſſe præſumatur .*

6 *Confirmatio præſumitur ex longa poſſeſſione, ſciente confirmare debente .*

8 *Licentia Papæ in alienatione bonorũ Eccleſiæ non præſumitur,niſi probetur ſcientia Pontificis de alienatione, fallit num.9.& 10.*

11 *Diſpenſatio ex curſu longiſſimi temporis non præſumitur , exiſtente nimia difficultate in perficiẽdo ipſo actu principali , etiam pro eo, qui erat in poſſeſſione,ſeu quaſi,faciendi actus , & num.12.maximè in contractu contra ius commune, vel publicam vtilitatem , vel in iure impræſcriptibili,& num.13.& 14.*

15 *Licentia præſcriptionis maioratus ex curſu temporis non præſumitur , ex quo à Principe difficile conceditur .*

16 *Venditio Eccleſiæ Deo dicatæ , cuius etiam iure ciuili nullum eſt commercium,eſt contra ius commune ; publicam vtilitatem , et impræſcribilis abſq; diſpenſatione .*

17 *Sacra , & religioſa ſemel,ſemper talia remanent, etiam ſi ab hoſtibus capta ſint .*

18 *Locus ſacer remanet , etiam diruto ędificio , ita vt vendi nequeat abſq; diſpenſatione, quæ tamen propter difficultatem impoſſibilis reputatur :*

19 *Solennitas , licet ex tempore in alienatione bonorum Eccleſiæ præſumi poſſit,nõ tamen in alienatione ipſius Eccleſiæ .*

20 Bona

20 *Bona Eccleſiæ non indiſtinctè prohibentur alienari, ſed bene tamen ſeruata ſollennitate, ideo præſcriptibilia, ſecus Eccleſia ipſa, & aliæ res ſacræ, num. 21. & 22.*

23 *Solennitas extrinſeca præſumitur, vbi agitur de modico præiudicio.*

24 *Præiudicium graue dicitur, cum agitur de omittendo dominio.*

25 *Alienatio, diuiſio, & profanatio Eccleſiæ eſt magni præiudicij, cum ſit domus Chriſti.*

26 *Bona Eccleſiæ etiam temporalia, quoad ſubſtantiam, pauperum ſunt, quoad adminiſtrationem, clericorũ, & quoad dominium, Chriſti.*

27 *Calices, & alia ſacra pro redemptione captiuorum vendi poſſunt, non tamen Eccleſia.*

28 *Decretum neceſſarium in alienatione bonorum Eccleſiæ exigit ſcripturam.*

29 *Solennitas extrinſeca, quæ ſcripturam requirit, non præſumitur.*

30 *Alienatio bonorum, & iurium Hyeroſolimitanæ Religionis, & confirmatio etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ, abſq; tamen expreſſa licentia Magiſtri, & conuentus, nulla eſt quacunque præſcriptione non obſtante.*

31 *Solennitas præſumpta non ſufficit, vbi requiritur expreſſa.*

32 *Aſſenſus præſumptus in Regno non ſufficit in alienatione feudorum, ſed expreſſus requiritur, licet aliter de iure communi, & num. 33.*

34 *Tempori innitens, in circumuentione fundatur, quibus tempus nocet, per cumuentionem lædi dicuntur.*

35 *Præſumptio ex antiquitate friuola eſt.*

ARGVMENTVM.

Solennitas extrinſeca in alienatione bonorum Eccleſiæ ex lapſu temporis vtrum interceſſiſſe præſumatur, & quid in alienatione partis ipſiuſmet Eccleſiæ.

Pro Fratre Luca Fortunato Hyeroſolimitanæ Religionis & Rectore Eccleſiæ Diui Auguſtini in platea Conſtantiorum, contra Hieronymum Rozzettam.

CONTROVERSIA LVIII.

Est adeò nota, & certa prohibitio ab vtroq; iure tradita, alienationis bonorum Eccleſiæ, vt ei, qui dixerit
1 alienationem rei eccleſiaſticæ valere, incumbat onus probandi, *Bellam. conſ. 33. col. 13. Dec. conſ. 142. num. 4. Rebuff. tract. de alien. rer. eccl. n. 10. in*
2 *fin.* quia aduerſarius interim, velut regulæ inhærens, dicetur habere intentionem fundatam, *Gloſſ. magna in C. ſicut, de re iudic.* Bald. *in cap. 1. de alienat. iud. mut. cauſ. fact.* & eò fortiùs vti regulæ huic innixus iſte Rector Eccleſiæ Diui Auguſtini ſperat obtinere, cum nedum bona Eccleſiæ, ſed ipſius Eccleſiæ digniorẽ partẽ, q̃ vulgo [Cupula] nuncupatur, à ſuo prædeceſſore ſeiunctam, deſtructam, & prophanatã, ſuo corpori reintegrare, & reunire intendat, cuius pium deſiderium ſupremi Iudices fouere debent; nec iuſtiſſimæ prætenſioni actoris obſtare quicquam poterit lapſus triginta annorum, quo caſu ſolẽnitas extrinſeca, quæ aliàs non præſumitur, *l. quacunq;* S. *vltimo, ff. de*
3 *publiciã.* interceſſiſſe creditur propter temporis diuturnitatem, *l. ſi filius familias,*

milias, C.de pet.hæred.l.qui in aliena,
§.1.ff.de acquir. hæred. notant. *DD.*
in l.ſciendum, ff. de verb.oblig. Gloſſ.
& Canon. in cap. peruenit, de cenſib.
cum ſimil. hæc enim propoſitio quã-
plures habet declarationes, quæ ad
caſum noſtrum optimè adaptantur,
ſecundùm cõmunes,& veriores *DD.*
ſententias, omiſſis alijs multis, quæ
controuerti poſſent.

Primò enim procedit, quando ve-
riſimiliter is, cuius conſenſus ꝓ ſolẽ-
nitate reqrebatur in actu, ſciuit actũ,
qui dicitur ſolenniter fuiſſe factus, &
de conſenſu illius, ſecus ſi veriſimili-
ter ignorauit, quia tunc ex diuturni-
tate temporis ea ſolennitas non præ-
4 ſumitur, quia in ſciẽtia ipſius, à cuius
poteſtate dependet ſolennitas actus,
fundatur deciſio *tex.in d.l.ſi filius fa-*
milias, & in l.qui in aliena, §.1.in
quibus fundatur propoſitio: nõ enim
5 aliter probaretur, quod filius fami-
lias adiuerit hæreditatem iuſſu pa-
tris, qui eſt in ipſius aditione neceſſa-
rius ex ſolo curſu temporis, niſi ex
quo per dictum tempus ille poſſedit
ſciente,& patiente patre, vt declarãt
Bart.Bald. Salic. & alij in d.l.ſi filius
familias, & proinde infert ex hoc
6 *Bald num* 1.quod ſi electus,ſciente
eo,ad quem pertinet cõfirmatio, diù
poſſedit,præſumitur confirmationem
præceſſiſſe initiũ poſſeſſionis: & pro-
pterea conſuluit in ſpecie *Alex.*quod
vbi in alienatione rerum Eccleſiæ
conſenſus Papæ eſt neceſſarius, cum
ex lapſu temporis non probetur ſciẽ-
tia Pontificis,cum ignorantia regula-
riter præſumatur,argumẽto *l.verius,*
ff.de probat.reg. præſumitur ignoran-
tia,de reg.iur. in 6. & ex conſequen-
ti non poteſt inferri, quod ex eius to-
lerantia præſumatur, licentiam inter-
ueniſſe: ex hoc ſequitur, quod nullo
modo ex lapſu temporis præſumitur
7 hæc ſolennitas extrinſeca, vt benè is
probat *conſ.9. nu.8. lib.3.* ſequuntur
*Felin.*qui exclamat,& dicit,ſe ita cõ-
ſuluiſſe Lucçe *in cap.ſicut,poſt nu.33.*
verſ.benè fateor, de ſentent. & re iud.
Corn.conſ.98.col.2. verſ. præſumptio
autem,vol.1. vbi dicit,quod præſum-
ptio, quæ procedit ex dictis iuribus,
in quibus probatur, quod ſolennitas
extrinſeca præſumitur, reſultat ex
actibus, ſeù patientia eius, de cuius
præiudicio agitur,vel illius,cuius cõ-
ſenſus requirebatur, & idem probat
Dec.conſ.409.num.13. & hos ſequũ-
tur propè innumeri DD. qui omnes
8 vnanimiter ſentiunt cum *Alex.* vt li-
centia Papæ in alienatione bonorum
Eccleſię nõ pręſumatur ex curſu 30.
annorum, vbi nõ eſt probatũ in ſpe-
cie,Papam habuiſſe notitiam aliena-
tionis,quos videre licet apud *Afflict.*
*in deciſ.107.in fin.*qui teſtatur,ita de-
ciſum per S.C. *Tiraquell. tract. de*
præſcript.§.primo gloſſ. 4. verſic. 39.
nono,in vlt.verbis, Conſil. *Fabius de*
Anna conſ.112.num.41. 2.vol.& an-
te eum *Aymon Crauett. de antiq. tẽp.*
part.3.cap.1.num.18.verſ.ſecundò li-
mitatur, & iterum *cap.fin.num.29.d.*
part.3. notabiliter hoc ſublimitans,
quãdo eſſet elapſum tantum tempus,
cuius initij memoria non eſſet in cõ-
trarium; tunc enim ſolùm ipſe conce-
9 dit, ſolennitatem extrinſecam pręſu-
ſumi, etiam nõ probata ſciẽtia ipſius,
cuius conſenſus requiritur,ſed etiam
quod tanto tempore probatur actus
ipſe,eiuſq; ſubſtantia,& hanc opinio-
nem firmant etiam *Bald. Barb. Iaſ.*
Roland. & alij citati *per Oſaſc. deciſ.*
173.num.5. Socin. iun. Ruin.Gozad.
Bertaz.& alij congeſti per *Maſcard.*
concluſ.1322.num.29.Crotus,Ripa,
Curt.iun. & alij relati per *Menoch.de*
præſumpt.lib.3.cap.132.num.70. &
71. vbi comprobat limit. *Crauett.* &
10 addit aliam, niſi cõtractus fuiſſet ce-
lebratus eo in loco, in quo eſſet no-
torium, & conſequenter veriſimile,
quod Princeps ſciuerit, quod non
eſt in caſu noſtro, aliter limitat idem
Conſil.de Anna d. conſ.112. num.42.
2.vol. & ex his ſublimitationibus cõ-
firmatur limitatio noſtra in caſibus

non

non exceptis, quam ſequuntur etiam *Rimin. Anton. Gabr. & alij* relati per *Surd. conſ. 28. num. 99. verſic. ſecundo tollitur, volum.* 1 & vltimo optimè illam defendit *Facbin. lib.* 1. *cõtrouerſ. iuris, cap. 67.* dicens, ſemper ita conſuluiſſe, & non ſemel ſic iudicaſſe, reſoluens leues oppoſitiones *Hieron. Gabr.* qui ſolus aliter pro cliente reſpondit.

11 Secundò declaratur, vt ſolennitas extrinſeca ex curſu longiſſimi tẽporis non præſumatur, quando aderat nimia difficultas in perficiendo ipſo actu principali, vt puta quia ſine Principis diſpenſatione explicari nõ poterat; tunc enim non præſumitur diſpenſatio ex temporis antiquitate, author eſt *Bellamer. conſ.* 10. *col.* 20. *verſ. & ſi dicas*, qui quidem, vt rectè animaduertit *Crauett.* qui eum ſequitur *d. part. 3. cap. 1. nu. 20. verſ. tertio*
12 *limitatur*, indiſtinctè dicit, quod non præſumitur diſpenſatio ex antiquitate temporis, etiam pro eo, qui erat in poſſeſſione, ſeù quaſi, faciendi actus, qui citra diſpenſationem fieri non poterant; & licet in exemplo tradito
13 per *Bellam.* eius, qui poſſedit duo beneficia incompatibilia, viſus ſit aliter ſentire *Panor. in cap. licet Heli n. 24. de ſimon.* vt concurrente vltrà lapſum temporis qualitate beneficiati, necnõ & conditione ſuperiorum prædeceſſorum, qui ipſum tolerauerunt, præſumatur ſolennitas, & ſequuntur alij relati per *Felin. in d. cap. ſicut, in verſ. quinto aduerte, poſt num.* 31. tamen *Panorm.* ſe declarat, niſi ius commune eſſet in contrarium contra poſſidentem, vt tunc non ſufficiat nęc ille tacitus conſenſus ſuperioris, vt optimè aduertit *Crauett. d. part. 3. nu.* 21. ibi, *quæ tamen præſumptio*, vnde *DD.* relati per *Menoch. d. præſumpt.* 132. *n.* 72. *&* 75. pro opin. *Panorm.* comprobant omninò hanc limitationem, pro qua faciunt optimè verba *Frecc.* in terminis *lib. 2. de ſubſeud. quæſt.* 28.
14 *col. 3. in fin.* dum dicit, *fingere diſpenſationem in materia rigoroſa, non eſt quid facile, in alys diſpenſationibus, vel rerum alienationibus non ſic ius publicum læditur, nam ibi de reipub: præiudicio tractatur*, hæc ille, & hanc declarationem benè probat *Alexãd. conſ.* 101. *n. 4. lib. 6.* dicens, quod *tex. in l. ſi filius familias, C. de pet. hæred. cum concord.* non procedit in acquiſitione iuris contra ius commune, ſeù contra publicam vtilitatem, nec in iure impræſcriptibili, citãs *tex. in cap. ad decimas, de reſtit. ſpol. in 6. & cum Alexand.* ſentiunt alij multi relati per *Gabr.* qui & ipſe hoc ſequitur, *de præſumpt. concluſ.* 1. *num. 63. in* 1. *limit.* & omnium optimè hanc limitationem, vt ſupra expreſſam, vt veriſſimam, & receptam amplectitur *Fernand. Vaſquius lib. 2. controuerſ. illuſtr. cap. 64. num.* 15. tradens longè meliùs exemplum in re maioratus
15 vendita, quæ cum citra Principis licentiam vendi non poſſit, illa cum nõ facilè concedatur, ferè impoſſibilis reputatur, *l. apud Iulianum, §. conſtat, ff. de leg.* 1. quod etiam conſtat ex latè traditis per *Molin. de maior. lib. 1. cap. 28. & lib. 3. cap. 3. num.* 11. ſicq; par eſt, vt ex curſu temporis non pręſumatur: vnde cum veriſſima ſit limitatio, & DD. varia conentur adaptare exempla, nullum erit accommodatiùs, quàm in Eccleſia Deo dicata vendita, cuius etiam iure ciuili nullũ eſt commercium, nullaq; venditio, & ſic contra ius commune, contra publicam vtilitatẽ, & eſt impræſcriptibilis ſine diſpenſatione, *l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig. vbi Gloſſ. in verbo relicta ſunt*, limitat, niſi id fiat per Principem ſtatuentem ius, quod quaſi impoſſibile reputatur, cũ per ſolum Principem fiat, *d. l. apud Iulianum*, quod enim ſemel Deo dicatum eſt, non eſt ad humanos vſus vlterius transferẽdum, *reg. ſemel Deo, de reg. iur. in 6. cum infin. concord. in Gloſſ. magna, vbi Dyn.* dicit, id procedere ſecundùm iuris poſſibilitatem, ſecus

ſecus verò iuxtà Sūmi Pōtificis poteſtatem, qui poteſt ſacrum, prophanum reducere, ſed id reputatur impoſſibile, cū vnius poteſtati ſubijciatur, quod multis comprobat ibi *Boer.*
17 *in addit.* & propterea regulariter, quæ ſemel ſacra, & religioſa euaſerūt, ſemper talia permanebunt, vt per Bart. *Bald. & Salic.in l.ſi nondum*, C. *de furt. Fabr. & Aret.in* §. *ſacræ, inſt. de rer.diuiſ.*etiam ſi capta ſint ab hoſtibus, de iure tamen canonico, vt per *Imol. & Zabar. in clement.in plerſq; de elect. Aſinium in l.cum loca, & in l.ſi quis ſepulchrum*, §. 1. *ff. de relig.* quinimò & de domibus Imperatori conſecratis, idem dicit *text.in l.* 1. *C. de palat.et dom.lib.* 11. de quo meminit *Gloſſ. in c. quæ ſemel*, 19. *quæſt.* 3.
18 & remanet ſacer locus, etiam ſi dirutum ſit ædificium, ita vt vendi non poſſit, *l.æde ſacra*, 73. *ff. de contrahēd. empt.l.in tantum*, §. *ſemel autem, ff. de rer.diuiſ. Gloſſ.in verbo laicus, in cap. poſſeſſionis, de reb.eccl.non alienād.* niſi Papa, cui nihil eſt impoſſibile, de iure poſitiuo diſpenſet, quæ tamen diſpēſatio propter difficultatem reputatur impoſſibilis, vt tradit etiam *Rodoan. de rebus Eccleſ.non alienād.quæſt.* 3. *à num.* 37. *vſq; ad* 40. vnde licet præ-
19 ſumi poſſit ſolennitas ex tempore in alienatione bonorum Eccleſiæ, aliud erit in alienatione ipſius Eccleſiæ, inter quæ maxima eſt in hoc differentia, vt in terminis probat *Gloſſ. in c.ad hac* 4. *in verſ. mundanis vſibus, in fin.de relig.domib.* reddens rationem, quia bona Eccleſiæ ſpiritualia non ſunt, & poſſunt alienari, ſi ex-
20 pedit; non enim eſt ſimpliciter verū, quod bona Eccleſiæ etiam cuiuslibet generis, ſint prohibita alienari indiſtinctè, ſed benè non ſeruata ſolemnitate, *Panorm.in cap. cum non liceat, num.* 7. *de præſcript.* refert, & ſequitur *Rodoan.de reb. eccleſ. quæſt.* 4. *num.* 14. & communiter alienantur, & facilè expediuntur à Curia commiſſiones cum clauſula *ſi in euidentem*, vt refert *D. Praſ.de Franch. deciſ.* 191. *&* 235. nec tanta ſolennitas obſeruatur hodie prout antiquitus, vt per *Rodoan.quæſt.* 51. *cap.* 18. *num.* 8.
21 & ex hoc ſequitur, quod bona Eccleſiæ præſcribi poſſunt, iuxtà *text. in cap.illud, de præſcript.cap.auditis, de in integr. reſt.* quia non ſunt omninò prohibita alienari, ſed cum modificatione, ſecus verò in re omninò prohibita alienari, iuxtà diſtinct. *Gloſ.* Bart. *Bald. & Salic. in l.fin.C.in quibus cauſ. in integr. reſtit.* relatam per *Balb. de præſcript. in* 5. *part.* 5. *part. princip.q.* 4. *n.* 6. cuiuſmodi ſunt Eccleſia ipſa, & aliæ res ſacræ, & etiam
22 ſpiritualibus annexæ, quæ nullo modo præſcribi poſſunt, cum nec poſſideri, *cap.cauſā, quæ de præſcript.* nedū ſpatio centum annorum, ſed nec per mille annos, vt per *Felin.in cap.accedentes, col.*4. *verſ.fallit tertio, de præſcript.* cum alijs per *Rodoan. de rebus eccleſ.quæſt.*64.*num.*18. *Balbum de præſcript.in* 5.*par.*5.*par. princip. à* 9.*poſt num.*4. quæ prohibitio fundata eſt fauore publicę vtilitatis, vt eſt clariſſimum, & in ſpecie probat *Alex. d.conſ.*101.*num.*3.*lib.*6.
23 Tertiò ſublimitatur fallentia, vt ſolēnitas extrinſeca præſumatur, vbi agitur de modico præiudicio, vt in caſu *d.l.ſi filius familias*, vbi tātùm agitur de preiudicando filio in ſpe hæreditatis, & acquirendo patri, cui ipſe idem erat ſucceſſurus, ſecus vbi ageretur de graui præiudicio, vt poſt Bart.*in l.cum de in rem verſo, ff. de vſur.* probauerunt infiniti DD. congeſti per *Tiraquell.d.loc.de præſcript.* §.1.*Gloſſ.*4.*q.*39.*verſ.ſed & multi*, *Gabr.de præſumpt.concluſ.*1.*num.*53. *in* 1.*limit.* *Maſcard.concluſ.*1322.*nu.* 27.*limit.*3. *Surd.conſ.*28.*n.*98. *lib.* 1. dicitur autem paruum præiudicium,
24 quando ſolennitas reſpicit lucrum eius, qui petit, vel paruum damnum aduerſarij, ſecus ſi magnum, vt puta de amiſſione dominij, quia cum agitur de amittendo dominium, dicitur

graue

graue præiudicium: ita optimè exẽ-
plificat *Oſaſc. deciſ.* 173. *in principio*
referens *Alexand.* conſuluiſſe, vt cõ-
tractus venditionis factus ante an-
nos quinquaginta duos, non præſu-
matur ſolenniter geſtus, ratione gra-
uis præiudicij amiſſionis dominij:
25 quis autẽ dicere audebit, quod alie-
natio, diuiſio, & prophanatio Eccleſię
ſit res modici præiudicij, cum amiſ-
ſio dominij rei prophanæ ſit grauis
præiudicij: dicitur enim Eccleſia do-
mus Chriſti, & ipſius bona, etiam tẽ-
poralia quoad ſubſtantiam ſunt pau-
perum, quoad adminiſtrationẽ Cle-
ricorum, & quoad dominium ipſius
Chriſti, *Io. Andr. & Peruſ. in cap. fin.*
de rebus eccleſ. non alien. in 6. vnde
26 licet Calices, & alia ſacra pro redẽ-
ptione captiuorum vendi poſſint, non
tamen Eccleſiæ conſecratæ, quia
maior, & ſolennior conſecratio adhi-
betur Eccleſiæ, quàm Calici, vt latè
per *Archid. in cap. aurum* 12. *quæſt.* 2.
& multa affert *Rodoan. quæſt.* 7. *n.* 19.
27. & 28.

Poſſet, & quarta ſublimitatio af-
ferri in ſolennitate requirente
ſcripturam, cuiuſmodi eſt alienatio
27 bonorum Eccleſiæ, in qua requiri-
tur decretum, quod exigere ſcriptu-
ram, probat *Roland. conſ.* 33. *num.* 10.
volum. 1. *Menoch. de arbitr. caſu* 171.
28 *num.* 26. & quod iſta non præſuma-
tur, author eſt *Innocent. in cap. ſuper*
his, col. pen. verſ. quando autem, de ac-
cuſ. quem ſequuntur relati per *Tira-*
quell. d. loco, verſ. ſunt item, qui cum,
in fin. per Surd. d. conſ. 108. *verſ. tertio*
reſpondetur, poſt Gabr. d. loco, num. 60.
qui ſimpliciter ſublimitationem ſe-
quuntur.

Quintò, & vltimò caſus iſte caret
omni dubitatione ex priuilegio Apo-
ſtolico ſacræ Hieroſolymitanæ Reli-
29 gioni indulto, vbi omnes alienatio-
nes quorumcunq; bonorum, & iuriũ
ad ipſam ſpectantium, cuiuſmodi eſt
Eccleſia noſtra, cum inſtrumentis, &
confirmationibus forſan inde ſequu-
tis etiam de licentia Sedis Apoſtoli-
cæ, abſq; tamen conſenſu, ſeù expreſ-
ſa licentia Magiſtri, & cõuentus qua-
cunque præſcriptione, ſeù longiſſima
pacifica poſſeſſione non obſtante, ir-
ritæ, & nullæ declarantur: cum igitur
requiratur expreſſa licentia, neceſſe
eſt, vt verè appareat, vel probetur, nõ
autem præſumatur, quia præſumpta
30 ſolemnitas, ſiuè aſſenſus, de qua *in d.*
l. ſi filius, non ſufficit in dicto caſu, vt
docet *Andr. in cap.* 1 *§. hac edictali, de*
probib. feud. alien. per Lothar. quem
ſequitur *Afflict. in c.* 1. *de controuerſ.*
inueſt. vt latè pbat *Frecc. libr.* 2. *q.* 28.
31 *de ſubfeud.* inferens propterea,
quod in Regno non ſufficit aſſenſus
præſumptus; ex quo *per conſtitutionẽ*
conſt. diuæ mem. requiritur ſpecialis
licentia, quod idem eſt ac ſi diceret,
expreſſa, quantò fortiùs igitur in caſu
noſtro, vbi manifeſtè dicitur, *ſine ex-*
preſſa licentia Magiſtri, & hos ſe-
quuntur *Camer. D. Capyc. et alij* cõge-
ſti per *Lipar. ad Iſern. in d. c.* 1. *§. hac*
edictali, verſ. in Regno, Anna ſen. opti-
mè in repet. conſt. Conſtitut. diuæ me-
moriæ, num. 50. *cum alijs per Lanar.*
conſ. 60. *num.* 124. & 130. quamuis
32 de iure communi feudorum tacitus
aſſenſus ſufficiebat, *Hieron. Schurſ.*
conſ. feud. 134. *num.* 3. *lib.* 1. *VVſemb.*
de feud. cap. 11. *num.* 13. nec omittam,
quod ij, quibus tempus nocet, dicũ-
tur lædi per quandam fortunæ circũ-
33 uentionẽ, & qui tempori innititur,
in circumuẽtione fundatur, *§. alij ve-*
rò, in auth. vt ij, qui ingred. ad appell.
quod benè annotauit *Andr. noſter in*
§. ſancimus, col. 2. *quo temp. miles*, ex
quo dixit *Natta conſ.* 172. *num.* 29.
34 *lib.* 1. quod iſta præſumptio ex anti-
quitate friuola eſt, & fragilis apud
æquos Iudices, & ſequitur *Caualc. de-*
ciſ. 46. *num.* 21.

In hac eadem cauſa pro parte cõ-
traria ſcripſit doctiſſimus aduocatus,
morũ candore, & virtute præſtantiſſi-
mus Anellus de Amato, poſtea Reg.
Camaræ Præſes digniſſimus, mihi
maxi-

Digitized by Google

maxima neceſſitudine coniunctus conſ. 63.

S V M M A R I V M.

1 *Perſona extrinſecus nunquam ſubintelligitur, nec fit extentio de uno ad alium.*

2 *Hæredes cenſentur grauati minus, quàm ſit poſſibile.*

3 *In legatis non eſt recedendum à propria ſignificatione.*

4 *Teſtatur, vbi voluit, expreſſit, vbi noluit, tacuit.*

5 *Mobilium appellatione, hordeum, frumentum, cæteraq; victualia à ſolo ſeparata tempore conditi teſtamenti continentur.*

6 *Fructus pendentes, vt maturi tempore mortis teſtatoris, vel teſtamenti, quamuis tempore mortis ſint à ſolo ſeparati, ſunt hæredis.*

7 *Vinum, oleum, cæteriq; fructus pendentes, mortis, vel teſtamenti tempore immobiles cenſentur.*

8 *Fructus terraggiorum, ſeù decimarum, an ſint cõnumeranda inter nomina debitorum, vel inter fructus feudales, & num. 9.*

10 *Decima debetur tempore recollectionis, ideòque dominus iuſtè probibet vaſſallo ne eo inſcio colligat.*

11 *Nepotibus, patre prædefuncto, non minus, quàm filijs legitima debetur.*

12 *Filijs, ſiuè nepotibus non conceditur eligere legitimam in bonis alteri legatis, vel alienari probibitis.*

13 *Legatarij regulariter præferuntur etiam creditoribus in rebus legatis.*

14 *Legitima non minuitur ob voluntarias alienationes.*

15 *Filio pro legitima nedum retentio, ſed actio conceditur cõtra hæredes, & legatarios pro rata, cum hæreditas exauſta reperitur, amplia n. 16. et 17.*

18 *Diſpoſita in allodialibus procedunt quoq; in feudalibus, vbi cõtrarium non eſt diſpoſitum.*

19 *Legitima debetur primogenito etiam in feudis dignitatum, aut iure francorum, et num. 20.*

21 *Feuda, in quibus viuitur iure francorum ad inſtar legitimæ dicuntur indiuidua ratione dignitatis, vel indiuiduitatis annexę.*

22 *Feudum totum, et integrum, eſt legitima ſucceſſio ipſius primogeniti.*

23 *Pater poteſt cum aſſenſu donare feudum ſecundogenito, primogenitus habet tamen querelam inofficioſæ donationis.*

24 *Legitima primogeniti in feudo, cum non poteſt præſtari in corporibus ex natura feudi indiuidua, præſtatur in æſtimatione.*

25 *Pater non poteſt nocere filio primogenito in ſua legitima in feudo hæreditario, ſcilicet cum aſſenſu, ſaltim reſpectu æſtimationis.*

26 *Legitima vbi in corpore, vel re præſtari non poteſt, in æſtimatione traditur.*

27 *Legitima debita primogenito in feudis eſt tertia pars totius valoris feudalis patrimonij.*

28 *In computatione legitimę debitę primogenito habenda eſt ratio vtriuſq; patrimonij, ſcilicet feudalis, et burgenſatici.*

29 *Cum plures hæredes ſuccedunt, fit cõtributio pro rata valoris bonorum, et onerum.*

30 *Verba dicta ad alium finem non alterant principalem diſpoſitionem præcedentem.*

31 *Teſtator ne videatur ſibi cõtrarius, in eadem ſcriptura non cenſetur incontinenti ſe reuocare.*

32 *Querela inofficioſi teſtamenti ſpatio quinquennij durat.*

33 *Infantes, et minores aduersùs querelam non intentatam reſtituuntur,*

et

& quid in maioribus, ibidem.

34 *Filius bonoratur quouis relicti titulo, ideoq; querelam nõ habet, ſed actionem ad ſupplementum legitimę.*

35 *Actio ad petendum ſupplementum legitimæ non minori temporis ſpatio præſcribitur, quàm 30. annorum.*

36 *Actio cum dirigitur ad ſupplementũ, querela amplius non competit.*

37 *Ius petendi ſupplementum legitimæ, non cenſetur renunciatum per aditionem hæreditatis vigore teſtamenti factam, nec per acceptationẽ, & retentionem bonorum hæreditatis.*

38 *Hæredis aſſertio ſufficit.ſ. tãtùm eſſe in bonis, et prætẽdẽs contrariũ tenetur probare, amplia, num. 39. & 40.*

41 *Vxor ſi probet, maritum ære alieno grauatũ, fundatã habet intentionẽ ſi dicat bona ſufficere, & num. 42.*

43 *Legati cauſa ceſſante, legatum ceſſat.*

44 *Legatum relictum ob cauſam, determinatur ſecundùm cauſam ſibi annexam, & minuitur, cauſa diminuta.*

45 *Legatum in dubio cenſetur factum fauore legatarij, limita num. 47.*

48 *Lex præſumit legatum factum pro labore adminiſtrationis, ideò tutor non adminiſtrans perdit legatum.*

49 *Cum qualitas perſonæ inſtituta (puta infantis cum qua commorari iuſſus eſt legatarius patitur) ſemper præſumitur factum legatum fauore hæredis.*

50 *Legatum cenſetur factum in fauorẽ illius, in cuius principaliter aliquid diſponitur.*

51 *Ille dicitur principaliter contemplatus, qui in litteris teſtamenti, ſeù in ordine ſcripturæ prius exprimitur.*

52 *Legatum cenſetur factum fauore hæredum, quando legatur ob fidem, & probitatem legatarij.*

53 *Legatum factum ſub cauſa de futuro, contraditionem ſapit.*

54 *Conditio ſi impeditur per caſum, mortem, vel aliam iuſtam cauſam, deficit legatum,*

55 *Legatarius quando impeditur facto tertij non directò ordinato ad impediendum obſequium, vel ſeruitium iniunctum legatario, conditio non habetur pro impleta, amplia n. 56.*

57 *Legatum extinguitur in omni caſu, in quo appareat ceſſare cauſam legati.*

58 *Coniectura, ex quibus colligitur, legatum, non fauore hæredis, ſed legatarij, recenſetur.*

59 *Legatum licet fiat principaliter in fauorem legatarij, ſi ſubeſt iuſta cauſa, legatum non debetur.*

60 *Legatum alimentorum, etſi conditio deficiat, non intercidit, declara n. 61.*

62 *Conditiones diuiduntur in merè poteſtatiuas, caſuales, & mixtas.*

63 *Legatum factum ſub onere iniuncto, habet tractum in futurum, et conditionem importat.*

64 *Cum conditio, non legatario, ſed alteri tertio impoſita eſt, cenſetur omninò caſualis, & in euentum poſita.*

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio non poteſt porrigi ad alias perſonas, vltrà expreſsè vocatas, cum perſona extrinſecus nunquam ſubintelligatur, nec extenſio fiat de perſona ad perſonam, maximè quando eadem par ratio nõ militat. Feudum totum, & integrum, eſt legitima ſucceſſio primogeniti: in caſibus tamen, in quibus legitima debetur primogenito in æſtimatione, in feudis iuris francorum, & eſt tertia totius valoris feudalis patrimonij, habita quoq; ratione allodialium. Legatum relictum determinatur ſecundum cauſam ſibi annexam, & minuitur, cauſa diminuta, & quid in legato alimentorum, & quando cenſeatur factum legatum fauore hæredis, vel legatarij, latè diſcutitur.

Tt Pro

Pro Domina D. Poliſena Friſtinbergh Ieſualda Principe Venuſij.

CONTROVERSIA LIX.

POſtquam iuſſu Excellētiſſimę Dominæ D. Poliſenę Friſtinbergh Ieſualdæ Principis Venuſij, ferè ex tēpore, in conſeſſu cum Dominis collegis, Caiuani habito, fuerunt nonnulla dubia propoſita, & diſcuſſa, circa intelligentiam diſpoſitionis Excellētiſſimi Principis D. Caroli ſoceri è re faciēdum exiſtimaui; ſi paulò maturiùs, re diligentiùs examinata, quid ſentirem, infraſcriptis exararem.

Circa primū igitur, vtrum in legato mobiliū, facto in beneficiū mōtis erigendi, iuxtà cap. 10. includantur bona mobilia, ſiuè earum pretium, in beneficium coniunctorum de domo Ieſualda, etiam exiſtentibus fœminis, prout adſunt, deſcendentibus teſtatoris, vel ita demum ſi extinguerētur deſcendentes, ex corpore ipſius teſtatoris, vt innuere videntur verba cap. 18. fuit iā per inſignes collegas, quamuis hæſitando, reſolutum, & nūc ſubdubius confirmo, quod licet in 10. capitulo clariſſimè ſit diſpoſitum, quod in beneficium, & augmentum montis, & ſucceſſiuè vocatorum, cedat pretium omnium bonorum mobilium, tamen id intelligi debet in beneficium poſthumi maſculi, qui tunc naſci ſperabatur ex nuru prægnante, qui dumtaxat reperitur vocatus in dicto 10. capitulo, in quo nihil diſponitur de monte in beneficium aliorū coniūctorū de domo, nō deſcēdentium à teſtatore, ſed tātū in beneficium dicti poſthumi, & ſic incluſio mobilium in augmentum montis, non poteſt porrigi ad alias perſonas vltrà expreſsè vocatas, & incluſas, ex regu-
1 la quod perſona extrinſecus nunquā ſubintelligitur, nec eſt facienda extēſio de perſona, ad perſonam, præſertim, quia non militat tanta ratio in coniunctis de domo, quāta in maſculis deſcendentibus ex filio, præſertim ad præiudicium propriæ ſobolis hæredis inſtitutæ, quamuis eſſent fœminæ, quæ ex iuris interpretatione, de-
2 bent cenſeri in minus grauatæ, quàm ſit poſſibile, *l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de legat. 2. cum alijs per Crauet. Ruin. Pariſ. Decian. et alios* congeſtos per *Caſtill. de vſufr. cap. 42. num. 12.* præſertim, quia dum teſtator vlterius progrediēdo in 14. cap. in defectum deſcendentium maſculorum ex filio vnigenito prædefuncto, quia, vel non naſceretur poſthumus maſculus ex nuru, qui caſus euenit, vel etiam ſi naſceretur, & deinde ille, vel eius filij decederent, abſque filijs maſculis, vocauit coniunctos de domo, non vocauit illos ad omnia bona, ex quibus ſuperius in dicto 10. cap. iuſſerat erigi montem, in beneficiū poſthumi maſculi, ſed reſtrictè, & limitatè ad quædam bona ſpecialiter in d. 14. cap. deſcripta, dū dicit, *laſcio le ſudette entrate di docati 200. milia, cenſi, crediti, nomi di debitori, ch'inqualſiuoglia modo li ſpettaſſe, vt ſupra*, & ſic cum vocauit coniunctos de domo, non deſcendentes, illos ad quædam bona nominatim, & ſpecialiter expreſſa admitti voluit,
3 non ad alia, quia in legatis non eſt recedendum à propria ſignificatione, & ſtrictiſſimam interpretationem recipiunt, *l. nummis, ff. de legat. 3. Dec. in l. in teſtamentis, ff. de regul. iur. Caſtill. d. cap. 42. num. 11.* idque clariſſimè colligi videtur ex diſpoſitis in *cap. 18.* vbi dum teſtator conſiderauit, & præuidere voluit quid eſſet agendum in caſu, quo deficerent, ſeù extinguerentur omnes deſcendenres ex corpore, in tali caſu, & ſic reſtrictè,

&

Digitized by Google

& limitatè, quaſi dixerit in dicto caſu & non in alio, arguēdo ab incluſione vnius, vel à contrario ſenſu, in quo vocauit coniūctos de familia Geſualda, cum ordine prælationis inter eos in dicto c.expreſſo, præcepit, quod cederent in ipſorum beneficium introitus perueniendi ex pretio mobiliū, vt ſupra, & inſuper introitus perueniendi, ex onere iniuncto ducatorum 200. milia, & ſic vbi voluit, expreſſit, vbi tacuit, noluit, ex regula, *l. vnica, §. fin autem deficientis, C. de cadac. tollendis*; apparet enim, eſſe manifeſtum cōſtitutum diſcrimen, inter vnum, & alterum caſum.

Secundò fuit dubitatum, vtrum in augmentum montis in diſpoſitione facta in 10. capitulo, appellatione bonorum mobilium, cedant, frumentum, hordeum, vinum, oleum, & reliqui fructus peruenti, & perueniendi in anno, quo teſtator deceſſit, ex ſuis bonis feudalibus, & burgenſaticis: & quidem cum teſtator teſtatus fuerit, & deceſſerit de menſe Septembris
5 1613. nullum erit dubium quoad hordeum, frumētum, cæteraq; victualia, quæ à ſolo iam erat ſeparata tempore conditi teſtamenti, nam hæc, inter mobilia computantur, & ob id cedunt in augmentum montis, in beneficium tamen deſcendentium, iuxtà reſolutionem in præcedēti dubio fa-
6 ctam; ſecus verò in fructibus pendētibus tempore mortis teſtatoris, & etiam in his fructibus, qui tempore teſtamēti pendebant, & maturi erāt, licet tempore mortis reperti ſint à ſolo ſeparati; hos enim omnes cedere in beneficium hæredum, ex regula *l. ſi ita, & l. fin. ff. de auro, & arg. legat.* reiecta opin. *Caſtr. conſil.* 132. *in* 1. *Decij conſil.* 262. aliàs 472. *num.* 5. *&* diſtinct. *Cardinal. Manticæ de coniect. lib. 9. tit. 4. nu. 6. verſ. ego verò,* veriùs cum opin. *Gabriel conſ.* 98. *num.* 5. *in* 1. *& Alciat. conſ.* 182. *lib.* 9. reſidet, & latè comprobat *Hiſpan. Caſtill. de vſufr. cap.* 42. vnde indubiè
7 vinum, & oleum, cæteriq; fructus ſimiles, nullo modo comprehendi poterunt ſub legato mobilium, vt qui velut fructus pendentes tempore teſtamenti, vel mortis Principis, omninò immobiles cenſendi ſunt, ex *l. fructus, ff. de rei vindic. cum alijs per Ludouic. Peruſ. deciſ. 79. & 83. Barboſ. in l. diuortio, in principio, part. 2. num. 79. verſ. ex eo igitur ſit, 1. concluſ. ff. ſolut.*
8 *matrim.* an autem fructus terragiorū, ſiuè decimarum debitarum Domino Principi, ſint cōnumerandi inter nomina debitorū, ita vt indiſtinctè cōprehendantur in legato facto in augmentum montis in dicto 10. capitulo in illis verbis, *ſi debbia vnire con tutti, & qualſiuogliano cenſi, crediti, denari, animali, & nomi di debitori*, vel potiùs ſint computandi, inter fructus
9 feudorum, & ſic ſit faciēda diſtinctio in præcedenti capite facta inter fructus iam maturos, & à ſolo ſeparatos, & fructus pendentes; mihi hoc vltimū veriùs videtur, vt decimæ terragiorū non ſint computandæ inter nomina debitorum, cum ſint verè, & propriè fructus feudi, & dicitur decima prædialis debita Baroni ratione vtilis dominij, & reuerentiæ, ad inſtar decimæ prædialis debitæ ſacerdotibus, vt latè per *D. de Franch. deciſ.* 124. & debe-
10 tur hæc decima tempore recollectionis fructuum, & ob id dominus prohibere poteſt vaſſallo, ne ipſo inſcio fructus colligat, ad *text. in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur*, quia debetur ex ipſis fructibus, tempore recollectionis, vt latè tradit *Frecc. lib. 2. in 12. author. Anna allegat. 94. n. 8.* latè *Baeza de decima tutor. cap. 28. num. 11. in fin. verſ. comprobatur hæc opinio*, & latiùs *cap. 31.* latè *Viuius deciſ. 4.* præſertim *num. 30.* vnde cum debeatur vt fructus, nō vt nomen debitoris, de decimis idem erit ſtatuendum, quod de fructibus in præcedentibus diximus.

Tertiò principaliter ſuppoſito, Dominam Principiſſam neptem ex filio

fuiſſe nimium, & in exceſſu grauatã, & ex oneribus iniunctis circa montis erectionem, & particularia legata, patrimonium ferè abſorberi, adeò vt nõ ſuperſit ei integra legitima: primum
11 ex hoc ſequitur, quod, cum nepotibus in bonis aui, patre prædefunto, velut primum locum tenentibus, legitima eiuſq; ſupplementum debeatur, non minus quã filijs ipſis, ad nõt. *in auth. nouiſſima*, & in ſpecie *Craſſus* §. *legiti-*
12 *ma, quæſt.* 4. *in princip.* licet filijs, ſiuè nepotibus non concedatur eligere legitimam in rebus alteri legatis, neq; in rebus alienari prohibitis, ad tradita *in l. in quartã, ff. ad l. falcid.* & plenè apud *Gabriel. lib.* 6. *tit. de legitima, cõcl.*
13 6. & regulariter legatarij præferũtur etiam creditoribus, in rebus legatis, qui ob id debent agere contra hæredem, *l. fin. C. de hæredit. action. Nattã conſ.* 199. *nu.* 8. *Surd. deciſ.* 316. *n.* 12. nihilominus, cum hæreditas eſt onuſta, ſiuè exhauſta legatis, quibus conſtat nõ diminui legitimam, in qua de-
14 ſcendentes inter creditores numerãtur, & conſtat non minui per voluntarias alienationes, *Bart. in l. Titia*, §. *imperator, ff. de leg.* 2. *Bertrand. conſ.* 474. *num.* 2. *lib.* 4. *Pariſ. conſ.* 32. *n.* 28. *lib.* 1. omninò legitima tanquam æs alienum, eſt in primis deducenda;
15 adeò vt filio pro legitima, ſiuè eius ſupplemento, nedum retẽtio, ſed etiã actio concedatur contra hæredes, & contra legatarios pro rata, cum legatis hæreditas exhauſta reperitur; vt docet *Angel. in l. Papin.* §. *ſi conditioni*; *num.* 5. *verſ. ad ipſum autem ſupplementum, ff. de inoffic. teſt.*
16 idque præſertim procedit cum non ſunt legata corpora, ſiuè ſpecies, ſed pecunia, vt ex omnium mẽte reſoluit diſtinguendo *Vaſq. de ſucceſſ. creat.* §. 10. *num* 392. *Craſſus d.* §. *legitima quæſt.* 18. *Surd. d. deciſ.* 316. *num.* 3. *et* 15. cum enim teſtator legatis, ſiuè fideicommiſſis onerauit hæredem vltrà modum à lege definitum, adeò vt non remaneat integra quarta debita iure naturæ, quod excedit pro ratã
17 eius, quod cuiq; legatum eſt, detrahendum erit; ità vt omnia legata ad legitimum modum à iure definitum redigantur, *l. ſi quis teſtamento* 82. §. *apud Iulianũ, ff. de legat.* 1. *cum alijs per Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 36. *in initio*, quod procedere etiam in legatis pijs poſt *Bart. in auth. ſimiliter, C. ad l. falcid.* vt receptum contra *Surd.* tradit *Parlador. rerum quotid. lib.* 1. *cap.* 18. in quo licet pleriq; voluerint ſupplementum legitimę eſſe faciendum pro rata, de legatis, & donationibus inter viuos, vt non minus donatarij, quàm legatarij agnoſcant, pro rata, onus, vt concludit *Salic. in l.* 1. *in*
18 *fin. C. de inoff. donat.* tamen contraria ſententia verior eſt, & magis cõmũ. vt prius reſcindantur lagata, & fideicommiſſa, quàm contractus, vt latè probat *Gratian. lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 247. *num.* 61. & 62. quæ tametſi diſpoſita ſint in allodialibus, & de iure feudali de legitima nihil diſpoſitũ reperiatur, cum tamẽ omnia illa, quæ expreſsè nõ ſunt determinata per leges feudales, relinquantur diſpoſitioni iuris communis *cap.* 1. *de feudi co-*
19 *gnit.* idcirco etiam in feudis dignitatum, aut vbi viuitur iure francorum, legitimã deberi primogenito, latiſſimè authoritate *Iſern.* fundauit *Camer. in repet.* § *præterea ducatus, cart.* 99. *col.* 2. *ver. primũ ſi regnum, et cart.* 102. *col.* 4. *verſ. circa tertium caput*, vbi tãdem *cart.* 104. *col.* 2. *in princip. litt. F.* colligit concluſionem, vt vbi-
20 cunq; lex ciuilis dat legitimam filio in re burgẽſatica, eodem modo competat legitima primogenito in feudo, cuius doctrinam latiſſimè comprobat reſoluens obiecta *Artmã Piſtorius tomo* 2. *part.* 2. *quæſt.* 38. *ex nu.* 10. *verſ. biſce tamen non obſtantibus*, & ſequitur *Roſenthal. de feud. tomo* 1. *cap.* 7. *concluſ.* 13. *num.* 7. non quidem vt dicamus, vt totum feudum indiuiduum, in quo viuitur iure francorum, dicatur legitima primogeniti verè, & abſolutè,

ſolutè, de quo latè diſſeruit *Iſern. Afflict. Dec. Pariſ. & alij* congeſti per *Annam ſing.* 197. *feudum totum Frec. de differ. inter feud. regal. & aliâ dif-*
31 *ferent.* 39. ſed vt huiuſmodi feuda ad inſtar legitimæ dicãtur indiuidua ratione dignitatis, vel indiuiduitatis annexæ, vt, & ſi hæreditaria ſint, debeãtur primogenito ex neceſſaria reſtitutione, cum qualitate hæreditaria, vt contra *Oldrad. Alberic. & alios* circa intellectum, *cap. licet de voto,* reſoluit *Camer. ex d. car.* 99. *col.* 2. *in fin. &* 3. *vſq; ad cart.* 101. *à terg. col.* 2. *in fin. verſ. quid tenes, & cart.* 102. *col.* 1. *in fin. verſ. quamobrem rectiùs,* ſiuè, vt explicat *Freccia in differ. inter feud. ex pacto, & hæred. c.* 19. *verſ. dico quod*
32 *feudum*, ipſum feudum totum, & integrum eſt legitima ſucceſſio ipſius primogeniti, non legitima aliqua naturalis, & proinde licet feudum dicatur legitima primogeniti tenetur tamen primogenitus ad onera, quia capit, vt hæres, vt poſt *Frecc.* aduertit *Reg. de Ponte de poteſt. Proregis de aſſenſ. Regijs ſuper dote,* §. 3. *num.* 19.
33 *in fin.* verum ſi pater donet feudum hæreditarium ſecundogenito cum aſſenſu, quod facere poteſt Rege aſſentiẽte, quo caſu de iure ciuili competeret primogenito quetela ex capite inofficioſæ donationis, iuxtà *l.* 1. *et* 2. *C. de inoffic. donat.* vel ſi aliter exhauriat valorem feudalis patrimonij onere legatorũ iniunctõ taliter, quod de iure ciuili cõpeteret querela inofficioſi teſtamenti ad cuius ſimilitudinem conſtat eſſe inductam, & ad ipſius inſtar redactam querelã inofficioſæ donationis, *l. fin. C. de inoffic. donat. Bald. in l.* 1. *in princip. & col.* 2. *in* 3. *notab. C. eod. tit. Coſta in cap. ſi pater verb. priuare non poſſit, num.* 2. *de teſtament. in* 6. vel ius petendi ſupplementum legitimæ, quod loco querelę ſubrogatur, *l. omnimodo, C. de inoff. teſtam.* in his caſibus tamen omninò
34 eſt reſeruanda legitima primogenito in feudo, quæ cum non poſſit præſtari in corpore ex natura feudi indiuidui, præſtabitur in æſtimatione, vt, præmiſſa longa diſputatione, tradit *Camer. à cart.* 102. *col.* 4. *verſ. circa tertium caput vſq; ad cart.* 104. *in fin. verſ. ſed tũc, vbi d. car.* 104. *col.* 1. *verſ. non obſtat quintum* reſoluit generaliter, vt ſicuti pater in re burgenſatica non poteſt nocere filio per viã inofficioſæ diſpoſitionis, ſic minimè nocebit in feudo quaternato inſtar legitimæ debito primogenito, per quæ dicit concludere in caſu inofficioſæ donationis, etiam cum aſſenſu domini,
35 patrem nõ poſſe nocere filio primogenito in ſua legitima in feudo hæreditario, ſaltim reſpectu æſtimationis conſequendæ, vt latiſſimè, vt receptũ in finitis cumulatis tradit *Cõſ. de Ann.* omninò videndus *conſ.* 130. *ex num.* 23. *reſoluens conſ. Dec. & Pariſ.* quod
36 & regulate eſt, vt vbi legitima, quæ videbantur contrarium innuere in corpore, vel re præſtari non poteſt, ſaltim in æſtimatione tradatur, vt ex *Bald. & alijs in l. ſcimus,* §. *repletionẽ, &* §. *illud C. de inoffic. teſtam. Iſern. in pluribus locis* tradit *Piſtor.* latiùs *Camer.* opin. explicans, & exornans *d. quaeſt.* 38. *per totum,* præſertim *n.* 14. *verſ. nam & ſi verum, nu.* 21. *&* 30.
37 quæ legitima in æſtimatione debita primogonito in feudis iuris francorũ, non erit dumtaxat tertia pars portionis vnius, ſed tertia totius valoris feudalis patrimonij, quandoquidem, ex diſpoſitione *auth. nouiſſima,* conſtat legitimam eſſe tertiam illius partis, quæ ab inteſtato primogenito competeret, cui abſolutum eſt ab inteſtato totum competijſſe feudum ſi pater inofficioſè nõ diſpoſuiſſet, vt optimè fundat idem *Camer. d. car.* 104. *col.* 2. *verſ. ſed tunc incidenter*, in quo illud in præſenti caſu aduertendum duxi,
38 vt in computatione huius tertiæ partis valoris totius feudi, quæ erit legitima debita Excellentiſſimæ Donnæ Iſabellæ primogenitæ, ſit habenda ratio valoris vtriuſque patrimonij, ca-

ſtrẽſis, ſcilicet, & paganici, ſiuè mauis feudalis, & burgenſatici, quia tameſi aliàs videantur quaſi duorum hominum hæręditates, *ad tex. in l. eum, qui certarum*, §. 1. *ff. de milit. teſtam. Bald. in auth. ceſſante, num. 4. C. de legit. hæredi, cũ alijs per Lanar. conſ. 80. n. 14.* attamen quoad computationem legitimæ, cum verè, & in effectu à principio dicatur habuiſſe vnicum patrimonium, quamuis diuerſa bona, *l. iuris peritos, §. eum oriundus, ff. de excuſ. tutorum*, tã ipſius feudi, ſiuè eius ęſtimationis, quàm reliqui patrimonij allodialis, ratio haberi debet, ſuper quibus, ſi primogenitus legitimam ſibi non ſolum ex bonis liberis, ſed etiam ex ipſo feudo debitam cõſequiretur, tunc omnis ceſſaret querela inofficio ſi teſtamenti, ſi ex bonis burgenſaticis ſupereſſet tantundem, quod ęquiualeret legitimæ debitæ, etiam ſuper feudis, ita in indiuiduo *Piſtorius d. q. 28. nu. 14. verſ. erit tamen, Roſental.* pulchris verbis id explicãs etiam ex *Camer. Lupo & alijs d. cap. 7. concluſ. 13. num. 8. verſ. ex quibus*, & hoc cõſectarium eſt.

Vnde ſecundò, circa modum æſtimandæ legitimæ ſequitur parum prodeſſe inueſtigare vtrum legatum ducatorum 200. mille ad erectionem, ſiuè augmentum montis, in beneficium maſculorum deſcendentium, & his dificientibus pro alijs coniunctis de familia Geſualda ſit impoſitum vniuerſo patrimonio etiam paganico, vel potius iniunctum ſit dumtaxat ſuper feudo, in quo ſi inſpiciamus verba principalis diſpoſitionis factæ in 10. capitulo, nemo inficiare poterit, onus prædictum fuiſſe iniunctum hæredi, & ſic nõ minus reſpicere patrimonium allodiale, quàm feudale, cũ verba ſint apertè directa ad hæredẽ, ibi, *& de più voglio che detto mio herede paghi altri ducati 200. milia, &c.*
29 quo caſu cum hæres grauatur, qui in vtroque patrimonio ſuccedit, vel etiã plures ſuccedant hæredes certum eſt contributionem eſſe faciendam pro rata valoris bonorum, vt, pro rata ęmolumenti onus ſentiant, non habita diſtinctione onerum, vnde proceſſerunt, ad latè tradita per *D. meum Capye. deciſ. 198. Freec. in 13. different. inter feud. ex pact. & hæred.* quod pro lege ſeruari hodie teſtatur *Reg. de Ponte in tract. de poteſtat. Proreg. tit. de aſſenſ. Regijs, ſuper dote, §. 3. num. 8.* nec debet cenſeri mutata principalis hæc diſpoſitio claris verbis expreſſa ex verbis ſubſequentibus in 18. cap. dum in vocatione, quam ſubijcit coniunctorum de familia in defectũ maſculorũ deſcendentium addit ea verba, *et anco tutto quello de più che poteſſe apportare lo ſtato feudale delli predetti ducati 200. milia laſciati per compra d'intrate à beneficio di detto monte*, tum
30 quia verba iſta incidenter dicta ad alium finem, non alterant principalẽ diſpoſitionem præcedentem clariſſimè expreſſam, tum etiam, quia ne
31 teſtator ſit ſibi contrarius in eadem ſcriptura, nec cenſeatur ſe incontinẽti reuocare, poſſunt hæc verba declarari, vt voluerit prædictis coniunctis de familia legare, quod ſupereſſet ex introitibus feudalibus, vltrà ducatos 200. mil. ſcilicet, ratam ipſorum, pro qua feuda in contributum venire debebant intelligendo verba teſtatoris ſecundum iuris diſpoſitionem, ad tradita *in l. hæredes mei, §. cum ita ad Trebell.* ſed vt iam diximus ſuperuacanea omninò eſt hæc diſceptatio, cum etſi hoc onus eſſet iniunctum dumtaxat ſuper feudo, adhuc tamen pro conſequenda legitima debita primogenito ſuper feudo vniuerſi patrimonij erit ratio habenda etiam allodialis, vt ſupra *ex Piſtor. & Roſental.* fundauimus.

Tertium, quod ex his otiri poteſt dubium, circa tempus, infra quod Domina Principiſſa poterit ſe læſam conqueri, & petere, vt legitima illeſa ſibi reſeruetur etiam in feudis ſine aliquo

aliquo onere, in quo ſi cōcederemus
hoc caſu competere querelam inoffi-
cioſi teſtamenti, luce clarius eſſet, vitã
32 huius remedij non protrahi, vltrà
quinquennij ſpatium, *l. ſi quis filium
in fin. C. de inoffic. teſtament.* ſed dare-
tur reſtitutio huic Dominæ iam ad-
33 huc infanti, aduerſus non intentatam
intra quinquennium querelam, qui-
nimò minores ipſo iure tuti ſunt, ma-
iores verò reſtitutionis beneficio po-
tiuntur aduerſus lapſum temporis, *l.
1. C. in quibus cauſ. reſtit. non eſt neceſ.*
quinimò minores ſi ſinãt labi tempus
ſola taciturnitate, erint abſque ope
reſtitutionis ipſo iure tuti, ſint autẽ
renũncietur querelæ, quod contingit,
etiam cum diſſimulatione non tacita,
ſed actuali, quæ ex actibus inducenti-
bus teſtamenti approbationem reſul-
tat, tunc reſtituentur in integrum ad-
uerſus renunciationem querelæ, &
teſtamenti approbationem *Alberic. et
alij in l. 1. C. de reſtit. in integr.* optimè
*Sfortia oddus in ſuo aureo tract. de re-
ſtit. part. 2. quæſt.* 85. *artic.* 5. *& quæſt.*
89. *art.* 4. ſed quoniam hodie per ſe-
cundam iuris prudentiam confirma-
tam per tertiam, non abrogatam per
quartam, vbi filius honoratur quo-
34 quo relicti titulo, nunquam ei con-
ceditur querela, ſed ſolũ petitio ſup-
plementi legitimæ; *l. omnimodo, & l.
quoniam nouella, C. de inoffic. teſtam.
Angel.* optimè *in d. l. Papin. §. ſi condi-
tioni, poſt num. 7. ff. de inoffic. teſtam.
cum in fin.* congeſtis per *Gratian. d.
cap.* 147. *num.* 64. cum in præſenti ca-
ſu primogenitura, nedum relicti, ſed
inſtitutionis titulo fuerit honorata,
ipſi non aliud remedium, quam ſup-
plementi ad integram vſque legiti-
mã competere poterit, quod, etſi lo-
co querelæ ſubrogari videatur, atta-
mẽ cõmuni calculo improbata opin.
Bart. in d. l. ſi quis filium, per Bald. *Sa-*
35 *lyc. Caſtr. & alios,* actio ad petendum
ſupplementum legitimè non minori
temporis ſpatio præſcribitur, quam
triginta annorum curriculo, vt ex re-
centior, latè *Balbus in 4. part. 4. part.
principalis de præſcrip. q.* 23. cũ enim
36 actio dirigitur ad ſupplementum, eo
ipſo ſignificatur, querelam non com-
petere, vnde non eſt mirum, quod nõ
aſſumat tempus, quod erat querelæ
conceſſum, cum ad diuerſa competãt,
vt de magis comm. *Bald. Salyc. Caſtr.
Alexand. Iaſ. Rũin. Tiraquell. Dec.
Menoch. & alios,* latè tradit *Gratian.
cap.* 247. *nu.* 71. qui amplius probat,
37 quod huic iuri petendi ſupplemen-
tum legitimæ non cenſeatur renun-
ciatum per adhitionem hæreditatis
vigore teſtamenti factam, nec per ac-
ceptationem, & retentionem bonorũ
hæreditariorum, cum cenſeantur fa-
cta, ſaluo iure petendi ſupplemẽtum,
in quo filius non dicitur venire con-
tra factum defuncti, vt latè *Gratian.
d. cap. num.* 41. 45. 51. *& meliùs in fin.
num.* 73.

Quartum, & vltimum dubiũ, quod
circa hoc tertium caput principale
verſatur, cuius ſit onus probare bona
alia non adeſſe, vel pretium bonorũ
non ſufficere ad exoluenda legata, ſal-
ua legitima hæredis ſcilicet, an lega-
tariorum, qui ſunt vel erunt actores,
& an ex deſcriptione introituum, &
corporum feudalium, facta in Regia
Camera, ob mortem retro Principum
offerendo releuium pro obtinenda
reuocatione inueſtituræ, probari poſ-
ſit ſufficiẽter valor feudalis patrimo-
nij, in quo dixi ex tempore, & nunc
conſultò confirmo *Gloſſ. in l. cum de*
38 *lege* 17. *ff. de probation.* decidere, ſuffi-
cere hæredis aſſertionem, tãtum eſſe
in bonis, ſi etenim legatarij contra aſ-
ſeuerent, tantum remanet penes hæ-
redem, quod ſufficit ipſi debent pro-
bare, ex *deciſ. Gloſſ. in l. fin. §. licentia,
C. de iure delib. cuius Gloſſ. opin.* ſic cõ-
muniter à *DD.* probati teſtantur latè
Beccius conſ. 100. *num.* 22. *Gabriel. cõſ.*
138. *num. 6. in ſecundo*, & eius do-
ctrinã veriſſimam, & temerarium ab
ea recedere, dixerunt *Iaſ. Curt. ſen. et
infiniti alij* congeſti à *Maſcard. de*

pro-

probat.concluſ. 852. *incip. hæres eo ipſo, & concluſ.*94. incip.*inuentarium confectum*, & iterum *concluſ.* 205. incip.*bona non ſufficere*, vbi *num.* 14. ampliat etiã ſi agatur de magno præiudicio, quam opin.eſſe magis cõm. & in practica omninò ſeruandam reſtantur in fin. *DD.* congeſti à *Fuluio Paciano in eodem tract. de probat.l.*1. *cap.*46.*ex num.*24. *cum ſeq.* vbi licet *num.* 26. *in fin. verſ. verum prædic. pleroſq. DD.* in contrarium citet, neminẽ tñ ex eis refert, qui auſus fuerit dicere opin. cõtra *Gloſſ.* eſſe comm.

Quod ſi (vt in præſenti caſu) non
39 ſit quæſtio de quantitate patrimonij, & ſic an plura bona remanſerint in patrimonio, quàm hæres aſſerat, ſed de valore rerum, quia ſit controuerſia ſolum de bonorum æſtimatione, tunc ſine dubio hæredi dicenti tantum valere, & non plus creditur eo ipſo, quod contrarium non probatur, & hoc caſu faciliùs locum obtinebit opinio *Gloſſ. in d.l.cum de l.* vt poſt *Butrig.Alber.Florian.Imol.Rom. Alex. Corn. & alios* probat *Loffred. conſ.* 32 .*num.*11.*verſ.quinimò, Gloſſ. iſta*, & latè *Patian.d. loco num.* 33. *&* 34. & ſine vlla penitus controuerſia locum obtinebit deciſio dictæ *Gloſſæ*, vbi, vel hæres negans alia bona non adeſſe, vel pretium non ſufficere, ſit reus, vel etiam ſi ſit actor cõfecerit ſolenne inuentarium, quo caſu omninò credendum eſt hæredi aſſerenti non eſſe plus in bonis niſi contrariũ probetur, vt de cõm. & recepta ſententia latiſs. teſtatur idem *Pacian. d.cap.*46. *nu.*39.40. præſertim *in fin. verſ.ego tamen, Natta conſ.*199.*n.*11. *Chacber.deciſ.*68.*poſt num.* 11. *Maſcard.d.concluſ.*940.*nu.*4.& omnium optimè *Caſtr.conſ.*177.*lib.*1. quem latè ſequitur *Simon de Pratis de interpret. vltim. volum. lib.* 5. *dubit.*4.
40 *num.* 279. vbi in ſpecie probatur, quod hæredibus filijs conuentis à legatarijs, & dicentibus bona hęreditaria etiam pluris, per teſtatorem æſtimata non ſufficere pro eorum legitima, onus probandi incumbit legatarijs, quod bona extant tantã, & pro legitima ſufficiẽtia, quinimò plus voluerunt DD. vt nedum in hærede, qui ratione iniunctæ, & ſeruatæ ſolẽnitatis inuentarij habet iuris præſumptionem pro ſe, dum dicit bona, vel eorum pretium non ſufficere, ſed etiã
41 vxore, quæ ſi probet maritum ære alieno grauatum, habeat fundatam intentionem ſi dicat bona non ſufficere, iuſtà opin.*Bart.in l.ſi constante num.*7.*ff.ſolut.matrim.* à qua in iudicando non eſſe recedendum dicit *Iacob.in l.fin.§.licentia, in* 6. *C.de iure deliber.* quod latiùs probat *Barboſ. in l. maritum* 13. *ex num.* 24. *ad* 27. *ff. ſolut. matrim.* quod ſine vlla dubitatione procedere, cum pro muliere
42 negante vrgeat aliquod aliud adminiculum ipſius negationi fauens, vt tradunt *Aret.Iaſ.Alciat. & alij*, quos congerit idem *Patian. d. c.* 46.*n.*16. *verſ.ſunt, qui dicunt, & num.*47. vel etiam aliqua ꝓbabilis veriſimilitudo, vt optimè reſoluit opiniones diuerſas concilians *Barboſ.in d.l.maritum*, *num.* 25. *verſic. ego autem opiniones ita concordarem*, vel etiam ſuſpicio, vt probat *Alciat. de præſumpt. reg.*3. *cap.*20.*num.*3. vnde, cum hic non leuè concurrat adminiculum, ex probatione reſultanti ex liſtis releuiorum pręſentatis in Camera, & diligentijs & informationibus circa quantitatẽ, & qualitatẽ corporum, & reddituum exactiſſimè factis per fiſcum pro eius indemnitate, de quibus aliàs in ſimilibus maxima eſt ratio habita per S. C. omninò D. Iſabella habebit intẽtionem fundatam ſuper negatiua, bona, ſiuè eorum pretium non ſufficere ad exſoluendum tam ingẽs onus impoſitum.

In quartò principali dubio, an ſtãte diſpoſitione Excellentiſſimi Domini Principis, qui in capitulo ordinauit, *che non ſi debbiano amouere in modo alcuno delli ſeruitij della ſua caſa,*

ſa, & dalli carrichi, & peſi che hora
ſi contengono inſino à noue perſone no-
minate in dicto capitulo à quali ordi-
na ſe li dia la ſolita prouiſione, & viſ-
to atteſo l'hanno ſeruito fedelmente,
dubitari nunc contingit; vtrum illæ
perſonæ ex nominatis, quarum ope-
ra, & ſeruitio non egent hæredes pu-
pillæ, & proinde Excellentiſſima Do-
mina mater, & balia, tum hæc, tũ alijs
iuſtis de cauſis renuit eorum opera
vti, nec ad continuandum ſeruitium
admitti cenſuit, poſſint hoc non ob-
ſtante ſalarium, occaſione ſeruitij re-
lictum, petere, cum per ipſos non
ſtet adimplere ſeruitium, argumento
l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſtr.
cum concord. in puncto per *Coler. de*
aliment. lib. 2. cap. 12. nu. 82. fol. 818.
quod vt reſoluam negatiuè nullum
deberi eis ſalarium, ſubſcriptas ſubij-
cio concluſiones.

43 Prima, legati cauſa ceſſante, legatũ
ceſſare, *l. cum pater, §. dulciſ. ff. de leg.*
2. Bart. in l. demonſtratio falſa, §. fin.
propè finem, ff. de condit. & demonſtr.
& ideò cum legatum relinquitur pro-
pter onus, ceſſat, onere ceſſante, *l. aliũ-*
na, §. ſeię, ff. de adim. legat. l. qui tutelã
in princip. ff. de teſtam. tutel. plura
Tiraquell. in 1. part. de ceſſant. cauſa,
num. 101. verſ. legati cauſa, Surd.
plenè de aliment. tit. 8. priuileg. 23. in
44 *princip.* & legatum relictum ob cau-
ſam determinatur ſecundum cauſam
ſibi annexam, *l. ſeio 10.* quam ibi ita
ſummat *Bart. ff. de ann. legat. idem*
Bart. in ſua diſtinct. in l. libertis 4.
num. 5. ff. de alim. & cibar. legat. vbi
in cauſa de futuro, dicit legatum li-
mitari, & reſtringi, citans plura iura,
præſertim in caſu præſẽti, vbi ex ver-
bis legati principaliter apparet, teſta-
torem reſpexiſſe ad ſeruitium præſtã-
dum eius hæredibus, in quo, diſpoſi-
tio legati omninò eſt fundata, & cum
ſit de futuro, conditionem ſapit, ita
vt ea ceſſante ceſſet legatum, *Oldrad.*
Bart. Anchar. Pariſ. Ruin. Tiraquell, et
alij, quos congerit, hoc benè probans
Simon de Pretis de interpr. lib. 4. dub.
3. cap. 7. num. 7. fol. 475. à terg. quibus
addo *Roman. conſ. 438. poſt num. 4.*
verſ. & huius eſt ratio:

45 Secunda concluſio, licet regulari-
ter legatum cenſeatur factum fauore
legatarij, *Bart.* & alij *in l. 1. C. de leg.*
Socin. Sen. conſ. 69. num. 6. lib. 1. Dec.
conſ. 485. num. 3. & conſ. 601. in fin.
latè *Menoch. conſ. 146. num. 9. lib. 2.*
& de præſumpt. lib. 4. c. 123. in princ.
46 attamen ſecus eſt, cum teſtator legã-
do mandat, aliquos penès ſuos hære-
des cõmorari, vel illis ſeruitium, aut
obſequium impendere, tunc enim
in dubio ſemper præſumitur, non fa-
uore hæredis, vel alterius, cui legat;
cum quo legatarius commorari ha-
bet, legatum relictum, *Bar. in l. illis li-*
bertis 83. ff. de condit. & demonſt. An-
char. conſ. 237. num. 2. verſ. & in du-
bio ſemper Dec. conſ. 601. num. 1. hinc
fit, quod legatum factum tutori deſi-
gnato in teſtamento ſemper videtur
47 relictum in premium adminiſtratio-
nis tutelæ, & ſic fauore filiorum prin-
cipaliter, *l. neſemnius 35. in fin. iuncta*
l. ſeq. ff. de excuſ. tutor. vbi omninò fi-
liorum fauore, ob tutelæ adminiſtra-
tionem tutori legatum præſumitur,
niſi euidenter pater expreſſerit, velle
ſe dare, etiam ſi tutelam non admini-
ſtrauerit, & ſic non oportet aliter cõ-
48 ſtare de mẽte teſtatoris, qua lex prę-
ſumit relictũ pro labore adminiſtra-
tionis, cuius prçſumptioni omninò
ſtari debet, niſi euidenter aliud con-
ſtet, & ideò tutor non adminiſtrans
amittit legatum, *l. legatum, §. amittere,*
ff. de his quibus vt indignis, quod iu-
ribus, & authoritatibus probat latiſs.
Baeza de decima tutor præſtanda,
cap. 5. ex num. 21. cum ſeq. vbi n. 27.
ex Angel. & Alexand. idem probat, vt
exequutoribus videatur relictum ra-
tione laboris, non autem in eorum
fauorem.

Tertia eſt concluſio id potiſſimè, &
49 indubiè ꝓcedere, qñ qualitas perſo-
næ, cũ qua cõmorari, vel cui inſerui-
re

re iuſſus eſt legatarius eiuſmodi eſt ;
vt teſtator cogitare potuierit opus eſ-
ſe filio induſtria, & ſeruitio legatarij,
vt puta ſi filius inſtitutus eſſet infans
pupillus, vel aliter egens aliorum
opera, tunc enim omnes DD. fatetur
cenſeri legatum fauorē hæredis non
legatarij, l. ſed ſi hoc in fin. ibi, quia
magis cura liberorum, quam viduita-
tis iniungeretur, ff. de condit. & de-
monſtr. Imol. in l. ſi ita relictum, §. pe-
gaſus, ff. de legat. 2. Dec. conſ. 485. n. 7.
conſ. 526. in caſu occurrenti, num. 5.
601. num. 1. & 2. & conſ. 621. num. 4.
cum alijs per Surd. d. tit. 8. priuil. 23.
num. 8. & hoc concedit Menoch. d.
lib. 4. cap. 123. num. 3. & 15. quamuis
in d. conſ. 146. num. 3. 19. & 25. aliter
declarare viſus ſit, ex particularibus
tamen facti circumſtantijs, quæ con-
currebant in caſu illius conſilij in fa-
uorem vxoris ſatis à teſtatore dilectæ,
ſuper quibus ſe fundat, vt patet, num.
10. 12. & ſeq. & aduertit in ſpecie
Simon de Pratis de interpr. lib. 4. du-
bit. 8. num. 63. in fin. qui ex num. 59.
cum ſeq. plurimum prædicta confir-
mat, quod fecit etiam lib. 1. interpr. 2.
dub. 2. ſolut. 6. num. 14.
50 Quarta concluſio legatum cenſe-
tur factum in fauorem illius, in cuius
fauorem principaliter aliquid diſpo-
nitur, & in quē maior cadit dilectio,
vt poſt Bald. in l. 1. verſ. vnum ſcias,
C. de legat. arg. l. ſi quis nec cauſam, &
l. rogaſti, ff. ſi cert. pet. tradit in puncto
Dec. d. conſ. 601. Viſo eleganti, num. 4.
51 iuncto num. 6. & amplius ille dicitur
principaliter contemplatus, cuius re-
ſpectus in litteris teſtamēti, ſeù in or-
dine ſcripturæ, prius exprimitur, &
ob id illius fauor debet attendi, &
præponderari, velut conditio, ſiuè
qualitas prius expreſſa in teſtamēto,
ita Dec. in puncto d. conſ. 485. num. 8.
& conſ. 601. num. 5. verſ. & cum re-
ſpectus, vnde cum in præſenti caſu
principaliter in hoc legato ſit contē-
platum ſeruitium domus, & hæredū,
illudq; prius expreſſum, omninò il-
lud velut principale debet attendi, &
præpōderari Simon de Pratis d. lib. 1.
interpr. 2. dubit. 2. ſolut. 6. nu. 8. & 14.
Quinta concluſio, tantum abeſt,
verba addita in fine dicti capituli, at-
teſo ce banno ſeruito fedelmente, non
importare, vt ex his verbis cenſeatur
teſtatorem voluiſſe reſpicere fauorē
legatariorum principaliter, nec inci-
denter, vt ex præd. verbis, ſi alia non
concurrerent, probaretur, legatum
fuiſſe factum fauore hæredum non le-
gatariorum, idcirco enim voluit, vt fi-
liæ vterentur eorum opera, quia ipſos
nouerat fideles, & ſic fauore filiorum;
Dec. d. conſ. 485. poſt num. 9. quem re-
fert, & ſequitur Menoch. d. conſ. 146.
poſt num. 4. verſ. quartò accedit, & d.
cap. 123. n. 18. Socin. iun. optime cōſ.
58. nu. 11. verſ. ſecundò hæc concluſ.
52 lib. 3. vbi ex eo dicit probare legatū
fauore hæredum, quia dixerat legare
ob fidem, & probitatem legatarij, quā
expertus fuerat, quod repetit in fine
dicti conſil. vnde cum tota uis con-
ſtiterit in oſtendendo, quod legatum,
de quo agitur factum fuerit in fauorē
hæredum, non legatariorum, ſaltim
principaliter, diligenter perſcrutan-
do verba teſtamenti, & mentem de-
functi, vt exiſtimauit in puncto Dec. d.
conſ. 485. poſt num. 5. verſ. tota ergo
vis, Surd. d. priuil. 23. num. 6. verſ. du-
biū autē, ex præd. ſequitur. Sexta in-
53 dubitata concluſio, quod legatum
factum ſub cauſa de futuro, quam cō-
ditionem ſapere dixi ſupra ex Simon
de Pratis d. lib. 4. dubit. 3. cap. 7. nu. 7.
& ſic ſub conditione caſuali vel mi-
ſtà, quæ pendet ex facto implere de-
54 bentis, & alterius, vel in caſu, ſi con-
ditio impediatur per caſum, puta per
mortem, vel aliam non iniuſtam cau-
ſam deficit legatum Gloſs. in l. in teſta-
mento, la ſeconda, vbi Gloſſ. magna,
in fin. Bart. Socin. & alij, ff. de condit.
& demon, Dec. d. conſ. 485. nu. 4. conſ.
526. nu. 3. Socin. iun. d. conſ. 58. n. 10.
55 lib. 3. vbi, quando legatarius impedi-
tur facto tertij, non directo ordinato

ad

ad impediendum obſequium, vel ſeruitium iniunctum legatario, ſiuè conditionis implementum, conditio non habetur pro impleta, & ſic legatum non debetur, ita *Bart. in d. l. in teſtamento, la ſeconda, col. 2. verſ. aut impedior per tertium Ruin. conſ. 42. num. 15. & 16. lib. 2. Socin. iun. conſ. 110. num. 7. lib. 1.* & ſic etiam non debetur legatum, quando implementum conditionis, vel oneris iniuncti legatario à caſu, de quo per *Cyn. in l. 1. col. 4. verſ. aut impedior per caſum, C. de inſtit. & ſubſtit.* quod non negauit *Menoch. d. conſ. 146. num. 31. in fin. verſ. quartus eſt caſus*, vbi reſpondit, in caſu ſuo legatum fuiſſe factum principaliter, fauore legatarij, vnde cum vel à caſu, quia nata poſthuma, quam teſtator ſperabat futurum maſculum; vel facto matris non ad hoc principaliter ordinato, ſed in vtilitatem pupillarum, quibus legatariorum opera non eſt neceſſaria, ſint impediti, legata omninò ceſſant, nec dicatur *DD. in d. l. in teſtamen. la ſeconda*, & in alijs locis citatis per ſupra allegatos *DD.* loqui cum conditio deficit per mortem hæredis, vel filij, cum quo legatarius commorari, vel eidem inſeruire iuſſus eſt, ſecus igitur in alijs caſibus, vbi non euenit mors, vel ſimile impedimentum, in quo non adſit tãta ratio.

56 Primò etenim dicimus DD. generaliter loqui, cum implementum deficit facto tertij, vel caſu contingenti, in perſonam eius, cui eſt adimplemẽtum faciendum, eſtingui legatum, & de morte loquuntur tantum exempli gratia, vt colligitur, ex *Bar. Bal. Caſtr. Socin. Iaſ. Ruin. Socin. iun. Vaſquio, & alijs* cõgeſtis per *Surd. d. tit. 8. priuig. 24. in princip.*

Secundò, quod dicunt *DD.* de motte hæredis, procedere ex idemptitate rationis in omni caſu, quo filius, vel hæres, cui operas præſtare iuſſus eſt legatarius fauore ipſius filij non indigeat opera legatarij, probat in puncto *Decius* omninò videndus *dicto conſ. 521. aliàs conſuli, poſt nu. 4. verſ. & quod dictum eſt de morte*,

57 vbi probat eſtingui legatum in omni caſu, in quo appareat ceſſare cauſam legati, *num. 6. verſ. vnde non indiget, & in verſ. & ſic videtur ceſſare*, dicit in terminis idem eſſe, vbi conſtet hæredem, cuius contemplatione eſt factum legatum, non indigere opera, vel ſeruitio legatarij, qui propriè eſt caſus noſter, & loquitur etiam in matre legataria, & ſic in caſu fortiori, quod confirmatur, ex reſponſo *Sceuolæ in l. Meuia 13. ff. de ann. legati.* vbi, quamuis legatum eſſet factum ſi negotia, non pupilli, vt in caſu noſtro, ſed puberis adminiſtraſſet, itemque legatum fuiſſet expreſsè quamdiù viueret legatarius, ex quibus coniectu-

58 ris colligitur legatum, nõ fauore hęredis, ſed legatarij factum eſſe, vt notat *Menoch. d. conſ. 146. nu. 3. & 12. Decian.* qui reſpondit pro eadem *D. Paula conſ. 49. num. 28. verſ. item in caſu Dec. legatum lib. 1.* quo caſu legatum non extinguitur, vt inquit *Menoch. d. 123. de præſumpt. num. 22.* adhuc tamen reſpondit *Sceuola, quod ſi non propter fraudem aliamuè, quàm iuſtam cauſam improbãdæ operæ cauſa remotus eſſet à negotijs; quæ adminiſtrare vellet percepturum legatum*, &

59 ſic & vbi legatum ſit principaliter in fauorem legatarij, ſi ſubeſt iuxtà cauſa, legatum non debetur, & ſic *d. l. Meuia*, quam in contrarium citat *Decianus d. conſ. 49. num. 28.* nedum non obeſt, ſed fauet noſtræ opin.

Nec tãdẽ obſtabit ſi dicatur, ꝙ in caſu noſtro ſint, legata alimenta, ibi *la ſolita prouiſione, & vitto*, quo caſu ſpe-

60 ciale eſt in legato alimentorum, vt etiam ſi conditio caſu deficiat, legatũ non intercidat, vt in legatario ſub cõditione, vel præcepto habitandi, cum aliquo, tradunt *DD. in l. 1. C. de leg.* cum alijs à *Surdo d. priuil. 24. num. 2.*

61 *& ſeq.* Dicimus enim id procedere in dubio cum non conſtat cuius fauore

fauore principaliter ſit factum legatũ
an hæredis; vel legatarij, ſecus cum
conſtat expreſſè, vel ex coniecturis,
præceptum eſſe iniunctum fauore hę-
redis, quia tunc legatum, etiam ali-
mentorum, deficeret ſi eueniat mors,
vel altera iuſta cauſa, qua opera lega-
tarij, vti non expediat, de comm. te-
ſtatur *Surd.d.priuil.* 23. *nu.*8. *& pri-*
*uil.*24. *num.*5. nec diſſentit *Menoch.*
*d.conſ.*146.*nu.*15. *&* 17. quod latiùs
probant *Craſſus, et Martin.Coler.* vbi
præmiſſa diſtinctione cõditiones di-
uidi in merè poteſtatiuam, caſualẽ, &
62 miſtam, vterq; infinitis relatis de
comm. omnium ſententia, probat le-
63 gatum factum ſub onere iniuncto ha-
bente tractum in futurum, quod con-
ditionem importare abſolutum eſt,
cuius implementum partim pendeat
ex poteſtate honorati, partim verò ex
fortunæ caſu, ſcilicet quod hæredes
indigeant legatariorum opera, nec
eis iuſta cauſa ſuppetat recuſandi ſer-
uitium, omninò deficere, & extingui,
ſiuè hoc, ſiue illo modo illa deficiat,
ille ſcilicet *Craſſus in* §.*legatũ, q.* 46.
*in princ. & num.*11.*&* 12.*iuncto, nu.*
22.*verſ.aut verò relictum, Colerus ve-*
*rò de aliment. lib.*2. *cap.*12. *num.* 68.
*iuncto n.*92.94. *&* 95. & addit *Craſ-*
64 *ſus num.*17. quod cum conditio non
legatario, ſed alteri tertio impoſita
eſt, cenſeri omninò caſualem, & in
euentu poſitam, de comm. cum *Cyn.*
& Acoſta, quod etiam hic applicari
poteſt, cum adhibere ſeruitium de-
pendeat ex facto tertij recipere de-
bentis, quod ex euentu pendet.

S V M M A R I V M.

1 *Procuratorẽ non reuocare promittens cum iuramento adhuc eum reuocat; ſecundum receptiorem DD. traditionem, & ibi de ratione, & nu.*3.*et* 11.*idem ius militat in teſtamento, & vtraque aſſertio multifariàm ampliatur, & num.ſeq.*

2 *Maioratus etiam in contractu celebratus, & conſtitutus præuio Regis beneplacito, adhuc non mutat ſuam primordialem naturã, vt poſſit reuocari.*

5 *Hæres, ex quo eſt eiuſdem poteſtatis cum defuncto, potitur eodem reuocationis iure, quo ille, imò à fortiori, & num.*4.

6 *Periurij effectus quare non tranſeat ad hæredem.*

7 *Mãdatum extinguitur ob ſtatus mutationem, idque illuſtratur exemplis.*

8 L.ſi quis mancipijs, §. ſi quis impubes, ff.de inſtit. *intellectus.*

9 *Balius, ſiuè tutor idẽ eſt quod dominus, habetq; adminiſtrationem, cum libera.*

10 *Tutori incumbit conſtituere procuratorem ad litem, ſed cum diſtinctione, de qua hic remiſſiuè.*

13 *Teſtator quare non poſſit tutoris vel balij poteſtatem imminuere, ſeù limitare legis poteſtas non debet pendere ab alieno arbitrio.*

14 *Hominis diſpoſitio, quãdo non ſit ſeruanda in propria forma.*

15 *Teſtatoris voluntas non eſt ſemper, et perpetuò obſeruanda, & remiſſiuè, de pluribus cauſis illam extludentibus.*

17 *Hæres in feudis non tenetur ſeruare factum defuncti illegitimum.*
Hinc notabiliter infertur ad ſpeciem facti habitam per Ann.iun.

18 *Alienatione probibita, cenſetur omne id, ex quo illa poteſt ſubſequi.*

19 *Inimicitia, quando dicatur contracta, & num.*16.

20 *Inimicus patris dicitur inimicus filij.*

21 *Recuſationis cauſa ex capite inimicitiæ prætẽditur, vſque ad decimum gradum.*

22 *Pupilli procurator eſſe non poteſt, qui eſt Tutoris inimicus, & ibi de ratione.*

15 *Iu-*

23 *Iudex,præcitatis cauſis poteſt vna ex duabus,hic relatis recuſari.*
24 *Procurator ex leuiſſima cauſa recuſari poteſt.*
25 *Tutor teſtamentarius, quando ex veriſimili eiuſdem teſtatoris voluntate,ſit repellendus.*
26 *Creditor,aut debitor non poſſunt, eſſe tutores pupilli, & ibi de ratione.*

ARGVMENTVM.

Plura de actibus de ſui natura reuocabilibus. Item de teſtatoris poteſtate; nec non de mandato, quod ob ſtatus mutationem, & alijs de cauſis extinguitur, ſuccinctè explicatur.

Pro D.Balijs Principiſſæ Venuſij, cõtra Archãgelũ Romanum.

CONTROVERSIA LX.

POtuiſſe, & poſſe Dominas Balias Principiſſę Venuſij, legitimo iure reuocare mandatũ procurationis ad lites,in perſonam Archangeli Romani,aliumque procuratorem cõſtituere,non obſtante aſſerta diſpoſitione facta in teſtamento,Principis D. Catoli, in ipſius Archangeli beneficium

Primò probabitur,id ſine vlla cauſa ex arbitrio ipſis à iure conceſſo, fieri licuiſſe.

Secundò interceſſiſſe quoque iuſtiſſimas cauſas, ex quibus permiſſa quoque fuiſſet huiuſmodi reuocatio, etiam ſi fuiſſet alioquin prohibita,
1 prout non eſt. Quoad primum, vera eſt,& comm. traditio,promittentem, cum iuramento non reuocare procuratorem à ſe conſtitutum, poſſe nihilominus, eum reuocare, in hunc ſenſum, vt reuocatio teneat, licet reuocans ſit periurus, ea ratione, quod quoties quis promiſit, cum iuramento non facere, id quod aliàs ex natura rei de iure licebat, prout eſt reuocare procuratorem cõſtitutum, quod dependet ſolum à voluntate conſtituentis, poteſt,non obſtante iuramẽto,eum reuocare, licet incidat in periurium, ſi ſinę iuſta cauſa id faciat *Gloſſ.vbi add.Io. Andr.* & cæteri omnes *in cap.fin. verb. reuocatus de procurat.in 6. Angel.*mirabiliter probans infinitis, & pulchris rationibus hoc pactum, vel præceptum, eſſe contra naturam conſtitutionis procuratoris, & contra iura ciuilia, & naturalia,& proinde, neque pœnam promiſſam deberi in *conſ.225.cum infinit.*cõgeſtis per *Gabriel. in comm. concluſ.tit. de iureiur.concluſ.1.num.9. vbi nu.*8. firmat non minus reuocari poſſe procuratorem,quàm teſtamentum,non obſtante pacto de non reuocando, & *num.*10. ampliat, vt nec conſuetudine introduci poſſit, vt quis nõ valeat reuocare teſtamentum, aut procuratorem, & latiſs. *Boer. deciſ.*207. qui ampliat etiã, in cauſis ſpiritualibus, vbi iuramentum ſtrictiùs ligat, addens, quod nec reuocãs incurrit periurium, ſi ex aliqua iuſta cauſa id faciat, & cõmunẽ veram, & indubitatã eſſe hanc concluſ. prædicat *Guttier. de iurament.confirm.par.1.c.1.n.*80. 81.83.non enim bonis moribus,nec honeſtati,aut iuri conuenit,vt quis alterius negotijs ſe ingerat domino negotiorum inuito, *l. quæ omnia, verſ. nec ferendus, ff. de procur. Angel.* in ſpecie,in *d. cõſ.*225.hinc dicunt DD. teſtamentum coram Principe factum, vel ipſius aſſenſu validitatum non
2 adeò minus eſſe reuocabile latè *Freo. lib.2.q.*10. & maioratum cõſtitutum, etiam in cõtractu, cum Regis aſſenſu, & cum pacto de non reuocando cum
3 iuramento,eſſe adhuc iuſta ſui naturã reuocabilem,firmauit latiſs. *Molina de primogen. lib.4. cap. 2. vbi num.4. & 55. & lib.1.cap.12. Tiraquell.de primogen. q.*68. vnde ſi idem D. Carolus,tametſi mediante ſtipulatione, cum iuramento, & pœna,promiſiſſet

Vu eidem

eidem Archangelo, illum non reuo-
4 care,adhuc contrauenire potuiſſet,vt in ſpecie tradit *Guttierez d. cap.1.nu. 83.* fortiùs huiuſmodi reuocatio permittetur eius hæredibus;non obſtante ſimplici prę cepto,facto in teſtamẽto,ſine iuramento,& abſque pœna,&
5 partis præſentia, quod enim licet defuncto,licet, & hæredi, qui eiuſdem eſt poteſtatis, & iuris,cuius erat defunctus, vt notat *Bald. in cap. 1. §.ſi quis verò,de pace iur.firm.* & ideò reuocatio permiſſa defuncto,permiſſa quoq; cenſetur hæredi, vt de comm. poſt *Iſern.Afflict.D.Capyc.Loffred.et alios* firmat *Anna in repet. conſtitut. num.248.vbi num.250.* probat competere hæredi facultatem reuocandi, vt hæredi,& vt nouo domino, & in terminis noſtris in reuocatione procuratoris eſt *text.in l.poſt litem 17.§. non ſolum,ff.de procur.* & faciliùs cõ-
6 petit,ius reuocandi,hæredi, ſiuè eius balio, ſiquidem conſtat iuramentum eſſe perſonale ex parte iurantis, & & ideò non tranſit ad hæredes effectus periurij, *cap. veritatis de iureiur. Guttier. de iur. confir. par.3. cap. 12. num.7.*

Prætereà ſecundò, etſi mandatum expreſsè poſt mortem collatum ſuſtineri poſſit, quouſque reuocetur ab hærede, tamen, cum teſtator decedens reliquit hæredes pupillas, vel infantes,vt in caſu noſtro,quæ ſub tutoris,ſiuè Balij poteſtatem incidũt,
7 mandatum, quamuis expreſsè poſt mortem duraturum, ipſo iure cenſetur reuocatum, quaſi ex perſona mãdantis ad hæredem contingat mutatio ſtatus, ſicut .n. ſi natura poſſibile eſſet, quod dominus, qui conſtituit procuratorem duraturum poſt mortẽ, efficeretur pupillus, mutatione ſtatus reuocaretur mandatum,quia debent pupilli, per tutores regi, ſicut furioſi per curatores, & cum ipſorum authoritate procuratores conſtituere, *l. neque tutores, C.de procur.* ita cum dominus moritur, relicto hærede pupillo,iuris interpretatione fingitur,quod maior effectus ſit pupillus, & ideò mandatum,etiam poſt mortem,duraturum, ex ficta mutatione ſtatus, ipſo iure reſcinditur, ſicut quoq; contigeret,relicto hærede furioſo, vt ſingulariter explicat *Socin.* dicẽs cõm.nec reperire contradictorẽ *in cõſ.112. aliàs 172. num. 12. & 13.lib.1.* vbi dicit optimum verbum in propoſito, quod procurator poſt mortem,dicitur pro-
8 curator hæredis,& non defuncti,quia verè eſt hæredis, & fictè dicitur eſſe procurator defuncti, & reſoluit contrarium *de text. in l. ſi quis mancipijs, § ſi quis impubes, ff. de inſtit.d.nu.13.* vt procedat ſpeciali ratione in mandato inſtitoris,quod reſpicere dicitur actus vniuerſales, & ideò non extinguitur ſic de facili propter vtilitatem promiſcui vſus, vt docet *Paul.per Socin. relatus*, non ſic in mandato procuratoris, quod dicitur generale,nec ratio illa vniuerſalitatis, nec vtilitatis verſatur in litibus,*Ruin.conſ.115.n.5. lib.1.D.de Franch.deciſ.466.et Socin. doctrinã* in pũcto principali extollunt *Stracca de Mercat.tit.mandati,n.49. in fin. Anchar. iun. qq. famil. part. 1. cap.23. in fin. Anna ſingul.330.* & his nõ relatis,vt comm.ſequitur *Gabriel. de procurat.concluſ.2.num.17. verſic. tertiò ſublimita.*

9 Accedat tertiò, quod cum balius, ſiuè tutor idem ſit,quod dominus, *l. qui fundum,§.ſi tutor, ff.pro empt.* & habeat adminiſtrationem cum libera *Bart.& DD.in l.pactum curatoris,C. de pact.* adeò,vt negotium pupilli dicatur ſuum, cura, & ſollicitudine,*l. ſi pupilli. §.item quæritur,ff.de negot. geſtis* plura *Decian.reſp.20.in princ.lib.*
10 5.& proinde ad tutorem ſpectet,procuratorem ad lites conſtituere,cum diſtinct. de qua in *l.neque tutores 11. C.de procur.* ideò non poteſt teſtator
11 tollere,nec reſtringere, aut coarctare poteſtatem tutoris, quia licet tutor nominetur à teſtatore, officium tamẽ habet à lege,quod maximè procedit

in balio ex quadam gratia, & diſpoſi-
tione Regis, de qua *in cap. regni ſeu-*
12 *datarius*, & ob id tutor, & fortiùs ba-
lius non tenetur ſequi cōſilium illius,
qui non eſt particeps officij, quia ſci-
licet non eſt contutor, etiamſi alio-
quin poſſet eſſe particeps officij, re-
13 ceditur enim in hoc à voluntate te-
ſtatoris, ne poteſtas legis pendeat ex
alieno arbitrio, *l. quidam decedens*, §.
Papin cum Gloſ. in verb. integrum, &
verb. voluntatem, & l. Titium, et Me-
uium 48. *vbi etiam Gloſſ. &* Bart. *n.* 1.
& 3. *vſque ad finem, ff. de admin. tut.*
latiùs idem *Bar. in l.* 1. §. *ſi plures, poſt*
num. 2. *& num.* 7. vbi optimè *Caſtr.*
nu. 6. *ff. de exerc. actiõ.* Bald. *in auth.*
ingreſſi, col. 1. *verſ. quid ſi teſtatur, C.*
de ſacroſanct. Eccleſ. vbi dicit, quod
in officijs, quæ non ſumunt for-
24 mam ab homine, ſed à lege, non eſt
ſeruanda diſpoſitio hominis; in
propria forma, & in ſpecie in balio,
ne deſit deciſio punctualis videndus
eſt omninò *D. Reg. de Ponte deciſ.* 20.
nu. 19. dicens ita iudicatum pro Du-
15 ciſſa Archeruntiæ, nec eſt nouum, vt
perſepè à voluntate teſtatoris rece-
dat prætor, *l.* 1. *in princ. & l.* 2. *in fin.*
Gloſſ. verb. *vltrà vires* citat *concord.*
ff. vbi pupill. educ. deb. Afflict. deciſ.
183. *num.* 5. *vbi Vrſill. num.* 3. *D. de*
Franch. deciſ. 350. in initio, idque ne-
16 dum ex cauſis à iure expreſſis, ſed ex
alijs ſimilibus, latè *Guttier. de tutel.*
part. 2. *cap.* 8. *num.* 4. *& part.* 1. *cap.* 8.
num. 95. *&* 96. idque maximè admit-
tendum eſt in caſu noſtro, vbi huiuſ-
modi diſpoſitio, & reſtrictio circa
feuda, & cauſas feudales potiſſimè
17 verſamur, in quibus conſtat, hæredē,
in feudis non teneri ſeruare factum
defuncti illegitimum, ſcilicet, ſine aſ-
ſenſu ex congeſtis per *Ann. in repet.*
conſtitut. num. 47. *&* 248. *Frecc. de*
ſubfeud. lib. 3. *form.* 3. *nu.* 11. *Decian.*
latiſſ. reſpon. 117. *nu.* 37. *& ſeq. lib.* 3.
ex quibus, & alijs conſuluit *Anna fi-*
lius conſ. 29. *num.* 6. *verſ. neque, &*
num. 13. *&* 15. non valere diſpoſitio-
nem defuncti mandantis, quod filius
nihil agat ſine cōſilio trium, vel duo-
rum, ex tribus, quos eidem curatores
conſtituit, vltrà tempus, quo baliatus
expirat in feudis, & ſi, etiam in allo-
dialibus, inter alias rationes, ex qui-
bus à iure prohibetur fieri procura-
tor irreuocabilis, eſt illa, ne dominus,
ex mala geſtione procuratoris ad sū-
mam inopiam deducatur, vt dixit *An-*
gel. in d. conſ. 225. *verſ. ſi autem procu-*
18 *rator*, eò fortiùs in feudalibus, vbi dū
prohibetur alienatio, cenſetur quoq;
prohibitum omne id, ex quo aliena-
tio ſequi poteſt, vt de facili continge-
re poteſt, ex facto procuratoris rem
male gerentis, *l. oratio, ff. de ſponſal. et*
notat Anna in repet. conſtitut. nu. 213.
& 181. & ſi prædicta non militarent,
prout ex prædictis omninò cauſæ vi-
ctoria ſperari debet, attamen ex abū-
danti addimus, ſuperueniſſe quoque
iuſtiſſimas cauſas remouendi ipſum
procuratorem.

Primò enim eſt effectus inimicus
D. Dõnæ Poliſenæ matris, & D. Du-
ciſſæ amitæ, baliarum, ob multa, quæ
facto machinatus eſt, & verbis teme-
rariè, de more eſt obloquutus, contra
iſtas generoſas dominas, vt eſt notiſ-
ſimum, ex quibus, cum voce, & opere
ſe inimicum oſtenderit, & inimicitiæ
19 ſint contractæ ex odij declaratione,
iuxtà notat. per *Abb. in cap. cum opor-*
teat, num. 24. *& in cap. inquiſit.* §. 3.
num. 7. *de accuſ.* ſequitur, vt hic pro-
20 curator, effectus iam inimicus matris,
prout erat quoq; capitalis inimicus
b. m. D. Emanuelis eius patris, vt eſt
notorium, ſit quoq; inimicus filiarū,
vt eſt caſus, *in l. tutor, §. ſi tutor, ff. de*
ſuſpect. tutor. Alexand. conſ. 99. *nu.* 4.
lib. 1. *Aufr. de recuſ. cauſ.* 50. *num.* 49.
21 extenditur enim cauſa recuſationis
ex capite inimicitiarum, etiam vſque
ad decimum gradum, iuxtà not. per
Abbat. & Dec. in cap. poſtremò, de ap-
pell. per DD. in l. qui iuriſdictioni, ff. de
iuriſdict. omn. iud. plura *D. de Ponte*
22 *deciſ.* 30. nec poteſt eſſe procurator

pupilli, qui inimicus eſt tutoris, cum procurator pupilli dicatur eſſe procurator ipſius tutoris *Caſtr. conſ.* 16. *lib.* 1.

Secundò, eſt vaſſallus Dominorum de Geſualdo, cum quibus pupillę litigant, de maiori parte patrimonij, &
23 ſtatus, vnde, ſi iudex ſubditus aduerſarij poteſt iuſtè recuſari, vel etiam ſi ſit ſolum ſuffraganius iuribus citatis per *Aufr. de recuſat. nu.* 13. 14. & 22. vel etiam ſi aduerſarius, ſit vaſſallus iudicis, vt per eum *num.* 20. quantò fortiùs procurator, qui ex leuiori, quinimò leuiſſima cauſa recuſari poteſt *Dec.* in terminis *in cap. poſtremò, de appell. Rolãd. conſ.* 32. *n.* 26. *in fin. lib.* 3. *Marant. in* 3. *part. verſic. quandoq; appellatur, num.* 73. *Milan. deciſ.* 15. *num.* 4. *lib.* 1.

Tertiò, fortiùs eſſet inimicus effectus, ipſarum pupillarum, ſi verum eſt
24 quod ipſe Archangelus exponit in eius ſupplicatione, quod in dicta lite cum Dominis de Geſualdo, ideò ipſe non poteſt interuenire, quia cõtrouertitur validitas teſtamenti, ipſe enim hoc aſſerit, & fatetur, quod eſt aduertẽdum, quod ſi ita eſt, cum ipſe in hac lite maximum habeat intereſſe, pro validitate diſpoſitionis in eum factæ, palàm eſt, eſſe effectum inimicũ capitalem pupillarum, ex lite maioris partis ipſorum bonorum, & ſic in nihilo poſſe ſe intromittere.

Quartò iam ſunt plures inſtitutæ lites à balijs contra ipſum Archangelum.

Primò enim, tenetur reddere computum ducatorum ſexdecim mille per eum exactorum vſque ad annum 608.

Secundò, de alijs ducatis vigintimille, & quingentum, ab eo tempore, vſque in præſens tempus exactis.

Tertiò de alijs ducatoris 50. mil. in circa deperditis culpa, & dolo dicti Archangeli.

Quartò ſuper reſtitutione ducatorũ ſexmille in circa perceptis pro eius ſalario ad rationem ducatorum 500. quolibet anno, tum contra formam pacti, cum Principe inhiti, aliorum negotijs vacauerit nec dicat, lites prædictas eſſe affectatas per balias, vt ipsũ remoueant, ſiquidem quoad primum caput ducatorum ſexdecimmille, eſt lis præpoſita ex ſpeciali ordine, & expreſſa voluntate Principis D. Caroli, qui repetitis proteſtationibus in publicis inſtrumentis, rogatis per duos menſes ante mortem, enixè precepit, & ſtatuit, vt de his ſummis, exigeretur integra ratio ab Archangelo, ex quibus ſcripturis apparet quoque quam ſuſpecta eſſet apud ipſum fides Archangeli, & ſeipſũ timore iacturę ſuarum cauſarum, vt animo conceperat, vir timidus, plura contra eius voluntatem feciſſe, & facturum forè pro Archãgelo, vt deteriora vitaret, quod ſolum ſufficere deberet ad remouendum hunc hominem.

Quartũ verò caput ſimiliter proponitur ex ſpeciali pacto, quo ſibi proſpexit Princeps, vt dum ingens ſalarium annuũ ducatorum 500. homini huic ſtatuiſſet, voluit ſibi proſpicere, vt ſolum eius ſeruitio vacaret, quod ſi alioũ procurationes quoquomodo ſuſcepiſſet, omne ſalarium reſtitueret, & ſic, quo pacto lites iſtæ affectatæ dici poſſint, quæ pro exequutione ordinum, & pactorum, cum Principe inhitorum, & in tanta iuſtitia fundantur, non videò; vnde cũ ſint iam exhibitæ ſcripturæ, quæ fundant iuſtitiam capitum propoſitorum contra Archãgelum, dubitari non poteſt, vt, tanquã ex cauſis de nouo ſuperuenientibus, ſit procurator iſte remouendus, non obſtãte quauis diſpoſitione teſtatoris
25 tutor. n. etſi teſtamẽtarius, & à teſtatore dilectus, & approbatus ex ſuperuenienti inimicitia, detectione malorum morum, & alijs confirmari non debet, ſed alter eligi, *l.* 3. *§. quamuis, ff. de admin. tutor.* idque ex veriſimili voluntate teſtatoris, vt latè comprobat *D. de Ponte d. deciſ.* 20. *à num.* 20. *ad* 27.

ad 27. ſicut enim tutor creditor, aut
26 debitor pupilli remouetur, ex eo, quod ſuſpictio ſit ne ſupprimat ſcripturas ſpectãtes ad actiones, vel exceptiones pupilli iuribus citat. per *Decian.conſ*.49. *in fin.lib*.1. ita etiam in ſuſpecto procuratore, qui lites etiam per colluſionem perdere poteſt, nedum ſcripturas ſupprimere, nec glorietur Archangelus de diſtinctione facta in teſtamento, quia quomodo hæc diſpoſitio proceſſerit Deus nouit; nec fuit electa ſolius hominis ſingularis induſtria,ſed admiſta eius perſona, cum alijs nouem, aut decem infimi ordinis familiaribus, qui cellæ vinariæ, & ſtabulo procurant,& licet adſint aliqui honeſtæ conditionis, vt ſunt Franciſcus Antonius Staibanus, & tres alij à ſecretis, ſicut in his ſeruari nõ poteſt diſpoſitio,cum Staibanus non poſſit eſſe perpetuus Auditor Status, neque Capitaneus Geſualdi, vt erat,iure, & Pragmaticis reſiſtentibus, nec expediat pupillis habere tot homines à ſecretis,ita quoq; nec expedit,neq; poſſunt,nec volunt, huius hominis opera vti pupilli,in earum litibus, & negotijs.

cauſæ deciſio,adhuc pendet.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus ſolutioni dicitur, qui ſolutioni recipiendæ, pro creditore deſtinatur.*

2 *Rei debendi dicuntur, qui principaliter,& inſolidum obligãtur,etſi alternam ſuſcipiunt obligationem.*

3 *Rei debendi differunt à fideiuſſore, qui obligatur acceſſoriè.*

4 *Rei debendi,ſunt correi quoad creditorem, licet quandoq; ſint inter ſe fideiuſſores.*

5 *Intellectus datur ad titul.*Cod. plus valere quod agitur.

6 *Emptor tenetur ad pretium,quamuis probet ſe nudum nomen habere.*

7 *Emptor tenetur ad pretium, licet venditor ſciat nudum nomen habere.*

8 *Rei debendi ſunt correi quoad creditorem, etſi negotium ad alterum pertineat.*

9 *Rei debendi conueniuntur à creditore,nulla præcedente excuſſione illius cui negotium pertinuit, quando inſolidum obligantur & quid ſi ſine clauſula inſolidum, reperiũtur obligati.*

10 *Creditor eligit qua via agat,ſi plures modos agendi habet.*

11 *Sententia lata pro fideiuſſore indemnitatis, non prodeſt principali debitori.*

12 *Res iudicata non dicitur,ſi pendet appellatio.*

12 *Appellatio ſuſpendit ſententiam, & facit cauſam durare.*

14 *Exceptio rei iudicatæ, non competit inter diuerſas perſonas.*

15 *Exceptio rei iudicatæ non oritur ex eadem cauſa defenſionis, ſi perſonę ſint diuerſę.*

16 *Sententia inter alios lata, alteri non nocet.*

17 *Ius congrui,an detur contra Eccleſiã, vel pro Eccleſia,ſiuè clerico, de iure communi eſt dubium.*

18 *Ius congrui, nec actiuè, nec paſſiuè Eccleſiæ competit, ex conſuetudine Ciuitatis Neapolis.*

19 *Ius cõgrui in foro Eccleſiaſtico Neapolitano,non ſeruatur omninò.*

20 *Emptor non agit de euictione,ſi non denunciauit litem venditori.*

21 *Ablatiui abſoluti, inportant conditionem,quæ prius debet impleri.*

22 *Emptor,cui per retractum res euincitur,non liberatur à ſolutione pretij, ſi euincens non eſt facilis ad conueniendum.*

23 *Emptor debet petere cautionem de ſoluendo pretium à retrahente, ſi eſt difficilis ad conueniendum.*

24 *Creditor eligere poteſt,contra quem correum agat.*

25 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

26 Exceptio cedẽdarũ *nõ obſtat, ſi creditor reſeruauit iura agendi contra correum.*

27 *Intereſſe, pretij non ſoluti, poteſt excedere fructus rei venditæ, dummodò non excedat intereſſe commune, ſecundum vſum Regionis.*

28 *Euictionis actio datur contra propriũ* Authorem.

29 *Emptor liberatur à ſolutione pretij ſi, per retractum res euincitur.*

30 *Emptor nõ liberatur à ſolutione pretij, ſi ſpontè rem alteri cedit, et non coactus per retractum, & num.* 33. *&* 34.

31 Argumentum *à ceſſante ratione, fortiſſimum.*

32 *Succurritur magis, facienti actum ex neceſſitate.*

35 *Emptor liberatur à ſolutione pretij, per retractum, in caſu promiſſo.*

35 *Diſpoſitio omnis intelligitur, cum terminis habilibus.*

37 *Emptor non liberatur à ſolutione pretij, per retractum iniunctum, vel per negligentiam admiſſum.*

38 *Ius congrui non ſeruatur inter Eccleſias, ſed ius commune.*

39 *Ius congrui non eſt inductum de iure ciuili, nec canonico, num.*40. *vbi datur intellectus* capit.conſtitutus.

42 *Emptor non appellans à ſententia iniuſta, non agit de euictione.*

43 *Colluſio præſumitur ex actu, quem communiter alij non feciſſent.*

44 *Vſuræ ſunt omni iure prohibitæ.*

45 *Vſuræ permittuntur, ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis.*

46 *Vſuræ recompenſatiuæ, ratione intereſſe, permittuntur in emptore, non ſoluente pretium rei venditæ, et traditæ.*

47 *Intereſſe pretij non ſoluti, poteſt taxari à principio in certa proportionabili quãtitate, licet quandoq; excedat fructus rei venditæ.*

48 *Cenſus annuus poteſt conſtitui ex pretio non ſoluto, licet excedat fructus rei venditæ.*

49 *Intereſſe recompenſatiuum dicitur, vbi adeſt mora irregularis.*

50 *Cenſus annuus, parit intereſſe, quia capitale peti non poteſt, licet quandoq; petatur ex pacto in penam non ſoluentis, & num.* 51.

52 *Cenſus annuus exceſſiuus fructuum rei, ſuper qua imponitur ſubſtinetur, quia eſt ad libitum redimibilis.*

53 Bulla Pij V. *quod requiratur pecunia numerata in contractu cenſuali, nõ eſt vſu recepta in Regno.*

54 *Iudex, cuius brachium imploratur; poteſt denegare exequutionem ſententiæ iniuſtæ.*

55 *Exceptio ſententiæ iniuſtæ correum non iuuat.*

56 *Intereſſe rei venditæ, non poteſt excedere fructus eiuſdem rei, ſed intereſſe pretij nõn ſoluti, poteſt.*

57 *Sententia pro correo lata, correum non iuuat.*

58 *Iuramentum correi, correo prodeſt; & quare.*

59 *Correus, vel fideiuſſor conſtituitur, contrahendo cum communi creditore.*

60 *Aduocatus vltrà doctrinam, debet eſſe fortunatus.*

ARGVMENTVM.

Adiecti ſolutioni, & correi debendi, qui dicantur. Emptor rei an venditori ſaltim ſcienti obijcere poſſit ipſum nudum nomen habere, quia verè pro alio emit, vt hac ratione ad pretij ſolutionem non vrgeatur, cuius occaſione datur intellectus ad *titul. C. plus valere, quod agitar.* Si ex duobus reis ad alterum tantum negotium pertineat, an alter etiam dicatur obligatus, & an requiratur excuſſio correi, ad quem negotium verè ſpectabat, & quid adiecta clauſula *inſolidũ* Sentẽtia lata pro correo, ſeù fideiuſſore indemnitatis vtrum profit correo, Ius congrui non habet locum

con-

contra Eccleſiam. & in foro Archiepiſcopali Neapolitano non omninò ſeruatur. Exceptio cedendarum non obſtat, ſi adeſt reſeruatio agendi. Re euicta per retractum, an emptor ſit liberatus à ſolutione pretij, & quid ſi ſponte cedit, vel retractus per iniuſtitiam iudicantis, aut negligentiam emenris fuit admiſſus. Intereſſe pretij non ſoluti, an poſſit excedere fructus rei emptæ; maximè ſi de pretio conſtituatur annuus cenſus, vbi latè de materia *l. curabit*, ex quibus acerrimè confutantur *conſ.* 153. *D. Regēt. de Pont. lib.* 2. in hac eadem cauſa ex aduerſo, pro eodem Regente, & ſub ipſius nomine impreſſum.

Pro Monitijs contra D. P. de Ponte.

CONTROVERSIA LXI.

CVm bonæ memoriæ Doctor Michael Angelus Monitius, vendiderit ſuam domum magnam, Dominis Io. Franciſco de Ponte, & Horatio filio, pro pretio ducat. 9000. in quo ferè, integra ſubſtantia venditoris conſiſtebat: coactus venditor, ne dicam precibus, ſed Imperio maximo, quo tunc temporis, & præſertim in hoc negotio, Regens ipſe vſus fuit, vt ex ſuis litteris, fol. 10. apparet, & ad prædicti pretij ſolutionem, dicti Domini de Ponte, ſe obligaſſent in ſolidum publico inſtrumento mediāte, cum pactis, & clauſulis exequutiuis ad formām Ritus M. C. in forma ſtrictiori, qua fieri potuit, cumque bonus venditor, paſſus fuerit per decenniū, & vltrà ab anno 600. ad 611. differe iudicium, quoad potuit, cōtra dictos obligatos, ad pretij ſolutionē: & nunc, iam inſtructo proceſſu, pauperes pupillæ filiæ, & hæredes ipſius, inſtarent tandem pro conſequutione pretij, & cauſæ expeditione. opponunt emptores aduerſus publicum inſtrumentum.

Primò ipſos habuiſſe nudum nomen: ſiquidem verè emerūt domum, non pro ſeipſis, ſed pro Monaſterio Santiſſimæ Trinitatis: vnde ipſi tanquam ſolutioni adiecti, & non principales, ad aliquid teneri, non debent.

Secundò obijciunt, quod cum actrices prætendant intereſſe pretij dictæ domus, ad rationem cōuentam, ſcilicet ſeptem pro centenario, pendente ſolutione, & affrancatione pretij, & iam per Rotam Romanam, inter dictum Monitium venditorē, & Monaſterium Sācti Andreæ, ſit deciſum deberi tantum ad rationem fructuum, debere proinde obſtare exceptionē rei iudicatæ.

Tertiò opponunt iſti emptores, ipſos fuiſſe liberatos à nexu obligationis pretij, omneq; onus fuiſſe trāſfuſum in Monaſterium Sancti Andreæ, quod vigore retractus, ratione iuris congrui, obtinuit præferri in dicta emptione, Monaſterio Trinitatis.

Quartò allegant, occaſione litis intentatæ, per Monitium Romæ, contra Monaſterium Sancti Andreæ, & ſententiæ prędictæ latæ per Rotam, impediri ipſos Dominos de Ponte agere contra dicta Monaſteria, vigore indemnitatum promiſſarū; ex quadā inhibitione facta per Rotam, Curiæ Archiepiſcopali Neapolitanæ, ne procedat in dictis cauſis, ex quo prætendūt, obſtare exceptionē cedēdarum, quaſi, ꝙ facto Monitij, impediantur agere. verùm breuiter, & dilucidè demonſtrabitur, has oppoſitiones aduerſus inſtrumentum publicum guarentigiatum, nihil obſtare, quò minùs pronunciandum ſit pro ipſo, *Bald. Marſil. & Crauett.* dicit *Lancellott. Gallia conſ.* 123. *num.* 4. *& 5.*

Non obſtat igitur primum obiectū, quod emptio fuerit fiduciaria, & quod ipſi emptores non pro ſe emerint,

*das de emptione,cap.7.num.*24. citans ad hoc *text. in l. Iulianus,* 9.§.1.*ff.ad ad Senat. Conſ. Macedon.* ſed meliùs probat *text.*quem cirat *Alciat. vbi ſupra,in l.poſt mortem* 5.§.1.*ff. quando ex facto tutoris*; vbi tutor contrahens proprio nomine, licet in cauſam pupillarē,finita tutela tenetur,idque verum eſt,licet admitteremus,Monitiū,

7 ſcientiam habuiſſe, quod Domini de Ponte habebant nudum nomen in emptione ſuæ domus:cum notitia, & ſcientia hæc,fuerit extra contractum; & ideò non conſiderabilis, in contractu enim non eſt dictum,Dominos de Ponte emere nomine Monaſterij. Ratio eſt euidens,quia qualitas adiecta in contractu, regulat illum,& hæc qualitas,nomine Monaſterij adiecta nō eſt: vnde ſequitur à fortiori, quod licet Domini de Ponte,fuiſſent Procuratores Monaſterij ad emendum, & hoc ſciret Monitius; tamen ſi hæc qualitas nomine Monaſterij expreſſa non eſt in contractu, proprio nomine intelliguntur obligati,quia colligitur, quod Monitius vendens,contrahere noluit cum illis vti procuratoribus, ſed proprio nomine tantum, ita probatur *in l. final. ff. de inſtitor. action. vbi Bart. Bald. & Paul. & in l.procurator.*67.*ff. de procurat. Menoch.præſumpt.*49.*à num.*16. *ad* 21. *Caldas d. cap.*7.*num.*25.

8 Præterea,& in duobus reis,quamuis negotium ad alterum tātum pertincat, non per hoc alius nō eſt obligatus; *Anton.Gomeſ.tom.2. varia. reſol.cap.*12.*de duob. reis,num.*2.*verſic. quæro tamen,* & plenè tangit articulū *Alexand. Trentacinq. tom.*2.*var. reſolut.titul.de ſolution.reſolut.*34.*n.*39.

9 vbi eſt aduertendum, quod licet ſit diſſentio inter DD. an priùs ſit faciēda excuſſio cōtra illum, ad quem verè negotium pertinuit; tamen id fallit quando inſolidum obligantur, vt ſæpe fit,ita limitat *Trentacinq. vbi ſupra,Anton. Gabriel. commun.conclus. titul. de fideiuſſor. concluſ.*2. *num.*11. *Scaccia,*qui multos refert, *in tract. de ſentent. & re iudic.gloſſ.*14. *quæſt.*22. *num.*20.21.*&* 22.niſi velimus cum *Anton.Fabro*, ſubtiliſſimo,& grauiſſimo Authore, tenere indiſtinctè, ſine vlla excuſſione, ſemper duos reos, ad electionem creditoris poſſe conueniri, licet negotium ad vnum illorum verè pertinuiſſet, vti fundat,latiſſimè ad partes diſcuſſo articulo *lib.*11. *coniectur.iur.cap.*1. ex quibuus conſtat, nihil obeſſe venditori, emptorem nudum nomen habere, ſi in contractu fidem ſuā aſtrinxit, & bona obligauit.

Ad ſecundum dicimus, aduerſarios ſupponere, Monaſterium Sancti Andreæ eſſe fideiuſſorem indemnitatis, & Monitium,contra ipſum, vti talem dicto nomine egiſſe, & hinc inferunt, ſententiam Romæ latam, pro fideiuſſore indēnitatis,parere exceptionem rei iudicatæ, in beneficium principalis debitoris, ſcilicet ipſius conuenti;ex reg.*tex.in l.final.*§.*final. in fin. ff. de iur. iurand.* ſed rogo aduertatur, Monitium non ſubſiſtere in facto, & in iure conuinci partem ex eiſdem Doctoribus, quos citat. in facto verum eſt,Monitium non egiſſe, contra Monaſterium Sancti Andreæ, vti fideiuſſorem indemnitatis, ſed facta aſſertione de venditione per eum facta dictis de Ponte, & eorum promiſſione de ſoluendo intereſſe conuentum, & etiam ſortem, ſub certa conditione, & quod Monaſterium Sancti Andreæ,inſcio,& inaudito exponente, poſſeſſionem dictarum domorum,aſſequutus fuerat, & in ea reperiebatur de præſenti, ſub conditione ſoluendi pretium exponenti, ad illud cōdemnari petijt: & ſic Monitius direxit greſſus, contra Monaſterium, tanquam poſſeſſorem domorum, ex regula *l.ſi me,& Titium* 32.*ff.ſi certū petatur, Rota Genuæ dec.*171. & exinde,magis obligatū ad pretij ſolutionē iuxtà formam ſententiæ obtentæ per idem

Digitized by Google

idem Monaſteriũ,dum in ea expreſsa
conditio adijcitur, ſolutis pretijs an-
te dictis, per Moniales oblatis,
ex quo ſequitur, quod quamuis in-
ſcio Monitio, Monaſterium Trini-
tatis,ſtante ceſſione, ſibi facta per di-
ctos de Ponte emptores,eiſdem pro-
miſerit indemnitatem, & deinde ſe-
quuta ſententia ad inſtantiam Mona-
ſterij Sancti Andreæ,quod euicit do-
mum,idem Monaſterium promiſerit,
ex poſt facto euictionem Monaſterio
Trinitatis,dum Monitius non ſe dire-
xit,contra Monaſterium Sancti An-
dreæ, tanquam fideiuſſorem indem-
nitatis,non poteſt dici ſententia lata,
pro fideiuſſore indemnitatis, quia
10 habens plures vias,& modos agendi
contra eundem, poteſt eligere illam,
quæ magis placet,*l.recuſare,§.Titius.*
vbi Imola ff. ad Trebell. & creditor
eligit, quo nomine agat contra cor-
reum,*Imola in l.reos,ff.de duob. reis*,
Natta conſ.52.num.3. Surd.dec.308.
nu 3.& præſertim,cum de huiuſmodi
promiſſione non appareat Dominum
Monitium habuiſſe notitiam; vnde
non poteſt dici ſententia lata cum
fideiuſſore indemnitatis, cum non ſit
petitum, quod nec actor,nec iudex in
iudicio ſenſiſſet,*l.ſi ex teſtamento 20.*
ff. de exceptione rei iudic. l. ſi cum te-
ſtamento 21. ibi *& codicillis poſtea*
prolatis,eodem titul. l.non eſt ferendus
12.ff.de tranſact.161. dum de eo dũ-
taxat ſe cogitaſſe, quod illarum tabu-
larum, quas tunc nouerit ſcriptura
contineretur.

Secundò ſit verum,ſentẽtiam præ-
dictam fuiſſe latam pro fideiuſſore in-
11 demnitatis; tamen vera,& commu-
nis eſt opinio, ipſam non prodeſſe
principalib⁹ debitoribus,vt sũt iſti rei
debendi de Ponte; & hæc eſt differẽ-
tia, inter iuramentum, & ſententiam,
vt contra opinionem *Dyn.in regula*
ratihabitionẽ,de reg.iur.in 6. ſimplici-
ter dicentis victoriã vnius,alteri pro-
deſſe,diſtinxit *Riccbard. Malumbre*,
cuius opinionem ſequitur *Bart. in l.*
duobus 28.§.à fideiuſſore, num.7. in
fin.ff.de iur.iurando,vbi Caſtrenſ.n.5.
format quæſtionem, & in fine,*d. num.*
ſubijcit hæc verba, *Richard. contra in*
alia diſputatione, quia aliud in iura-
mento, quod habet vim ſolutionis, &
aliud in ſententia, quæ non habet hanc
vim, et eſt ſtricti iuris,et lata pro vno,
non prodeſt alteri, vt C. *res inter alios*
acta, Bart. *hic videtur ſequi opinio-*
nem Dyn. ego tenerem opinionem Ri-
chardi cõſulendo, & credo,quod Bart.
in d.l.duobus, inaduertenter fuerit lo-
quutus, & non fuit recordatus de di-
cta diſputatione: hæc *Paul.* eandem
opinionem expreſsè tenent *Imola*
in l.ex duobus 16. num. 6. ff. de duob.
reis,vbi Aretin. col.vltima, verſ.circa
quartam quæſtionem, Alexand.in d.l.
duobus, §. quod autem, num.6. vbi te-
ſtatur cum opinione *Richardi, et Bar.*
ibi tranſire *Bald.in lectur.antiqua, &*
Fulgoſ. & Paul & quãuis dicat *Bart.*
in l. amiſſi 53. §.final ff.de fideiuſſor.
& Angel.in d.l. ex duobus tenere opi-
nionem *Dyni*; tamen ſubdit *Imolam*
in pluribus locis tenere opinionem
Bart.in d.l.duobus, §.1. & plerunque
habere maiorem authoritatem iura-
mentum, quam ſententiam, & ſubdit
Alexand. & hanc opinionem ſequor,
& cum eadem opinione tãquam ve-
riori, & communi, reſidet *Iaſ.in d.l.*
duobus,nu.11. ſubdens, *quamuis con-*
trarium tenuerunt Bart. et Angel.in
d.l.amiſſi 53.§.final. vbi tamẽ aduer-
ſo *Bart.* male notari de contrarietate,
nihil *num. 161.* firmat,ſed remittit ſe
ad dicta per ipſum *in d.l.duobus, §. à*
fideiuſſore, vbi expreſsè *Riccbard.* opi-
nionem fuit ſequutus, quàm ferè om-
nes ſequuntur, vt videre eſt apud
Franc. Marc.deciſ.518. part.1.

Tertiò dicitur eſt,quod eſſet verũ,
Monaſterium Sancti Andreæ fuiſſe
conuentum, vt fideiuſſorem indemni-
tatis,& aſſumptum de iure, ſententiã
latam pro fideiuſſore indemnitatis
prodeſſe, & parere exceptionem rei
iudicatę,in beneficium principalis:id
tamen

tamen procederet, ſi eſſet verè res iudicata, vnde cũ in facto, conſtet ex ſcriptura producta per partem ab illa ſententia Rotæ, fuiſſe appellatum per Monitium, & appellationem pẽ-
12 dere, hoc caſu nullo modo dicitur res iudicata, ita quod, exceptio rei iudicatæ, ex ea ſententia oriri poſſit, vt notat *Rebuff.* in terminis *ad Conſtit. Franciæ, tom. 1. tit. de ſentent. exequutor. in præfation. num. 9. & 10. cum ſeqq. & tom. 3 tit. de appellation. artic. vltim. gloſſ. vnic. num. 15. cum ſeqq.* Res enim iudicata, dicitur lis finita, à qua non poteſt appellari, *Gloſſ. in cap. non ſolum 7. de appellat. in 6. in verbo innouata, Dec. in l. res iudicata*
13 *208. ff. de regul. iur.* quia aliàs ſententia per appellationem ſuſpẽſa, adhuc cauſa durare dicitur, vt præclarè deducit *Olrad. cõſ. 225. Bald. in auth. hodie num. 6. C. de appellat.* plura in terminis *Gail. lib. 1. obſeruat. 70. num. 4.* & notatur *in Clement. ſi appellationẽ de appellat. in 6. in cap. 1. § final. de except. in 6. in c. ſuper eod. 10. & cap. ſæpè 43. de appellation. cum alijs per Iaſon in l. 1. nu. 8. verſ. pro parte, Canoniſtarum, & num. 9 12. & ſeqq. ff. de re iudicata*: cum appellatio extinguat, vel ſuſpendat iudicatum, *l. 1. §. vltimo, ff. ad Turpillian. Bald. optimè in l. tale pactum 52. §. qui prouocauit à num. 1. ad 10. ff. de pact. Burſat. conſ. 21. num. 12. & 13. Bouadill. tom. 1. lib. 2. cap. 21. nu. 219.* ſequitur ob id pernecesſè, ex nihilo, nullum effectum produci poſſe.

14 Vltimò diuerſitas perſonarum, omninò facit ceſſare exceptionem rei iudicatæ *l. cum quæritur 12. cum ſeq. ff. de exceptione rei iudicatæ*, & eſt caſus ſingularis, *in l. ſi cum vno 14. ff. eodẽ*, vbi ſi cum vno ex hæredibus, depoſiti fuerit actum, & cũ cæteris hęredibus rectè agetur, nec exceptio rei iudicatæ eis proderit, & redditur ratio; nam etſi eadem quæſtio in omnibus iudicijs vertitur, tamen perſonarum mutatio, cum quibus ſingulis ſuo nomine agitur, aliam, atque aliam facit rem: ecce ergo in caſu fortiori, quod ſententia lata pro vno ex hæredibus, non prodeſt alteri cohæredi in eodem negotio, contrà eundem agẽ-
15 tem, & licet *gloſſ. penultima*, ibi, dicat, id nõ procedere, vbi vna fuit cauſa defenſionis, vt in *l. ſi quis ſeparatim 10. §. final. ff. de appellation.* tamen Bart. *in d. l. final. in 2. oppoſitione, in fine*, concludit dictam *gloſſam* male dicere ſecundum omnes, quia etiam ſi eſt eadem cauſa defenſionis, ſentẽtia pro vno lata, non prodeſt alteri in cauſa principali, vt in *d. l. ſi cum vno*, ſecus in cauſa appellationis, vbi agitur de ipſa ſententia, quæ eſt indiuidua, *cap. fin. de appellat. Hartman. lib. 1. quæſt. 47. Scaccia de appellat. quæſt. 12. num. 77.*

Ad tertium, breuiter dicimus, quod licet nõ ſit ita abſolutum, vt ex aduerſo ſupponitur, emptorem à quo res empta retrahitur iure congrui, vel conſanguinitatis, liberari à ſolutione pretij, præſertim cum ad id ſe obligauerit, mediante inſtrumento, cum pacto, & clauſulis exequutiuis, & iuramento, quod obligat præcisè ad factum, quo caſu, non loquitur *Tiraquell.* nec alius, tamen in hac cauſa, non eſt opus diſpungere hunc articulum.

Primò, quia domus, non fuit abducta vigore retractus à conuenctis de Ponte emptoribus, & principalibus promiſſoribus, cũ quibus voluit Monitius contrahere, & eorum fidem ſequi; ſed à Monaſterio Trinitatis, cui per dictos emptores fuit ceſſa domus, abſente Monitio, vt ex inſtrumẽto patet itaque retractus locum habuit, non in contractu Monitij, ſed in contractu ipſorum de Ponte emptorum, qui alijs vendiderunt. vnde cum in dictò iudicio ſuper retractu, Monitius non fuerit vocatus, ſententia tan-
16 quam inter alios lata, ipſi nocere nõ poteſt, *l. 1. ff. de except. rei iudic. & toto titulo Cod. quibus res iudicata non*

nocet,

nocet, Auguſt. Barboſ. *axiomate* 199. *num.* 11. maximè, quod ſi fuiſſet vocatus, potuiſſet iuſtiſſimè excludere
17 retractum, quia licet de iure communi, magnum ſit dubium vtrum in re vẽdita per laicum clerico, vel Eccleſiæ habeat locum retractus *Conſtitution. Regni Sancimus, de quo per Marant. diſputat.* 8. *Boer. deciſ.* 231. *Pater Diana part.* 3. *reſolution. moral. tract.*
18 1. *reſolutione* 43. tamen de iure Regni, & noſtro Conſuetudinario Ciuitatis Neapolis in Eccleſia actiuè, & paſſiuè ceſſat ius congrui, vt *in cõſuetudine ſi Eccleſia de iure congrui*, de quo meminit *D. de Franch. deciſ.*
19 285. *in princ.* & in foro Archiepiſcopali Neapolitano, ceſſat omninò ius congrui, ſed ſeruatur ius commune, vt patet in ritu illius Curiæ 22. vbi *Alberic. Oliua, & D. Epiſcopus Campanilis, nu.* 5. 16. & 20. & ſic deciſum refert *D. Epiſcopus Riccius deciſ.* 180. *part.* 3. faciunt tradita per *D. meum Capyc. deciſ.* 98. *num.* 2. vbi addentes;
20 ſicuti ergo, emptor non agit de euictione, contra venditorem, cum non denunciauit, cum venditor aliquid potuiſſet opponere, *l. emptor.* 8. *C. de euiction.* cum concordant. per *Anton. Gomez tom.* 2. *var. reſolut. cap.* 2. *de emptione, & vendit. nu.* 39. *verſ. item adde*, ſic pariter conuencti emptores non poterunt opponere de retractu, cum litem, aduerſus quàm, venditor iuſtas parere potuiſſet defenſiones, non denunciauerint, argumento eorum, quæ notat *Afflict. & Vrſill. deciſ.* 49.

Secundò non poſſunt conuencti obijcere aduerſus Monitium ſententiam retractus obtentam per Monaſterium Sancti Andreæ; ſiquidem in ea dicitur, ipſum in poſſeſſionem eſſe immittendum domus Monitij ſolutis p ipsũ oblatis, & depoſitis pretijs ipſius domus, vt clarè patet ex ipſa ſententia, quæ verba ablati-
21 ui abſoluti, important conditionem, vulgato *l. à teſtatore, ff. de condit. et demonſtrat.* q̃ conditio prius debet impleri, vt benè probat *Chartar. dec.* 69. *num.* 1. 2. 3. & 4. & ſic ſententia non poterat exequi, niſi impleta cõditione, quo caſu, nullum præiudicium fuiſſet illatum Monitio, qui habuiſſet eius pretium; vnde cum culpa conuenctorum, & Monaſterij Trinitatis ceſſionarij, & cauſam habentis à cõuenctis, Monaſterium Sãcti Andreæ fuerit de facto immiſſum in poſſeſſionem domus, non ſeruata forma ſententiæ, vt aliàs Monitius allegauit, non poterunt cõuencti ſententia prædicta ſe iuuare.

Tertiò, tunc de iure poſſet procedere, opinio tenentium, emptorem liberari à promiſſione ſolutionis pre-
22 tij, re cuicta iure retractus, cum euincens eſt facilis ad conueniendum, ſecus ſi eſt difficilis, vt in clerico exemplificat, *gloſſ. in l.* 2. *ff. qui ſatiſdare cogãtur*, ita *Guid. Papa conſ.* 161. *poſt num.* 3. *verſ. & hoc verum*, qui ſubdit ſubueniendum eſſe per conditionem, ſine cauſa, & ſequentibus *Tiraquell. in* 1. *retract.* §. 1. *gloſſ.* 18.
23 *num* 47. *qui nu.* 45. *verſic. quid enim, & num.* 46. dicit ſaltim emptorem, in dicto caſu debere exigere idoneã cautionem à retrahente, de ſoluendo pretium, tempore debito, quod cum hic non fecerint conuencti, non poſſunt ex eorum negligentia iuuari, in damnum pauperum venditoris.

Non obſtat quartum, quod ex facto Monitij conuencti impediuntur agere, quod enim fecit Monitius, iu-
24 re permittente fecit, cum in *l. reos* 23. *C. de fideiuſſoribus* dicatur reos principales, vel mandatores, ſimpliciter acceptos, eligere, vel pro parte conuenire, vel non ſatis faciente contra quem egeras primò, poſt illum, ad alium reuerti, cum nullus de his electione liberetur, licet; potuit igitur vnum ex debitoribus, vel poſſeſſorẽ, vel fideiuſſorem, vt dicit aduerſarius, rectè conuenire, vt latè probat *Guid. Pap. deciſ.* 348. *n.* 1. *ex l. non rectè* 3. & *l. iure*

l. iure noſtro, C. *eod. tit. poſt Bart. in l. duobus*, §. *vbi duo*, *ff. de duob. reis*, vbi quod poteſt creditor agere contra vnum, etiam pendente iudicio contra alium, non expectato fine, an primus fuerit ſoluendo, necne, *Capyc. deciſ.* 119. *num.* 7. & præſertim præuia proteſtatione facta in primo libello oblato per Monitium, vt eſſent ſalua iura contra dictos de Ponte, & cum poteſtate variandi, quæ prote-
25 ſtatio conſeruauit omne ius proteſtantis, iuxtà notata *in l. non ſolum*, §. *morte*, *ff. de noui oper. nunc.* Potiſſimè, cum primus iudex Dom. Epiſcopus Palũbus expreſsè in ſententia reſeruauerit iura prædicta, ibi, *ſaluis tamen, & reſeruatis iuribus contra Dominos de Ponte obligatos*: idemque, & non aliter fuit factum in ſententia Romana Lancellotti, qui quãuis in gradu appellationis, ſententiam prædictam in peius reformauerit, in beneficium Sancti Andreæ, vt non teneretur ad intereſſe conuentum ad rationem ſeptem pro centenario, ſed pro rata fructuum percipiendorum ex penſionibus: attamen in reliquis omnibus partibus, dicta ſecunda ſententia appellationis confirmauit primam, & ſic in ſpecie remanet confirmata prædicta iurium reſeruatio contra dictos de Ponte, ex quo ſi volunt opponere exceptionem dictæ rei iudicatæ, facilior poterit ſequi condemnatio, quia obſtabit contra ipſos reſeruatio iurium, in eadem ſententia, & re iudicata facta, *l. euidenter* 16. *ff. de except. rei iudic.*

Vnde, cum Monitius legis permiſſu egerit contra dictum Monaſterium, eique fuerint reſeruata iura in vtraque ſententia, non debet ſibi obeſſe, quod ſub prætextu cauſæ appellationis introductæ in Romana Curia ab ipſo Monitio, qui coactè prouocauit à ſententia, minus iuſtè lata contra ipſum in articulo, in quo paſſim contrarium iudicatur, & obſeruatur, vt infrà dicetur; fuerit inhibitum Curiæ Archiepiſcopali, quod non procedat, prout prætenditur, ad inſtantiam ipſorum de Ponte contra Monaſterium Trinitatis, & ſucceſſiuè in altera cauſa inter ipſa Monaſteria.

Quæ inhibitio vel non comprehendit ipſos de Ponte, qui non ſunt in iudicio in Curia Romana, vel ſi comprehendit, id velut iniuſtè factum à Iudice, alteri tertio nocere non debet, quominus ſuum ius proſequatur, vt in ſimili dicit *gloſſ.* 2. *in l. creditor*, *ff. mandati*, appellationem ſuſpendere inter ipſas partes, ſecus quoad alium.

Eò maximè, cum non ſit præſentata in proceſſu copia dictæ inhibitionis, & non appareat de cauſa ipſius, in quo fundata ſit, etſi ſpecificè loquatur de cauſa ipſorum de Ponte, ſed tantùm obſcura quædam, & confuſa fides Actuarij Curiæ Archiepiſcopalis, fundata in copia copiæ, & ſi clarè loqueretur de hac cauſa inhibitio, debuiſſent conuenti, quorum culpa domus peruenit ad manus Eccleſiæ ex ceſſione, Romæ inſtare pro reuocatione ipſius inhibitionis, quod facilè impetraſſent, ſtante diuerſitate perſonarum, cauſæ, & modi agendi, ex quibus ſicut non obeſſet exceptio rei iudicatæ, eodem iure non obeſſet pendentia litis, vel ſaltim potuiſſent Romæ ſua iura proponere, & proſequi, quod non fuit eis prohibitum in dicta inhibitione, nec prohiberi poterat.

Nec Monitio obſtare poteſt ex-
26 ceptio cedendarum, cuius termini hic applicari non poſſunt: tantùm enim abeſt, vt Monitius aliquẽ ex correis liberauerit, in quo caſu agitur de exceptione cedendarum; quód inſtantiſſimè proſequutus ſit Neapoli, & Romæ magnis impenſis non correum, ſed Monaſterium Sancti Andreæ poſſeſſorem, non ad

alium finem, niſi vt euitaret, ſi potuiſſet, litem agere cum Dominis de Ponte, cum expreſſa tamen iurium reſeruatione contra ipſos, & declarauit animum, nolle ſibi præiudicare, ſi non poſſet agere contra alium inſolidum, quo caſu, etiamſi correum hoc modo liberaſſet, non obſtaret exceptio cedendatum, *Afflict. deciſion.* 184. *num.* 14. & latè *Dom. de Franch. deciſ.*476. *à num.*2. *ad* 15.

Vltimò, cum totum fundamentum conuentorum ſit in ſententia Rotæ Romanæ, rogo aduertatur, illam ſententiam fuiſſe contra receptam, & conſuetudine approbatam opinionem, ſecundùm quam doctus vir, & benè verſatus, Dom. Epiſcopus Palumbus prius iudicauerat; cuius ſententia fuit reformata; etenim venditorem, data dilatione ad pretij ſolutionem, licitè paciſci
27 poſſe vſuras pretij non ſoluti, etiam ab initio contractus ad certam quantitatem, quæ veriſimilis ſit, & conueniens quantitati, quæ verè interſit, ſaltim in vim probationis veri intereſſe; etiam quod excedat fructus rei venditæ; modo non excedat quantitatem intereſſe communis, iuxtà morem regionis; probat poſt *Bald. Decium, Purpur. Gloſſ. Pariſienſ. Medin. & alios, Couarr. variarum, lib.*3. *capit.* 4. *num.* 5. *verſic. ſeptimò, & num.*6. *in principio, verſic. imò poſſet*: idemque ex *Bart. Iaſon. Socin. Rebuff. & alijs*, ex communi ſententia *Lupus in tract. de vſur. commentar.* 1. *ad l. curabit*, §. 7. *num.* 146. & in fortioribus terminis *Rodriquez de annuis redditibus*, *libr.*3. *quæſt.*5. *num.*41. alios recenſet *Maſcard. concl.* 934. *n.*30. qui amplius dicit ita cõmuniter tenere Theologos, & omnium optimè *Pariſ. conſil.* 60. *num.*31. *ad* 36. *libr.*1. vbi id potiſſimè admittit, attenta cõſuetudine, & more Regionis, vt propriè Neapoli notorium eſt frequentari, *Ioſeph Ludouic. concluſ.*56. *& deciſ. Peruſin.* 53. *num.*3. & tandem de veritate huius concluſionis eſt mihi locupletiſſimus teſtis, ipſemet Marchio de Ponte conuentus, poſtea viſus, qui in ſuo *tractat. de poteſtate Proregis titul. de regal. impoſition.* §. 5. *à num.*64. *ad finem*, hanc opinionem, vti veriorem, & communem, authoritate Doctorum, & Theologorum, & vſu forenſi in Regno probatã, contendit, qua conſuetudine ſtante non eſt dubitandum de validitate conuentionis; plenè *Rota deciſ.*316. *num.* 6. *&* 7. in recollectis per *Farinac.* & in hac materia attendi conſuetudinẽ loci, firmat *Bellon. deciſ.* 194. quem refert, & ſequitur *Dom. Epiſcopus Riccius collectan.*199. Itaq; cum de iuſtitia cauſæ principalis, & contra ſententiam Romanæ Curiæ ſatis conſtet, in qua conſiſtit totum fundamentum conuentorum, omninò ceſſant omnia per eos oppoſita.

Longè poſt hæc ſcripta, prodijt in lucem ſecundus liber conſiliorum Domini Regentis de Ponte, contra quem præſens cauſa agebatur; in quo adeſt *conſilium* 153. ad eius defenſionem ſcriptum, ſed non credo ab ipſo compoſitum, dum ſe citat vocando *Regentem, duobus locis, num.*8. *&* 19. vt cumque ſit, viſum eſt hic addere Apologiam ijs, quæ dicto conſilio habentur, quamuis ex ſupra ſcriptis rectè cõſideratis, motiua fuerint præuiſa, & reſoluta.

Pars aduerſa ſciens cõfundi ex tũc à me ſcriptis, iam ſupra deductis, non audet, vt prius dicebat, affirmare, Dominos de Põte non teneri, eo q̃ emptio verè ad Monaſteriũ Trinitatis ptinebat: ſed aſſentitur ſcribẽs, illos eſſe principales debitores reſpectu Monitij venditoris, ita *num.* 10.

Tamen vim facit in duabus exceptionibus. Prima, non teneri ad intereſſe conuentũ, ſed ſolũ ad intereſſe, iuxtà fructus, ſiuè redditus domus emptæ; idq; fundat exceptione ſen-

ſententiæ Romæ latæ inter Monitiũ, & Monaſterium Sancti Andreæ. Secunda, neque teneri ad pretium capitale, quia emptor domus, à quo euincitur iure retractus, liberatur à ſolutione pretij, ex quo in petente retractum transfertur obligatio pretij ſoluendi, vti ſubrogato, atq; ſuffecto in locum primi emptoris, à quo retrahit.

Incipio nunc, nouis conſiderationibus confutare prædictas exceptiones, ab hac vltima tanquam præiudiciali; nam ſi eximitur per retractum à ſolutione pretij, per conſequens eximitur à ſolutione intereſſe eiuſdem pretij.

Primò igitur dico, partem deficere in facto, quia Domini de Ponte emerunt domum à Monitio, & eandem domum ceſſerunt, ſeù vendiderunt Monaſterio Trinitatis, à quo retraxit Monaſterium Sãcti Andreę, & ſic retractus accidit Monaſterio Trinitatis; vnde quamuis ſupra diximus, Monitio venditori non obſtare retractum, quia non fuit vocatus in tali iudicio, dico nunc amplius, neque potuiſſe vocari, & ideò tantò minùs obſtare, quia in ſimili
28 materia euictionis, vnuſquiſq; laudat authorem ſuum, vt fiat locus euictioni, *gloſſ. in l. ſi pro re, 22. §. ſi pro euictione, ff. de euict. l. ſi res, 59. vbi Bald. ff. eod. Peregrin. deciſ. 89. num. 3. & 4.* Si ergo Monaſterium Trinitatis non vocauit Dominos de Ponte eius authores in iudicio retractus; nec Domini de Ponte poterant vocare Monitium, & à pretij ſolutione ſe excuſare.

29 Secundò, licet retractus liberatet emptorem à ſolutione pretij, quia retrahens loco primi emptoris ſubrogatur, ex doctrina *Tiraquell. de retract. lignagier §. 1. gloſſ. 18. num. 39.* cui addo *Guttier. deciſ. 55. à num. 1. ad 7.* & nouiſſimè *D. Regent. Rouit. deciſ. 96. num. 4. & 5.* cum multis allegatis per eos; tamen in præſenti caſu ipſos de Ponte liberare non poſſet;
30 tunc enim liberat, quando coactè vigore retractus euincitur res à primo emptore, ſecus ſi ſponte eam alteri cedit, vel vendit: hoc namq; caſu, non ſubeſt illa ratio ſuccurrendi emptorem, qui inuitus amittit rem, ne teneatur ad pretium; nec dicere poteſt, contractum ſubiacere reſolutioni retractus, qui ſpontè illum diſſoluit, vt hi fecerunt cedendo Monaſterio Trinitatis. Ita probatur tum
31 argumento à ceſſante ratione, quod in iure fortiſſimũ eſſe conſtat ex traditis vbiq; p DD. & *Tiraq. in ſuo peculiari tract. & Euerard. in Topica*, tũ
32 quia magis ſuccurritur facienti actũ ex neceſſitate, quàm ex voluntate, *l. ſi fideiuſſor 7. §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſdare cogantur, l. quod ſi minor. 25. §. reſtitutio, ff. de minor. l. ſi pignori, 30. ff. famil. erciſc. l. rem legatam 18. ff. de adimend. legatis, Surd. conſ. 104. n. 14. Gratian. tom. 2. diſcept. cap. 376. n. 26.*
33 tum etiam, quod in terminis, poſt *Io. Andr. Salic. Paul. & Panor.* ex quorũ doctrina id colligit, ita ſcribit *Tiraq. in d. tract. lignagier. §. 29. gloſſ. 2. n. 7. & de retract. cõuentional. §. 6. gloſſ. 2.*
34 *nu. 3.* pro qua ſententia induco *tex. in l. debet 27. ff. de ędil. edict.* ibi *cæterum ſi ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputabitur, neque enim debet quod quis ſuo arbitratu dedit, à venditore, exigere*, & ſic in hoc textu probatur, quod in actione redhibitoria non deducit emptor quod ſua ſponte dedit; ita non poſſunt Domini de Ponte, Monitio retractum imputare, dum domum ſpontè ceſſerunt, & à pretij ſolutione ſe deducere.

35 Tertiò, tunc retractus liberat emptorem, quando in caſu permiſſo res ab emptore euincitur, atq; retrahitur; quia omnis diſpoſitio intelligitur, data habilitate terminorum, *l. vt*
36 *gradatim 11. ff. de muner. & honor. l. 1. vbi Bart. in 1. lectur. n. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. conſ. 207. num. 3. lib. 2. Crauett. conſ. 307. n. 2. Marzar.*

*conſ.39.num.*15. *Macerat. reſolut.*40:
per totam lib. 2. aliàs ſi ſit locus retra-
ctui, vbi eſſe non debet, dici non
poteſt eſſe liberatum emptorem;quia
37 ſententia iniuſta, vel negligentia
emptoris, ſicut non admittūt euictio-
nem, *l.ſi per imprudentiam,* 51.*ff.de*
euiction.l ſi rem quam 29. §.*ſi duple,*
*ff.eod.l.emptor.*8. *& l.ſi obligata præ-*
dia 19.C.*de euiction.cap.final.de em-*
ptione, & venditione, DD. communi-
ter his locis, quibus ſufficiat addere
nouiſſimè *Mangil.*qui cæteros refert,
*in tract. de euiction. quæſt.*9. *&* 16.
ita retractus iniuſtus, & per negligen-
tiam admiſſus, emptorem à ſolutione
pretij nō reddet immunē; vnde ſi po-
neremus, Monitium vendidiſſe tam
Monaſterio Trinitatis, quā Dominis
de Ponte, quibus tamen ſolis vendi-
dit, & ipſos paſſos eſſe retractum à
Monaſterio Trinitatis, non ideò ex-
cuſarentur à ſolutione pretij, cum re-
tractus fuerit iniuſtus, & per negli-
gentiam admiſſus, non defendendo
ſua iura tam aperta.

Quia inter dicta Monaſteria, ſer-
38 uari debuerat ius commune, vt in
Conſtitutione Sancimus in fin.Franch.
deciſ. 285. quod certiſſimum eſt non
dare retractum, tam ſi attendamus
39 ius ciuile, quàm canonicum, textus.n.
in l.dudum 14. C.*de contrahend. em-*
*ptiône,*retractū aboleuit, *Afflict.in tra-*
ctat. de iure Prothomiſ. in principio
rubricæ, Napodan. in rubric. de iure
congrui, Tiraquell. de retract.ligna-
*gier, in præfat.à num.*16. *cum ſequent.*
Caſſan. in Conſuetud. Burgundiæ,
*rubric.*10.*de retract.in principio, Re-*
buff. tom. 1. *ad Conſtitution. Franciæ*
in proœmio, gloſſ. 5. *num.* 61. *Anton.*
Gomez. in l. tauri 70. *num.*1. *Hart-*
man. obſeruation. 191. *Paul. Chri-*
*ſtin. tom.*3. *deciſ. Belgiæ, deciſ.*55.
*num.*1. *Marta de iuriſditione, part.*4.
caſu 30. *num.* 2. *&* 3. *Dom. Regens*
*Rouit.deciſ.*24.*num.*19.

40 Ius vero Canonicum, neq; indu-
xit retractum, ſed ſolum certi loci cō-
ſuetudinem approbatā, quæ retractū
induxerat, permiſit, & hic eſt vetus, &
litteralis ſenſus, *cap. conſtitutus* 8. *de*
in integr. reſtitut. vbi gloſſ. in verbo
Conſuetudinem, & Ioann. Andr.num.
17.*Tiraquell.in dict.præfatione, num.*
13.*&* 20. *Surd. conſil.*2. *num.*47. *&*
*deciſ.*168. *num.* 6. *Hartman. lib.* 2.
quæſtione 11. *num.*9. *&* 13. *Alberic.*
Oliua in ritu Archiepiſcopali 22. *n.*5.
imò, cum à ſententia retractus iniu-
ſtè lata, contra ius municipale, &
commune, poterant ſemel, atque
iterum prouocare; ex hoc ſolo quod
41 non eſt appellatum in cauſa tam iu-
ſta, Monitio retractus nocere non
debet, quia colluſio præſumitur in-
ter collitigantes, qui tenebantur ap-
pellare, *l. ſi ſponſus* 5.§. *ſi vir vxori,*
ff. de donation. inter virum, & vxor,
*Gomez.tom.*2. *variar.reſolution. cap.*
2.*num.*3. *Pinell. in l.*1. *C.de bon.ma-*
*tern.part.*3.*num.*50. latè *Molin. de*
Hiſpan. primogen.lib 4.*cap.*8.*num.*7.
8.9.10 qui extendit ad omnes caſus
ſimiles, vbi nouiſſimi Hiſpani addētes
multa cumulant, & eſt *text. notab.in l.*
Herennius 63. *ff. de euiction.*cum ibi
traditis per Bald. *in addition. gloſſa,*
42 quod emptor non appellans à ſen-
tentia iniuſta, non agit de euictione,
ſequitur *Gomez.dicto cap.* 2.*num.*39.
in fine, verſic.ſecundus eſt caſus, quan-
do emptor non appellauit, optimè
*Franc. Marc. deciſ.*586. *part.* 1. fa-
ciunt tradita per *Afflict. deciſ.* 49. *&*
Dominum meum Capyc. deciſ. 106.
& cum ſtatim ab eis domus fuerit re-
laxata, contra formam eiuſdem ſen-
tentiæ, quæ præcipiebat pretij ſolu-
43 tionem, quod nullus feciſſet, additur
colluſio colluſioni, ita in ſimili *Fac-*
*chin.conſil.*79.*num.*26.*lib.*1. *Pacian.*
*de probat.tom.*1. *c.* 53. *n.*57. igitur ſit
firma cōcluſio; retractū non obſtare,
ideoq; dños de Pōte ad ꝑtiū teneri, &
cōtraria ꝓcedūt cū terminis habilibꝰ
qñ retractus eſt admiſſꝰ ſm̄ iuris diſpo
ſitionē ex neceſſitate, non autē ſpōte,
ꝑ negligentiā emptorū, vt hic euenit.

Venio

Venit ad aliam exceptionem ſolutionis intereſſe, iuxtà redditus domus,non iuxtà conuentionem; de qua licet ſatis probauerim,veriùs, & receptiùs eſſe, vt iuxtà conuentionē ſit facienda taxatio: libet nunc latiùs articulum examinare,vt firmiora reddantur,quæ ſcripſimus.

Supponendum eſt igitur, quod li-
44 cet vſuræ ſint prohibitę, *cap.3.& 4. de vſur.clemēt.vnic.§.final.eod.titul. Leſſius de iuſtitia,et iure lib.2.cap.20. dubit.4.Tolet.in ſumma lib.5.cap.28. in fine*, Becan.*in 2.2.D.Thomæ par.2. quæſt.78.tract.de vſura,quæſt.2.* per-
45 mittuntur tamē ratione damni emergentis,& lucri ceſſantis,*DD.*communiter *in l.1.C.de ſumma Trinit. & fide catholic.Viuius opinion.* 1048. *Leſſius dubitat.* 10.*&* 11. *Tolet. cap.* 32. *&* 33. Becan.*quæſt.*3.*&* 4. *locis citatis*,quæ propriè intereſſe dicuntur, vt ijdem fatentur; ſic pariter vſuræ re-
46 compēſatiuæ eadem ratione intereſſe,permittuntur,quando vendens domum nō habet ab emptore pretium; nam emptor tenetur ad intereſſe ex cauſa fructuum,quos percipit à re vēdita,ex traditis in *l.curabit* 5. C. *de actiõ. empti, Afflict. deciſ.*20. *Theſ. deciſ.*258. *Anton. Faber in ſuo Cod. titul.de vſur.dec.6 num.*10. *& dec.*8. *&* 35.*Anton.Gabriel de empt & vēd. concluſ.* 3. *&* 4. *Couarr. variar.lib.3. cap.4. Viuius opinion.* 390. *Alexand. Trentacinq.variar.reſolut.lib.1.titul. de emptione, & venditione, reſolut.2.* Bonacin.*de contractib.diſput.3.quæſt. 2.punct.7.§.1. num.* 5. dubitant verò ſcribentes, an hoc intereſſe recom-
47 penſatiuum in caſu propoſito poſſit à principio contractus deduci in certam quantitatem à contrahentibus, abſque labe vſuræ, & multi negant relati per *Gabriel.d.concluſ.4. nu.*23. *Fachin. et Lup. locis infrà citandis*, mouentur,quia ſi eſt recompēſatiuū, proportionatur ad fructus, in quibus certa,& ęqualis perceptio ſemper eſſe non poteſt, conſequenter quia poteſt excedere fructus, contractus declinat in vſuram: ſed affirmantes reſpōdent, ſatis eſſe, ſi probabiliter intereſſe conuentū proportionetur ad fructus, licet quoq; excedat; & horū ſententia verior eſt, quæ fundatur, quia ſicut poteſt excedere fructus, ita poſſunt fructus excedere intereſſe conuentum, & ratione huius dubij euentus,ceſſat vſura, *per text. ſingular.in cap.final. de vſur.* & hanc ſententiam ſequuntur infiniti Authores relati per ſequentes, qui illam tuentur *Couarr.d.cap.4.num.5.verſ ſeptimò, Lupus de vſur. comment.*1. *§.7. num.*146. ſtrenuè diſputat articulum, & ſic concludit *Fachin. lib.2. controuerſ.cap.32.verſ. tertio cōtrouertitur, Gabiel d.concluſ.4.n.26.et 27.*Burſat. *conſ.11.n.25.et 26.verſ.minus obſtat, lib.1.Alex. Trentacinq. d. reſolut. 2. verſ. quintus eſt caſus*, & poſtea *verſic. ſecundus eſt caſus*, vbi dicit hanc eſſe communem,& magis communem,*Cancer.variar reſolut.tom.3. cap.7.de pactis,num.73.74.et 75.*qui multis relatis dicit contrariam ſentētiam eſſe erroneam,*Guttier.de iuram. confirmat.part.2.cap.2. num.* 3. 4. 5. *Fōtanell.de pact.nuptial.tom.2. clauſ. 5.gloſſ.8.part.14. n.16.17 18. et 19.* optimè *Stephan. Gratian to.2.diſcep. cap.387.nu.14.24.25.27.et 28.Scaccia de cambijs*, §. 1. *q.7. part.* 2. *ampliat.8.num.33.34.et 241.*qui cumulant deciſiones Rotæ Romanæ, quibus addenda eſt *deciſ.* 892. *num.* 1. *apud* Farinac.*in recollect. Rotæ Genuæ deciſ.* 194. *et Senat.* Portugalliæ *deciſ.* 84.*nu.1.apud Pereiram, D.Reg Rouit. in pragm.* 1. *num.61. de vſurar. qui* allegat B*imium conſ.127.lib.2.*maius
48 verò dubium eſt,ſi ex hoc pretio fundetur à principio annuus cēnſus exceſſiuus fructuum rei venditæ, & traditæ,ſuper qua conſtituitur idem cēſus,contractus ſit licitus,& hunc caſū poſuit in indiuiduo *Couarr.d. cap.4. num.6. verſ.imò poſſet*, dicens,eſſe permiſſum: verùm quia Couarr. non

Digitized by Google

fundat ſuam intentionem, imò de eius doctrina dubitat *Lupus d. num.* 146.*& num.*147.& nouiſſimè *Anton. Merenda, lib.6.cõtrouerſiarum, c.*27. *num.*29. ideò pro veritatis cognitione, diſcutienda ſunt fundamenta negantium, tria igitur obijciunt *Lupus, & Merẽda aduerſus* Couarr. Primò, has vſuras eſſe recompenſatiuas, & conſequenter proportionandas fructibus. Secundò, etiam cenſum, eſſe proportionandum fructibus rei, ſuper qua imponitur. Tertiò addit Merenda, vt fiat cenſus, requiritur pecunia numerata, ex *Bulla Pij V.* quæ hic deficit, ſed hæc obiecta facilè diluuntur.

Primum, quia tunc eſt intereſſe
49 recompenſatiuum, quando adeſſet mora irregularis, ideſt ſine intellectione, & pro ſeruanda æqualitate contractus, intereſſe in pretio petitur, vt affirmant ijdem *DD.* non quando mora eſt regularis, vt cum ſtatim ex conuenctione conſtituitur in mora ſoluendi pretium emptor, & propter dictam moram, ſine qua, ſi pecuniam haberet venditor, faceret annuum cenſum redimibilẽ cum alio, facit tamen cum eodem emptore; tranſeundo de cõtractu ſimplicis emptionis, ad contractum cenſus, mutato prorſus primo contractu venditionis per hunc contractum cenſus, in quo emptor fit venditor, & è contra; nec remanet amplius locus petitioni pre-
50 tij, cum in cenſu, capitale habeatur pro demortuo, & eius ſolutio ſtat ſolum ad libitum venditoris, propter quod determinatur illa quæſtio, quod annui cenſus pariunt intereſſe, & habentur loco capitalis, *Franch. deciſ.* 254.*num.*9.*& ſeqq. & per totam*, ita in terminis reſpondet, & diſtinguit *Cæſar* Manent. videndus *in tract. de contract. Liuellar. quæſt.* 5. *num.* 77. *verſ. rurſus* vſque *ad num.*83.

Nec valeret replicare, ſolutionem capitalis non eſſe ad libitum, cum videamus reſciſſo contractu, cogi ad ſolutionem etiã capitalis, quia id accidit propter pactum ſpeciale, initum in pœnam non ſoluentis, non ex propria natura cenſus, ita ſubtiliter *Ant. Fabr. d. tit. de vſur. deciſ. vltima, & D. Reg. Rouit. in pragmat.* 2. *de cenſibus, num.*4.*verſ. quo fit.*

Secundum tollitur, quia cenſus, licet excedat fructus rei, ſubſtinetur,
52 eo, quia eſt ad libitum redimibilis, & propter hoc vilius emitur, vt latè probat *Gratian. tom.*1.*diſceptat. cap.*141. *à n.*24.*ad* 34. referens ex *Facchineo*, qui idem tenet, *lib.*3.*controuerſ. c.*43. *in fine*, ita fuiſſe iudicatum per *Summum Pontificem Gregor. XIII.* ideq; fundat Scaccia *de cambijs, d.* §.1.*q.*7. *par.*2 *ampliat.*8.*à num.*36.*ad* 39. qui refert rationes, & plures Rotæ deciſiones, & multas differentias inter vnum, & alterum caſum, quare in materia, *l. curabit* intereſſe regulàriter correſpondet fructibus, non ſic in cẽſu, ponit *Manente loco ſupra citato.*

Tertium reſoluitur, quia ex cõſue-
53 tudine in hoc Regno recepta, & *DD.* authoritate comprobata, *Bulla* Pij *V.* non eſt vſu recepta quoad hoc caput, vt requiratur pecunia numerata, ita in terminis teſtatur *Reg. Conſtant. in l.*1.C.*de fiſcalib. vſur. num.*43.*et* 44. nec fit fraus Bullæ, dum adeſt realitas crediti, *Guttier.* in puncto *lib.*2.*pract. quæſt.*172.*num.*8. faciunt tradita per *D. Reg. Rouit. in pragmat.* 1. *de cenſib. num.* 8. imò vt probat idem *Guttier. d. quæſt.*172.*num.*4. ex hac nouatione, ſeù translatione contractus, ſimplicis venditionis, in cõtractũ cenſus, fingitur pecunia numerata pro pretio rei venditæ, & poſtmodum retro data, à venditore emptori pro conſtituendo cenſu, argument. *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* hanc Couarr. ſententiam, ſequitur *Honded. conſ.*44.*n.*37.*lib.*1. *Trentacinq. d. reſolut.*2.*verſic. ſecundo eſt caſus, Ludouic.* Mexia, *& Burgoſ. de Pax* quos refert, ſequendo doctrinam Couarr. *Guttier. de iuramẽt. cõfirmat. part.*1.*cap.*2.*n.*5.*verſic. addit tamen, & d.*

Digitized by Google

& d.quæſt. 172.*num.*3.*verſic.ſed contra,num.*4.& ita deciſum refert *Paul. Caſtrenſ.deciſ.Belgiæ* 75. *n.*6. *vol.* 3. ſi igitur domini de Ponte, promittendo certum intereſſe annuum veriſimile,ſecundum morem Regionis, cũ poteſtate ſoluendi, & affrancādi quādocunq; fecerunt contractum omni iure legitimum, atq; iuſtum,& proinde, ſententia Romæ lata fuit iniuſta, dũ voluit intereſſe,ſupradictis modis, conuentum, non poſſe excedere fructus; cum tamen poſſe excedere, ſit clarè, & firmiter probatum, quapropter exceptionem dictæ ſententię
54 poteſt Sac. Conſ.reijcere, & talem iniuſtitiam cognoſcendo, exequutionem illi denegare,vt in terminis *Rōchegall.in l.ex duobus,poſt num.* 38.*ff. de duob.reis,* & regulariter notāt *Iſer. & Afflict.in Conſtit. Regni, poſt mūdi machinam, Roland. conſ.*37. *lib.*1. *Pinell.in rubr. C.de reſc.vendit.par.*1. *cap.* 2.*num.*28.*verſ. hoc autem, Surd. plenè conſ.*358. *num.*14. *Marta* latiſſimè *de iuriſd.part.*1.*cap.*51. *à n.* 26. *ad* 35. *D. Epiſcopus Ricchius reſolut.* 282.*tom.*1.*praxis,*facit pulcher *text. in l.*4.*C.ſi contra ius, vel vtilitat.public. & in l.*2. *in fine,* *C. de dilation.* fruſtra ergo opponitur exceptio ſen-
55 tentiæ parum iuſtæ,& quæ exceptionem non meretur;quæ ideò, neque alterum correum, lata pro fideiuſſore indemnitatis, qui etiam reus principalis eſt *l.ſed ſi fideiuſſ.*25. *ff.de pact.* iuuare poteſt,in puncto poſt *Caſtrēſ. conſ.*288. *num.* 4. *lib.* 1. *& Stephan. Feder.*loco per eum citato,firmat *Rōchegall. in d.l.ex duob.*16. *num.*37. *in fin.ff.de duob.reis* ſequūtur *Felician.in tract.de cenſibus, tom.*2. *lib.*3. *cap.* 2.*num.*7.qui dicit inſuper,ita ſe obtinuiſſe, in quadam lite, pro ſua ſocru; vel poſſumus ſaluare, ab iniuſtitia,ſētentiam Romæ latam, conſtituendo differentiam terminorum, quam eleganter, & latè declarauit,ex mente *Couarr. & aliorum,Merend.d.c.*27.
56 vbi diſtinguit,& probat, quod quando agitur pro intereſſe rei venditæ poſſeſſę per emptorem; tunc intereſſe regulatur à fructibus, quando vero pro intereſſe pretij;tunc intereſſe cōuentum poteſt excedere fructus: ex quo ſequitur, quod cum ſententia Romæ lata,condemnauerit Monaſterium Sancti Andreæ,vti poſſeſſorem, & tunc contra talem conuentum per Monitium, fortè iudicauit bene pro rata fructuũ,quia intereſſe pretij erat deductũ in cōtractu inhito inter dños de Ponte,& Monitiũ, & nō cum Monaſterio Sācti Andreæ, & propterea, ex diuerſitate cauſæ, & perſonæ,non poteſt applicari exceptio rei vēditę, de vno, ad alterum, ſed vltrà hæc
57 vetiùs eſt indiſtinctè,ſententiam pro correo latam alterum iuuare non poſſe, vt clariſſimè probat *text.in l. amiſſ.*53.*§.final.ff.de fideiuſſ.* ibi *plures rei debendi, eiuſdem pecuniæ credēdæ mandatores, ſi vnus iudicio eligatur,abſolutione quoque ſequuta, cæteri non liberantur*: idque ſequuntur *Ronchegall. in repetione l. ex duobus* 16. *à num.*34.*& ſeqq.ff.de duob.reis,*vbi latè probat dicens eſſe communem, ſiuè ſuper iure, vel facto,ſiuè in reis ſocijs, vel non ſocijs ſententia pro vno lata ſit, *Felician. d.tract. de cenſibus, tom.*2.*lib.*3.*cap.*2.*n.*7. *Surd.conſ.*20. *num.* 24 *&,ſeqq.& conſ.*436. *num.*4. *Scaccia in tract.de ſentent. & re iudicat.gloſſ.*14.*§.* 12.*num.*108.*& eadem Gloſſ.quæſt.*22. *num.* 22. *in fin.*

Necqdquā faciunt leges, q̃ in contrariũ allegātur,loquūtur .n. in iuramēto,vt ad literā videri poteſt;maxi-
58 ma verò differētia eſt, inter iuramētũ,& ſententiā,quia iuramētum, vim ſolutionis habet, *l. ius iurandi* 27.*ff. de iur.iurando,*ſentētia ſecus: Etenim creditor, qui defert iuramentum, videtur acceptare, quod correus iurauerit eſſe verum,& iuramentum loco ſatisfactionis recipere,in puncto *Guttier. de iurament. confirmat.part.* 1. *cap.*63. *num.*11. 13. *&* 14. & ita in iuramento conſentit creditor, ſi

reus

reus iurat non deberi, ſed à ſententia
diſſentit,ſi correus abſoluatur;vnde
non valet illatio de vno, ad alterum,
Ronchegall. & Felician. locis citatis,
*Bart. & DD.*communiter *in l.ex duobus,ff de duob.reis,Donell.lib.16.commentar.cap.25.verſ.tertiò cauſa*: eſt
verò animaduerſione dignum, quod
tollit omne prorſus dubitationem,iura,& DD.ſupradictos, ſupponere pro
indubitato, ambos,ſiuè correos, ſiuè
debitorem, & fideiuſſorem indemnitatis, contraxiſſe cum communi creditore, quod hic omninò deficit:itaq;
non video, quomodo pars applicet
terminos iſtos legales, à facto cauſæ
longè diuerſiſſimos,dum non ſumus,
nec in correis debendi, nec in fideiuſſore indēnitatis, ad quos cōſtituē-
59 dos requiritur obligatio ſpecialis,facta cōmuni creditori,§.1.*et* 2.*inſt.de duob.reis*,§.1.*inſt.de fideiuſſ. vbi DD.* coīter,& *Cuiac. in notis,Azor.in sūm.* C.*de duob.reis, & de fideiuſſ.Duaren. in ſuis commentar. tit.de duob.reis, & de fideiuſſ.c.1.& 2. Petr. Gregor. ſyntagmat.iur.lib.24.cap.7.n 2.& cap.8. num.3.& ſunt integri tit.ff & Cod.ff. de duob. reis, & de fideiuſſ.* quia Monaſterium Sancti Andreæ non contraxit,nec vti correus,nec vti fideiuſſor indemnitatis cum Monitio, ſed
ſpontanea ceſſio domus, & indemnitas proceſſit ex facto inter ipſos ſolos
de Ponte, & Monaſteria. Quid ergo
hæc ad Monitium, quid ad præſentē
cauſam attinent, vt dicantur correi
debendi,vel fideiuſſores ij, quorum
fidem nunquam ſequutus eſt Monitius vendens:neceſsè eſt igitur fateri,
ex omnibus his, omni iure Dominos
de Ponte teneri Monitio, iuxtà conuentionem.

Licet vero cauſa hæc non fuerit
deciſa: veritas tamen patet ex dictis; varia namq; ſunt fata cauſarum,
quæ ſua ſydera habent, & quandoq;
oportet,aduocatum, vltrà doctrinam,
60 etiam eſſe fortunatum, ſicut ſcribit
Aduocatus ille maximus, *Ioan.Vinc. Anna, in Cōſtitutione Diuæ memoriæ, num.* 72. & hæc de præſenti Controuerſia ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium conſeruandæ quaſi poſſeſſionis,an detur pro annuis introitibus non debitis occaſione alicuius rei corporalis,& num.*2.3.

4 Afflict.deciſ.395.*declaratur.*

5 *Poſſeſſio non datur, vbi præſtatio eſt difformis.*

6 *Incertitudo vitiat poſſeſſionis acquiſitionem.*

7 *Poſſeſſio non datur ſuper incertis.*

8 *Actus, ex quibus fundatur poſſeſſio debent eſſe certi,& clari.*

9 *Tutor non transfert poſſeſſionem per actus fictos,& num.*12.

10 *Numeratio pecuniæ fit ad liberandū, non ad obligandum.*

11 *Poſſeſſio in corporalibus conſideratur, vt ficta quaſi poſſeſſio.*

13 *Quaſi poſſeſſio quando ex vnico actu acquiratur,& quot requirātur præſtationes,n.*15. *& vt iſte actus ſit legitimus,ſex requiſita,nu.*16.17.18.19.*&* 20.

23 *Fictio nil operatur, vbi verus actus exigitur.*

24 *Compenſatio nō dicitur vera ſolutio.*

25 *Animus præciſè exigitur in acquirēda poſſeſſione.*

26 *Pronomen* iure ſuo proprio *importat idem, quod propria manu.*

27 Exigendi *quaſi poſſeſſio, vt quæratur quid requiratur.*

28 *Dominium quando probetur ex penſionis perceptione.*

29 *Solutio quando arguat poſſeſſionem.*

30 *Voluntas, quæ ex facto colligitur, ad quæ extendatur.*

31 *Voluntas tacita non præualet, ſicut expreſſa.*

32 *Minor quando reſtituatur aduersùs ſolutiones factas à tutrice.*

33 *Reſtitutio datur etiam in poſſeſſorio ex receptiori opinione.*

34 *In-*

34 *Intereſſe debet probari, aliàs non debetur etiam ex mora.*
35 *Intereſſe, quando non debetur.*
36 *Tutor poteſt adijcere pactum obligãdi minorem.*
37 *Minor reſtituitur aduersùs ſolutionem, quando erat indebitum ope exceptionis.*
38 *Indebitum quod dicatur.*
39 *Solutio in cauſam vſurarum, quando extenuet ſortem principalem.*
40 *Vſura an ſint indebita.*
41 *Solutio præſumitur in cauſam tertiarum liquidandarum, non autem in non liquidandarum.*
42 *Pactum tutoris, vel minoris, non præiudicat ipſi minori.*
43 *Solutio facta per tutricem non præiudicat filio, & num.* 45.
44 *Prælatus faciendo, non poteſt præiudicare Eccleſia.*
46 *Soluens ſine mandato, quid probare debet.*
47 *Verba relatiua in inſtrumento alterius inſtrumenti nullam fidem faciunt, amplia num.* 48. *limita n.* 49.
50 *Inſtrumentum quando dicatur probatio probata.*
51 *Exceptio inuentarij impedit litis ingreſſum, & exequutionem ſententię, num.* 52.
53 *Hæres pendente diſcuſſione inuentarij, neque ſuper bonis hæreditarijs etiam moleſtandus.*

ARGVMENTVM.

Poſſeſſorium ſeruandæ quaſi poſſeſſionis, an detur pro annuis introitibus, & quando: non nulla de reſtitutione minorum aduersùs ſolutiones factas per tutorem, & in poſſeſſorio; & ſolutio facta præſumitur in cauſam liquidam, & certam; & aliqua de beneficio inuentarij.

Pro Dom. D. Gaſpere Aierbe de Aragonia æquiti de Monteſia, Marchione Agrottariæ, Caſſani Principe, viro ſororis authoris.

CONTROVERSIA LXII.

ANtiqua fuit quæſtio, vtrum remedium conſeruandæ poſſeſſionis, competeret pro annuis præſtationibus perſonalibus, non debitis occaſione alicuius certæ rei corporalis, in qua quãuis Canoniſtæ amplexi fue-
1 rint affirmatiuam, *ex text. in cap. querelam* 22. *de elect.* nihilominus non eſſet forte ponere os in cœlum, ſi cũ *Azone, Iacobo de Arena, Petro, Cyno, Alberico, & alijs in l. ſi certis annis, C. de pact. Bart. in l.* 2. *ff quorum bonorũ,*
2 *vbi Ripa num.* 3. diceremus opinionẽ Legiſtarum veriorem, nullo modo huiuſmodi poſſeſſorium poſſe conſiderari ſuper iure, & obligatione perſonali in dictis annuis introitibus non debitis occaſione alicuius certæ rei, & ſecundùm eam debere Sacrum Conſilium iudicare, poſtquam eam nedum veriorem, ſed magis communem probauit *Menochius*, dum longa ſeriè recenſuit omnes Doctores, *de recup. poſſeſſ. remed:* 1. *quæſt.* 8. *nu.* 87. *verſ. poſteriorem itaq; & cap. querela,* benè reſpondent *Bart. Ripa, & alij à Menoch.* relati, quod ibi ſupponi de-
3 bent termini habiles, penſionem ſcilicet, fuiſſe debitam pro re corporali, quod placuit etiam *Ioanni Andrea, Panorm. & alijs ex Canoniſtis*, qui dixerunt, opinionem Legiſtarum eſſe verio-

veriorem, *in cap. peruenit, de cenſ.* pro qua eſt *text. apertus in l. creditor* 7. *C. de vſur.* vbi ait Imperatot *creditor inſtrumentis ſuis probare debet, quæ intendit, et vſuras ſe ſtipulatum, ſi poteſt, nec enim ſi aliquando ex conſenſu præſtitæ ſunt, obligationem conſtituunt*, *qui text.* loquitur in ſpecie in terminis de præſtatione vſurarum, & ſic indiſtinctè, vt nullam admittat reſtrictionem abſq; diuinatione, & violen-
4 tia: nec obſtat *deciſ. Afflict.* 395. quia licet *Afflict. num.* 4. *verſ. fuit tandem*, referat deciſum pro annua præſtatione dari ſaltim quendam ſtatum, ad quem poſſe peti, vt fiat reſtitutio, tamen *num.* 8. *verſ. ſed ego*, ſe declarat, quod in caſu illius deciſionis illa annua præſtatio erat fundata ſuper iure reali cuiuſdam gabellæ ſubrogatæ loco primæ, & ſuper hoc referi fundatā deciſionem, iuxtà opinionem *DD.* vtriuſque cēnſuræ, *num.* 10. *in fine*, & ſic illa deciſio non eſt extendenda, vltrà limites facti occurrentis in illo caſu, ſed data pro vera opin. Canoniſt. licet contra communē Legiſtarū probabitur, Baroni Quinqueſrondiū, eiuſq; vxori actoribus in hoc aſſerto remedio poſſeſſorio pro vſuris, & intereſſe dotium intentato aduersùs Marchionē Agrottarię, deficere ius, & probationem, idq; pluribus modis, ex quo omninò erit dandus terminus tantùm in cauſa principali; eò maximè ſtāte oppoſita exceptione diſcuſſionis inuentarij patarnæ hæreditatis, & hoc tam quoad aſſertas ſolutiones factas ſub nomine tutricis, quàm quoad vnicam, eamq; tacitam ſolutionē, quæ prætenditur facta à Marchione.

Primò enim deficit ius quoad omnes ſolutiones, cum ſint diſformes, & incertæ, quæ non conueniunt, nedum ſummæ vſurarum ad rationem ſeptē pro centenario, petitæ pro ſorte duc. ſeptem mille, ſed ad nullam rationē,
5 vt in nota facti: igitur nulla cadit poſſeſſio, vbi præſtatio nō eſt vniformis, ſed diſſormis, vt clarè colligitur ex eodem *cap. querelam*, ibi *quod penſio ſexdecim denariorum Papienſis monetæ fuit annuatim per multa tempora perſoluta*, & aduertit in ſpecie *Guliel. de Cuneo*, quem ſequitur *Bart. in l. ſolent*, *§. non vero*, *num.* 4. *ff. de offic. proconſ. vbi Bald.* dicit, quod ex rei varietate certa obligatio præſumi non poteſt, ſequitur *Alexand. conſ.* 127. *num.* 4. *lib.* 5. *Dec. conſ.* 214. *& in d. l. ſi certis annis, poſt n.* 19. *Menoch.* latè *lib.* 3. *de præſumpt. cap.* 131. *num.* 88. *Vaſquius contr. illuſtr. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 34. *limitat.* 6.
6 & generaliter incertitudo vitiat acquiſitionem poſſeſſionis, *l.* 3. *§. incertam partem, ff. de acquir. poſſeſſ.* cum alijs à *Tiraquell. de iur. conſtit. poſſeſſ. part.* 3. *limit.* 19. *num.* 1. vbi in fine
7 reddit rationē, quia ſuper incertis nō cadit poſſeſſio, *Menoch. conſ.* 478. *nu.*
8 25. *lib.* 2. quinimò actus, ex quibus fundatur poſſeſſio, debent eſſe certi, clari, & non ęquiuoci, vt probant cōgeſti per *Aunam ſen. alleg.* 131. *n.* 11. *& ſingul.* 3. *poſt Ruin. conſ.* 122. *n.* 8. *lib.* 5. & hoc præſertim in caſu noſtro, vbi actores, ſeipſos adſtrinxerunt ad certam præſtationem ducatorū ſeptem pro centenario, qua non probata, reus eſt abſoluendus.

Secundò deficit ius ex alio quoad imaginarias ſolutiones, quas aſſerunt factas à tutrice, quia vera eſt iuris concluſio, tutorem non poſſe
9 transferre poſſeſſionem per actus fictos, *Bart. Ripa*, *& alij in l.* 1. *ff. de acquirend. poſſeſſion.* cum concordantibus per *Tiraquell. de iure conſtit. poſſeſſ. part.* 3. *limit.* 15. *Dom. Capyc. deciſ.* 14. *num.* 11. quamuis autem prima facie videatur, acquiri poſſeſſionem in iſtis annuis præſtationibus per actum facti, & ſic verum, ſcilicet numerationis pecuniæ, non tamē quaſi poſſeſſio reſultat immediatè ex ipſa numeratione; quinimò potius
10 contrarium, cum numeratio non fiat ad obligandum, ſed potius ad liberādū, vt dicit *Bald. in d. l. ſi certis annis*, *num.* 4.

num.4.verſ.præſtatio autem, ſed ex ea lex fingit conuentionem, ſiuè ſtipulationem præceſſiſſe. de ſoluendis certis vſuris,& ſic omninò intercedit actus fictus,vel præſumptus, vt docet in ſpecie *Bart. in d.l.ſolent,§. non verò, num.6.in fin. ff.de offic.proconſ. & in d.l.ſi certis,num.12.& 14.*vbi pulchrè *Bald.num.6.& 8.verſ.vbi erratur,& n.10.in ſolut. controuerſ.* vnde cum in trãſlatione huiuſmodi poſſeſſionis intercedat quoque neceſſariò actus fictus præſumptæ conuentionis, tanquam cauſa immediata, quæ magis attenditur, ſequitur vt illa à tutore transferri nequeat,& hoc eo magis cum nedum intercedat actus fictus in tranſlatione poſſeſſionis, ſed ipſamet poſſeſſio in huiuſmodi præſtationibus,& alijs incorporalibus non conſideretur,vt vera poſſeſſio,ſed tantùm
11 vt ficta quaſi poſſeſſio,*l.ſeruus,§. incorporales,ff.de acquir.rerum dom.* cũ alijs, quæ congerit *Guttier.* hoc bene probans *in repet.§.ſui, num.71.inſtit. de hæred. qual. & differ.Tiraquell. de iure conſtit.part.3.limit.1.n.9. & 10.* non enim poſſidetur pecunia pro cẽſu,etiam ſuper re debita,ſed illud ius percipiendi cenſum,in quo vera poſſeſſio dari non poteſt,deficiente naturali apprehenſione, *l.cum hæredes, ff. de acquir. poſſeſſ.* vnde ſi tutori denegatur transferre etiam veram poſſeſſionem per actus fictos, quod minus eſt,cũ omnibus paſſim id liceat,iuxtà not.*in l.quod meo,ff de acquir.poſſeſſ.* ergo pernecesſè prohibitum cenſeri debet tutori, id quod maius eſt,ſcili-
12 cet transferre fictam poſſeſſionem per actus item fictos, etiam ne duo fictiones circa idem concurrant, vt in terminis tradit *Tiraquell. d. tractat. 3.part. limit.4. in princip. & limit.5. num.3. & 4.* vbi idem etiam ſi vna eſſet præſumptio, altera fictio. Deficit tertiò actoribus ius quoad prætenſum actum taciti conſenſus præſtiti à Marchione in mandato procurationis,ex quo prætendũt colligere,Marchionem ſoluiſſe.

Primò enim prætendi poteſt,quod quamuis hic eſſet verus actus ſolutionis, quem non eſſe, infrà patebit, tamen vnicum actum non ſufficere, quia licet plures DD. dicant, ex vni-
13 co actu quaſi poſſeſſionem acquiri, modò habeat plura iuris requiſita, de quibus infrà, vt per *Couarr. c.14. pract.verſ.tertium imò,Vrſill. dec.67.*
14 *Anna alleg.* 131. tamen horum opinio reſtringitur non procedere in quaſi poſſeſſione, ſeu ſtatu exigendi aliquod ius merè perſonale,vt in terminis, quod ex ſolutione vſurarum non acquiratur iſte ſtatus exigendi requiſitus per *cap.querelam*,probant *Antonius de Butr. in d. cap. querelã, Ripa in l.2. num.5. ff.quor. bonor.* pro quo eſt *tex. clarus in d. c.querelã*, ibi *annuatim per multa tempora perſoluta,& in cap.1.§.ſi vero vaſſallus*, ibi *duobus, ſeù tribus acceptionibus quietis quaſi poſſideat, Quid ſit inueſtitura*, & fuit opinio *Bart.* loquentis nũcupatim in præſtatione vſurarum, *in l.cum de in rem verſo,n.8. in fin.C. de vſur.vbi Salic.num.10.* reprobat contrariam opinionem *Angel.*& plures congerit *Decius* ibi *num.5. 6. & in fin. Menoch.de præſumpt.lib.2. cap. 131.poſt num. 59.84. & 85. Surdus* latiſſimè *de aliment. tit. 4. quæſt. 16. num.29.& tit.8.priuil.22.num.20.*& plures actus requiri ad finem acquirendi iſtam quaſi poſſeſſionem, firmant *Guid. Pap.quæſt.407. in fine*,
15 *Surd.deciſ.10.num.10.*quot autem præſtationes ſufficiant, *Ripa in d. l.2. num.6.* concludit,remitti arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonarum,& præſtationis,cum quo conuenit *Afflict. deciſ.67.num.1.*

Secundò, eſto quod vnicus actus ſufficeret, quod tamen nullo modo concedimus, ad hoc tamen, vt iſte actus ſit legitimus, plura requiruntur, quorum ſi aliquod deficiat, nulla eſt de eo habenda ratio, *Afflict.d.dec.67.*
16 *num.* 1. ſex autem requiſita congerit

Ripa

Ripa in c.cum Eccleſia Sutrina, nu.91. & 92. & quinque tradit *Menoch. lib. 2. arbitr. centur.2. cap. 160. & 161.* quorum ſubſcripta ad rem noſtram faciunt.

17 Primò enim requiritur, quod exigens, iure ſuo proprio vſus, actum illum exerceat.

18 Secundò, vera, & realis, puta præſentatio, vel electio; non.n. ſufficeret, vt ait *Ripa*, coadunatio patronorum vel mandatũ factũ ad præſentãdũ, ſecũdùm *Gemin. conſ.*127. & ſic à ſimili ad ſoluẽdum, vel admittẽdũ partitas.

19 Tertiò, requiritur ſcientia tam illius, cui acquiritur, ad hoc vt habeat animum requirendi poſſeſſionem, quàm ex parte alterius, cui præiudicatur, nam aliàs deficit patientia, ſine qua in his poſſeſſio non acquiritur, *l. 3. §. dare, ff. de vſufr. Ripa in d. cap. cũ Eccleſia, num. 40. in fin. et num. 92. Menoch. d. cap. 161. Ruin. conſil. 122. num. 7. lib. 5.*

20 Quartò requiritur, quod electio, vel præſentatio habuerint effectum, & quod electus adeptus ſit poſſeſſionem beneficij, & in caſu noſtro, quod verè creditor penſionem exegerit, & penes eum pecunia cum effectu peruenerit, quæ omnia deficiunt in præſenti caſu: nihil enim in actis legitur Baronẽ exegiſſe aliqd à Marchione, exercentem ius illud iure ſuo proprio tanquam creditorem annuorum in-

21 troituum, quod requiritur, *ex text. in l. fin. ff. quemad. ſeru. amitt.* ſed ſi ſpectamus initium, quod in qualibet re potiſſimè ſpectandum eſt, Marchioniſſa iure familiaritatis conſignauit propriam pecuniam Abbati Giffoni, qui non erat ipſe creditor, ſed alius extraneus, vt mercimonijs ſericorum illam implicaret, quo nullum ius po-

22 tuit Abbati quæri, etiam ſi ipſemet fuiſſet creditor, *Ripa vbi ſupra nu. 39. & 40. Menoch. d. cap. 160. num. 13. et 16.* nec mandatum, quod aſſeritur factũ à Marchioniſſa minoris ætatis, ignorante alienum factum in primis dicbus traductionis in longinquum domicilium viri, poteſt dici vera, & realis ſolutio; ſiquidẽ neceſſariò fingitur retrò ſoluta pecunia per Abbatem, eidemq; denuò ſoluta in aliam cauſam, & ſic vnus actus occultatur per fictionem, argumẽto *l. ſingularia,*

23 *ff. ſi certum pet.* vnde vbi actus verus exigitur, fictio nihil operatur, ſicut in

24 ſimili compenſatio non dicitur vera ſolutio; ita vt, qui iurat ſoluère, non adimpleat compenſando, *Afflict. deciſ. 163. et 331.* & hoc eo fortiùs, cum is, cui fingitur facta ſolutio, non ſit ipſe verus creditor, ſed eius frater, vt dicunt, naturalis, cui etiam ſi eſſet vtrinque legitimè coniunctus, non apparente mandato, non potuit rectè ſolui, & ſic paria ſunt non eſſe ſolutum, & nulliter, vel ſaltim non probata ſcientia actoris, interim præſumitur ignorantia, vnde deficit

25 animus, qui in acquirenda poſſeſſione præciſè exigitur, in ſpecie à dictis *DD. in materia cap. quærelam,* ex quo multò minùs ex his apparet, pecuniã fuiſſe realiter, & cum effectu ſolutam per Abbatem Baroni, nomine Marchionis prætenſi debitoris, & ex alio etiam ſequitur, non poſſe prætendi Baronẽ, actum hunc, iure ſuo proprio

26 exercuiſſe, quod pronomen nedum importat dominium, *l. quintus, ff. de de auro, et argento leg.* ſed idem ſignificat, quod propria manu, vt in terminis exactionis, & perceptionis fructuum, probat *Anna allegat.* 104. *n.9. et* 10. nec etiam concurrit ex parte alia, ſcientia vera Marchionis, in cuius detrimentum ius fuiſſet quæſitum actori ex ſolutione; licet enim in mãdato inſerto dicatur, *cum aſſenſu Marchionis præſentis,* tamen etſi Marchio conſenſerit mandato vxoris circa quietationem faciendam dicto Abbati, non tamẽ ex hoc probatur, Marchionem ſciuiſſe in cõtractu promiſſionis dotium non contineri promiſſionem intereſſe, & quod illud adhuc

27 ſoluere voluerit, quod requirebatur

ad

ad hoc vt aduerſarius conſtitueretur in ſtatu exigēdi,ita in indiuiduo optimè probat *Dec. conſ.226. in cauſa D. Franciſci, in fin.* dicens, quod licet patronus, qui ſciat,& conſentiat, beneficium ſui iuris patronatus liberè conferri, ſibi præiudicet in illo actu, non tamen taliter conferens poterit dici in ſtatu, vel in quaſi poſſeſſione conferendi in futurum, & collationē illā liberè fieri, quia data ignorantia harū qualitatū,non poteſt dici conferenti quæſita quaſi poſſeſſio, & ſequitur *Ripa*, dum citat *Decium vbi ſupra num.92.* vbi enim requiritur ſciētia, illa non ſufficit,niſi in ſpecie ſint notæ omnes qualitates, quæ poſſunt agentem inducere ad faciendum actum, vel illum remouere, quinimò plus dixit *Guid. Papæ conſ.144. nu.2.in fin.*
28 quod perceptio penſionis non probat dominium,neque poſſeſſionem, niſi ſoluens, & recipiens declarent, quod animo, & intentione acquirendi poſſeſſionem, recipienti ſoluatur, nec ſufficeret nudum factum, citans *Ioannem Fabrum*, & alios,ſequitur *Dec.conſ.214.num.4.* loquens de cōſuetudine;quod comprobatur, quia ſolutio ipſa de per ſe eſt actus tacitus,
29 quia nō eſt poſſeſſio,ſed ex eius probatione reſultare poteſt poſſeſſionis probatio præſumptiuè, *Ruynus conſil. 122 num.5.lib.5.* voluntas autem, quæ ex facto colligitur, non extendi-
30 tur vltrà quàm ex ipſo facto de neceſſitate inferatur, *Bart.in l.§.hoc interdicto,ff. de itiner.actuq. priu.Surd. deciſ.33.nu.18.& de alimentis, tit.4.*
31 *quæſt.17. num. 28.* tacita autem, vel præſumpta voluntas non eſt tantæ efficaciæ,ſicuti expreſſa,nec ita latè interpretatur, *Crauett. conſ.34. num.3. Surd.conſ.10. num.24. lib.1.* ſcientia autem licet regulariter non præſumatur,niſi probetur, ex circumſtantijs tamen hic manifeſtè ignorantia probatur, quia agitur de facto alieno, ſcilicet de inſtrumento confecto à tutrice tempore,quo Marchio erat infans in anno 99. quæ ætas, quidquid videt, ignorat: concurrit breuitas temporis, quo prætenſus iſte actus geritur poſt paucos menſes à morte matris, per quod tempus Marchio aberat à domicilio, vbi negotiū erat geſtum,ſed degebat Neapoli,vbi non iſta ſibi tempus: quia vxorem duxerat, quæ cum fiducialiter numeraſſet pecuniam Abbati Giffoni, & iam traducta in domum viri rationes exigeret,dum is ſatis callidè vellet retinere partem pecuniæ,quam finxit ipſius fratri deberi à Marchione viro, pro vſuris dotiū ſororis,iuſtè credere potuit Marchio,illas fuiſſe promiſſas, liquidatas,& debitas,& erubuit vxor iuuenis in primis illis diebus denegare ſoluere de ſuo, quod à viro deberi ſorori,ſibi aſſertum fuit,nec Marchioni viſum fuit aliud inueſtigare, ne recuſare videretur vxoris in eum liberalitatem.

Quartò principaliter deficit actoribus ius in vtroque prætenſæ ſolutionis,actu,tam à tutrice, quàm per vxorem, ipſo eo modo conſentiente, tēpore, quo adhuc Marchio erat minor 18.annis:minor enim tam aduerſùs ſolutiones factas à tutrice ſola, quàm à ſeipſo,etiam cum authoritate tutricis, vel curatricis, reſtituitur in
32 illis caſibus, in quibus ei non competit condictio indebiti, *Angel.& Caſtrenſ in l.2. C.ſi aduer. ſol.* data ſibi electione agendi,vel contra tutorem, qui læſit, vel petendi reſtitutionem aduersùs ſolutionem, *Gloſſ. & Bald. in l.fin.C.ſi tutor. vel curat. Roland. conſ.72. num. 47. lib. 3. Bec.conſ.59.* & hoc etiam in poſſeſſorio, in quo dari reſtitutionem,eſſe veriùs, & re-
33 ceptiùs,probat *Menoch. de adipiſ.poſſeſſ.remed.4.num.906.& de retin. remed.3.quæſt.107.*vbi præſertim ponderat rationem maximi præiudicij, quod ex amiſſione poſſeſſionis paratur,*num.858.& Sfort. Odus de reſtit. part.1. quæſt. 34.art.2.* læſio autem eſt euidens, quia ſoluit tertias non

Yy pro-

Digitized by Google

promiſſas, ad quarum ſolutionem tu-
trix, nec minor vrgeri poterant; &
quãuis actor ex mora potuiſſet pete-
re intereſſe, cogebatur tamen proba-
te intereſſe paſſum, nam aliàs illud,
34 etiam præcedenre mora, non debe-
tur, vt de cõmuni reſoluit *Couarr. lib.*
3. variar. cap.4. Surd. latè conſ. 194.
*num.*20.*lib.*2.*& deciſ.*262. & in facto
ad excluſionem intereſſe probaſſet
Marchio, quod nunc probare offert,
actorem per plures annos non ſubſti-
nuiſſe onera matrimonij, ſed recepiſ-
ſe à ſocru alimenta, cum vxore: & fa-
35 milia in terra Agrottariæ, & proinde
intereſſe non deberi, iuxtà *Gloſſ. in l.*
fin. §. præterea, vbi Bald. 1. *not.* C. *de*
iure dot. & alia plura in facto, & in om
nem caſum opus erat iudicio cõdem-
nationis, & altero liquidationis intre-
reſſe, vnde non poteſt inficiari læſio,
cum ſaltim, ſoluendo ante tempus,
plus ſoluerit, & amplius poterat eam
quantitatem ſoluere in cauſam capi-
talis, quod ſibi ex pacto licebat, ex
quo fuiſſet impeditus curſus vſurarũ
pro illa rata, valdè vtiliùs pupillo; nec
poterant tutrix, vel minor, poſt cõtra-
ctum dotis perfectum, facere ex inter
uallo nouum actum, vel conuentionẽ
de ſoluendis vſuris nõ promiſſis, qui,
tanquam nouus contractus exigebat
nouam ſolemnitatem, *l. ſi ad reſoluen-*
dũ, C. de præd. minor. licet in ipſo cõ-
36 tractu poſſit tutor incontinenti adij-
cere pactum obligandi minorem, *l. cõ-*
tra iuris, §. filius fam. ff. de pact. l. 1. *§.*
fin. ff. de rebus eor. de quo latè Pinell.
in l. 1. *part.* 3. *num.*53. C. *de bon. ma-*
tern. ergo multò minùs potuit id fa-
cere per actum tacitum ſolutionis, ex
quo reſultat ficta conuentio, vt ſupra
& in ſolutione facta per minorẽ, quã-
do erat omni iure debitum, ſed inde-
bitum ope exceptionis dilatoriæ tan-
37 tùm, quod ope reſtitutionis repetat,
tenet S*fort. Odus de reſtit. part.* 2. *q.*
52. *art.* 11. vbi potiſſimè dicit proce-
dere, quando potuiſſet in aliud pecu-
niam vtiliùs implicare, & quod inde-
38 bitum dicatur illud, quod ab inuito
exigi non poteſt, vbi deficit, ſcilicet
ciuilis, & ſolennis obligatio, quamuis
naturaliter debeatur, in terminis *Dec.*
*in d. l. ſi certis annis, nu.*4. C. *de pact.*
& ob id fortiùs attentari poteſt, quod
cum vſuræ prædictæ fuerint indebi-
tæ, prout nunc etiam ſunt, quia non
promiſſæ, nec liquidatæ, quod ſolutũ
pro vſuris ipſo iure extenuauerit ſor-
tẽ abſq; beneficio reſtitutionis: quã-
uis .n. regulariter, vbi debẽtur ſors,
& vſuræ, ſolutio cenſeatur facta prius
in cauſam vſurarum, quàm ſortis, *l.* 1.
C. de ſolut. cum cõcord. in Gloſſ. & hoc
maximè, vbi debitor hoc expreſſit,
39 tamen quando vſura ſunt indebitæ,
ſed ſors tantùm debetur, licet princi-
palis debitor ſoluat ex cauſa vſurarũ
indebita, lex conuertit ſolutum inde-
bitè in cauſam verè debitã, & ſic ex-
tenuat ipſo iure ſortem principalem,
l. in ijs, §. Imperator, ff. de ſolu-
tio. l. poſt rem iudicatum, §. pri-
mo, ff. de tranſactio. Bart. *& Ia-*
cob. in l. creditor, §. fin. ff. de ſolut. cum
alijs per D. *de Pont. conſ.*70. *num.*25.
40 quod autem vſuræ, ſiuè intereſſe ſint
indebitę, probat benè *Anna ſen. poſt*
Corn. & Rimin. allegat. 112. *num.*6.
verſ. demonſtratur, vbi idem dicit in
rertijs non liquidatis, quod ſint inde-
bitæ, & proinde non poſſe cenſeri ali-
quid ſolutum in illam cauſam, & ite-
rum *allegat.*54. *in fin.* vbi refert ita
deciſum, & idem probat author. *Bart.*
Bald. & Angel. in l. 1. *ff. & C. de ſolut.*
*Felician. de cẽſib. lib.*4. *tom.*2. *cap. fin.*
*poſt num.*33. eò fortiùs hoc procedit
in ſolutione facta per tutricem, vel
per ipſummet minorem, ex quorum
42 facto, vel pacto, etiã expreſſo, minori
præiudicari non poteſt, *l. pactum cu-*
ratoris, vbi DD. C. *de pact.* Corneus
*conſ.*143. *col.*3. *lib.*4. *Dec. conſ.*147. *in*
fin. & de ſolutione facta per matrem
43 tutricem, quod non præiudicet filio,
*Siluan. conſ.*66. *Cephal. conſ.*58. *in*
in fi. lib. 1. reddentes rationem, quia
habuiſſet tutrix poteſtatem, & fuiſſet
quaſi

quaſi domina, adminiſtrando rectè, nō autem malè, *l. qui fundum*, §. *ſi tutor*, *vbi* Bart. *ff. pro empt. l. tutor, qui*
44 *tutelam* 28. *ff. de adminiſtr. tutor.* & idem in Prælato, quod ſoluendo non præiudicet Eccleſiæ, quia licet negligendo poſſit præiudicare, non tamen faciendo, *Dec. in d. l. ſi tertiis annis*, *num.* 13. *in fine*, ſed in caſu noſtro, quod magis eſt cōſideratione dignū, prætenſæ ſolutiones non ſunt factæ à tutrice; & ſic ſubintro ſextum articul. in quo fundabitur, deficere actoribus nedū ius, ſed probationem: quò enim ad primas ſolutiones in vita matris, nullo modo apparet de ipſius mādato, ſcientia, nec ratihabitione, vnde dum extraneus ſoluit abſque mandato, qui, alio non apparente, cenſetur ſoluere de propria pecunia, *l. & magis, ff. de ſolut.* duo ex hoc pernecesſè ſequuntur.

Primum, quod huiuſmodi ſolutiones factæ per iſtum tertium, nihil pe-
54 nitus præiudicant tutori, nec pupillo ignorantibus, *Decianus* in terminis *conſ.* 43. *nu.* 35. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 419.
46 *num.* 36. & 39. qui id ampliat, etiam ſi ſolutiones eſſent factæ à matre, & tutrice, vel curatrice, *num.* 40. & 41. *lib.* 3.

Secundum, quod dum non potuit hic extraneus efficere duriorem conditionem eius, pro quo non apparet habuiſſe mandatum, præſertim ad ſoluendum in cauſam intereſſe non liquidati, ſolutiones prædictæ debent cedere in cauſa fortis, quæ, ſtante inſtrumento, poterat dici debita, pro qua quilibet tertius, etiam debitore, & creditore inuitis, poterat ſoluere, *l. ſoluendo, ff. de negot. geſt.* cum concord. per *Dom. de Ponte conſ.* 6. *nu.* 21. *Cartarium deciſ. Genuæ* 61. *num.* 4.
47 eò maximè, quia ſoluēs ſine mandato, tenetur plenè probare pecuniam verſam in vtilitatem eius, pro quo ſoluit, *Iaſ. in l. ciuitas, num.* 18. *ff. ſi cert. pet.* deficit etiā probatio omninò aſſerti mandati, in quo prætenditur interuentus, & conſenſus Marchionis, quia non eſt productum principale inſtrumentum, ſed ſit de eo mentio relatiuè in alio inſtrumēto, & ſic nul-
48 lam fidem facit, *Auth. ſi quis in aliquo documento*, *C. de edend.* etiam ſi totus tenor inſtrumenti ſit inſertus, vt deciſum teſtatur *Afflict. deciſ.* 273. latiùs *Surd. conſ.* 419. *num.* 2. & 3. *lib.* 3. *vbi num.* 23. & 25. dicit indiſtinctè procedere in contractibus, & inſtru-
50 mentis, licet ſecus in priuilegijs, vnde deficiente etiam probatione, non video quomodo actores obtinere poſſint: ſic quoque deficit probatio vtriuſque actus poſſeſſiui, tam in vita matris, quàm alterius poſt mortem fundati in dicto inſtrumento mandati; ſiquidem dum aduersùs ſcripturas, & inſtrumenta publica, quantumuis authentica, quæ actor producit initio litis ad probationem, reus opponit, & negat eſſe talia, vt puta non eſſe rogata à Notario, vel non eſſe ſcripta manu Notarij, aut dicit eſſe ſimulata, vel aliter nulla, talia inſtrumenta,
51 quamuis producantur in forma ſolēni, nihil probant, donec actor in termino hæc omnia probet, & reſoluat, vt ex *Speculatore*, *Oldrado*, *Ancharano*, & *alijs*, *Crauett. conſ.* 72. *et* 150. &
52 licet aliàs inſtrumentum dicatur probatio probata, procedit cum producitur in modum exequutionis, ſecus ſi ad probationem, aduerſario opponente, *Bellamera deciſ.* 193. cum alijs per *Maſcard. concl.* 907. *et* 911. nouiſſimè ex alio nō poteſt Marchio cogi ad ſoluendum, ſtante exceptione diſcuſſionis inuentarij inter alias
53 oppoſita, quæ impedit litis ingresſū, & proceſſum ad vlteriora, *Bald. in l. fin.* §. *et ſi præfatam*, *num.* 5. *vbi Corn.* C. *de iure delib. Valaſc.* latè *conſult.* 52. *num.* 42. *D. de Franch. dec.* 272. *num.* 5. *et deciſ.* 531. *num.* 4. *et* 5.
54 quinimò impedit exequutionem ſententiæ, cum ſit modificatiua, etiam ſi ante ſententiam fuiſſet inuentarium præſentatū, *Maſtrill. latè dec. Sicil.* 24.

& ſic fortiùs in principio litis operabitur: debet enim hæres cum beneficio inuētarij ab omni moleſtia, & vexatione perſonali, & onere litigandi immunis conſeruari, quod non eſſet ſi interim cogeretur ſoluere, & proinde præualuit ſemper in S.C. illa opi-
55 nio, vt pendente inuentarij diſcuſſione, nec etiam ſuper bonis hęreditarijs hæres ſit moleſtandus.

Præſens hæc cauſa partium tranſactione ſopita, vlterius non proceſſit.

SVMMARIVM.

1 *Lites inter coniunctos per communes amicos terminari debent*.
2 *Patrimonij vires noſtra intereſt non pandi.*
3 *Statutum denegans compromiſſum, vbi agitur vigore inſtrumenti liquidi, intelligitur, quando agitur èxequutiuè, non autem ſi agitur via ordinaria, & num. 5. 6. 7. 8. & 9.*
4 *Conſtitutio loquens de inſtrumento guarentigiato, intelligenda eſt, ſi agitur exequutiuè, ſecus ſi via ordinaria.*
10 *Compromiſſum ſuper re dubia, tranſactioni æquiparatur.*
11 *Compromiſſum denegari non debet ſuper inſtrumento, ſi contra illud poteſt opponi aliqua exceptio, quia ex illa, res efficitur dubia, & num. 23. 24. 25. & 26.*
12 *Argumentum à ceſſante ratione limitationis adictæ id ſtatuto, & à contrarijs aduerſis, ſiuè pugnātibus validum eſt.*
13 *Statuta de cauſis compromittendis interpretantur à iure, vbi non agitur de exequutione ſententiæ, vel inſtrumenti liquidi.*
14 *Statutum continens idem quod ius cōmune ab eodem interpretationem recipit.*
15 *Compromiſſum ſi denegatur, vbi agitur vigore inſtrumenti etiam via ordinaria, intelligendum eſt quouſq; reus aliquam exceptionem opponat, licet coloratam, num. 16. 36. & 39.*
17 *Inſtrumentum liquidum quod dicatur, præſertim in materia compromiſſi, num. 18. 19. 20. & 37.*
21 *Dubia res quando, & num. 42.*
22 *Exceptiones peremptoriæ, in quibus caſibus poſſint opponi poſt ſententiam.*
27 *Exceptiones eneruantes vires inſtrumenti, quæ ſint, & num. 28. & 30.*
29 *Inſtrumētum quomodo dicatur probatio probata.*
31 *Inſtrumenti requiſita ad eius validitatem in hoc Regno, & in hac Ciuitate Neapolis, num. 32.*
33 Exceptio *ſimulationis tollit conſenſū de contractu, nec vnquam cenſetur excluſa, præſertim in ſtatuto de cōpromiſſis. nu. 34. & 35.*
38 Deciſio Capycij 48. *declaratur.*
40 *Pretium terræ probatur ex releuijs, nec ex ſingulorum affectione, & ex redditu, & communi æſtimatione, & num. 41.*
43 *Negatio quando efficiat rem dubiam.*
44 *Compromiſſum debet fieri ſuper facto dubio, non autem ſuper quæſtione iuris clara.*
45 *Dos inoſficioſa quæ dicatur.*
46 *Dotis inoſficioſæ actio, an detur conſtante matrimonio.*
47 *Minor dotans ſororem immodicè, mediante tutore, an ſi fuit læſus, reſtituatur.*
48 Cōſtitutio Regni In aliquibus *ceſſat in ſucceſſione fratrum, etiam in eiſdem bonis.*
49 *Articulus iuris controuerſus æquiparatur quæſtioni facti, etiam in materia compromiſſi.*
50 *Inſtrumentum quoties controuertitur, an ſit liquidum, hic articulus cōpromitti debet.*
51 *Statutum de compromiſſo inter coniunctos, habet locum etiam in dote, & ipſius intereſſe, & num. 54.*

52 Sta-

52 *Statutum generale comprehendit etiã cauſam dotis, quæ non reperitur in illo caſu ſpecialiter priuilegiata.*
53 *Argumentum à dotis intereſſe ad alimenta, quando procedat.*
55 *Arbitri iuris ſuccedunt loco iudicum.*
56 *Pragmatica de compromiſſis inter cõiunctos habet locum, vbi agitur de quantitate paragij ſuper feudo.*

ARGVMENTVM.

Pragmatica Prima, *ſub titulo de arbitris* denegans compromiſſum, vbi agitur vigore inſtrumenti liquidi, intelligitur ſi agatur exequutiuè, ſecus ſi ordinatur aliqua exceptio, etiam coloratè, & locum habet etiam ſi agatur de quæſtione iuris dubia, vel de dote, & ipſius intereſſe, aut de quantitate paragij ſuper feudo. Plura de exceptionibus peremptorijs poſt ſententiam admittendis, ac de exceptionibus eneruantibus vires inſtrumẽti. *Deciſio* Capycij 48. declaratur: & quãdo dicatur inſtrumentum liquidum, tam in materia compromiſſi, quàm præſentationis via ritus, optimè enucleantur.

Pro eodem Domino Marchione Principe Caſſani.

CONTROVERSIA LXIII.

IVridicam omninò cenſeri debere exceptionem compromiſſi petiti per Illuſtr. Marchionem Agrottariæ aduersùs, petitionem ſororis eiuſq; viri, ducatorum ſeptemille ex reſta dotiſſ, quæ prætenduntur promiſſæ per eius tutricem, & intereſſe ipſarum, & omninò reformandum decretum S. C. ex tempore latum, ex eo manifeſtè apparere poterit, quod fundatur ſuper notiſſima diſpoſitione caſus clariſſimæ Pragmaticæ exiſtentis in viri di obſeruantia, cuius diſpoſitionem non odioſam, ſed fauorabilem, & cõtinere in ſe æquitatem, & honeſtatẽ,
1 vt lites inter coniunctos per communes amicos ſine ſtrepitu terminentur, argumento *text. in l. congruentius, C. de patria poteſtate*, magis communiter tenent *DD.* in vnũ cõgeſti per *Marc. Antonium* Blancum *de compromiſſ. quæſt. 1. num. 3. verſ. contraria opinio,*
2 & maximè in caſu noſtro, vbi de viribus patrimonij, quæ noſtra intereſt non pandi, *l. fin. C. arbit. tutel.* & de inofficioſitate dotis, & iuſto paragio, vbi neceſſariò ſubintrat quæſtio qualitatis, & parilitatis coniungum; quã congruentius intra domeſticos parietes ab arbitris determinari, non minus actorem, quem reum deceret. Verùm, quia pars (vt audio) ad excluſionem cõpromiſſi tres affert exceptiones ad Pragmaticam, conabor clariſſimè oſtendere, nullam ex limitationibus, quibus inhæret, applicari poſſe ad caſum noſtrum, & proinde regulæ inhærendum.

Et ſic non obſtare. Primò, quod agatur vigore inſtrumenti. Secundò de dote, & intereſſe dotium, quod intereſſe ſuccedit loco alimentorum. Tertiò, de re feudali, cum agatur de actione ad feudum.

Et quoad primum, dum ſtatutum loquitur de inſtrumento liquido, & non ſimpliciter de quouis inſtrumẽ-
3 to, neceſſariò debet intelligi quando petitur exequutio inſtrumenti, & ſic agitur exequutiuè ſimpliciter vigore ipſius inſtrumenti liquidi, ſcilicet vigore pacti exequutiui, iuxtà tradita per Bart. *quæſt. 5. in l. creditores, C. de pignor.* non autem quando agitur via ordinaria ſeruato iuris ordine, vt ex theorica Bald. *in l. planè, ff. quod falſo tutor. auth. geſtum eſt*, ſcribentis

audiuiſſe *Bart.* dicentem, quod valdè differt producere inſtrumentum in modum exequutionis, & in modum probationis, ꝙ in effectu ſcripſit etiã *Bart. in l. ſi filius, ff. quod cum eo*, quem ad hoc cum alijs citat Milan. *deciſ.* 13. *num.* 35. *part.* 2. concludit in ſpecie
4 *Roman. conſ.* 300. quod conſtitutio loquens de inſtrumento guarentigiato, vel liquido, intelligenda eſt, quando immediatè agitur vigore ipſius inſtrumenti, & exequutiuè, non autem cum agitur via ordinaria, & producitur inſtrumentum ad probationem,
5 quæ valdè differunt, vt in terminis noſtris in indiuiduo in omninò ſimili ſtatuto, optimis rationibus, & iuribus, relato *Romano*, fundat *Socin. conſ.* 51. *in princ. & per totum, volum.* 1. præſertim cum ſtatutum loquens de reiectione petitionis compromiſſi, limitat ſe ipſum, dum in principio generaliter loquitur de compromiſſo faciendo, ergo cum veniat correctiuè finis ad principium debet ſtrictè intelligi, vulg: *l. præcipimus, C. de appellat. cum ſimil.* & ante
6 *Socin.* conſuluit *Anchar. conſ.* 183. *pro clariori intellectu*, vbi in caſu eiuſdem ſtatuti concludit, eſſe ſemper locum petitioni compromiſſi, cum lis, vel cauſa inſtituitur, vt in *l. litis nomẽ, ff. de verb. ſignif.* in qua libellus, vel petitio contra conſanguineum dirigitur, vbi opus ſit termino, & ordine iudiciario, quæ ad ſententiæ validitatẽ requiruntur; tunc verò ſolùm ceſſare, cum exequutiue agitur, vel vbi ſolum iudicis officium imploratur, vbi nulla petitio, vel libellus formatus contra debitorem porrigitur, nec actio præſupponitur, *l. qui per colluſionem*, §. 1. *ff. de action. empti*, & in terminis tradit etiam *Hondedus conſ.* 9. *num.* 16.
7 *lib.* 1. quod fundatur ex clariſſimis verbis noſtræ Pragmaticæ, quæ loquitur de cauſa, & lite ordinaria ibi *odia, quæ ex litibus occurrunt*, & ibi *in cauſis ciuilibus, vel miſtis quandocũq; ante dationem termini ad probandum*, & ibi *in procedendo, & ſententiando*, & iterum *ad cognitionem, & deciſionẽ ipſius cauſæ ſe proceſſuros*, & ibi *cauſã ipſam per ſententiam terminare*, & paulò poſt *per ſuum laudum cauſam expediat*, & iterum *ſi cauſam non expedierint*, & in fine ibi *effectualiter cauſam diffinire*, quæ toties geminata, & reiterata verba ſatis apertè demonſtrant, vt tũc habeat locum compromiſſum, quoties verè agitur de lite, & cauſa, & ſic ordinariè, ſecus
8 verò quãdo via èxequutiua, vt in terminis eiuſdem ſtatuti arguit ex dictis verbis *Fulgoſ. in l. eleganter, num.* 5. *verſ. vos defendatis* Bartolum, *ff. de condict. indeb.* ea ratione, quia cum verba ſtatuti non conueniant, ceſſat ipſius diſpoſitio, quod dicit probari *in l. poſt rem* à contrario ſenſu, *ff. de re iudic.* & hoc expreſsè voluit *Anna ſen.* declarans *pragm. in conſtit. conſtitutionem, nu.* 285. *in fin.* & vltrà verba Pragmaticæ, probatur hæc veriſſima
9 opinio viua ratione; ideò enim ſtatutum negat fieri compromiſſum, vbi agitur vigore inſtrumẽti liquidi, obligationis, vel ſententiæ, quia cum iſta habeant exequutionem paratam, res eſt certa, clara, & liquida, & ſic ceſſat
10 compromiſſum, cuius natura eſt, vt fieri non poſſit, niſi ſuper re dubia, & lite incerta, quia tranſactioni æquiparatur, vt eſt *text. in* §. 1. *in auth. vt differ. iudices*, & vtrumq; tradit *Iaſ. in l.* 1. *num.* 1. iuncto *nu.* 13. *verſ. quartò principaliter nota, ff. de tranſact. & in l. ſi cauſa cognita, C. eod. tit.* at vbicũq;
11 contra inſtrumentum poteſt opponi aliqua exceptio, non obſtante ſtatuto prohibente exceptiones opponi, tunc propter talem exceptionem permiſſam ceſſat exequutio parata, & per conſequens res efficitur dubia, vnde ſuper tali exceptione compromiſſum denegati non poteſt, vt eſt clariſſima theor. *Bart. in l. poſt rem* 11. *n.* 2. *et per tot. ff. de trãſact.* iunctis vltimis verbis, quam ita reaſſumit, & dicit communiter approbari, *Socin. conſ.* 51. *nu.* 6. *verſ.*

verſic. quinto nulli dubium, volum. 1.
quæ conſequentia neceſſariò ſequi-
tur, ſiuè arguamus à ceſſante ratione
limitationis adiectæ in ſtatuto, ſiuè
à contrarijs aduerſis, ſiuè pugnanti-
12 bus, quod vtrumque fortiſſimum eſt
argumentũ, vt per *Euerard. in ſua To-
pica, loco à contr. & à ration. l. ſtricta,*
& hoc eò fortiùs, quia de iure com-
muni, quamuis in ſtatuto talis excep-
tio ſententiæ, vel inſtrumenti liquidi
non eſſet vllo modo expreſſa, tamen
huiuſmodi ſtatuta de cauſis compro-
mittendis, ita à iure, inſpecta mente
13 ſtatuentium, interpretantur, vt non
habeãt locum, vbi agitur de exequu-
tione ſententiæ, vel inſtrumenti liqui-
di, vt eſt communis opinio *DD.*
vt latè probat *Alexand. cõſ.* 135. *lib.* 6.
cum concord. per *Blancum de com-
promiſſ. quæſt.* 4. *num.* 3. *verſ. dictum
hoc*, & *Frecc. de præſent. inſtrument.*
14 *part. 7. in princip. num.* 15. igitur tale
ſtatutum continẽs in hoc, idem, quod
ius commune, ab ipſo iure communi
debet interpretationem recipere, vt
in omnibus caſibus, in quibus de iure
communi poteſt fieri compromiſſum,
quod eſt, cum agitur via ordinaria nõ
exequutiua, in eiſdẽ caſibus, per ſta-
tutum, cenſeatur inducta neceſſitas
compromittendi, prout in ſpecie latè
diſputando, concludit *Blancus in d. q.*
4. *num.* 21. *verſ. in contrarium autem
eſt veritas.*

Secundò, ſi concederemus, quod
cum agitur vigore inſtrumenti, etiam
via ordinaria, ceſſet cõpromiſſũ, fateri
15 oporteret, illud euſq; ceſſare, quouſq;
reus aliquam exceptionem oppone-
ret; plurimum enim ſcripturæ tribui-
tur, quod pars contra illam nihil op-
ponat, vt pluribus probat *Crauett. de
antiquit. part.* 1. *cap. incip. quæritur
etiam in hac materia, num.* 23. & in
terminis *Frece. de præſent. inſtrument.
part. 7. in princip. num.* 13. *in fin. Lan-
cellottus de attentatis part.* 2. *cap.* 12.
limitat. 9. *num.* 8. *Maſcard. concl.* 911.
16 quod ampliatur, etiam ſi exceptio co-
lorata dumtaxat ſit, vt ex *Natta conſ.*
388. *num.* 4. *& alijs* docet pulchrè
*Martinus in reſponſo pro vxoris Ami-
ta, num.* 11. *& in poſt deciſ. Aragon.*
vnde cum in caſu noſtro plures ſub-
ſtantiales ſint oppoſitæ inferiùs an-
notatæ, omninò compromiſſo locus
erit.

Probatur aſſumptum ex eo, quia
compromiſſum tunc ceſſat ex ſtatu-
to, cum inſtrumentum, cuius vigore
agitur, eſt liquidum; at quicquid ſit
in materia præſentationis inſtrumen-
ti, vigore ritus, vbi ritus expreſsè de-
clarat illud in ſua materia dici liqui-
17 dum, quod eſt per ſe liquidum ſine
alia probatione, vel petitione danda
ad probandum liquiditatẽ, vt expreſ-
sè dicitur in *Ritu* 167. vbi *Carauit.
num.* 3. & 14. tamen in materia com-
18 promiſſi, vt dicatur inſtrumentum li-
liquidum, neceſsè eſt, vt nulla excep-
tione oppoſita valeat impediri, quia
ſi aliquantulum in dubium refricari
poſſit inſtrumentum, vel ipſius fides,
non dicitur amplius inſtrumentum
liquidum, vt argument. *l. diuus* 14. ibi
ſi tibi liquido compertum eſt, & ibi *nec
ſubeſt vlla ſuſpitio, ff. de offic. præſid.
& l. fin.* ibi, *ſi cauſa liquida ſit, & non
multis ambagibus innodata, C. de com-
penſat. & cap. ſi beneficia, de præbend.*
19 *in* 6. vbi illud dicitur eſſe liquidum
vel certum, quod abſque dubitatio-
ne, & contrarietate iuris eſt, vt per *Io.
Andr. in cap. ſi epiſcopus, de præbend.
in* 6. ſicut, & ſententia, aduersùs quã
poſſibile eſt aliquam exceptionem
20 opponi, non dicetur liquida, quia il-
lud dicitur liquidum in materia com-
promiſſi, quod exceptione aliqua eli-
di non poteſt, vt in indiuiduo in ter-
minis ſtatuti de compromiſſis neceſ-
ſarijs, tradit *Bald. in d. l. poſt rem, n.* 8.
verſ. nono victa, quod generalia ſtatu-
ta de compromiſſis neceſſarijs non
habent locum in debitis liquidis, quę
non poſſunt exceptione, vel negatio-
ne infringi, & ibi *Angel.* dicit, quod
ideò lata ſententia, quæ fecit trãſitum
in

Digitized by Google

in rē iudicatā, vel vbi de debito conſtat per inſtrumentum guarentigiæ, quod habet exequutionem paratam, non poterit compromitti, quia res nō eſt dubia, nec ꝑ negationē poſt effici dubia, ſecus verò, quando res eſt dubia, quia tunc habet locum compro-
21 miſſum, & vt declararet quando poſſit eſſe dubium, ſubijcit exempla, ſi negetur iudicatum, vel debitum, & inter alia dicit, tūc fieri rem dubiam, ſi allegetur, aliquam exceptionē cōpetere contra ſcripturam, quæ poteſt obijci poſt ſententiam, vel contra inſtrumentum guarentigiæ, citans *l.* 1. *cum gloſſ. C. de de iuris, & facti ignor.*
22 vbi notātur caſus, in quibi exceptiones peremptoriæ poſſunt opponi poſt ſententiam, & ita dicit *Angel.* illis die-
23 bus cōſuluiſſe Papię, quinimò fortiùs voluit *Paul. de Caſtro in l. ſi cauſa cognita, num.* 4. *C. de tranſact.* quod licet inſtrumentum habeat exequutionem paratā; ex forma ſtatuti, ita quod non ſit opus dare libellum, vel litem conteſtari, ſi tamē in tali exequutione poſsēt obijci omnes exceptiones, quæ poſſent obijci in iudicio ordinario ante latam ſententiam, quia tamē ex hoc non haberet per omnia vim rei iudicatæ, aduerſùs quam regulariter non admittuntur exceptiones peremptorię; propterea in tali exequutione admittitur compromiſſum, ſicut etiam tranſactio, cuius doctrinam cōprobat optimè *Alexand. ibid. num.* 9. *verſ. quod intelligit Paul.* & cum *Bald. Angel. Caſtr. & Alexand.* tranſeunt *Bart. Bald. & alij, in l. eleganter, ff. de condit. indeb.* & cæteri in alijs locis congeſtis per *Iaſ. in d. l. poſt rem* 11. *num.* 1. *in princ. in verſ. nota diligenter, & n.* 5. *verſ. quartò fallit*, vbi dicit hāc doctrinam eſſe notabilem, & au-
24 ream, & *num.* 3. ampliat, nedum in inſtrumēto, ſed etiam in ſchedula ſcripta manu mercatoris, ſi tamē per ſtatutum plenè probaret, & nihil contra eam opponi poſſet, & ſic dum contra inſtrumentum non prohibentur exceptiones opponi, prout eſt in iudicio ordinario, res ꝑ illarū oppoſitionem inuoluitur, & redditur dubia,
25 vnde compromiſſum nō excluditur, prout latè probat *Socin. conſ.* 4. *viſis actis, col.* 1. *volum.* 1. quod in effectu voluit etiam *Gratus conſ.* 155. *nu.* 17. *lib.* 2. idemq; latè, & doctiſſimè, iuribus, & rationibus manifeſtis, conſuluit *Alexand.* ante *Socin.* de quo ille non meminit *conſil.* 166. *viſo puncto*
26 *lib.* 2. vbi in eodem ſtatuto omninò de compromittendis cauſis, & litibus inter coniunctos cum eādem exceptione expreſſa, niſi de debito conſtaret per inſtrumentum liquidum, probat, quod priuſquam Iudex decernat non eſſe locum compromiſſo, debet plenè conſtare, inſtrumētum eſſe puplicum, & liquidum, cum ſtatutum de
27 tali loquatur, quia plura poſſunt aduerſùs inſtrumentum opponi, puta, illum, qui illud conſcripſit, non eſſe Notarium, vel eſto quod is, à quo dicitur, rogatum fuerit Notarius, non tamen fuiſſe ab eo conſcriptum, quod potiſſimè dicitur procedere, vbi inſtrumenta veniunt de longinquo, vbi non eſt nota perſona, vel manus Notarij, quo caſu onus actoris eſt vtrūq; probare concludenter per legitimas probationes, ſicut opponi quoque poteſt, inſtrumentum fuiſſe ſimulatū, quo caſu non datur ampliùs inſtrumentum, deficiente ipſius ſubſtantia, & proinde deciſiuè concludit in caſu ſuo, vbi aduerſùs inſtrumentum erāt prædictæ exceptiones oppoſitæ, om-
28 ninò locum eſſe compromiſſo, quod autem prædictæ exceptiones, non eſt Notarius, qui dictum inſtrumentum confecit, vel non eſt rogatum ab illo, aut ſcriptum ipſius manu, dicantur eneruare vires inſtrumenti, adeò vt, nedum nō dicatur liquidum, ſed nec inſtrumenti nomē mereatur, quouſq; producens inſtrumentum hęc omnia probet, latè probat idem *Alex. conſil.* 198. *viſo proceſſu, lib.* 7. *per totum, poſt Specul. Oldrad. Anchar. & alios* congeſtos

geſtos per *Crauett. conſ.*72. 150. & iterum, *de antiquit. temp.part.* 3.*in cap.incip.vidimus in genere,* vbi dicit hoc eſſe abſolutũ in inſtrumentis factis de recenti, vt eſt caſus noſter, & tradit modos probandi has qualitates, quas exceptiones opponi poſſe, etiam ſtante ſtatuto reijciẽdi omnes exceptiones, tradit poſt *Crotum*, *&* *alios, Milan.deciſ.Sicil.*8.*num.*5.*et* 6. *lib.*2.& cum *Alexand.et alijs* concordat optimè *deciſ.Bellam.*193. *incip. ſi Notarius*, & alij congeſti per *Maſcard.d.concluſ.*911.*qui in concl.*907.
29 limitat illud vulgare, vt inſtrumentũ dicatur probatio probata, procedere modò aduerſarius acquieſcat, & nihil obijciat, aliàs ſecus, cum *Butr. Socin. Dec. Caphal. & alijs,* quod latè de oppoſitione partis ponderat *Crauett. d. conſ.*150. quæ omnia potiſſimè pro-
30 cedere in Regno noſtro, vbi in ſtipulatione inſtrumẽti, nedum requiritur Notarius, ſed Iudex ad contractus, qui ſimul cum duobus ad minus teſtibus non ſolùm interuenire debent, ſed ſe propria manu ſubſcribere in
31 inſtrumento, cum de iure communi ſufficeret, teſtium nomina deſcribi per Notarium, patet ex traditis *in Conſtitutione Inſtrumentorum robur*, & per *Afflict.in Conſtitut. Baiulos, num.*20. *in* 8. *requiſito, ſuncto nu.*23.*verſ.vndecimo requiritur*, & per eundem *in Conſtitut.Conſuetudinem, num.*13. ex quo in Regno non probat inſtrumentum in carta de bombice, nõ obſtante quauis contraria conſuetudine,
32 niſi inſtrumentis confectis in Ciuitate per Notarios Neapolitanos, vbi de facili poteſt haberi veritas ex protocollo, ex quadam tolerantia S. C. de qua per *Afflict. in d. Conſtitution. Conſuetudinem, num.*11. vnde cum in caſu noſtro contra prætenſum inſtrumentum ſint omnes prædictæ exceptiones oppoſitæ, & inſuper gradatim alia exceptio perempto-
33 ria ſimulationis, quæ tollit conſenſum de contractu, ad notata per *Bald.in l.* 1.*C.plus valere, quod agitur,* & ſic remanet corpus ſine anima, vt per *D.de Ponte conſ.*2.*num.*72.*&* 73.
34 ita vt nuſquam talis exceptio cẽſeatur excluſa, ad tradita per *Carol. de Graſſ. de except. c.* 12. omninò ſequi-
35 tur, vt compromiſſum excludi non poſſit virtute dicti inſtrumenti, vt latè & doctè poſt *Socin. in dict. conſil. & alios,* quos citat, tradit *Lanfranch. de Oriano, in tractat. de arbitris, in* 7. *diuiſione, quæſt.*50. *num.*100. quod vltrà *DD.* exteros validiſſimè comprobat ex Regnicolis, *Freccia* in terminis noſtræ Pragmaticæ *tractat. de liquid.inſtrument. part.*7.*in princip.per totum*, præſertim *num.* 12. *&* 13.
36 vbi monet reum, vt aliquid ſaltim coloratè opponat contra inſtrumentum ante litis conteſtationem, & tradit differentiam inter inſtrumentum
37 liquidum in materia Pragmaticæ de Compromiſſis, vt liquidum ſit illud, quod exceptione non eliditur, & liquidum in materia præſentationis inſtrumenti, quod dicitur liquidum, vbi non eget alia probatione extra inſtrumentum, de qua liquiditate loquitur expreſsè *Ritus* 167. quod di-
38 ſcrimen in effectu ſentit etiam *D. Capyc.deciſ.* 48. dum refert deciſum, quod in materia compromiſſi dicatur adhuc liquidum inſtrumentum, licet non ſit de per ſe liquidum, cum tamen eſſet de breui liquidandum, etiam per extrinſecam probationem, cum eſſet probanda mors teſtatoris, aditio hæreditatis, quæ de facili probari poterant, quia tamen nihil aduersùs inſtrumentum teſtamenti obijciebatur, argumento *text.in l.vltim.C. de edict.Diui Adriani,* ibi *niſi,*
39 & cum *Frecc.* videtur etiam ſentire *Gramm.ſuper DD.Pragmatica, odia,* dum *num.*6.quærit, quid ſi opponitur contra inſtrumentum, quod non ſit publicatum, nec ſcriptum manu publici Notarij, & ſe remittit ad *Alex. in d.conſ.*166. 2. *volum.* prout etiam facit *Vrſill.ad Afflict. deciſ.*48. *nu.* 8. *&* 9.

Digitized by Google

& 9. dum in eo, quod dicatur inſtru-
mentum liquidum in materia com-
promiſſi, ſimpliciter refert, & ſequitur
Alexand. quem, eo non citato, apertiſ-
ſimè ſequitur *Io. Arnonus* Regnicola
in ſuis comment. ſub num. 128. & latè
in ſuis cautelis, cap. 10. *&* 17. & idem
latè probatur in moderna praxi S. C.
part. 1. *Gloſſ. Gradum poſt num.* 48.
littera G. præſertim in fin. & optimè
Surdus conſ. 451. *nu.* 50. & vltrà præ-
dictas exceptiones, eſt & altera op-
poſita inofficioſæ doris, quæ depen-
det ex facto, ſcilicet ex valore, & pre-
tio Terræ Agrottariæ, quem præten-
dit in termino clarè oſtendere con-
uentus, non potuiſſe aſcendere ad du-
catos 40. mil. in quo, vltrà iuris præ-
ſumptionem, quam habet pro ſe, ,
quia dicens, bona, vel ipſorum
pretium non ſufficere, transfeit onus
probandi in aduerſarium, producit
40 in promtu apteleuia ſoluta parum an-
te dotationem, ex quibus probatur
verum pretium, & ad locationem an-
nuorum ducat. . . . dictæ Terræ,
quam affert actor; pro nunc opponi-
tur, quod debet actor oſtendere, fuiſ-
ſe exactam dictam penſionem, quia
ſicuti ſimplex locatio nõ probat poſ-
ſeſſionem ſine actuali ſolutione, ita
41 pari ratione non probat pretium,
quod ex vero reddiru, non ex inſtru-
mento locationis colligitur, ſicut ne-
que ex ſingulorum affectione, ſed ex
vera, & communi æſtimatione proba-
tur, & in termino docebitur, quod di-
cta locatio fuit fiduciaria, & ſimulata
facta ad alium finem, & nullum vn-
quam habuit effectum; ex quo ſaltim
negari non poteſt, quod reditur hoc
factum dubium, & controuerſum, do-
nec ex vtriuſq; probationibus veri-
tas appareat, nam per negationem
42 facti efficitur res dubia, *l.* 3. cum con-
cord. *in Gloſſ. in verbo dubium, C. qui-
bus ad libert. proclam. non licet,* præ-
ſertim, cum nõ eſt omninò, & euidẽ-
ter calumnioſa, quæ tunc dicitur, cum
negatur factum euidens, & notorium
vt ſi quis negaret, *Bulgarũ, vel Azonẽ*
mortuum, vt exemplificat *Angel. in l.*
1. *ff. de tranſact.* vel ſi negetur, adeſſe
ſcripturam, quæ tamẽ legitur in actis,
vt notãt *DD. in l.* 1. *C. de procur.* vel vt
dicit *Bald. ibid. in fine,* quod tunc ne-
43 gatio facit rem dubiam, quando fit
in principio cauſæ, vel etiam in me-
dio, cum res eſt liquidanda, ſecus ſi in
fine, poſtquã contrarium apparet per
probationes, & ſic negotiũ eſt liqui-
datum, quod clarè probatur *in d. l. poſt
rem* 11. ibi *ſi agatur iudicatũ, vel igno-
rari poteſt, vbi DD. omnes, C. de tran-
ſact. & in l.* 1. *ff. de tranſact.* cum alijs
per *Socin. regul.* 275. vnde ſtante du-
bietate facti liquidandi, compromiſ-
ſum vigore ſtatuti denegari non po-
44 teſt, quod propriè ſuper facto dubio,
non ſuper quæſtione iuris clara, con-
cedi debet, vt per *Bald. in l. ancillæ
in* 3. *notab. C. de furtis,* D. *Capyc dec.* 7.
cum alijs congeſtis per *Blanc. in d.
tract. quæſt.* 4. *in princ. n.* 3. *cum ſeqq.*
& per *Plotum in l. ſi quando nu.* 165.
C. vnde vi, vbi dicit, tũc ceſſare com-
promiſſum, quando partes omninò
eſſent in facto concordes, vt vltrà cõ-
trouerſiã facti ſuper pretio Agrotta-
riæ, eſt & altera ſuper quãtitate one-
rum, ſeù debitorum vtriuſq; parentis,
quæ prętendit Marchio aſcendere ad
magnam ſummam, & in iure plures
reſultant articuli diſcutiendi, non cla-
ri, & certi, ſed valdè difficiles, & du-
bij ob varias DD. opin. quæ tanti fue-
runt, vt inde ſint ortæ, nedum diuer-
ſę, ſed etiam cõtrariæ deciſiones eiuſ-
dem S. C. & in primis, vt verè digno-
45 ſcatur, quæ ſit dos inofficioſa, ad in-
tellectum *tit. C. de inoffic. dotibus,* dicit
Bald. Nouell. quod d. tit. à pleriſq; malè
intelligitur, & habet aliquid difficul-
tatis propter varios intellectus, vt ipſe
dicit, *de dote, part.* 1. *c.* 55. *verſ. quæro
quando dicatur, & in fine:* occurrit
deinde in hac cauſa diſcutiendus ille
46 articulus, vtrum Marchio poſſit con-
quæri de inofficioſa dote, ſorori con-
ſtituta, conſtante matrimonio, vel iã-
tùm

Digitized by Google

tùm ipſo ſoluto, in quo licet *Afflict.* dicat deciſum negatiuè *deciſ.* 86. cótra tamen illius opin. tenet *Dom. de Franch. deciſ.* 104. vt poſſit etiam cóſtãte matrimonio, præſertim excipiẽdo, *Vrſillus* verò in *d. deciſ.* 86. latè inuehit contra *Afflict.* & deinde conatur diſtinguere. Cadit etiam alius
47 articulus, vtrũ Marchio minor dotãs immodicè ſororẽ, mediante tutrice, ſi fuit læſus, reſtituatur, in quo cadit inſpectio facti, an vir ſororis fuerit dignus tanta dote, de quo per *Bald. conſ.* 108. *lib.* 1. de quo agit *Natta* latè *cõſ.* 658. & an iſtud paragium poſſit excedere legitimam, nec nè, & tranſcendere vſque ad virilem; quæſtio ſatis dubia, quæ dependet etiam à cognitione facti, vtrũ fuerit ampla, vel tenuis hæreditas patris, & in liquidatione iſtius paragij eſt videndum, an ſint connumerandi omnes ſeptem filij, vt prætendit Marchio, vel ſolùm quinque, quia reliqui deceſſerunt ante matrem, vt prætendit conuentus: inſuper prætendit actrix, augeri paragium ex rata partium competentium ſuper bonis parentum,
48 fratribus prædefunctis, quia Conſtitutio Regni non habet locum in ſucceſſione fratrum, etiam in eiſdem bonis, ad tradita per *D. de Franch. deciſ.* 87. *&* 171. *Ann. alleg.* 81. prætendẽte Marchione in contrarium, quod cum non adſit in hæreditate parentum, niſi ſolum feudum, quod ſit feudum liberatum ab onere vitæ, & militiæ per mortem fratrum ad ſui ſolius primogeniti commodum: occurrit etiam articulus inualiditatis, ſeu inefficaciæ decreti S. C. interpoſiti ſuper dotatione, veluti ſine cauſæ cognitione, & præter intentionem iudicãtium, quibus fuit obreptum, & ſubreptum, cum nũquam decretũ interpoſuiſſent, ſi conſtitiſſet de tali inofficioſitate, & læſione: & demum, cum Marchio exhibuerit vinculum adiectum ſuper dote materna tempore conſtitutionis dotis, quo ſtante prætendit, illius virtute non potuiſſe matrẽ aliquem ex filijs meliorare; actrix inficiatur voluntatem, & poteſtatem dotãtium, qui tale vinculum dotationi adiecerunt: ſuper quibus iuris arti-
49 culis controuerſis, cum æquiparentur quæſtionibus facti, dicunt DD. omninò compromiſſum eſſe faciendum, potiſſimè cum habeant maximã facti miſturam, vt per omnes *in l. cum proponas, C. de rebus creditis*, latè *Iaſ. conſ.* 35. *num.* 1. *lib.* 1. *in l.* 1. *num.* 19. *ff. de tranſact.* cum concord. per *Blãc. in d. quæſt.* 4. *in princip. nu.* 1. 2. *&* 3. *verſ. nec obſtat*, quinimò plus dixerũt
50 *DD.* quod ſi negetur inſtrumentum eſſe liquidum, vt ſit locus cõpromiſſo, iſte articulus, vt cognoſcatur, ſit, vel ne liquidum, & an ſit locus compromiſſo, compromitti debet, *Bart. Fulgoſ.* qui ita dicit iudicatũ de facto, *Caſtr. Alex.* D. *Anton. de Alex. et Iaſ. num.* 21. *in l. penult. C. de pactis*, *D. Capyc deciſ.* 7. *in princ.* cum concord. per *Plotum in l. ſi quando, n.* 154. vbi hoc declarat *n.* 263. *C. vnde vi, & Blãch. d. quæſt.* 4. *n.* 21. *ad* 22: & præſertim in *verſ. & quod cauſa, Arnonus cautel.* 6. *poſt Gramm. ſuper d. Pragm. num.* 17.

Quoad ſecundam exceptionẽ, ceſſare compromiſſum, ex quo agitur de dote, & intereſſe dotium, quod ſuccedit loco alimentorum, in quibus ceſſat compromiſſum, dicimus etiam in
51 dote habere locum ſtatutum de cõpmiſſo inter coniũctos, vt vltrà *Alex.* in terminis *d. conſ.* 166. *lib.* 2. concludit diſputando *Grãm. in noſtra Prag. n.* 9. *Blanc. d. q.* 4. *in princ. n.* 20. *verſ. cauſa dotis*, vbi ſubijcit ex *Corn. & alijs*, rationem, quæ plurimum ſupradicta confirmat, quia in cauſa dotis debent interuenire ſubſtantialia iudicij, & more aliorum iudiciorum tractetur præuio libello, litis cõteſtatione, & alijs, & quia ſit plenum præiudicium, & ſequitur *Surdus de alimẽt. tit.* 8. *priuil.* 56. *num.* 34. *&* 35. & hoc
52 præſertim cũ generale ſtatutũ comprehendat cauſam dotis, quæ in illo caſu

caſu non reperitur ſpecialiter priuilegiata, ad latè congeſta per *Tiraquell. in 1.tract. §.1. Gloſſ.14.n.96. ego verò*, nec obeſt, quod intereſſe dotis ſuccedat loco alimentorum, in quibus ceſſat compromiſſum, ergò & in do-
53 te, quia vltrà quod hæ argumẽtationes, dos ſuccedit loco legitimæ, legitima ſuccedit loco alimentorum, & proinde dos ſuccedit loco alimentorum, non ſunt ſimpliciter, & indiſtinctè verè, & præſertim, vbi contrarium reperitur iure expreſsè deciſum, vt in caſu noſtro, quod bene docet *Euerard. loco à dote ad alimenta*, & patet ex traditis per *Loffred.*

54 Præterea, ſicut in dote in ſpecie dicunt *DD.* habere locum compromiſſum neceſſarium vigore ſtatuti, ita quoque in alimentis, quia quæ fiunt neceſſariò vigore ſtatuti, non regulãtur ſecundùm ea, quæ fiunt volunta-
55 riè per partes, & quia arbitri iuris ſuccedunt, vt authoritate *Specul.* & aliorum, rectè concludit *Blanc.d.q.4. num.19.* quem latè ſequitur *Surd.de aliment d.tit.8.priuil.56.n.33.& 36.*

Quoad tertiam, & vltimam exceptionem, quod agatur de paragio ſuper feudo, & ſic de re feudali, clara eſt reſponſio, quod hic non negatur, deberi paragium, ſed agitur de quanti-
56 tate paragij, quo caſu habet locum *Pragmat. noſtra de Compromiſſis inter coniunctos*, & deciſum teſtantur *Afflict. deciſ.43. Minad. deciſ.3.* ex quibus omninò locus eſſe debet petito compromiſſo, vt Pragmat. tam fauorabilis incorrecta remaneat.

DECISIO.

Die Sabbati 5. Nouembris 1611. referente Dom. Conſil. Georgio cum Domino Didaco Lopez, & Domino Aloyſio Xaraua, fuit confirmatum primum decretum, ex tempore, & feſtinanter latum, his non allegatis *quod procedatur in S.C. petito compromiſſo non obſtante*, & moti fuerunt, vt accepi, quia capitula matrimonialia, de quorum ſenſu, & validitate agebatur, fuerant confirmata mediante decreto S.C. & ſic inconueniens viſum fuit permittere, vt arbitri reuiderent prouiſa per S.C. & etiam quia inſtrumentum de per ſe erat liquidum, licet per oppoſitionem partis redderetur illiquidum.

FINIS.

IN

DECISIONES PRAETERMISSAE.

AD CONTROVERS. XIV. DECISIO.

Huius Controuerſiæ Deciſio fuit pro altera parte prolata,verùm fuit interpoſita reclamario,quæ adhuc permanet indeciſa.

AD CONTROVERS. XXXVII.

In hac controuerſia ad Deciſionem vſque non fuit progreſſum.

DECISIO CONTROVERS. LIII.

Vbi plures aliæ deciſiones ſubnectuntur, diſtinctis caſibus in materia Prælationis competentis tam Vniuerſitatibus, quàm Baronibus, & condominis in venditione vniuerſi Caſtri, & etiam iuriſdictionum particularium, vbi fortè caſus quidam noui ſubijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *D. Hectoris Capycij Latro R. Conſil. laudes.*

2 *Deciſio R. Cameræ lata ſuper Controuerſia Quinquageſima tertia.*

3 *D. Petrus Iordanus Vrſinus S. Neap. Conſilij Præſes laudatur.*

4 *Terminus, ſiuè dilatio ad probandum ſæpè concedi ſolet in ſupremis Tribun. Neap. etiam in cauſis in puncto iuris, vbi allegatur aliqua facti miſtura. Et deciſiones recenſentur num. 5. & infra art. quinto, n. 25.*

6 *Vendito Caſtro cum iuriſdictione, tam à Rege directo domino, quàm à Barone ipſius vtili domino, receptum eſt, competere vniuerſitati ius prælationis, vt ſoluto pretio admittatur ad Regium demanium.*

7 *Demanij petitio iure prælationis competens Vniuerſitati Caſtri venditi, vnius anni interſtitio finitur.*

8 *Reſtitutione in integrum etiam Vniuerſitatibus denegata poſt anni lapſum, ex Pragm. Regni d. anno 1588.*

9 *Tempus petendi demanium iure prælationis, olim ante Pragmaticam diuerſimodè ſtatutum.*

10 *Decreti forma conſueta in concedendo prælationem pro demanio Vniuerſitatibus.*

11 *Demanium introductum ſiuè ex principijs iuris, non principaliter, ſed cauſatiuè, ſiuè potius ex conſuetudine, præter, vel etiam contra iuris principia, num. 15.*

12 *Vaſſalli demaniales poſſunt ſe opponere fiſco alienanti, dicendo, nolle eſſe Baronis, & exaudiendi ſunt pro vtriuſque commodo, num. 13. 19. & 21.*

14 *Vniuerſitates admiſſæ iure prælationis ad demanium, eximuntur à pluribus ſeruitijs, & oneribus.*

16 *Conſuetudo tribuens retractum, ſiuè ius prælationis ad conſequendum demanium, ortum habuit, & ſubſtinetur ex iure competenti ipſi Regi.*

Digitized by Google

17 *Prælatio,ſiuè retractus competens directo domino, cedi non poteſt.*

18 *Ius prælationis ex quibus arguatur in fraudem propoſiti,remiſſiuè.*

20 *Conſolidatio vtilis dominij cum directo,vtilis ob diuerſos effectus.*

22 *Demanij petitio, directo domino non aſſiſtente, & fortius contradicente, ceſſat.*

23 *D.Regens Camillus de Curte doctiſſ. meritò appellatur ab eruditiſſ. D. Garzia Maſtrillo.*

24 *Demanij petitioni procurator fiſci directi domini,non debet de facili conſentire,niſi rectè libratis viribus, & qualitatibus Vniuerſitatis, & quæ requiſita concurrere debeant.*

25 *Ciues aliqui interdum prætendunt demanium non bono animo, & zelo libertatis, ſed ad priuatum commodum,vt pauperes opprimant, & bona patriæ vſurpent.*

26 *Domania non omnibus terris, ſiuè Vniuerſitatibus congruunt, ſed quibuſdam proſunt, alijs verò maximum damnum inferunt. Et plures ob obtentum domanium, fuerunt coactæ iterum in dominium Baronum redire, num.27.*

28 *Prælatio nulla competit Baroni, contra quem terra ſubdita obtinuit domanium,remiſſiuè.*

29 *Ciues particulares, quinimò vnus ex ipſis propio ære poteſt ad libertatem per viam demanij proclamare, etiam alijs contradicentibus.*

30 *Ciuis, qui obtinuit demanium, ceteris contradicentibus, abſque ſpe repetendi pretium ab Vniuerſitate, vtrum hoc non obſtante repetere poſſit vtiliter expenſa, D. Rouitus concedit,ſed hic negatur, & n. 33.*

31 *Vniuerſitas integra, vel ipſius maior,& ſanior pars debet concurrere, vt concedatur petitio demanij, & ita admiſſa.*

32 *Deciſio nouiſſima ſuper ſeparatione caſalis Palmæ à terra Seminaria quoad iuriſdictionem,recenſetur.*

ARGVMETVM

Primi articuli.

De iure prælationis pro conſequendo demanio, competenti Vniuerſitati terræ,vel Caſtri intra annum, tam in venditione,ſiuè infeudatione, quæ fit per Regem directum dominum, quàm per Baronem,cum Regis aſſenſu;an iure ſit introducta,& ſuſtineatur, & quo iure, vel potius de conſuetudine prẹter, vel contra iuris principia; quæ concurrere debeant, vt iuſtè concedatur, etiam vni ex ciuibus, alijs contradicentibus: ex quibus cauſis ſit deneganda,& num cedi poſſit. Terminus quando denegari poſſit in cauſa conſiſtenti in puncto iuris, quæ omnia ad veram praxim varijs deciſionibus etiam nouiſſimis exornatam,deducuntur.

PRIMVS ARTICVLVS.

PLacet hoc loco huius controuerſiæ exitū cōmemorare, qui ſanè is fuit,vt cum cauſa ceciderim,id ego certè minus grauatè tulerim; nam vt ille ait;Eſt etiā vbi profectò damnum præſtet facere, quàm lucrum. Cum enim in hac controuerſia pro aduerſario contra me
1 ſtetiſſet D. Hector Capycius Latro celeberrimus id tēporis cauſarū patronus,nūc vero meritiſſimè Regius Cōſiliarius,vir ſanè tū gētilitia nobilitate præclariſſimus,tū iuris totius,ac legū ſciētia præſtātiſſimus,tū morum amœnitate ſuauiſſimus,tū mihi deniq; amicitiæ arctiſſimo vinculo,ac propinquitate coniūctiſſimus;ea re factū eſt, vt quā ego in ea pugna cladē accepi, victoriæ omnino loco reputauerī. De-
2 cretū fuit latū, referente Præſide Salutio die 13.Septembris 1613. confirmando aliud decretum iamdiù latum, his non diſcuſſis, ſub die 25.

Octo-

Octobris 1605. Et prouiſum, renouari banna pro venditione dictæ venditionis ſecundarum cauſarum criminalium caſalis Ciuranorum, in proceſſu penes Claudium de Mayo, hodie Carolum de Maria, inter Regium Fiſcum, & Alphonſum de Antinoro fol. 88. Et cum licitando vicerit poſtea Dom. Princeps Abbellinatum Camillus Caracciolus, quem tuebar, cui fuit addicta iuriſdictio prædicta ad rationem ducatorum duodecim pro quolibet fumante, liquidatis pro nunc iuxtà vltimam numerationem anni 1595. in focularibus centum, & octo, ſaluo iure Regij Fiſci, quatenus conſtiterit de maiori numero, vt ex decreto 16. Octobris 1613. fol. 97. re-
3 ferente Doctiſſimo, integerrimo, chriſtiana pietate inſigni, & omnibus numeris abſoluto I. C. Hyſpano Nobiliſſimo Petro Iordano Vrſino, tunc Reg. Cam. Præſide, hodie vero poſt ſupremos Magiſtratus, in Præſidem S. C. & Viceprothonorarium meritiſſimè aſſũpto. Et cũ exequuto decreto & poſſeſſione capta per Principẽ, Antinorius in licitatione victus petijſſet præferri in dicta emptione ſecundarum cauſarum, tamquam vtilis dominus primarum, & prætendiſſet, articulum dictæ prælationis, veluti in mero puncto iuris conſiſtentem, expediri abſque termino; contrarium tamen fuit deciſum, facto verbo in Regia Camera 26. Febuarij 1614.
4 fol. 100. & conceſſus terminus Principi, qui dicebat, non deeſſe miſturam multiplicis facti, qua ratione rarò practicatur in noſtris tribunalibus *doctrinã Innoc. in c. cum inter, de electione, cũ alijs per Dom. de Frãch. deciſ. 221. num. 12. & 262. in fin.* ſiquidem vbicumque opponitur adeſſe aliquod in facto, quod prodeſſe poteſt petenti terminum, ſaltim exhibitis articulis, ex quibus aliquid in facto reſultat probandum, conducens ad cauſæ victoriã, & quo præuio faciliùs alter ex litigantibus obtinere poſſet in puncto iuris, non negatur terminus
5 regulæ inhærendo, & ita deciſum, & conceſſus terminus in cauſa conſiſtenti in mero puncto iuris, teſtatur *Ann. ſing.* 470. & in cauſa Ducis Laurenzani cum Duce Grumi die 27. Martij 624. referente Dom. Conſil. Iacobo de Franchis, in banca de Izzo petente Duce Grumi terminum, fuit iuſſum quod exhiberentur articuli ad finem prouidendi. Et compilato proceſſu in præſenti cauſa, licet in termino pro Principe nihil in facto fuerit deductum, Antinorius tamen ratus ſufficere ſibi profuiſſe Fiſco, amplius non inſterit pro expeditione dicti articuli prelationis, & ſic pendet hucuſque indeciſus, & meo quidem iudicio nouus eſt, & pulcher articulus, qui (ni fallor) non eſt deciſus, nec ab aliquo, quem viderim, propoſitus, nec diſputatus.

Siquidem DD. in hac materia prelationis in venditione Caſtri, aut iuriſdictionis, vel egerunt de prælatione competenti ipſi Vniuerſitati Caſtri, vel terræ venditæ cum tota curia, & integro ipſius ſtatu, *ad Gloſſ. in §. ex ead. lege, De lege Corradi, vbi Iſern. & DD.* & nuncupatim *Afflict. in 2. notab. num. 7. cum ſeq.* vbi latiſſ. Et primò quidem frequẽtiori calculo itum
6 eſt in affirmatiuam ſententiam, vt tam Rege, eodemque directo domino vendente terram demanij, quàm etiam Barone vtili domino alienante cum Regio aſſenſu vtile dominiũ quod habet in Caſtro ſemel alienato, & per infeudationem ſeparato à Regio demanio (licet in primo caſu maior fuerit rario, quàm in ſecundo, rationibus conſideratis *per Dom. Reg. de Curte loco mox citãdo, num. 39. 40. & 44.*) admittatur Vniuerſitas ad conſeruandum ſe ipſam ſub Regio demanio, ſiuè Regis dominio imme-
7 diato, intra annum tamen, ex mente *§. Titius, ſi de feudo defuncti militis,* idemque in rettactu de iure canonico, *c. conſtitutus, de in integr. reſtit.* & in

certo caſu, ex *conſtit. Regni Sancimus*
in §. ſcriptum eſt, & generaliter in iu
re congrui ex *Conſuet. Neapol. incip.*
Si quis emit, de iure congrui, & ſic fa-
cultas competens domino ad reuo-
candā alienationem factam à vaſſal
lo, durat anni ſpatio, *c. 1. §. porrò, qua-*
liter olim feud. alien. pot. quæ annalis
præſcriptio eſt tam frequens in iure,
vt in dubio ſtatutum, etſi certum tem-
pus non contineat ad retrahendum,
anno tamen facultas perimitur, quia
annus competens dicitur omnibus re
bus agendis, latiſſimè *Tiraquell. in*
primo retract. §. 1. Gloſ. 10. ex num. 3.
cum ſeq. cum concord. latè congeſtis
per Andr. Knichen de iudicio iuriſdi-
ctionali, cap. 5. num. 183. cum ſeq. &
alijs in terminis *per D. Reg. Moles de*
demanio vniuerſ. quæſt. 16. ex num.
13. per D. meum Reg. de Curte d. loco
8 *citando*, qui meminit de Pragmatica
Excell. Comitis Mirandæ de anno
1588. qua ſublatum fuit Vniuerſita-
tibus, vt nec etiam per viam reſtitu-
tionis in integrum admitti poſſint, ra-
tionibus conſideratis per *Dom. Reg.*
Rouitum ſuper dicta pragmatica 64.
de offic. procur. Cæſar. num. 5. 10. & 11.
& fuit ſublatum arbitrium, quo tem-
9 pus ad retrahendum ſtatuebatur di-
uerſimodè arbitrio Collateralis Con
ſilij, vt teſtatur *Anna in repet. conſtit.*
num. 261. in fin. Rouitus ſuper dicta
pragmatica 64. num. 6. Quod fuit
practicatum in demanio terræ Sum-
mæ ſub Excell. Ducæ Oſſunæ primo
huius nominis Prorege (qui præceſſit
in gubernio Comitē Mirandæ au-
thorem Pragmaticæ) dum fuit admiſ-
10 ſa ad ſe redimendum, ſoluto pretio
emptori vnà cum intereſſe, compen-
ſatis in eo fructibus ex terra percep-
tis pro concurrenti ſumma, vt pluries
deciſum, & practicatū nouimus ex re-
latis *per D. de Franch. in vulgata dec.*
17. ſub n. 2. & D. Reg. Moles d. q. 16.
artic. 6. verſ. ſed his non obſtantibus
11 quod ſiuè ex principijs iuris deduci
poſſit, vt nonnullis placuit, arg notat.
per Gloſſ. in l. inuitus ff. de fidecomm.
libert. & per Io. Fabr. in §. dominus,
inſtit. de noxalib. inducendo illum
textū, vt doctè illum expendit *Dom.*
meus Reg. de Curte in prima parte de
feudis, cap. 3. incip. licet autem veriſſi-
ma, num. 42. & eorum, quæ notantur
in l. 2. ff. ſi liber ingenuus eſſe dicatur,
in l. 2. C. de patribus, qui filios diſtrax.
cum alijs *per Dom. Reg. Moles dict. q.*
16. de demanio, ex n. 5. & Maſtrill.
loco citando, num. 12. cum ſeq. ſiuè
hoc non principaliter competat vaſ-
12 ſallis, ſed ſolū cauſatiuè, cū homo de-
manij poſſit ſe opponere Fiſco alie-
nanti, dicendo (nolo eſſe Baronis) ex
dict. *per Iſern. in §. nec dominus, l. Im-*
periale, citatum per *Annam alleg. 27.*
num. 19. cum alijs per Maſtrill. conſ.
vnico, poſt prim. part. deciſ. num. 49.
& cum Regis non interſit, habere po-
tius pecuniam ab emptore, quàm à
vaſſallis Caſtri infeudati, non videtur
13 reſpuenda oppoſitio vaſſallorum pe-
tentium ſine Regis damno, immò
cum vtriuſque Regis ſcil. & Caſtri
compendio, & vtilitate, conſeruari
ſub ipſius immediato dominio, *Re-*
gens Moles d. quæſt. 16. Maſtrill. ibid.
num. 49. ante fin ex quo vniuerſita-
14 tes liberantur ab onere præſtandi
plurima ſeruitia, adiutoria, & colle-
ctas, vt aduertit *de Franch. dicta de-*
ciſ. 17. num. 3. Maſtrill. loco prædicto
num. 15. cum & ſerui appellari poſ-
ſint vaſſalli Baronum, vt dicit *Moles*
d. num. 21. & ratio vitandę oppreſſio-
nis vaſſallorum, præcipuè conſiderata
fuit in hac materia, *Moles ibid. num.*
15 *30. verſ. his omnibus*, ſiuè hoc ius prę
lationis ſit inductum potius ex con-
ſuetudine, tametſi præter, vel etiam
contra iuris principia, vt omnium op-
timè probat *Dom. meus de Curte d. c.*
3. num. 47. 54. & 68. in fin. poſt Ca-
mer. Loffred. & Ann. ab ipſo citatos, &
Reg. de Ponte de diuerſ. prouiſ. §. 1. ex
16 *num. 1. cum ſeq. & num. 14.* quæ con-
ſuetudo poteſt ſuaderi, vt ortum ha-
buerit, & ſubſtineatur ex iure compe-
tenti

tenti ipſi Regi ratione ſui directi do-
minij, vt bene aduertit *D. Reg. Moles*
d. q. 19. art. 1. verſ. ex alio etiam, cum
licet exerceri videatur, & intentari
ius prælationis ab ipſa Vniuerſitate,
non ab ipſo Rege, eodemque directo
domino, vnde ex regulis iuris non
videatur poſſe cedi hoc ius prælatio-
nis ab ipſo Rege ad beneficium vni-
17 uerſitatis, cum ius directo domino
competens non ſit ceſſibile, vt *per D.*
de Franch. deciſ. 226. cum alijs con-
geſtis à *Surd. conſ. 205. num. 25. lib. 2.*
& generaliter in quolibet retractu,
quod cedi, nec vendi poſſit, latiſſ. pro-
bat *Giurba deciſ. 51. ex num. 5. & 8.*
18 *vbi num. 11.* recenſet, ex quibus ar-
guatur, ius prelationis pro alio in frau-
dem intentari; attamen re vera ipſũ
19 exercitium, & effectus prælationis
operatur, & vergit non minus in be-
neficium ipſiuſmet Regis, quàm vni-
20 uerſitatis ex conſolidatione vtilis do-
minij cum directo, vt notat *Dom.*
meus de Curte dicto loco, num. 65. quæ
eſt nimis fauorabilis propter diuer-
ſos effectus vtiles Regiæ Coronæ, *l.*
66. §. fundo ff. de legat. 2. & in feudis
additio ad Iſer. in cap. 1. num. 3. verb.
chimera, de inueſtit. de re alien. facta,
& in cap. 1. §. ex quo non ſeruit, de feu-
do ſine culpa non amitt. D. Capyc. de-
ciſ. 166. num. 1. in fin. & propterea iu-
21 ſtè pro Vniuerſitate Rex ad ſui com-
pendium aſſiſtit petitioni demanij,
22 adeo, vt Rege, ſiuè eius Fiſci procu-
ratore nõ aſſiſtente, vel coadiuuante,
& fortius contradicente, demanij pe-
titio ceſſet, vt practicatum teſtatur
Anna in repet. conſtit. num. 261. in
fin. ſed omnium optimè conſiderat
Dom. meus de Curte d. c. 3. n. 47. vſq.
23 *ad num. 55.* quem meritò ſequitur, &
doctiſſimum appellat, *erudiſiſſ. D.*
Garzias Maſtrillus dicto conſil. vnico
poſt primam partem aurearum deciſ.
Sicil. num. 15.

Maturè autem, & cum maxima diſcre-
24 tione debet ſe gerere patrimonij
Regij Aduocatus, vt non ſemper, &
abſque delectu petitionibus dema-
niorum aſſiſtat, niſi rectè libratis, &
perpenſis viribus, & qualitatibus ip-
ſius Vniuerſitatis, vt terra ſit nedum
viribus potens, & vberes habeat in-
troitus ex proprijs bonis, vel ex cor-
poribus feudalibus, quæ per dema-
nium à Barone transferũtur in ipſam
vniuerſitatem, iuxtà conſiderata *per*
Dom. Reg. Moles dicto loco, artic. 5. §.
6. verſ. ſed his non obſtantibus, Rouit.
in dicta pragm. 64. num. 14. cum ſeq.
vſque ad num. 20. & apta ad conſer-
uandum demanium pro futuro tem-
pore, & non exigua, ſed magna, & ta-
lis conditionis, in qua timeri non poſ-
25 ſit, vt ſub prætextu demanij dilacere-
tur ab aliquo proteruo ciue, ſeù No-
tario, qui ſub vſuris quærat pecu-
niam, vt duo, vel tres ex potentiori-
bus alios decorticent, ſub falſa cauſa,
& pauperes quotidie grauentur, quod
pluribus terris eueniſſe teſtatur, &
experientia quotidie compertum aſ-
ſerit, *Freccia de ſubfeud. lib. 2. auth. 2.*
poſt num. 26. verſic. præſertim ſi ali-
qua, cart. 272. in nouiſſ. D. Rouit, dicta
pragmatica 64. num. 19. de Ponte de
diuerſ. prouiſ. in argumento §. diſpen-
ſant, num. 16. vnde generaliter à com-
26 muniter accidentibus demania, quæ
in magnis Ciuitatibus, & terris, quæ
nobiles, bonos, & generoſos habẽt ci
ues, qui pugnãt pro beneficio patriæ,
vt vidimus paucis ab hinc annis in ter
ris Seminarię, Tropeę, Tabernę, Amã-
theæ, Graniani, & alijs redemptis o-
pera piorum ciuium magno pretio
pro conſeruando demanio; ſi ſecus
eueniat, vbi vires non ſuppetunt, &
proterui ſint ciues, vt euenit in locis
paruis, totum reſultat in ipſarum per-
niciem, & exitium, vt benè aduertit
idem Dom. de Curte d. cap. 3. in fin.
num. 74. & 75. Maſtrill. dicto conſ.
vnico, num. 45. vbi poſt num. 46. pro-
bat, nullum Regis beneficium, ſed po-
tius damnum conſiderari in dema-
nijs, vt nos latè allegauimus ꝑ Fiſco
Regij patrimonij *in tract. de Reuoc.*

demaniorum, & vidimus nos plures
27 terras ob impotentiam coactas iterum petere ſeipſas vendi. Nec vllum
28 competere ius prælationis Baroni, contra quem terra ſubdita obtinuit demanium, benè probat *Reg. de Ponte d. §. 1. ex num. 16. ad finem, carta* 578 Et tria ad demanium neceſſaria, ſcil. voluntas vniuerſitatis intra annum explicata, ſecundò, quod uires ſuppetant, & tertiò quod expediat Regi illam ſub ſuo demanio retinere, aduertit *Moles dicto loco, art. 1. num. 33. verſ. hæc autem omnia.*

Vnde petentibus ciuibus particularibus demanium, pluries fuit iudicatum, ip-
29 ſos eſſe admittendos, quinimò quod vnus tantum de populo poſſit ad libertatem patriæ proclamare, cęteris etiam contradicentibus, dum tamen iſte integrum onus in ſe ſuſcipiat abſque vlla ſpe repetendi ab vniuerſitate, docet *Dom. meus de Curte d. cap. 3. num.* 70. quod tamen temperat *D.*
30 *Rouitus*, vt poſſit tantùm repetere quod exſoluit pro rata pretij iuriſdictionis, quæ per demanium reincidit in manus Regiæ Curiæ, in quo ſentit beneficium integra vniuerſitas, ac prò rata expenſarum legitimè erogatarum in proſequutione litis, cuius *D. Rouiti* dicto accedere non poſſum, vt qui ſciam, ad obtinendum demanium neceſſario requiri,
31 quod integra vniuerſitas, vel ſaltim maior, & ſanior pars velit admitti, & propterea ceſſante voluntate, ceſſabit demanij petitio, & admiſſio, *ex Gloſſ. in l. Nulli, & l. planè ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom.* & fatetur latè *idem Rouitus ibid. num.* 13. Et fuit
32 nouiſſimè deciſum per Regiam Cameram 30. Iulij 1635. confirmando aliud præcedens decretū pro Ciuitate Seminariæ in ſeparatione, & venditione caſalis Palmæ; vbi non obſtante concluſione dicti caſalis, in qua renunciauerat demanio iam obtento per dictam ciuitatem pro ſe, & caſalibus, petendo ſeipſum vendi certo domino D. Ill. Marchioni Arenæ Scribę rationis, Equiri non minus genere, quàm præclaris virtutibus nobiliſſimo; donando pretium demanij S. M. adhuc fuit iudicatū, quod antequam agatur de capienda poſſeſſione, exploraretur voluntas dicti caſalis, penes Actuarium Io. Baptiſt. Salomonem: vnde licet ſpeciali fauore
33 libertatis concedatur aliquibus, vel vni ex ciuibus pro ſuo commodo, & placito ad demanium aſpirare, id totum fieri debet proprio petentis ſumptu; alioquin ſi participaret de pretio iuriſdictionis, & eſſent ſibi expenſæ reficiendæ, per indirectum repeteret ab vniuerſitate, quod contra ipſius voluntatem obtinuit, & fortè in dānum ipſius, quod frequenter accidere probat *Dominus Rouitus poſt Frecc. & Dom. de Curte, ſuper d. prag. num.* 19. & ſatis damnum præſumitur, cum id fit contra vniuerſitatis voluntatem, argum. *l. fin. ff. de vſu, & habit.* qui tex. eſt de peculiaribus *Iſern.* cum eum ſæpiſſimè citet, vt locos congerit *Epiſc. Lipar. ad eundem, in cap. 1. verſ. & ſi dominus, num. 9. in fin. in addit lit. F. de milite vaſſallo.*

SVMMARIVM.

1 *IVs prælationis ad demanium, vendita vniueſitate Caſtri cum iuriſdictione cohærenti, an competat etiam vendita aliqua iuriſdictionis ſpecie ſine vniuerſitate Caſtri, num. 3. & 5. caſus iſte magis dubitabilis, & quare num. 7. & 9.*

2 *Iuriſdictio vt plurimum velut Caſtro cohærens, cum ipſo Caſtro in feudum conceſſa poſſideri ſolet.*

4 *Caſtrum eſt quid vniuerſum ſaltim facti.*

6 *Curia Regis infeudat iuriſdictiones ob bellorum impenſas.*

8 *Libertas eſt populorum ſub Rege viuere.*

10 *Prælatio in venditione vnius particularis iuriſdictionis, remanentibus ſub-*

ſubditis ſub dominio Baronis, parum vtilis.

11 *Ratio eadem partis quoad partem, quæ totius ad totum.*

12 *Ratio eadem vbi militat, idem ius ſtatuendum, quamuis maior in vno caſu, quàm in altero.*

13 *Libertatis fauor maximus.*

14 *Subiectio arguit, & producit grauamina, & onera.*

15 *Vaſſallorum intereſt, quod minor ſit quantum fieri poteſt, iuriſdictio Baronis.*

16 *Baro iuridictionis criminalis ſi malè tractet vaſſallos, Baro iuriſdictionis ciuilis poteſt illos defendere.*

17 *Vniuerſitates, & Caſtra infeudata admittuntur ad ſe redimendum etiam in venditione iuriſdictionum particularium, & ita pluries deciſum, & inductà conſuetudo ſic iudicandi, num. 20.*

18 *Deciſio in cauſa terre Seminariæ cõtra Ducem, relata per D. de Franchis, quare proceſſit denegando prælationem vniuerſitati in venditione ſecundarum cauſarum.*

19 *Demanij petitio, ſiuè prælatio ceſſat lapſo anno, & concurrente acquieſcentia vniuerſitatis.*

21 *Conſuetudo præſcripta iudicandi, qua declaratum eſt, competere Vniuerſitatibus prælationem etiam in ventione vnius particularis iuriſdictionis, deuiat à iuris principijs.*

22 *Baro propriè dicitur, habens iuriſdictionem ciuilem.*

23 *Conſuetudo in hac prælationis materia, iuris Longobardi potius exemplum eſt ſequuta, quàm iuris communis regulas.*

24 *Vniuerſitas præfertur in venditione iuriſdictionis particularis, quæ fit à Barone alteri condomino.*

25 *Deciſo R. Cameræ in caſu Baronis Saluiæ refertur, quod Baro habens ciuilem præferatur omnibus extraneis in venditione criminalis, vel ſimilis iuris, quod vel à R. Curia, vel à condomino vendatur.*

26 *Diuiſio iuriſdictionis adminiſtrandæ, in vaſſallorum damnum plura parit abſurda.*

27 *Subditorum intereſt, pluribus Dominis non eſſe ſubiectos.*

28 *Prælatio oritur ex dominio, vnde prælationis effectus, puta in emphiteuſi, & in retractu cõgrui, nõ modò in eadẽ re, ſed etiã in vicina, n. 29.*

30 *Communio, ſiue in rei dominio conſortium operatur, vt habens maiorem partem, in venditione minoris cæteris præferatur.*

31 *Cõſors æqualis partis in alterius venditione quoque præfertur.*

32 *Prælatio vbi conceditur; nõ niſi communionis iure conceditur.*

33 *Prælatio iurę Hyſpanico ratione conſortij nedum in ſtabilibus, verùm etiã in mobilibus iuxtà aliquorũ sẽtentiã cõceditur, licet cõtra ſeruetur.*

34 *Prȩlatio ex communione non tantùm in venditione, ſed etiam in locatione admittitur.*

35 *Prȩlationes huiuſmodi licèt in feudis, in quibus nullũ ius ſine domini conſenſu haberi poteſt, non recipiantur, fallit tamen in caſibus à lege feudali ſpecialiter prouiſis, vel legitimè per morem, ſiue conſuetudinem præſcriptis.*

36 *Statuta, & conſuetudines plura ſolent conſortibus concedere, quæ aliàs iure communi denegarentur.*

37 *Conſortes ij dicuntur, quibus vna ſors eſt.*

38 *Iuriſdictione Caſtri conceſſa, appellationes non veniunt.*

39 *Iuriſdictione conceſſa Baroni in Regno, eę tãtùm appellationes veniunt, quæ oriuntur ex decretis latis per eius ſubſeudatarium, licet non exprimantur.*

40 *Baro habens iuriſdictionem ciuilem tantùm appellationum, ſeu ſecundarum cauſarum, præfertur in venditione criminalium eiuſdem inſtantiæ, Baroni habenti ciuilem, & criminalem primarum cauſarum.*

41 *Similia ſunt, quibus vna ineſt qualitas,*

Digitized by Google

tas, eadem verò, quorum vna eſt ſubſtantia.

42 *Similitudo eſt recta adaptatio, cum fit proceſſus ab vno particulari ad aliud, per aliquid, quod vtrique eſt commune.*

43 *Similitudo, vt proſit, in genere eſſe non debet, ſed in ea ſpecie, ad quam fit comparatio.*

44 *Argumentum à proportione cum argumento à ſimili magnam habent ſimilitudinem, cum vtrumque nil aliud ſit, niſi duorum inuicem facta æquiparatio, ſiue collatio.*

45 *Argumentum à proportione tunc ceſſat, cum proportionalia diuerſam rationem, ſiue conditionem continent.*

46 *Iuriſdictio ciuilis, & criminalis ſecundarum cauſarum, identitatem, et verum demanij conſortium inuicem habent.*

ARGVMENTVM.

Ius prælationis ad Regium demaniũ competere vniuerſitatibus, etiam in venditione alicuius iuriſdictionis particularis, puta ſecundarum cauſarum, iure Syclæ, Portulaniæ, vel ſimilis, remanentibus ſubditis ſub dominio Baronis, intra annum tamen, & ita paſſim deciſum non tam de iure, quàm de cõſuetudine, & contraria, quæ videbatur deciſio, diſtinctione conciliatur. Quàm maximus ſit fauor, ſub Rege viuere, vt ſumma libertas exiſtimetur. Quid in venditione, quæ fit per Baronem, puta iuriſdictionis ciuilis alteri condomino habenti criminalem: de iuriſdictionis diuiſione arcenda velut odioſa, & vnione ex cauſa prælationis fauorabili, ex conſortio dominij, ſiuè communione, procedenti; & interdum etiam in feudis, nedum in allodialibus admiſſa.

SECVNDVS ARTICVLVS

Secundò dubitauerunt DD. vtrum ſuppoſito, vniuerſitates admittendas eſſe in his caſibus ad demanium per viam prælationis, ſiuè de iure, ſiuè de conſuetudi-
1 ne, an idem ſit concedendum, vbi non agitur de alienatione vniuerſitatis ipſius Caſtri, terræ, ſiuè oppidi cum iuriſdictione cohærenti,
2 quæ vt plurimum cum ipſo Caſtro in feudum concedi, & poſſideri ſolet, diſtinguendo tempora, & ſpecies iuriſdictionis ciuilis, & criminalis, iuxtà latè tradita *per Dom. meum Capyc. deciſ. 27. per Frecc. lib. 2. author. item 2. ex num. 20. 21. & infra, vſque ad*
3 *num. 22.* & facilius admitti cum ipſa vniuerſitate Caſtri, probat *idem Maſtrill. d. conſil. vnico, num. 61.* cum vaſſalli etiam inuiti, & ſic faciliùs vendantur cum gleba, & toto territorio, *Loffred. in §. præterea ducatus, verſic. nec dominus, cum alijs per Moles d. loco, verſ. & quãuis, num. 7.* quod voluit dicere *Viuius 2. tomo com. opin. cap. 637. num. 2.* licet errauerit in exemplo plurium Caſtrorum; ſufficit
4 enim vnicum Caſtrum alienari, cum ſit quid vniuerſum ſaltim facti, ad latè tradita *per Camer. ex Iſer. in l. Imperialem, cart. 38. colum. 1. & cart. 39. item 1. column.* & de Caſtro loquitur *Petr. de Greg. de conceſſ. feudi, quæſt. 1. num. 4. part. 7.* cum alijs per *Knichen de originatione terr. cap. 1. num. 293.* ſed agitur dumtaxat de venditione
5 alicuius iuriſdictionis, puta criminalis, iure ſiclæ ponderum, & menſuarum, Portulaniç, exituræ, ſecundarum cauſarum, vel ſimilis, quæ Baro ipſe carens his iuribus quærat emere à
6 Regia Curia, quæ libenter id facit, præſertim his temporibus, quibus Regia Curia ob bellorum calamitates, maxima neceſſitate premitur, ad latè tradita in term. per *Gramm. voto 28.*

to 28. & alios quos ad hoc citat *D. Capiblanc. in prag.* 8. *part.* 1. *de Baronibus, num.* 152. vtrum etiam hoc caſu vniuerſitas ipſa præferatur Baroni in dicta venditione iuriſdictionis par-
7 ticularis; longè magis hoc caſu dubitatum fuit contra vniuerſitatem, quam in præcedenti, ea quippe de cauſa; quod hoc caſu videbatur ceſſare fauor libertatis, qui in præcedenti erat in cauſa, vt vniuerſitas demanium obtineret: ſiquidem in præcedenti, vendito Caſtro, ſiuè terra, tanquam vniuerſitate, cum ipſa iuriſdictione, & integro ſtatu, *Detian. reſp.* 40. *num.* 21. *verſ.* 2. *reſpond. lib.* 4. vaſ-
8 ſalli per viam prælationis ad integram libertatis fruitionem perueniebant, quæ eſt viuere ſub Rege, *Moles dicto artic.* 6. *num.* 20. at in hoc poſteriori caſu, vbi agebatur de venditione alicuius iuriſdictionis particularis,
9 adhuc conceſſa prælatione vniuerſitati, remanebant vaſſalli ſub Baronis dominio, nec eximebantur, niſi ab onere illius particularis gradus, ſiuè ſpeciei iuriſdictionis particularis, in
10 qua nullus, vel paruus conſiderabilis arrendi poterat libertatis fructus, vel ſpecimen, *Anna alleg.* 27. *num.* 20. *et Dom. de Franch. d. deciſ.* 17. *num.* 13. *D. de Curte d. cap.* 3. *num.* 67. *in fin.* verùm ſiuè ex reg. *l. quæ de tota ff. de*
11 *rei vendic.* vt eadem ſit ratio partis quoad partem, quæ totius quoad totum, vt conſiderat *Anna in term. in cap.* 1. *num.* 153. *de Vaſſal. decrep.*
12 *ætat.* & quia vbi militat eadem ratio, idem ius ſtatui debet, tametſi maior ratio ſit in vno caſu, quàm in alio, *vulg. l.* 1. §. *quod autem, ff. de aleæ luſu, et aleat. l.* 2. §. *ex his, iuncto* §. *præcedenti vbi Soc. ff. de verb. oblig.* & quia fauor
13 libertatis eſt maximus, *l. libertas* 107 *ff. de regul. iuris, & procurator* 8. §. *vlt. ff. rem ratam haberi, Seneca lib.* 3. *Natur. quæſt.* & negari non poteſt, quin etiam hoc caſu ſit in conſideratione, licet in illa ſpecie particulari iuriſdictionis, nè extendatur, ſiuè augeatur
14 ſubiectio, & cum ſubiectione præſumpta grauamina, & onera, ex traditis *per Franch. d. deciſ.* 17. *poſt num.* 6. *verſ. ſecunda ratio*, quantò etenim minor
15 eſt iuriſdictio Baronalis, tantò minor eſt ſubiectio, & præſumpta oppreſſio vaſſallorum, vt ex *Andr.* etiam alijs firmat *Afflict. in cap.* 1. §. *ex eadem lege, num.* 5. *in fin. De lege Corradi, Moles d. art.* 1. *verſ. his omnibus*, & maior libertas ſub Rege, vt per *Dom. de Pōte dict. tit. de diuerſ. prouiſ. in princ.* §. *diſpenſant, poſt num.* 17. pro quibus notauit *Anna ſign.* 61. quod ſi domi-
16 nus iuriſdictionis criminalis malè tractet vaſſallos, poteſt Baro iuriſdictionis ciuilis comparere, nè ſubditi vexentur. His, & alijs de cauſis, pluries fuit deciſum in Regia Camera, etiã facta relatione in ſupremo Col-
17 laterali Conſ. affirmatiuè, admittendas etiam hoc caſu Vniuerſitates ad ſe redimendum ab onere huiuſmodi particularium iuriſdictionum, & caſus deciſos recenſent, *Anna in d. repet. c.* 1. *de Vaſſall. decrepit. ætat. num.* 153. *et in repet. Conſtit. conſtitutionum diuę memoriæ, num:* 261. *verſ. Nam Dom. Regens*, & latiſſ. *Moles d. quæſt.* 16. *de Demanio, art.* 2. §. 3. *incip. Maiorem autem difficultatem, Dom. de Franch. dicta deciſ.* 17. *poſt nūm.* 3. *et D. de Curte d. cap.* 3. *num.* 65. & licet in caſu proprio, ſuper quo edidit deciſ. *D.*
18 *de Franch.* fuerit contrarium deciſio pro Duce contra vniuerſitatem Seminariæ, denegando vniuerſitati prælationem in emptione ſecundarum cauſarum; attamen cum ibi con-
19 curriſſet lapſus anni, & acquieſcentia Vniuerſitatis ſine proteſtatione, quam potiſſimè nocere demaniorum petitionibus, probat *Maſtril. dict. conſ. vnico, num.* 47. & alia in facto ibi fuerunt conſiderata, ex quibus *idem Dom. de Franch.* teſtatur, concurriſſe in negatiuam plures ex votantibus, vt per eum poſt *num.* 21. nec aperit, ſi maior pars votorum neceſſaria ad proferẽdam ſententiam, fuerit

rit

rit pro negatiua, ſemotis conſidera-
tionibus facti, *d. num.* 21. *verſic. alij*
domini; ideo circumſcripta illa de-
ciſ. quæ ex prædictis non officit prio-
ribus deciſionibus, vt aduertit *Dom.*
meus de Curte d. cap. 3. *poſt num.* 65.
ſufficit dicere, hodie in Regia Came-
20 ra paſſim iudicari, prælationem con-
cedi vniuerſitatibus, etiam in vendi-
tione ſuarum particularium iuriſdi-
ctionum, ita vt ſit inductus mos, ſiuè
conſuetudo præſcripta ſic iudicandi,
21 tametſi huiuſmodi conſuetudo non
ſit fundata ſuper iuris principijs; nec
mirum, quia cum demanium fuerit
inductum extra regulas iuris, pariter
incidentia etiam contra iuris regulas
determinentur, vt vtrumque diſcur-
rendo benè probat *idem D. meus de*
Curte d. cap. 3. *ex num.* 40. *& num.*
66. *in fin.*

Tertius fuit caſus, vbi iuriſdictio par-
ticularis, non venditur à Regia Curia,
ſed à Barone alteri condomino, puta
ſi fortaſſe vnus ſit dominus Caſtri,
22 cum iuriſdictione ciuili tantùm,
quem propriè Baronem eſſe conſtat,
ex ſuperius traditis cum *D. Capyc. dec.*
27. *& Frecc. in* 2. *author. poſt num.* 21.
alter verò poſſideat criminalem, vt in
caſu *Annæ ſing.* 61. qui vendat Baro-
ni ciuilis, ſuam quam habet crimina-
lem, an etiam hoc caſu Vniuerſitati
Caſtri ſubditi concedenda ſit præla-
tio, & licet hoc caſu, vbi vaſſalli exti-
terunt fortè longo etiam tempore
ſub domino iuriſdictionis tam ciuilis,
quàm etiam criminalis, acquieſcendo
ſub vtriuſque dominio, & imperio,
fuiſſet fortè iuſtiùs deneganda præ-
latio, quàm in caſu, vbi nouiter Reg.
Curia deliberaſſet vendere iuriſdi-
ctionem criminalẽ, ex his, quæ in præ-
cedenti caſu venditionis ipſius vni-
uerſi Caſtri, cum tota Curia diſcur-
rit diſtinguendo hoc caſus *D. de Cur-*
te d. cap. 3. *num.* 39. *& ſeq. Maſtrill. d.*
conſ. vnico num. 47. qua ratione *Frec-*
cia cenſuit, hoc caſu denegandam eſ-
ſe prælationem, *in* 2. *lib. de ſub-*
feud. author. 2. *ſub num.* 26. quem re-
fert *D. meus d. cap.* 3. *num.* 67. atta-
men, quia in hac materia non om-
23 nino conſuetudo probauit practicare
titulum de Iuſtitia, & iure, ſed potius
exemplum iuris Longobardi, quo re-
ceditur à recto iuris communis tra-
mite, vt notat *Maſtrill. d. conſ. vnico*
n. 45. *in fin. Rouit. ſuper pragm.* 64. *n.*
10. *in fin. &* 23. ideo pluties fuit de-
ciſum pro affirmatiua, vt etiam ven-
24 dente Barone iuriſdictionem par-
ticularẽ condomino, præferatur vni-
uerſitas, contra author. & rationes
Frecciæ, teſte *D. de Curte d. cap.* 3. *n.*
67. *D. Regens Moles d. loco, artic.* 2. §.
& hanc ſimiliter.

Quartus eſt caſus, vbi non prætenditur
prælatio per vniuerſitatem, ſed Ba-
ro putà iuriſdictionis ciuilis inſtat
ſeipſum præferri in venditione iuriſ-
dictionis criminalis, vel alterius iuris
conſimilis, quod vendatur ſiue à *R.*
Curia, ſiue à condomino Barone, &
iſto caſu adhuc fuit deciſum affirma-
tiuè, vt pro vniendo, ſiuè ampliando
dominio vtili, Baro iuriſdictionis ci-
uilis præferatur in emptione iuriſdi-
ctionis criminalis, omnibus alijs ex
traneis licitaroribus concurrentibus,
25 & ita deciſum per *R.* Cam. in Colla-
terali in fauorem Baronis Saluiæ, te-
ſtatur *Anna alleg.* 27. *num.* 21. & fuit
conſiderata vnio iuriſdictionum in
poſſe eiuſdem Baronis, ad arcendam
26 diuiſionem, quæ in adminiſtranda
iuriſdictione pluta parit abſurda in
necem vaſſallorum, & latiùs eandem
dec. refert idem *Anna ſingul.* 150. *in-*
cip. dominus directus; ſubditorum
27 enim intereſt, pluribus non ſubijci
dominis, iuxtà illud, *ſole necor ſolo,*
quid erit, ſi creuerit alter, *Crauett.*
Purpur. & alij relati per Andr. Kni-
chen. in comment. de Saxon. non pro-
uoc. iur. cap. 3. *num.* 26. in terminis ex
noſtris *Minadous conſ.* 1. *num.* 26. do-
minis namque de iuriſdictione inui-
cem contendentibus, de ſubiectorum
luditur capillis, vt nouimus in Caſa-
li Iu-

li Iuliani,cuius plures fuerunt Domi-
ni,licet diuiſa ſubiectio per familias,
& in pluribus alijs Caſtris,& locis,in
quibus iuriſdictio ciuilis, & miſta re-
peritur conceſſa Eccleſijs, criminalis
verò fuit poſtea conceſſa Baronibus,
in quibus dum inter eos,quæ ſit verè
cauſa ciuilis,quæ criminalis, & de
caſibus miſtis controuertitur, ſubditi
maximis moleſtijs, & expenſis affi-
ciuntur, ad latiſſ.tradita per *D.Rouit.*
ſuper prag.Regis Catt holici 2.*de iuriſ-*
dict.inuic.non turb. qui meminit de
laudo inter Epiſc. & Comitem Poli-
caſtri,& alijs laudis, & declarationi-
bus,*num.*36.& 38.

Quintus, & vltimus eſt caſus, qui ſimi-
lis eſt præcedenti, vbi non agitur de
prælatione ad beneficium Caſtri, ſi-
uè vniuerſitatis ſubditæ, ſed inter
duos Barones,ſiuè condominos, vbi
tamen non certant de prælatione in
emptione iuriſdictionis, in eodem
gradu æquali, vt contingit in dicto
caſu, ſed in hoc ab illo diſtat, vt
ſicut in proximo Baro iuriſdictio-
nis ciuilis prætendit prælationem
in emptione cauſarum crimina-
lium coæqualium in eodem gradu,
ſcil. in cognitione primarum cau-
ſarum, in hoc Baro habens iuriſdi-
ctionem integram in primis cauſis,
ciuilibus ſcilicèt,& criminalibus,præ-
tendit præferri in venditione, non
primarum cauſarum, quas integras
habet,ſed ſecundarum cauſarum cri-
minalium,quas alter Baro habens ſe-
cundas cauſas ciuiles tantùm, ſiue
primas appellationes,intendit emere
à Regia Curia. Et ſic dubium eſt, an
in huiuſmodi prælatione potius attē-
datur ſimilitudo ſpeciei iuriſdictionis,
putà criminalis, tametſi in diuerſo
gradu ſcilicèt,vt Baro ſicuti eſt An-
tinorius, habens primas cauſa crimi-
nales præferatur in emptione ſecun-
darum cauſarum, ſiuè primarum ap-
pellationum,etiam crimalium,vel po
tius præualeat maioritas ſimilitudi-
nis coæqualis gradus,vt ſcilicet Prin-
ceps habēs ſecūdas cauſas ciuiles præ
feratur in emptione ſecundarū,etiam
cauſarū criminaliū, vt fiat vnico gra-
dus in appellatione. Et hic mihi vide-
tur caſus nouus, ad cuius veram de-
ciſionem libuit præcedentes caſus
fortè clariùs, quàm noſtri fecerint,
ſubnectere,& diſtinguere.

Et pro nunc breuiter dicam, me eo
tempore, quo fuit excitatus hic pun-
ctus,inclinaſſe in fauorem D. Princi-
pis habentis ſecundas cauſas ciuiles,
ea quidem ratione, quia tametſi hæc
prælatio non poſſit mero iure iuſtifi-
cari ex vllo capite, ex quo in iure
illa conceditur; conſtat enim, præla-
28 tionem oriri ex dominio,ex quo for-
tè manant diuerſi prælationis effe-
ctus,vt in emphiteuſi,& alijs diſcurrit
De Pont.de diuerſ.prouiſ.§.1.*ex num.*
9.*Maſtrill.d.conſil.vnico num.* 30. &
manat etiam ex hac radice retractus
29 ratione congrui, ſiuè vicinitatis do-
minij,nedum in eadem re, ſed in vi-
cina,& ex diuerſis alijs fontibus, ſiuè
cauſis enumeratis per *D. de Curte d.*
*cap.*3.*num.*49. quarum, cum nulla
applicari poſſit ad præſentem caſum
nec magis coloratè accedere, quàm
eiuſdem rei communio, ſiuè con-
30 ſortium, ex quibus habens maio-
rem partem,præfertur in emptione
minoris partis, *l. Sancimus* §. *ne au-*
tem C. de donat. Io. de Platea in l. 1.
num. 1. *in fin. verſ. & quandoque*
C.de his qui ſe defer. & ſunt tex. *in l.*2.
*C.de methatis lib.*11.*& in l.*2.*C.quan-*
do,& quibus quarta pars deb. lib. 10.
& generaliter etiā in ſimplici com-
31 munione, etiam æquis partibus, ap-
poſitiſſimè in propoſito dicebat *D.*
*meus de Curte d.cap.*3.*num.*68. quod
32 hæc prælatio,quæ à lege conceditur
in caſibus,in quibus illam dat, non
cauſatur ex alio,niſi ratione commu-
nionis. Quod legibus hyſpanis opti-
mè cautum eſt,vt ratione communio-
nis, vel conſortij generaliter conce-
datur prælatio,ad tex. *in l.* 71. *&* 75.
Tauri, quæ hodie eſt lex 14. *tit.* 11.
lib.

33 *lib. 5. nouæ recopilat.* quas procedere
in omnibus bonis, nedum immobili-
bus, ſed mobilibus, contendit *Guttie-
res lib. 2. practic. qq. ad ll. Regias, cap.*
165. licet in practica durum eſſet ob-
tinere, niſi in ſolis ſtabilibus, iuxta
opin. *Greg. Lopez in l. 55. tit. 5. partit.*
5. cum alijs relaris per *Matthienſ. l.*
13. *tit.* 11. *Gloſſ.* 3. *lib.* 5. *noua recopil.*
*& Caſtill. lib. 1. quotidian. controuerſ.
de vſufruct. cap.* 74. *num.* 27. &
non ſolùm dari prælationem ra-
34 tione communionis in venditione,
ſed in locatione, vltra cumulatos per
Surd conſil. 43. *num.* 12. *lib.* 1. agunt
Franc. Marc. deciſ. 72. *part.* 1. *Caualc.
deciſ.* 25. *part.* 2. *de contract. Rendella
ad conſtit. ſancimus, verbo, per locatio-
nem, num.* 17. comprobat in term.
Reg. de Ponte, ſub tit. de diuerſ. prouiſ.
§. 1. *num.* 11. *cart.* 477. aduertens,
35 quod licet iſtæ prælationes regulari-
ter non recipiantur in feudis, in qui-
bus nullum ius acquiri poteſt abſ-
que domini conſenſu, fallit ramen in
caſibus ab eadem lege feudali ſpe-
cialiter prouiſis, & ipſe addo, vel per
conſuetudinem, vel morem iudican-
di legitimè præſcriptum, introductis,
vt patet in caſu præſenti ex prædictis:
ſolent enim ſtatuta, & conſuetudines
36 plerumque concedere plura conſor-
tibus, quæ ipſis iure communi ſunt
denegata, per *l. dudum C. de con-
trab. emptione,* quoniam multa ratio-
ne cõmunionis, & cõſortij conceduñ-
tur, *l. cõmuni liberto ff. de bonis libert.
l. vtrum portio ff. de aſſignandis liber-
tis, Ferrontus in conſuet. Burdegal. lib.
1. de retract.* §. 2. *D. Capyc. Colutius
Coppula, & cæteri Addent. ad conſuet.
Neap. Si quis emit, de iure congrui, in
addit. incip. Nota quod iſta, & ſeq. in
verſ. quid autem, litt. F. G.* Nec mi-
rum, quia conſors dicitur ſocius, &
dominij particeps ſecundùm *Bald. in
d. l. dudum*, & ſecundùm peritiores,
37 conſortes dicuntur quibus vna ſors
eſt, & eiuſdem ſortis, & conditionis
hominem ſignificare, notat *Alcyat. in
l. proximi 155. in fin. ff. de verb. ſignif.*
vt ex Quintil. Varrone, & Feſto Põ-
peio tradit *Briſſon. ſuper eod. tit. lib. 3.
verbo conſortes,* vnde ſubijcit, conſor-
tium pro ſocietate, & communione
accipi *l. 1. C. de conſort. eiuſdem litis.*
Vnde cũ cõſtet inter Iudicẽ, ſiuè Baro-
nẽ, qui potiũtur iuriſdictione in prima
inſtãtia, & iudicẽ appellationis in ſe-
cũda inſtãtia, ſiuè in primis appella-
tionibus, ob notiſſimã gradus diuerſi-
tatẽ, nullam conſiderari poſſe ſocie-
tatem, communionem, nec conſor-
tium, *l. ita demum C. de procur. l. eos C.
de appellat.* cum Baro primarum cau-
ſarum nullo modo dici poſſit eiuſdem
dominij particeps, nec eiuſdem ſor-
tis, & conditionis homo, cum diuerſi
ſint gradus iuriſdictionis, & longè
diſtet iuriſdictio iudicis à quo ab ea,
quę reſidet pęnes iudicem, ad quem,
& prima à ſecunda inſtantia, *Caſtr. in
l. cũ apud 20. in princip. ff. iudic. ſolui,
c. Romana de appellat. in 6.* cum con-
cord. latè traditis per *Aſinium in pra-
xi iudic. in princ. c. 3. num. 11. & 12.*
conferunt tradita per *D. de Franchis
deciſ.* 601. ſicut omnino diuerſa eſt co-
gnitio primarum cauſarum à cauſis
38 appellationis, vnde conceſſa iuriſdi-
ctione Caſtri, non venire cauſas ap-
pellationum, ex *Angel. in l. 1. §. qui
mandatam ff. de offic. eius, et Freccia
lib. 2. author.* 12. latiſſ. *Intrigliol. cent. 2.
de feudis, cap. 79. num.* 30. quod gene-
neraliter procedere, & etiam in Re-
gno, exploſa cõtraria opinione *Anna
alleg. 51. num.* 40. latè rradit perdo-
ctus *Capiblanc. noſter ſuper pragm.* 8.
p. 1. de Baronibus, n. 147. 151. *et* 153.
39 niſi in cauſis appellationis à de-
cretis latis per eius ſubfeudatarium,
in quibus Baro habet hoc ex ſua or-
dinaria iuriſdictione, vt cognoſcar de
grauaminibus ab ipſo illatis, tametſi
id non fuerit Baroni ſpecialiter con-
ceſſum, vt reſoluit *de Ponte tit. de ele-
ction. offic.* §. 1. *num. 56. cart.* 95. quid-
quid hæſitauerit *Frecc. in 24. author.
Baron.* ex hoc neceſſariò conſequitur,
præ-

40 præferendum eſſe omninò in hac
emptione ſecundarum cauſarum cri-
minalium Baronem ſecundarum cau-
ſarum ciuilium Baroni primarum
cauſarum, quamuis ille habeat ciui-
les, & criminales; licet enim iſte vi-
deatur habere aliquam ſimilitudi-
nem in cognitione cauſarum crimi-
nalium, cedere tamen omninò cogi-
tur ei, qui poſſidet partem in ſecun-
41 dis cauſis; ſimilia enim ſunt, quorum
eadem eſt qualitas, ſed eadem ſunt
quorum eadem eſt ſubſtantia, & nul-
lum ſimile eſt idem, ad *Gloſſ. vulg. in*
l. quod Nerua, vbi DD. omnes ff. depo-
ſiti, et in c. ſanctæ crucis, de reſcript. &
ſunt iura clara, quæ ad hoc citat do-
ctiſſ. *Euerard. in ſuâ topica, loco à ſi-*
mili, n. 5. vbi ex Baldo in l. 1. ff. de iu-
42 *ſtit. et iure*, docet, quod ſimilitudo eſt
recta adaptatio, quãdo fit ꝓceſſus ab
vno particulari ad aliud per aliquid,
quod eſt commune vtrique, *et num.*
43 *6. et* 7. ſubijcit, nihil prodeſſe allega-
re, vel proponere ſimilitudinẽ in ge-
nere, ſed debere eſſe ſimilitudinem
in ea ſpecie, ad quam fit comparatio,
iuribus per eum citatis, & *num.* 10.
vbi quod aſſimilatio tunc eſt proba-
bilis, quando fit in eadem materia, ſe-
cus ſi in diuerſa, & ceſſare, vbi datur
diſſimilitudo etiam parua, *num.* 11. *in*
fin. ſicut etiam argum. à proportione,
44 quod conſtat habere magnam con-
uenientiam cum argumento à ſimili,
ſicuti enim argumentum à ſimili fit
ex æquiparatione duorum inter ſe, ſic
proportio nihil eſt, niſi duarum rerum
inuicem facta comparatio, ſeu colla-
tio, ad notata per *Budæum in l. ius ci-*
uile ff. de iuſtit. et iure, vbi de propor-
tione geometrica, & arithmetica: pro-
cedit inquã hoc argumentum à pro-
45 portione; quãdo pro omnia, propor-
tionalia ſunt eiuſdem rationis, & cõ-
ditionis, ſecus autem ſi diuerſæ, vel
aduerſæ rationis, vel conditionis, te-
ſte *Baldo in l. ſi emancipati C. de col-*
lat. cum alijs latè traditis per *Eue-*
rard. in. topica, loco à proportione,
per totum, & ſic cum clariſſima appa-
reat diſſimilitudo inter gradũ iuriſdi-
ctionis primarum cauſarum, & gra-
dum appellationis, vel ſi qua conſi-
derari poſſit conuenientia ſimilitudi-
nis, vel proportionis, maior eſt ſine
dubio proportio inter cognitionem
ciuilium, & criminalium cauſarum in
eodem gradu appellationis, vbi datur
46 nedum ſimilitudo, ſed identitas, &
verum dominij conſortium; proinde
præualere omnino debet quoad obti-
nendam prælationem is, qui poſſidet
partem eiuſdem gradus iuriſdictio-
nis.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio vtrum poſſit concedi in feudum ſuper territorio allodiali, non mutata natura ipſius loci, ſuper quo iuriſdictio conceditur, vel è contra, num. 11.*

2 *Territorium, ſiuè locus poteſt poſſideri iure priuato, iuriſdictio verò eiuſdem loci iure publico, ab eodem poteſt in feudum recognoſci.*

3 *Iuriſdictio ſuper Caſtro cenſetur quid ſeparatum ab ipſo Caſtro, nec habet aliquid commune cum ipſo Caſtro feudali, & corporibus ipſius, num. 4.*

5 *Iuriſdictio eò eſt ſeparata à feudo, vt non dicatur de eſſentia feudi, niſi accedat acquirentis deſtinatio.*

6 *Iuriſdictio conſideratur vt quid ſeparatum à territorio, non tamen ex hoc ſequitur, vt non cohæreat ipſi territorio, num. 7.*

8 *Iuriſdictio gerit vicem quatuor elementorum in territorio, cui adhæret.*

9 *Iuriſdictio licèt addita feudo dicitur augmentum extrinſecum, et alterius naturæ, et qualitatis.*

10 *Iuriſdictio inhæret territorio vniuerſali, non in conceſſione certæ rei.*

12 *Succeſſio in feudis antiquis regulari poteſt diuerſo modo, vt quis ſuccedat in feudo tanquam antiquo, non*

in iuriſdictione ſuper feudo de nouo quaſita.

13 *Conceſſio primarum cauſarum vni, et ſecundarum cauſarum, ſiuè primarum appellationum alteri nunquam in Regno facta, ex* Reg. de Ponte.

14 *Merum imperium in eodem loco, miſtum, et infima iuriſdictio poteſt diuerſis concedi, et per plures poſſideri de generali conſuetudine.*

15 *Iuriſdictio indiuidua quoad habitum, quoad exercitium tamen diuidua.*

16 *Iuriſdictiones ſecundarum cauſarum ciuilium, et criminalium in Caſtris Baronum, qui ſolas habent primas cauſas, in dies venduntur in* R. *Camera, admiſſis extraneis licitatoribus.*

17 *Merum, et mixtum imperium ante Alphõſum primum non erat ſolitum concedi Baronibus, et num. 22.*

18 *Feuda, et Caſtra ante Reges Aragoneos concedebantur, retenta iuriſdictione, quæ exercebatur per Capitaneos à Rege deſtinatos, cum recurſu ad iuſtitiarios prouinciales.*

19 *Barones aliqui antiquitùs habebant in terris infeudatis exercitium iuriſdictionis ad vitam.*

20 *Frãciſcus Carrafa à Sereniſſ. Alphõſo huius nominis primo, fuit creatus Capitaneus quorundam caſalium Vrbis Neap. ad vitæ decurſum, quod* Ferdinandus *filius ampliauit ad hæredes ex corpore.*

21 *Carolus primus in conceſſione facta Carolo filio, Ciuitatum Surrenti, Salerni, Amalphiæ, & aliarum, cæpit communicare iuriſdictionem criminalem Salerni tantùm intra muros.*

23 *Princeps ſupremus an poſſit moderare, et interdum reuocare iuriſdictionem in terris infeudatis, remiſſiuè.*

24 *Merum, et miſtum imperium, tempore Regum Roberti, et Ioannæ, cenſebatur reſeruatum.*

25 *Reges Sereniſſ. Aragonei iuriſdictionem M. Curiæ valdè coarctauerũt, concedendo iuriſdictionem cum tot prærogatiuis, Baronibus.*

26 *Priuilegia Principum Salerni, et Biſiniani ampliſſima, remiſſiuè, et vti nimium exorbitantia non concedũtur, et num. 35. et de ratione, n. 36.*

27 *Caſtro conceſſo, hodie venit merum, et miſtum imperium, quia ſolent Reges illud concedere.*

28 *Sentẽtia etiam tres Curiæ Baronalis in Regno habent vim vnius in praxi, licet de iure aliud eſſet.*

29. *Caſtra, terræ, et caſalia, ob bellorum neceſſitates de anno* 1630. *vendita, infeudata fuerũt cum iuriſdictione primarũ cauſarũ, & ſecũdarũ tãtũ, quæ primæ appellationes dicuntur, et aliis iuribus concedi ſolitis, quæ enumerantur, num.* 31.

30 *Secundæ appellationes, quæ vulgo dicuntur (le terze cauſe) de ordine S. Maieſtatis prohibentur concedi.*

32 *Clauſula (ſi quæ, vel ſi qua ſunt) adiecta in infeudationibus, iuriumque conceſſionibus, quod hodie Pragmatica regni eſt ſpecialiter prouiſum, num.* 33.

34 *Clauſula, qua derogatur deciſioni l.* Vnicæ C. quãdo Imper. inter pup. & viduam, *fuit conceſſa, vti non omninò inſolita.*

37 *Conceſſiones factæ per principes initio acquiſitionis Regni, vel tempore belli, non ex toto firmæ.*

38 *Iuriſdictiones primarum appellationum, vulgò (le ſeconde cauſe) fuerunt ordine S. Maieſtatis expoſitæ venales ſub Excell. Comite Oliuarenſium iuſtiſſimo Prorege, et venditæ cum clauſula (pro hæredibus, et ſucceſſoribus ex corpore) num.* 41.

39 *Iura Portulaniæ per terram antiquitùs locari ſolita, fuerunt aſſignata Vniuerſitatibus Regni, impoſitis granis* 12. *pro quolibet fumante.*

40 *Iura Syclæ, ponderum, et menſurarum, aliis non conceſſa, fuerunt ſimiliter conceſſa Vniuerſitatibus ſub certa impoſitione.*

41 *Iuriſdictio ſecundarum cauſarum cum*

cum conſueta clauſula (pro hæredibus, et ſucceſſoribus ex corpore) vendita duc. 8. pro quolibet fumante Baroni vtili eiuſdem terræ, licet Vniuerſitas duc.6. contrà obtuliſſet, et aliud exemplum num 42.

43 *Regia Curia eſt in poſſeſſione diuidendi caſalia à ſuis ciuitatibus, vt ipſis tãquã à capite ſeiũctis, eorũ iuriſdictionẽ vẽdat, niſi demanij contractus oneroſus, ſoluto pretio, præceſſiſſet, et afferuntur decreta, n.44.*

47 *Pretia iuriſdictionum ex ſubditorũ affectione, et calore licitantium aliquando variantur, vt contigit in caſalibus Maladunei, et S. Ceſarei, num.45.et 46.*

51 *Seruitium non promiſſum, etiam conſuetum, niſi exprimatur, non debetur, cum non ſit de feudi ſubſtantia, nec natura, licet contra in Regno ſeruetur n. 52. vt ex decreto, num. 49. et in alio contrarium obſeruatum num.48.et qua ratione, n.50.*

53 *Opinio negatiua, ſcilicet vt ſeruitium nonniſi promiſſum debeatur, procedit, vbi concurrit ſola donatarij conſuetudo, non autem vbi viget generalis, vt ſeruitium præſtetur.*

54 *Seruitiũ etſi nõ exprimatur, tamen à Rege taxari et declarari poteſt, ſecũdùm* Petri de Gregor. *ſententiam.*

55 *Actionis, vel iuris electione, alteri ſimiliter competenti renunciari non videtur.*

56 *Actionibus ex diuerſis cauſis competentibus, electa vna, aliam proponere non prohibemur.*

57 *Contractui conſentiens ratione alicuius officij, ſibi non officit, quin iure ſuo vti poſſit.*

58 *Prælationem habens in re, etiam directi dominij cauſa, ſi elegerit concurrere vt extraneus, & victus fuerit, prælationis iure vti non prohibetur, & ita deciſum, num 59.*

61 *Licitator extraneus, qui ob odium, & animoſitatem in licitatione concurrit, expelli debet, & num.63. & ita obſeruatum, num.60.*

62 *Compenſationes in cauſis fiſcalibus ex diuerſis ſtationibus procedentes, iure communi, & Regio admitti prohibentur.*

64 *Fraus facit illicitũ actum, qui aliàs à iure fieri permittitur.*

65 *Solemnitas ſubbaſtationis in forma conſueta accenſionis candelæ in venditionibus rerum fiſcalium, tam de iure communi, quàm ex Regijs ordinationibus omnimodò neceſſaria.*

66 *Subbaſtationis forma in rebus fiſcalibus, & debitorum fiſci, minorum, Eccleſiæ, & Reipublicæ, neceſſaria, nec poteſt remitti, num.67.*

68 *Subbaſtatio in venditione bonorum pupillarium neceſſaria, contra* Reg. Rouitum.

69 *Litteræ, & ordinationes nouiſſimæ Regis noſtri circa adhibitionem ſubhaſtationis neceſſariæ in locatione iurium fiſcalium.*

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio poteſt diuerſo iure concedi, & poſſideri ab ipſo Caſtro, & territorio, vnum ſcilicet iure priuato, alterum iure publico, in feudum, vel è contra, & cenſeri iuriſdictionem, vt quid ſeparatũ à territorio, quamuis illi cohærere dicatur. Vtrum in Regno ſit conſuetum ſeparare iuriſdictionem ſecundarum cauſarum, ſiuè primarum appellationum à primis cauſis, vt in præiudicium Baronis primarum cauſarum fuerit admiſſus extraneus in licitatione appellationum, & quãdo: in quibus cauſis, & quomodo fuerit in venditione huiuſmodi iuriſdictionum, etiam disiunctarum, liquidatum pretium. De concesſione meri, mixti imperij, & caſalium diuiſione; & quando à priſcis Regibus cæperit Baronibus communicari, et de quibuſdam ſpecialibus prærogatiuis, & clauſulis, tam retentis, quàm concedi ſolitis. De iure Portulaniæ per terram, Syclæ, ponderum, & menſurarum, & ſuperindicto illorum occaſione impoſito: ſeruitium non impoſitum, quando debeatur,

& taxetur, & de ſolemnitate ſubhaſtationis neceſſaria de iure, & Regijs ordinationibus.

TERTIVS ARTICVLVS.

Nouiſſimè pro coronide, cum ſupra meminerimus de iuriſdictione ciuili, & criminali Caſtro vnita, & ab illo ſeparata, non omittam aliàs fuiſſe dubitatum,
1 vtrum ſuper territorio allodiali libero, & ruſtico ſine habitatoribus, vel etiam in quo adſint habitatores, poſſit à Rege impetrari iuriſdictio ciuilis, & etiam criminalis in feudum in habitatores præſentes, & futuros & in perſonas delinquentes in dicto territorio, non alterata natura burgenſatica ipſius loci conceſſi, vnde dicatur iuriſdictio feudalis ſuper territorio libero allodiali, in quo ex *Innoc. in cap. cęterum, extr. de iudic. in fine*, ſcripſit *Caſtr. conſ.* 199. *in cauſa quam, num.* 5. *in fin. verſ. & quod iſta, lib.* 1. decidendo affirmatiuè, ſimul
2 ſtare poſſe, quod corpora locorum teneantur iure priuato, nec recognoſcantur ab aliquo ſuperiore in feudum, ſed ſint allodialia, iuriſdictio vero iure publico teneatur, & recognoſcatur in feudum, ſequitur *D. meus Capyc. in inueſtit. ver. feudorum allodia. ante fin. verſ. ſtãt ergo ſimul, cart.* 43. citat *Iacobin. de feudis, in verbo, de Caſtro, col.* 3. qui tamen nihil aliud
3 fundat, niſi generaliter iuriſdictionem ſuper Caſtro, cenſeri quid ſeparatum ab ipſo Caſtro, *num.* 6. 8. *& ſeq.* quod docuerant prius *Bald. Aluar. & cæteri feudiſtæ in cap.* 1. *§. è contrario, de inueſtit. de re alien. facta,*
4 nihil habere commune iuriſdictionem cum feudo, & corporibus ip-
5 ſius Caſtri feudalis, cum iuriſdictio non ſit de eſſentia feudi, & ſeparatum quidpiam à feudi exiſtimetur, *Crauett. conſ.* 597. *num.* 2. niſi accedat acquirentis diſerta deſtinatio, & expreſſio, *Freccia in* 29. *auth. num.* 4. *verſ.* 3. *intellige, Bambac. in cap. in generali, quæſt.* 7. *num.* 122. *quæſt.* 16. *num.* 203. cum innumeris per *Kniçhen de veſtit. paction. part.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 22. quod cautè eſt accipiendum cum declaratione *Domini mei Capyc. deciſ.* 27. *poſt num.* 36. ſcil. quod poſſit
6 conſiderari iuriſdictio ipſa ſeparata à territorio, ideſt quod vnus habeat territorium, alter verò iuriſdictionem; & ſic poſſint eſſe duo domini, vnus territorij, & redditıum eius, ſiuè corporum etiam feudalium de iure Baronis cum ipſius prouentibus, & & emolumentis, non tamen ex hoc ſequatur, quod iuriſdictio ipſa ideò non cohæreat territorio: quia tametſi
7 territorium, vel Caſtrum ſit vnius, & iuriſdictio alterius, attamen iuriſdictio dicitur cohærere Caſtro, aliàs dominus iuriſdictionis nõ poſſet punire forenſem delinquentem in ipſo territorio Caſtri; immo non ſolum
8 dicitur cohærere Caſtro, ſed gerere vicẽ quatuor elementorum ob neceſſitatem, & vtilitatem habitantium, vt ex *Bald.* ſubijcit, & probat idem *D. Capyc. d. deciſ. n.* 37. comprobat doctr. *Caſtr. & Capyc.* in puncto *D. meus ſocer Camill. de Medicis conſ* 149. *num.*
9 11. *&* 12. vbi quod iuriſdictio licet addita feudo, vel territorio, erit augmentum extrinſecum, & alterius naturæ, & qualitatis, & alteram ſubijcit notab. declar. ex *Bald. num.* 12.
10 cenſeri iuriſdictionem inhærere territorio, ſi territorium ſit vniuerſale, non in conceſſione certæ rei, & in additione ad *Bald.* propria manu *Dom. mei* ſcripta, leguntur hæc verba, nota quod iuriſdictio criminalis empta, vel conceſſa habenti Caſtrum, non videtur cohærere Caſtro, ſed perſonę, & vt res ſeparata conſideratur, *Capyc. d. verbo, feudorum augmenta, Frecc. in* 2. *author. poſt num.* 21. *verſ. Et iuriſdictio criminalis.* Hæc ille: vnde ſequi-
11 tur, iuriſdictionem poſſe concedi in feudum

feudum ſuper territorio burgenſatico,& è contra in allodium ſuper loco feudali : idemque ex *Cuiacio Auth. damn.* & alijs, reſoluit in terminis *Bambac.in cap.generali num.* 122. *& ſeq.ſi de feudo defunct. milit.* vbi infert hoc tanquam ſingulare, prodeſſe poſſe ad deciſionem plurium feudalium quæſtionum , præſertim in ſuc-
12 ceſſione feudorum antiquorum, quibus iuriſdictiones criminales, vel appellationes de nouo acquiſitę sũt, vt diuerſo iure reguletur ſucceſſio,ſcilicet reſpectu territorij,vel Caſtri primo loco conceſſi , vt in feudis antiquis; in additamento verò iuriſdictionum de nouo quæſitarum regulabitur ſucceſſio, vt in feudo nouo, quando ſcilicet vtraque conceſſio fuit facta in feudum, quia vti feudum nouum, & diſtinctum,retinebitur iuriſdictio criminalis primarum cauſarum, vel appellationum poſtea conceſſarum,ex *Baldo,Anchar. Alexand. Capyc.Paride,Ruyno,& alijs,* quos citat *num.* 125. ex quibus (vt hoc obiter dicam) eſt cauendum à dicto *Domino de Ponte,*dum *in titulo de Aſſenſibus Regijs ſuper dote,in* §.2.*num.*10. incidenter dixit (nunquam in Regno
13 fuiſſe factam conceſſionem primarum cauſarum vni , & ſecundarum cauſarum alteri) ſiquidem de gene-
14 rali conſuetudine vnus poteſt acquirere merum imperium,alius mixtum, tertius imam iuriſdictionem *Alberic. in l.1.num.*32.*ff.de iuriſdict.omn. iudic.et in l.fin.C. eod.* licèt enim iuriſ-
15 dictio quoad habitum ſit indiuidua; tamen quoad exercitium, & vſum eſt diuidua, latiſſ. *Colleg. Bonon. inter conſ. Curt.ſen.conſ.*50. *num.* 14. *in fin.* & *num.*15. & quamuis dicat *D. Reg. Moles d.quaſt.* 16. §. 2. *artic.* 1. *verſ.et quod vaſſalli,* per plura Regia reſcripta fuiſſe inhibitam conceſſionem ſecundarum cauſarum, attamen in praxi in dies vidimus antiquis , & modernis temporibus in Regia Ca-
16 mera exponi venales iuriſdictiones ſecundarum cauſarum ciuilium , & criminalium ſuper terris , & Caſtris Baronum , qui ſolas habent primas cauſas, & præuijs bannis ad offerendum admittuntur etiam extranei licitatores,vt in praxi ſepè euenire teſtatur *noſter Capiblanc.ſupremis magiſtratibus digniſſimus in pragm.*8. *de Baronib.part.*1. *num.* 59. idemque paſſim contingere teſtatur *Dom.Reg. Rouitus ſuper pragm.* 2. *de iuriſdict. non turband. poſt num.* 1.ibi *et accidit,* niſi ijdem Barones per viam prælationis illos ſuperent , & excludant, idemque obſeruatur quoad Caſtra, in quibus Barones habent iuriſdictionem ciuilem tantùm , prout anti-
17 quiſſimis temporibus feudorum cõceſſiones fieri ſolebant, antequam Reges Sereniſſ. Aragonei cæpiſſent communicare merum,& mixtum imperium ipſis inferioribus;quo tempore rigidè ſeruabatur prohibitio *conſtit.dignum,et conſt. Ea quæ ad decus,* quibus inhibebatur omnibus exercitium meri imperij abſque ſpeciali, & expreſſa licentia, quæ non erat ſolita
18 concedi; & feuda , & Caſtra concedebantur, retenta per Reges iuriſdictione, quæ exercebatur per Capitaneos à Regibus deſtinatos , cum recurſu appellandi ad iuſtitiarios prouinciarum , quos hodie præſides appellamus , & pleriſque Baronibus
19 cõcedebatur exercitium iuriſdictionis,durante ipſorum vita ſub nomine Capitanei , & in regiſtro Ferdinandi primi,ann.1458.in R.Cancellaria le-
20 gitur priuil. Alphonſi primi,ſub data in Caſtro nouo Neap.18.Iulij 1454. quo fuit creatus Franciſcus Carrafa miles Neap.Gubernator,& Capitaneus caſaliũ Neap.Turris octaui,Reſinæ,& Portici, ad iuſtitiam,& bellũ, cum mero,miſto imperio,& omnimoda iuriſdictione,cum poteſtate ſeruiendi per ſubſtitutum idoneum,cum prouentibus, fructibus, durante eius vita , & vnius ex eius filijs , quem viuens,vel in morte elegerit : quam

conceſſionem Ferdinandus primus
filius ampliauit,& prorogauit pro hæ-
redibus omnibus ex ſuo corpore le-
gitimè deſcendentibus, vt ex Regijs
litteris in felicibus Caſtris apud Syl-
uam Bairani die 15. Septẽbris 1458.
quæ caſalia hodie ex ſucceſſione
poſſidet Excel. D. Anna Carrafa Ho-
ſtiliani Princeps, & Sablonetæ Du-
ciſſa nupta nuper Excellentiſſ. Duci
Medinæ ex familia Guzmana inter
Hyſpanos Proceres longè nobiliſſi-
mo, morum ſuauitate, animique pru-
dentia Philippo IV. Regi noſtro in-
uictiſſ (quẽ Deus Optimus Max diu-
tius nobis ſeruet) adeo charo, vt eũ à
ſe vix auelli rantiſper pateretur, niſi
egregiæ illum animi dotes publico
orbis bono ad Regnorum regimen
atque adminiſtrationem vocarent, de
qua antiqua conſuetudine meminit
Afflict. in prælud. conſtit. quæſt. 24.
ſub num. 9. et deciſ. 122. verùm om-
nium anteſignanus fuit Rex Carolus
21 primus, dum occaſione conceſſionis
in feudum factæ Carolo ſuo filio Ci-
uitatis Surrenti, Salerni, Amalphiæ,
cum alijs præclaris Ciuitatibus, &
terris conuicinis, cœpit communicare
iuriſdictionem criminalem intra mu-
rorum ambitum Salerni tantùm, &
vidiſſe inueſtituram refert *Frecc. au-
th. 2. poſt num. 21. cart.* 267. ſed non
22 fuit communicatum merum impe-
rium alijs Baronibus vſque ad tem-
pora Alphonſi, & Sereniſſ. Regum
de domo Aragonea; & de Alphonſo
primo meminit ex *Afflict. Grammat.
in ſuo ſolemni voto* 28. *num.* 25. *ante*
23 *fin.* vbi latè de poteſtate ſupremi
Principis pro recurſu, moderatione,
& interdum reuocatione iuriſdictio-
nis, & imperij infeudati, & ſcripſi *in
meo tract. de poteſt. principis circa re-
24 uocat. dem.* tempore enim Roberti,
& Ioannæ merum imperium cenſe-
batur reſeruatum, vt notat *Afflict. in
d. conſtit. ea quæ ad decus, num.* 17. *in
fin. et* 19. *in fin. et in conſtit. contingit,
notab.* 3. *ſub tit. de accuſat. corã iuſtit.*
25 dicit, dictos Reges Aragoneos ad ni-
hilum reduxiſſe M. Cur. propter me-
rum imperium conceſſum Baronibus
cum cognitione primarum cauſarum,
latè *Carau. ritu* 49. vbi etiam *num.*
16. de ampliſſimis priuilegijs conceſ-
26 ſis Principibus Salerni, Biſiniani, &
Duci Sueſſæ Magno Capitaneo, cum
alijs congeſtis per *D. de Frãcb. deciſ.*
370. *num.* 8. *& deciſ.* 510. *num.* 4. &
27 ideò hodie conceſſo Caſtro venit
merum, & mixtum imperium, quia
Reges ſunt ſoliti iſta concedere, *Loſ-
fred. conſ.* 24. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.*
122. licèt ad refrenandam ipſorum
Baronum poteſtatem, & in auxilium
ſubditorum, nè adimeretur ipſis re-
28 curſus ad ſuperiores, tres ſententiæ
Curiæ Baronalis habentis etiam ſe-
cundas appellationes (quas vocant
tertias cauſas) pro vna ſententia in
praxi receptum eſt, habendas eſſe, li-
cèt de iure aliud eſſe deberet, vt ad-
uertit *Conſil. de Ann. conſ.* 70. quem
probat *Reg. de Ponte de diuerſ. prouiſ.
ſub tit. de donis, & expenſ.* §. 1. *num.*
18. & dum de anno 1630. ob neceſ-
ſitates bellorum Italiæ fuiſſent ven-
29 ditæ multæ terræ, Caſtra, & etiam ca-
ſalia ciuitatis Neap. & infeudata
de ordine Regis noſtri, me agente
cauſas Fiſci, fuit per Suam Excellen-
tiam, eiuſque ſupremum Conſ. Col-
lat. ordinatum, concedi primas, & ſe-
cũdas dumtaxat cauſas, quippè quod
30 conceſſio tertiarum cauſarum, ratio-
ne prædicta erat ſpecialiter inhibita
per S.M. nuſquam.n. fuerunt conceſ-
ſæ primæ, & ſecundæ appellationes,
niſi ob maximã neceſſitatem, vel im-
portunitatem, *Afflict. in puncto in cap.*
1. §. *ex eadem num.* 4. *de lege Corradi*,
31 & ob id fuerunt dicta loca infeudata
cũ mero, & mixto imperio, quatuor
litteris arbitrarijs, & poteſtate pœnas
commutadi in omnes ciues, habitan-
tes, & habitaturos, cum primis, & ſe-
cundis cauſis, iuribus actorum Magi-
ſtri, prouentibus, Syclæ, ponderum, &
menſuræ, Portulaniæ per terram in

locis

locis vbi dicta iura non erant alijs
32 conceſſa,& cum clauſula (ſi quæ, vel
ſi qua ſunt,& ad R. Curiam ſpectant,
& nõ aliter) quæ de iure,etſi non ap-
poſita, ſubintelligitur, *Alex. cõſ.* 152.
in fin. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 334. *ſub
num.* 6. 388. *num.* 4. quod generaliter
hodie quoad omnia corpora in inue-
33 ſtituris contenta prouiſum eſt *in
Pragm.* 16. *de Baron.* et aduertit *Bor-
rell. de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 51.
de quo etiam *Rimin. iun. conſ.* 19. *n.*
34 49. *lib.* 1. verùm reſpectu clauſulę de-
tegationis *l. vnicę C. quando imper. in-
ter pupill. & vid.* fuit conceſſa vt fre-
quentius conſueta concedi,ſed pror-
35 ſus denegatę clauſulæ contentæ in
priuilegijs olim conceſſis per Reges
Aragoneos Principibus Salerni, &
Biſiniani, quarum aliquæ ſunt adeo
exorbitantes,vt cenſeantur nimis læ-
dere coronam, & Regiam Maieſta-
tem: dicitur enim Rex in huiuſmodi
conceſſionibus concedere lapidem
pretioſum ſuæ coronæ, vt ex *Baldo* di-
cit *Affl. in d. §. ex eadem lege poſt n.
4. de lege Corradi*, & quoad clauſulam
(cum poteſtate cognoſcendi de deli-
ctis extra territorium) fuit reſolu-
tum ſimiliter non concedi, niſi
prout iuris, ea quippe ratione,
36 quia ſunt nimis oneroſæ ſubditis,
& per earum conceſſionem nimis
læditur authoritas, & dignitas Re-
37 galis, vt de conceſſionibus factis in
principio acquiſitionis Regni, vel
tempore belli, quod propterea Rex
non teneatur ad obſeruantiam, &
multò minus ſucceſſor, latè tradit
Gramm. d. voto 28. loquens in ſpecie
de prærogatiuis conceſſis per Regem
Ferdinandum Primum Principi Sa-
lerni, *in princ. & num.* 13. *cum ſeq.*

Etiam vidimus de anno 1598. Regem
Philippum Secundum immortalis
memorię mãdaſſe Excellẽtiſſimo Co-
miti Oliuarenſium tunc Regni Pro-
regi ſapientiſſimo ſimul iuſtiſsimo, &
38 vigilantiſsimo, quòd procederet ad
venditionem omnium ſecundarum
cauſarum Baronibus,& fuerunt ema-
nata, & publicata banna per omnes
Regni prouincias ad offerendum,ſub
illo inſigni locumtenente Ferdinan-
39 do Fornario,& de anno 1620. Regia
Camera ad euitandum vexationem
populorum, quæ oriebatur ex loca-
tione iurium Portulaniæ per terram,
conſuluit imponi gran. 12. pro quo-
libet foculari,exceptis locis immuni-
bus, vel in quibus dicta iura erant
conceſſa Baronibus, vel ijſdem Ter-
ris,in Conſult. Curt. 16. fol. 279. cum
40 per prius de anno 1609. fuiſſet ſimi-
lis impoſitio facta pro iure Syclæ, põ-
derum,& menſuræ ad rationem gran.
25. pro quolibet fumãte,in Conſult.
Curiæ Terræ Hydrunti 33. cart. 6. &
inter multas venditiones dictarum
iuriſdictionum ſecundarum cauſarum
conceſſas in feudum, cum ſolita clau-
ſula (pro hæredibus, & ſucceſſoribus
41 ex corpore) in prouincia Baſilicatæ
fuit vendita iuriſdictio integra pri-
marum appellationum terræ Vigiani
Domino Iacobo Dentice vtili Do-
mino eiuſdem terræ ad rationẽ duc.
octo pro quolibet fumante, vt ex de-
creto die 5. Nouembris 1598. & in-
ſtrumento ſtipulato per Notarium
Regiæ Curiæ ſub die 13. dicti menſis,
cum clauſulis ſolitis,in qua licèt vni-
uerſitas obtuliſſet duc. ſex, fuit tamen
ſuperata per oblationẽ maiorẽ factã
42 per Baronẽ ipſius,& ſecundæ cauſæ
itidem ciuiles,criminales,& mixtæ,&
cum omnimoda iuriſdictione, ſub cõ-
ſueta forma, qua ſimiles conſueuerũt
concedi in Regno, in terra Picerni
fuerunt venditæ Nicolao Muſſo, qui
non erat vtilis dominus dictæ terræ,
ſed ciuis eiuſdem loci, ad rationem
duc. ſex pro quolibet fumante, vt ex
decreto die 6. Septembris 1601. in
Banca Grimaldi per Iacobum Friſ-
carolum.

Quinimò Regia Curia fuit, & eſt in
43 poſſeſsione ſeparandi, & diuidendi
caſalia à ſuis ciuitatibus,vt ipſis à ca-
pite diſmembratis,vendat iuriſdictio-
nem

Digitized by Google

nem ipſorum, illamque in feudum concedat ad ſui libitum, vbi non precedit contractus demanij onerosus ſoluto prætio, vt ſeruatum vidi inſtan-
44 te Regio fiſco contra Ciuitatem Litij in caſalibus ſancti Ceſarei, & Maladunei penes Hyeronimum Terruſium, vbi ad inſtantiam Fiſci in ſpecie allegantis dictam poſſeſſionem, fol. 23. fuit pluribus decretis Regiæ Cameræ iuſſum, vendi iuriſdictionem Caſalis Sancti Ceſarei, non obſtante oppoſitione dictæ ciuitatis, & eiuſdē caſalis prætendentium habere priuilegia Regum Ferdinandi, & Caroli V. Cæſaris inuictiſſimi, cum poſſeſſione ipſorum vigore habita, & continuata, ex quibus caſalia prædicta tanquā de Comitatu Litienſi non debebant ſeparari, nec vexari, ſub iuriſdictione plurium Dominorum, vt ex decretis 2. Iunij, 17. Octobris, & 16. Nouembris 1609. 29. Ianuarij 1610. quibus fuit prouiſum, vendi iuriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum Sancti Ceſarei, & primarum cauſarum ciuilium, criminalium, & miſtarum, & Baiulationis in caſali Maladunei, oppoſitis per ciuitatem prædictam, & caſalia, non obſtantibus; in quo proceſſu libuit vidiſſe aliqua practicata, meo quidem iudicio obſeruatione digna.

Et primò maximam pretij diuerſitatem locorum prædictorum, quamuis inter ſe vicinorum, & ſimul adiacentium,
45 ſiquidem iuriſdictio primarum cauſarum criminalium, & primarum appellationum, tam ciuilium, quàm criminaliū in caſalibus Sancti Ceſarei, feudi Cereſij poſſeſſi per magnificos de Paladinis, quotæ partis feudi dicti Philippi, & foculariorum, ſuper quibus exercent iuriſdictionem ciuilem Monachi Sanctę Crucis dictæ ciuitatis Litij, fuit vendita ad rationem ducatorum quatuordecim pro quolibet fumante, vt ex decreto 2. Octo-
46 bris 610. cart. 191. iuriſdictio verò eadem in Caſali Maladunei, in quo fuit tamen amplius incluſa etiam ciuilis in primis cauſis cum baiulatione, fuit vendita Ambroſio Paladino ad rationem duc. quinquaginta pro quolibet, fum. vt ex decreto 26. Iunij 1610. cart. 131. ex quo colligitur, ex
47 qualitate ſubditorum, affectione, calore licitantium, & alijs circumſtantijs variari huiuſmodi iuriſdictionū pretia, ſicut generaliter pretia rerum ex loco, & tempore variantur *l. pretia rerum 63. §. vltimo ff. ad l. falcid.* licèt enim iuſtum pretium non ſit æſtimādum ex affectione aliquorum, eſt tamen arbitrandum ex rei qualitate, reddituum quantitate, & loco, *cap. 1. de empt. et vendit.* cū alijs p *Tiraquel. in primo retract. §. 1. Gloſſ. 18. num. 1.* cum non ſit poſſibile, tantam diuerſitatem proceſſiſſe occaſione primarum cauſarum ciuilium tantùm, in hac poſteriore venditione incluſarum, quæ in primis locis repetiebantur alijs conceſſæ.

Quod etiam obſeruatum vidimus de anno 1630. in venditione iuriſdictionis plurium Vrbis noſtræ, & plurium ciuitatum, & terrarum demanialium Regni, cum maxima pretij diuerſitate, vt infra dicemus.

Secundò, fuiſſe in venditione caſalis
48 Maladunei decretum, quod pro corporibus, & introitibus dicti caſalis nouiter venditis dicto Paladino, non teneatur ſoluere adoham, vt ex decreto 17. Iulij 1610. chart. 142. ſed
49 diuerſum fuiſſe prouiſum in venditione iuriſdictionis caſalis Sancti Ceſarei, feudi Cereſij, & aliorum, pro quibus decretū fuit ſub die 2. Octobris 1610. ſolui debere Regiæ Curiæ annuos duc. 12. ex cauſa adohæ, cart.
50 . 191. ratio enim diuerſitatis fuit, quia in vltima oblatione facta pro dicto Caſali Maladunei, præſentata ſub die 19. Aprilis 1601. fol. 106. ſpeciali pacto cautum fuit, vt non teneretur offerens ſoluere adoham, nec aliud quippiam ſeruitium, onus ordinatiū, nec extraordinarium, vel etiam donum,

num,

num;chart. 106. quicquid in prima oblatione,chart. 30,extincta, & reuocata,prius oblatum fuiſſet: & ſic immunitas adohæ in hoc caſu orta fuit ex ſpeciali conditione adiecta in ob-
51 latione, licèt enim regulariter ſeruitium non promiſſum non debeatur, etiam conſuetum, niſi ſit expreſſum, vel in determinatè promiſſum, cum non ſit de ſubſtantia,nec de natura feudi,iuxtà opin. *Iſern.in cap.1.§. huius autem generis, num. 9. ex quibus cauſ.feud.amitt.in cap.1.§.ſed nec alia iuſtor,in princip.poſt num. 33. quæ ſit prima cauſa beneſ. amitt. & in cap.1. §.ſimiliter, poſt n. 14.de capitan. qui*
52 *cur.vendid.* attamen de more in Regno ſeruatur, vt facta conceſſione in feudum,fiat taxa adohæ, & ſic in praxi potius videtur recepta opinio contratia *Præpoſ.& Martin.Laud.in cap. 1.in quibus cauſis feud.amitt.* quam videtur probare idem *Iſern.in cap.1. num.19.verſ.ſi enim dediſſet, de controuerſ.inueſtit.* quam latiſſimè tuetur *Cannet.in extrau.ſi aliquem,§. in tex. ibi, ſub onere*, inter quas opin. diſſidentes, placet nunc concordia *Loffred.in conſ 1.num.117. verſ ſed in hoc eſt aduertendum*, vt opinio nega-
53 tiua *Iſern.* procedat vbi concurrit ſola conſuetudo donatoris, non autē, vbi viget in loco conſuetudo generalis non ſolius donatoris tantùm, vt ſeruitium conſuetum præſtetur, & ideo pro nūc poſſum accedere opin. negatiuæ omninò, & indiſtinctè, quam latiſſimè tuetur *Dom. meus de Curte de feud.part.1.cap. 13. cum igitur, ex num. 14.* ſed potius ſequor
54 opin. quam tuetur *Petr. de Greg.* vt etiam ſi in conceſſione non exprimatur, nec fiat mentio de ſeruitio, poſſit per Regem certificari, & taxari, prout in ſimilibus conceſſionibus determinari conſuetum eſt in regione illa,vt per *eum de conceſſ.feud.part.1. quæſt. 11.num.2.& part. 8. quæſt. 2. num. 4.* & vtrobique optima additio *Maſtrill.Ludou.Schrader de feud.part.*

6. c.6.n.5.tom.1. Knichen de veſtitut. pactíon.p.2.c.5.n.21.22.& 28.in fin.
Tertiò aduerto,quod licèt extincta candela ſuper venditione iuriſdictionis caſalis Sancti Ceſarei ad beneficium Ioannis Dominici Pentini perſonæ nominatæ per offerentem, dicta cart. 191.& 192.fuiſſet per Ioanē Baptiſtā Guarinū inſtatū, ſeipſū debere præferri,tanquā vtilē dominū iuriſdictionis ciuilis eiuſdē caſalis in dicta vēditione iuriſdictionis primarū,& ſecundarū cauſarū criminaliū, & ſecūdarū ciuilium ſuper dicto caſali, attamen cum fuiſſet oppoſitum ex parte dicti Pentini emptoris,non poſſe procedi ad dationem termini, niſi audito Fiſco, cui per indirectum adimeretur facultas alienandi, eo quod ſi huiuſmodi prælationes admitterētur,emptores non reperirentur,qua ratione fuiſſe reſtrictum ius prælationis competēs domino directo in Ducatu Sabaudiæ,teſtatur *Ant. Faber. in ſuo C. lib.4.tit.42. defin. 48. in fin. verſ. ac ſanè*,& etiam quia idem Guarinus in licitatione comparuerat, offerendo tanquam extraneus licitator, & ideo victus à maiori oblatione, videbatur prælationi, quæ ipſi competijſſet,renunciaſſe,vt latè opponitur cart.195. in fin.à tergo,qua ratione credēs fortè Guarinus ius pro ſuo aduerſario ſtare,à prætēſis deſtitit, ſicut deſtitiſſe Antinorium à prætenſione prælationis iuriſdictionis venditæ D. Principi Abbellinatum in caſali Ciuranorum, ſupra adnotauimus: licèt vanus fuerit vtriuſque timor, ſiquidē electione vnius iuris, vel actionis nobis cōpetētis,nō videmur alteri renū-
55 ciaſſe, *l.cum indebito §.creditor ff. de cōdict. indeb.*non enim id,quod ex arbitrio ago, officit, quin meo priuilegio vtar, *l. voluntariè C.de excuſat.*
56 *tut.* & vbi ex pluribus, & diuerſis cauſis competūt plures actiones,vna electa,ad aliam redire nō prohibeor, *Afflict.deciſ.60.Crauett.conſ.16.num. 9.Lancell.de attent.2. part. cap. 4. limit.*

*mit.*30.*num.*1.*Gratianus diſcept. for. diſcept.*338.*num.*9. *tom.* 2. & eligens viam, vel modum duriorẽ, poteſt redire ad fauorabiliorem, *Maurus alleg.*38.*n.*6. *&* 8. Et in retractu, quod
57 conſentiens contractui, vt tutor, iudex, vel ratione cuiuslibet officij, ſibi non præiudicet, quin iure ſuo vti poſſit, & de teſte, notario, ſiuè tabellione, & alijs, latè *Tiraquell. in primo retract.* §. 1. *Gloſſ.* 9. *ex num.* 141. *verſ. ſed hanc noſtrã, cum ſeq.* & in puncto
58 in eo, cui competit in venditione prælatio etiam ex cauſa directi dominij, quod ſi prius elegerit licitare vt extraneus, poſſit deinde redire ad ius prælationis ſibi competens tanquam directo domino, docuit belliſſimè *Anton. Faber. in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *de iure emphiteut. defin.* 62. *vbi*
59 ita deciſum teſtatur in ſuo ſenatu.

Tandem, & quartò ex eodem proceſſu patet, quod cum Vniuerſitas Maladunei petijſſet admitti ad demanium, quoad iuriſdictiones ſuper ipſamet terra nouiſſimè venditas Paladino, conceſſo ſibi decreto Regiæ Cameræ termino 23. Nouembris 1611. & 17. Ianuarij 1612. tandem ſub die 5. Iunij eiuſdem anni fuit dictus Marius Paladinus abſolutus à petito demanio, quia non probauit extrema neceſſaria, & propterea nec Fiſcus ipſius prætenſioni aſſiſtere voluit, quibus deficientibus, demanij petitionẽ ceſſare, ſuperius oſtendimus.

Et in Prouincia Calabriæ vltra, cum quidam diues, & potens ex titulatis obtuliſſet Regiæ Curiæ emere iuriſdictionẽ ſecũdarũ cauſarũ ciuiliũ, criminalium, & mixtarũ in terra Agroteriæ, ſuiſque caſalibus, poſſeſſa per D. Don Gaſparem Aragoneum de Ayerbe Marchionem ipſius terræ, ad rationem duc. ſex pro quolibet fumante, & emanatis bãnis ad offerendum etiam de ordine Excellentiſſimi Comitis de Lemos Don Petri maximi, & ſolertiſſimi Proregis de anno 1615. Regia Camera agnoſcens contineri in oblatione aliquas conditiones Fiſco oneroſas, ipſamque factam fuiſſe non ab ipſo vtili Domino dictę terræ, ſed ab extraneo licitatore non ſincerè, ſed malo animo, & ad ęmulationem Marchionis, ob inimicitias inter illos vigentes, & odium præſumptum ex litibus inter eos iam diu
60 agitatis, die 5. Martij 1615. decreuit, quod tenouentur banna ad offerendum ad finem prouidendi ſuper dicta oblatione ex cauſis iam dictis, in decreto etiam expreſſis, in quo fuit obſeruatum dict. *Bald. in l. ad officicium C. communi diuid.* docentis, non eſſe admittendum animoſum licitatorem ad impediendum adiudicationem
61 fieri conſorti iuſto pretio; debet enim extraneus animoſus, vel odioſus licitator expelli, vt ex *Bald. Salyc. & alijs* probat *Tiraquell. in primo retract.* §. 1. *Gloſſ.* 18. *num.* 2. & ideo dem ſupplicante Marchione ob ingentia ſeruitia ſuorum maiorum, qui ex Hyſpania ſequuti inuictiſſimum Alphonſum primum de Aragoneis Regibus, & Inuictiſsimis Auſtriacis fuerunt optimè meriti, quod Prorex admitteret oblationem à ſe factam ad rationẽ duc. octo pro quolibet foculari, veluti maiorem pretio, & magis congruentem, ne admitteretur ad licitandum, & obtinendum praeminentiam in gradu appellãdi ſibi infenſus, & odioſus, itemque quod ſumma duc. 5784. ad quam aſcendebat pretium dictarum ſecundarum cauſarum iuxta numerum fumantium compenſaretur, liceretque ipſi retire pro conſimili quantitate debita per Reg. Curiam tam ipſi, quàm D. Hyeronimæ de Curte Marchioniſſæ eius vxori, filiæ quondam Regentis Camilli de Curte eius ſoceri, & mei magiſtri, & auunculi, ex varijs cauſis, & titulis, obtentoque reſcripto, quod Regia Camera de ſupplicatis ſe informet, & referat cum voto, præuia conſultatione eiuſdem Regiæ Cameræ, qua ſub die 30. Iunijs 1615. penes

magi-

magnificū Franciſcum Bolinum, diſcuſſis cauſis prędictis,& creditis,conſuluit Proregem, admittendam dictā compenſationem, non obſtante ge-
62 nerali prohibitione de non admittendis in cauſa fiſcali ex diuerſa ſtatione compenſationibus iure communi, & Regio, ad *l.* 1. *&* 3. *C. de compenſat.* iuncta *deciſ. Afflict. vbi Vrſill. deciſ.* 102. de qua non meminit *Pereg. de iure fiſci, lib. 6. tit. 7. num.* 15. Et tandem per ſuam Excellentiam in Collaterali ſub die 22. Auguſti 1616. fuit prouiſum, quod Regia Camera Summariæ ſuam exequatur conſultationem, regiſtratam in conſultarum 6. fol. 211. à tergo,& penes Giſelmum à mandatis regijs ſcribam.

Cuius vigore Regia Camera ſub die 19. Iunij 1617. decreuit, quod factis debitis notamentis ſolutionis pretij dictarum iuriſdictionum, quæ pro fiſci, & partium cautela in computis miniſtrorum in actis fieri,& alibi paſſim mandari ſolet per Præſidentes Regiæ Cameræ, expediantur prouiſiones pro conſignanda poſſeſſione,& per Excell. Ducem Oſſunæ Proregē vigilantiſſimum, maximeque nominis ſub die 24. Martij 1618. fuit facta venditio dicto Marchioni in feudum pro ſe,eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex eius corpore legitimè deſcēdētibus pro omnibus cauſis,& delictis commiſſis,& cōmittendis in dicta terra, eiſq; Caſalibus, & diſtrictu per vaſſallos habitantes, & habitaturos, vt ex inſtrumento penes Iulium Cæſarem Guadagnum Regiæ Curiæ Notarium.

In quo illud adnotare licebit, non eſſe
63 de facili admittendos extraneos licitatores,præſertim quando ad ęmulationem, & in odium Baronum ad licitandū huiuſmodi iuriſdictiones accedunt;multa enim ad æmulationem fieri prohibentur, vt in illo, qui partem ſui Caſtri ad fratris, vel ſocij æmulationem potentiori alienauit, ad notata in *l. opus ff. de oper. noui. nunc. in l. altius C. de ſeruitut.* cum pluribus *à Curt. Iun. conſ. 80. in fin. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. caſu 156. Ioann. Botta conſ.* 77. licèt enim
64 aliquid ſit à iure permiſſum, non licet tamen id in fraudem facere, *l. Titium ff. ad trebell.* plura *Camer. in l. Imperialem, cart. 6. à tergo, col. 4. in fin. de prohib. feud. alien.* & quod excludendus ſit animoſus licitator præſertim extraneus ad impediendam adiudicationem fieri conſorti iuſto pretio, ex *l. ad officium, in fin.* cum ibi not. *C. commun. diuid. & l. 1. in fin. C. de Metallar. l. 11. DD. omnes in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. oblig. &* pleriſq. relatis *Tiraquell. in primo retract. §. 1. Gloſſ. 18. n. 2. & 3.* & hac ratione id fuiſſe per Cameram deciſum colligitur tam ex decreto iam dicto 5. Martij 1615. quàm ex literis Proregis directis Regiæ Cmeræ 13. Auguſti 1615. in actis fol. 2. 36. alijſque fol. 37. & hac de cauſa fuit affirmatiuè cōſultum per Regiam Cameram, eſſe admittendam oblationem Marchionis, qui erat vtilis dominus Terræ, & compenſationem cum partitis ſibi debitis per Curiam; et per Proregem diſpenſatum prohibitæ compenſationi, itemque non adhibita ſolemnitate ſubhaſtationis in forma conſueta in publica auctione accen-
65 ſionis candelæ in venditionibus rerum fiſcalium neceſſaria, tam de iure communi, quàm ex Regijs ordinationibus, quibus cum clauſula irritanti, & annullatiua præcipitur obſeruari generaliter dictam ſolemnitatem in ſubhaſtationibus bonorum, & iurium fiſcalium, iuxtà *l. 1. & l. ſi tempora,* ſecundùm tertiā lectur. *Gloſſ. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. Bart. in l. licitatio* aliàs *locatio, in prin.*
66 *ff. de public.* cuius ſubhaſtationis formam in rebus fiſcalibus, ſiuè debitorū fiſci, vel quando bona,& iura ad fiſci vtilitatē vēdūtur,& ſic minorū Eccleſiæ,& reipublicæ, neceſſariā, tradunt *Boſſius de Principe, n. 131. Rebuff. de*

præ-

Digitized by Google

præconijs,licitat.& ſubhaſt. tomo 2. *ad conſtitut.Galliæ, in princ. num.* 7. *Pinell.ad l.*2.*C.de reſcind.vend. part.*2. *cap.*2.*ex num.* 25. *Peregr. de iure fiſci lib.*6.*tit.*4.*de venditione fiſcal.ex n.*5. *verſ.quarto interuenire debent, &c.* poſt *Afflict.deciſ.*340.*& in* §. *ex eadē l.n.*4. vbi dicit, eſſe id expediendum per trib.M.Camerarij,*de lege Corradi, Franciſ.Clapper.in deciſ.fiſcal. cauſa* 3.*quæſt.*1.*& cauſa* 3. *&* 4. nec poteſt
67 remitti, cum iuris publici ſit, vt benè probat *Rebuff. d. loco num.* 18. *& Pinell. dict.loco,num.*25.*in fine* ſubdit hæc verba, (regulariter autem vbi in alienatione requiritur decretum, ſubhaſtatio etiam præſupponitur, citat *Bart.Bald.Io.de Platea,Alex.& Afflict.*)ex quo dubitari poteſt de veritate opin.*Dom.Rouit.in ſuis allegat. inſertis in comment.ad prag.*1.*de titul.abu-*
68 *ſu,ex n.*104.vbi contendit,ad validitatem venditionis rei ſtabilis pupilli non requiri de neceſſitate ſubhaſtationes, illi rationi potiſſimè innixus, quod tria tantùm ſint in illa neceſſaria,decretum,cauſa,& æs alienum, vt per eum *num.* 105. Verùm in arren-
69 damentis,& locationibus introituum fiſci adſunt nouiſſimè litteræ Auguſtiſſ.Regis noſtri Philippi Quarti ſub die 4.Nouēbris 1631.& 27. Nouēbris 1632. occaſione arrendamenti ſalis Apuliæ, vbi ſubhaſtationis ſolemnitas omninò adhiberi iniungitur.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio iuriſdictionis, velut ſui natura indiuiſibilis, vitanda, & num.* 5.

2 *Iuriſdictiones ſecundarum cauſarum in terris Baronum poſſidentium iuriſdictionem in primis cauſis, paſſim in R.Camera exponuntur venales, admiſſis extraneis licitatoribus, & num.* 12. *licet contrarium aſſeuerauerit* Reg.de Ponte.

3 *Baro non poteſt donare, vel legare alteri aliquam ex partibus iuriſdictionis ſibi in feudum conceſſæ.*

4 *Rex non ſolet iuriſdictiones diuidere, Proregi verò eſt inhibitum diuiſioni conſentire.*

6 *Conceſſio non operatur in præiudiciū tertij ex defectu voluntatis, & poteſtatis.*

7 *Regula, quod potui nolui, &c.*

8 *Sententia R.Cameræ pro fiſco contra Dom.Principem Aætranæ euictionis certæ iuriſdictionis in terris Salicis, & Guagnani, refertur, & declaratur.*

9 *Pretium taxatum in venditione tam primarum, quam ſecundarum cauſarum in prouincijs Aprutij citrà, & vltrà, coniunctim, & diuiſim refer-runtur, num* 10.

11 *Pretium iuriſdictionis criminalis in primis cauſis tantùm cum officio Magiſtri actorum vēdita D. Aſcanio Como in Caſali Nouo propè Neapol.*

ARGVMETVM

Iuriſdictiones ſecundarum cauſarum in Caſtris, & terris Baronum poſſidentium primas cauſas de ſtylo Regiæ Cameræ exponi venales, etiam admiſſis extraneis emptoribus, niſi ijdem Barones in licitatione vicerint, vel per viam prælationis extraneos excluſerint: diuiſio iuriſdictionis vitanda, quoad fieri poteſt, & plures caſus, & deciſiones referuntur circa taxationem, & liquidationem pretij tam primarum, quàm ſecundarum cauſarum iunctim, & diuiſim in diuerſis Regni prouincijs.

SE-

ARTICVLVS QVARTVS.

NOn poteſt igitur ſaluari dictum *D. de Ponte*, niſi quod non fuerit ſolitũ ab initio, tempore conceſſionis eodem tempore, vel parum diuerſo concedere vni primas cauſas, alteri verò ſecundas ſuper eodẽ Caſtro, vt quantum poſſibi-
1 le fuerit euitaretur diuiſio, & ſeparatio iuriſdictionis ſui natura indiuiſibilis, *Raud. reſp.* 8. *num.* 117. verùm ex poſt facto pro neceſſitatibus Reg. Curiæ, vel petentibus, vt plurimũ iiſdem Baronibus, quibus non fuerant conceſſæ cauſæ appellationum, vel aliæ iuriſdictionis ſpecies, ſolitæ alijs concedi ad integrandam iuriſdictio-
2 nis conceſſionem, fuerunt dictæ iuriſdictiones expoſitæ venales, & liberatæ licitatoribus extraneis, niſi iidem Barones in licitatione vicerint, vel per viam prælationis eos ſuperauerint.

Nec *Bambacar.* ad hoc citatus per *D. de Ponte in reſponſo pro Principe Aſculi impreſſo poſt repet. cap. omnes filij*, aliter ſenſit, ſiquidem non aliud intendit *Bambac.* probare, niſi quod facta conceſſione Caſtri cum primis, & ſecundis cauſis vni, non poteſt conceſ-
3 ſionarius legare, vel donare alteri ſecundas cauſas, ex quo ſequeretur iuriſdictionis iam conceſſæ vnitæ, & in eſſe deductæ, quinimò feudi ipſius, ſuarumque partium diuiſio, quod
4 Rex non ſolet concedere, & Proregi eſt inhibitum *per pragm. nouem capitum*, vt per *Bambac. in d. reſp. quæſt.* 2. *num.* 19. 20. *et* 23. & ſic ſimiliter de diuiſione, & diſmembratione iuriſdictionis feudo annexæ agebatur in exemplo, & caſu Ducis Sueſſæ, quem ſubijcit *de Pont. poſt num.* 10. *cart.* 272. *col.* 1. vbi conceſſa Baronia Sancti Georgij Magno Capitaneo cum primis, & ſecundis cauſis, & demum euicta dicta Baronia per Baldaxarem Milanum, cui prius fuerat legitimè conceſſa cum primis tantùm cauſis, dicitur, nõn potuiſſe Ducem Sueſſæ obtinere, nec etiam ſecundas, ne in-
5 duceretur diuiſio; & meritò, quia cõ-
6 ceſſio facta Magno Capitaneo iam defecit ex defectu poteſtatis, & voluntatis, *vulg. l.* 3. §. *ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publ.* Rex enim illam ipſi conceſſerat cum primis, & ſecundis cauſis, credens eſſe ſuam, vnde ſequuta euictione, & per ſententiam ablata Caſtri poſſeſſione Duci ſucceſſori Magni Capitanei, iuſta ratione Regi uiſum fuit, iuriſdictiones minimè ſeparare, & denegare diſpen-
7 ſationem ex regula, quod potui, nolui, nec concedere ſuperioritatem in appellatione Duci victo contra Milanum victorem, ex quibus boni, & periti lectores diiudicent, ſi ex dictis per *Bambac.* & exemplo prædicto Ducis Sueſſę poſſit generaliter inferri, vt nunquam in Regno fuerit facta conceſſio primarum cauſarum vni, & & ſecundarum alteri, contra id, quod in dies practicatur, & obſeruatur in Regia Camera.

Et inter alios multos caſus, quos recenſere poſſem, memini, quod euicta per
8 fiſcum Principi Auetranæ iuriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, ac ſecundarum cauſarum ciuilium in Terris Salicis, & Guagnani, eaque reintegrata Regiæ Curię, & condemnato Principe ad illam relaxandam vnà cum fructibus liquidandis, ſub die 18. Iunij 1612. penes Laurentium Mollum, & prouiſo, quod non obſtante manſatione oblata per Principem ob fiſci contradictionem, non admitteretur, & proinde fierent banna pro venditione ipſius, 4. Februarij 1614. licèt deinde ob exhibitionem tituli Regis Ferdinandi Primi cum conceſſione meri, mixti imperij, gladij poteſtate, omnique iuriſdictione, nec non cum banco iuſtitiæ, & cognitione primarum cauſarum ciuilium, & crimina-

lium qualiuncumque, ſiuè mixtarum de anno 1488. fuerit in reclamatione Princeps abſolutus quoad primas cauſas criminales tantùm, referente Domino Vrſino ſub die 8 Iunij 1616. tandem accenſa candela remanſerunt Conſiliario Iacobo de Franchis ad rationem ducatorum quinque pro quolibet fumante pro perſona nominanda, qui ſolutis ducatis tribus mille, & octingentis pro focularibus, num. 760. nominauit eundem Principem, cui fuit tradita poſſeſſio, pendet hodie adhuc liquidatio fructuum dictæ iuriſdictionis euictæ, prætendente fiſco, Principem debere reſtituere nedum fructus perceptos per ipſum Principem ab anno 1569 quo emit dictas terras, verùm etiam à tempore conceſſionis factæ per dictum Regem Aloyſio de Paladinis eius prædeceſſori, dicto anno 1488. eorumque fructuum liquidationem eſſe faciendam ad rationem intereſſe pro ſumma duc. 3800. ſolutorum per dictum Principem pro emptione prædicta, replicante dicto Principe, nullo modo teneri ad aliud, niſi ad reſtitutionem fructuum, quos probauerit fiſcus ipſum percepiſſe, de quibus loquitur decretum, non autem ad intereſſe pretij per ipſum ſoluti, pro tempore, quo ipſe poſſederat, antequam fiſcus venales habuiſſet iuriſdictiones prædictas.

Et aliàs iuriſdictio ſecundarum cauſa-
9 rum ciuilium, criminalium, & mixtarū in tertis Cermignani, Scorrani, & Pecti prouinciæ Aprutij vltra, infeudatis, & poſſeſſis per diuerſos Barones, fuit vendita ad rationem ducatorum ſex pro quolibet fumante, & in Caſali Sancti Viti Ciuitatis Lanciani
10 iuriſdictio primarum cauſarum criminalium tantùm, & totius & integræ iuriſdictionis in ſecundis cauſis, ſeù primis appellationibus fuit vendita Martio Vgni Marchioni Turricellæ ad rationem ducatorum duodecim pro quolibet foculari, die 9. Octobris 1632. vt ex actis penes Magiſtrum actorum Lelium Tagliauia, ſcriba M. Antonio de Alexandro, & die 13. Ianuarij 1633. referente religioſiſſimo, & integerrimo Præſide Blanditio, fuit vendita ſimiliter iuriſdictio primarum cauſarum criminalium, & ſecundarum cauſarum tam ciuilium, quàm criminalium Caſtri Friſæ itidem propè Lancianum, Hyeronimo del Barone Duci Dogliolæ pro duc. duodecim pro quolibet fumante, cum antea haberet cognitionem primarum cauſarum ciuilium tãtùm, cum prouentibus etiam cauſarum ciuilium, criminalium, & mixtarum, quæ in pluribus alijs Caſtris fuerant ſimiles venditiones factæ ad rationem duc. vndecim pro quolibet foculari, vt ex actis penes Octauium de Creſcentio.

Et cum Dominus Aſcanius Como poſſideret Caſale nouum in diſtrictu huius ciuitatis tanquam partem caſalis Afragolæ in burgenſaticum, & allodium cum iuriſdictione cauſarum ciuilium tantùm vigore tituli Sereniſſ. Regum de domo Aragonea de anno
11 1592. emit à Regia Curia iuriſdictionem criminalem in dictis primis cauſis tantùm, & officiū magiſtri actorum, vt ex decreto Regiæ Cameræ 14. & 18. Iulij 1592. penes Ioſephum Viralium, in Banca Sabaſtiani.

Et ſic tam in Caſtris conceſſis in feudum, quàm etiam in allodium cum iuriſdictione ciuili tantùm, vel etiam reſeruatis appellationibus, fuit poſtea paſsim vendita per Regiam Cu-
12 riam iuriſdictio criminalis, vel etiam primæ appellationes, admiſsis etiam extraneis licitatoribus, licèt ſemper primi conceſsionartj, & poſſeſſores emere illas procurauerit, & iuſtè alijs prælati fuerint, nè fieret iuriſdictionum diuiſio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Conceſſio facta per Regem noſtrũ Secretario Ioanni de Ziriza refertur.

2 Caſale Montiſiaſi an potuerit ſeparari à Ciuitate Tarenti, & n. 12.

3 Caſtrum poteſt poſſideri ſine iuriſdictione.

4 Vẽditio iuriſdictionis criminalis terræ Tramutulæ refertur, & n. 20. litera Proregis, & decreta R. Cam. ſuper hoc, num. 22. 23. 24. & 25.

5 Conſultationes R. Cameræ non renocandæ, niſi conſulto Rege.

6 Diuiſio, vel ſeparatio territorij cum adiectione confinium facienda, vendita iuriſdictione alicuius caſalis.

7 Titulus Marchionalis, Ducalis, vel ſimilis, vtrum concedi poſſit ſuper ſola, & ſimplici conceſſione iuriſdictionis, reſoluitur affirmatiuè, num. 37. vbi exempla, & num. 39. et 41.

8 Conſultatio R. Cameræ ſuper conceſſione caſalis Montis Iaſi Secretario Ioanni de Ziriza refertur.

9 Dominus Regens Dydacus Bernardus Zuſia, & Antonius Caracciolus R. Cameræ Præſidens, laudantur, & num. 10.

11 Caſalia plura vrbis Neap. vendita, & infeudata pro ſubueniendis neceſſitatibus bellicis, diuerſis pretijs, idemque ſeruatum antiquis tẽporibus, num. 13.

14 Rex noſter in regno vendit iuriſdictiones, & reuocat demanium, cum diſtinctione tamen caſuum, remiſſiuè.

15 Venditione facta caſalium Neap. ſub quibuſcumque verbis, non cenſetur comprehenſum ius arrendamenti, ſiuè gabellæ vini.

16 Gabella, ſiuè arrendamentum tertiariæ vini eſt Regiæ Curiæ etiam in caſalibus antiquitùs quoad iuriſdictionem ſeparatis ab vrbe Neap.

17 Caſalia quædam Neap. admiſſa ad ſoluendum certam annuam ſummam, ad euitandam ipſorum venditionem, & ſeparationem à demanio, & quædam alia.

18 Caſalia Neap. per viam prælationis infra annum ſoluto pretio emptoribus, obtinuerunt reintegrationes ad demanium. Idemque fecerunt plura Caſtra, terræ, & ciuitates Regni, & nonnullæ admiſſæ ad ſoluendum partem pretij ex Regis munificentia, num. 19.

21 Ducis Albæ Excell. Regni moderatoris laudes.

26 Venditio iuriſdictionis primarum, et ſecundarum criminalium terræ Sãcti Germani cum Caſtris adiacentibus propè Montecaſinũ, fieri mandata per litteras Proregis, & conſultationem R. Cameræ, num. 27. qua ratione fuerit Regijs literis reuocata, num. 28. & exornatur S. moribus, ſi de feudo defunct. mil. de conceſsione feudi viuentis, n. 29. in fin.

30 Caſalia habent ſuos fines, et Caſtra hodie de conſuetudine habent territoria diſtincta.

31 Confines probantur per famam, et inditia etiam leuia.

32 Confines apponi, et diſtingui debent in re conceſſa, niſi vbi conſtet de confinibus.

33 Confines probantur per rei euidentiã, et alias veriſimilitudines.

34 Monumenta antiqua in confinibus ſequenda.

35 Iudex in adiectione confinium arbitrium ſuum qualiter regulare debeat.

36 Forma in diſtinguendo confines ex Paride, et Afflicto, recenſetur.

38 Dom. Fuluius Lanarius fiſci patronus R. Cam. laudatur.

40 Diuiſio iuriſdictionis quoad Caſtrũ, vel caſale fieri poteſt, remanentibus ipſis vnitis, vt prius cum capite reſpectu territorij.

42 Dignitates regales, Ducales, Marchionales, et ſimiles ad Regis beneplacitum eriguntur.

34 *Comes debet habere ſub ſe decem Barones, Baro autem decem ſubfeudatarios.*

44 *Comes verè non dicitur is, qui territorium villarum, et caſtrorum non habet.*

45 *Iuriſdictio, et regalia ſinè dominio rerum, et è contra, licet ſubſiſtere poſſint, requirunt tamen deſcriptionem, et confinationem territorij, num. 46.*

47 *Territorium dicitur ſpatium terræ iuriſdictione munitum.*

48 *Iuriſdictio etſi ſimplex, glebis inhærere dicitur, et territorium depoſcit, nec vnum ſine altero ſtare poteſt, num. 50.*

49 *Merum imperium eſt in furca per modum ſigni, ſicut acidum, et mucidum eſt in vino.*

51 *Titulatus dominari non meretur, qui nõ habet ditionem, vel territorium.*

52 *Comes ſine comitatu, doctor ſine legibus, dicũtur nulla tenentes ex* Iaſ. & alijs.

53 *Ioannes, Henrici II. Angliæ Regis filius dictus fuit Sine terra.*

ARGVMENTVM.

De ſeparatione Caſtrorum, & caſalium à ſuo capite, diuiſione quoad iuriſdictionem: ſeruata primæua communione quoad alia: varij caſus cum regalibus litteris, & reſcriptis, conſultationibus *R.* Cameræ, decretis, & deciſionibus, eiuſdemque Supremi Collateralis Conſilij referuntur, quæ ad conſonantiam ex facti diuerſitate reducũtur. De obſeruantia Regis noſtri in infeudatione caſaliũ, & ꝙ nõ veniãt arrẽdamenta fiſcalia. De reintegratione ad demaniũ ꝑ viã trãſactionis alicuius ſeruitij ex Regis magnificẽtia. De confiniũ adiectione, diſtinctione, probatione etiam iudicis arbitrio. Et demum quomodo Regales dignitates ſuper ſola iuriſdictionis conceſſione inniti poſſint, tam de iure, quàm de cõſuetudine, vbi plures caſus referuntur.

QVINTVS ARTICVLVS.

IDque ſeruatum fuit nedũ in Caſtris iam erectis, quæ per diuerſos Barones fuerũt poſſeſſa; verum idem ſeruari vidi in locis nouiter erectis in ſingulari caſu, dum cauſas fiſci tuebar, quem referre non pige-
1 bit: facta enim conceſſione per inuictiſſ. noſtrum Regem Domino Ioanni de Ziriza Secretario ſui bellici Cõſilij vnius feudi in Italia deuoluti, vel deuoluendi cum titulo Marchionis, pretij ducatorum quatuor millium, vt ex ſui regalibus literis anni *1626.* magis deliberatè reperitis, & exequi ordinatis de anno *1629.*

Et cum non adeſſet feudum deuolutum Regiæ Curiæ, fuiſſetque inſtatum pro parte dicti Secretarij ſibi aſſignari caſale Montis Iaſi non adhuc ſeparatum, ſed annexum ciuitati Tarenti, in cuius diſtrictu erat ſitum; de pluribus fuit dubitatum. Primò an potuerit ſeparari à dicta ciuitate, ipſa
2 contradicente, & allegante, plurimum ſua intereſſe, ab ea minimè ſeparari; maximè cum ſui eſſent prouentus iuriſdictionis, portulania, ius ſyclæ, ponderum, & menſurarum, nec eſſe caſale formatum, ſed partem indiuiſam ipſius Ciuitatis cum vnione plurium fumantium. Secundò ob oppoſitionem cuiuſdam nobilis de Antoglietta allegantis, caſale eſſe ſuum, ipſumque ab antiquiſſimo tempore excedente metam anni 150. fuiſſe poſ-
3 ſeſſum per ſuos anteceſſores in allodium, licet abſque iuriſdictione, quæ fuerat ſemper adminiſtrata per Gubernatorem ciuitatis prædictæ, cum ex prædictis conſter, non eſſe de ſubſtantia feudi, quod ſit iuriſdictione munitum. Tertio à me veluti Aduocato fiſci fuit allegatum exemplum,
4 quod aliàs vendita iuriſdictione criminali terræ Tramutulæ, Monacis Sãcti Benedicti Monaſterij Caſſinenſis,

qui

qui habebant ciuilem; fuit per ſupre-
mum Collarerale Conſilium reuo-
cata venditio quamuis roborata con-
ſultatione Regiæ Cameræ, quæ mota
fuerat ob euidentem vtilitatem tam
fiſci, quàm Vniuerſitatis dictæ terræ,
vt ex conſultatione *Regiæ* Cameræ
anni 626. in conſultarum fol. 204. &
actis penes Alex. Conſtantinum
quamuis per literas inuictiſſ. Phi-
lippi Tertij. ſub data 15. Septembris
5 1605. fuerit ordinatum, non eſſe re-
uocandas conſultationes R. Cameræ
concernentes patrimonium, niſi con-
ſulto prius ipſo Rege, quod fuit ap-
primè dubitatum, quatenus eſſet di-
ctum caſale ſeparandum quoad iuriſ-
dictionem, reſeruando iura compe-
tentia ciuitati, & concedenda ipſi ſe-
cretario iuriſdictio primarum, & ſe-
cundarum cauſarum, facta numera-
tione incolarum, ſiuè fumantium, pro
prerio duc. quadraginta oblato pro
quolibet, quo pacto eſſet facienda
6 diuiſio dicti territorij, & regulanda
taxatio pretij, & limitum, ſiuè confi-
nium appoſitio, infra quos poſſet iu-
riſdictio exerceri; cum nulla prius
adeſſet diuiſio, nec erectio in caſale
formatum. Quintò vtrum conceſſio
7 tituli Marchionalis facta dicto Secre-
tario ſuper feudo deuoluto, deuoluē-
do, vel emendo per Regiam Curiam
pro exequenda dicta graria, potuerit
fundari, vel niri ſuper ſola, ac ſimplici
iuriſdictione, quam habebar *R.* Curia
ſuper dicto territorio, erigendo in
caſale, ſiuè Caſtrum, & ſi conſimiles
titulorum conceſſiones fuerunt aliàs
ſuper ſola iuriſdictionis conceſſione
abſque vtilis dominij ipſius Caſtri
tranſlatione fundatæ, quidue in hoc
fuerit aliàs obſeruatum.

Verùm his nō obſtātibus R. Camera
8 præuia conſultatione ſub die *9.* Octo-
bris 1635. referente Domino Præſi-
9 de Antonio Caracciolo olim aduo-
cato inter primarios inſigni, & facun-
diſſimo, nunc meo collega miræ eru-
ditionis, iam confirmata per S. Excel.
& exequi iuſſum per ſupremum Col-
later. refetente inſigni doctiſſ. & inte-
10 gerrimo D. Regente Dydaco Ber-
nardo *Zuſia*, olim meo collega ſub
die *6.* Iunij *1636.* reſoluit, eſſe per S.
Maieſtatē concedendum dictum ca-
ſale in feudum dicto Secretario cum
iuriſdictione ciuili, & criminali in
primis, & ſecundis cauſis in forma
fieri ſolita, & conſueta pro pretio du-
cat. mille, & ſexaginta, ad quod aſcen-
debant fumantes numero quinqua-
ginta tres, numerati ad rationem du-
cat. viginti pro quolibet, conſideratis
loci qualitatibus, & circumſtantijs ex
quo apparet, pretium harum iuriſdi-
ctionum variari iuxtà qualitatem, &
diuerſitatem locorum, cum pleraque
11 caſalia Ciuitatis Neapol. ab ipſa ex
Regia facultate ampliſſimè conceſſa,
pro vrgentiſſimis neceſſitatibus ſepa-
rata, & vendita de annis 1630. vſque
ad ann. 1633. fuerit eorum iuriſdictio
iuxtà prædictam formam conſuetam,
vendita ſub diuerſis pretijs, iuxtà
qualitatem locorum, affectionem; &
calorem licitantium; ſiquidem cum
fuiſſent primo loco vendita caſalia
Miani, & Mianellę D. Comitiſſæ Gā-
bateſiæ nobiliſſimæ, & exemplari ma-
næ, ad rationem duc. triginta ſex pro
quolibet fumante, opponente fiſco,
vile cenſeri pretium pro exercenda
iuriſdictione tam propè Vrbem, fuit
exinde ſtatutū, reſpuendas eſſe obla-
tiones, quæ non aſcenderent ad du-
catos quadraginta: & ſic poſtea fuit
vendita iuriſdictio plurium caſalium
ad rationem ducatorum 50. 51. 55.
56. & vſque ad duc.

Vnde non mirum ſi Regia Camera fue-
rit voti, poſſe erigi dictū locum Mon-
12 tis Iaſi in Caſale, illudque ſeparari à
Ciuitate Tarenti, reſeruatis ipſi Ciui-
tati iuribus omnibus, quæ in ipſo ha-
bebat; cum idem fuerit obſeruatum
13 antiquis, & nouiſſimis temporibus
cum Ciuitate Neapol. ſeparando ab
ipſa plura caſalia quoad iuriſdictio-
nem tantùm, practicando doctr. *Co-*

uerr. pract. qq. cap. 37. num. 6. verſ.
ſupereſt, cum concord. per *Annam*
conſ. 50. num. 44. cum receptiſſima ſit
opinio in Regno, poſſe Regẽ noſtrum
14 dictas iuriſdictiones vendere, & alie-
nare ad libitum, etiam reuocando
